A B

Ineunte SÆCULO DUODECIMO, viz. ab Anno 1101.

Ad noſtra uſque tempora, habita aut tractata:

Ex Autographis, infra Secretiores ARCHIVORUM REGIORUM Theſaurarias per multa Sæcula reconditis, fideliter exſcripta.

IN LUCEM MISSA DE MANDATO NUPERÆ REGINÆ.

*Accurante*

# *THOMA RYMER,*

*Ejuſdem Sereniſſimæ Reginæ Hiſtoriographo.*

## EDITIO TERTIA,

Ad originales Chartas in Turri Londinenſi denuo ſumma fide collata & emendata, ſtudio

## *GEORGII HOLMES.*

TOMI SEXTI PARS III. ET IV.

HAGÆ COMITIS,

Apud JOANNEM NEAULME.

MDCCXLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

mentum in Terra noſtra Hiberniæ per Mortem naturalem, Bonæ Memoriæ, *Johannis Aleyn ultimi Archiepiſcopi ibidem*,

*Prior & Conventus Eccleſiæ Metropoliticæ Sanctæ Trinitatis Dublyniæ*, ac *Decanus & Capitulum Eccleſiæ Metropoliticæ Sancti Patricii Dublyniæ* prædictæ, Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ, Venerabilem Virum Dominum *Georgium Browne* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, Provincialem Ordinis Fratrum Auguſtinienſium Civitatis Londoniæ, in eorum Archiepiſcopum elegerint & nominaverint,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic Electæ Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus & Favorem,

Auctoritate cujuſdam Actûs in præſenti Parliamento noſtro facti Confirmaverint, ac ipſum *Georgium Archiepiſcopum Dublyniæ* Conſecraverint, Ipſumque prout moris eſt Archiepiſcopalibus Inſigniis Inveſtiverint, ſicut per Literas ipſorum *Cantuarienſis Archiepiſcopi*, ac *Sarum & Roffen. Epiſcoporum*, Nobis inde directas, Nobis conſtat,

Nos, Confirmationem & Conſecrationem illas acceptantes, Fidelitatem *ipſius Electi & Confirmati*, Nobis pro Temporalibus Archiepiſcopatûs prædicti debitam, cepimus, & Temporalia Archiepiſcopatus prædicti, prout moris eſt, reſtituimus eidem,

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione, Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus & aliis Tenentibus de Archiepiſcopatu Dublyniæ quòd eidem *Electo*, tanquam Archiepiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Archiepiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Pro Archiepiſcopo memorato.*

Ann. D. 1536. An. 27. H. 8. Ibid.

REX Prædilecto & Fideli Conſiliario ſuo *Cancellario* Terræ ſuæ Hiberniæ, Salutem

Cum Reverendiſſimus in Chriſto Pater, &c. reſtituimus eidem;

Et ideò vobis Mandamus quòd; ſub Magno Sigillo noſtro Hiberniæ in Cuſtodia veſtra exiſtente, detis in Manditis Eſcaetoribus noſtris in Comitatibus Dublyniæ Meth. Fyngall. Vriell. & Kildar: quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta cum pertinentiis in Ballivis ſuis ſine dilatione liberent in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, *ut ſupra*.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Et Mandatum eſt eidem *Cancellario* quòd, ſub eodem Magno Sigillo, det in Mandatis Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Archiepiſcopatu Dublyniæ prædictæ quòd eidem *Electo*, tanquam Archiepiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Archiepiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.



Comitatu noſtro Middleſexiæ uſque Quartum Diem ejuſdem Menſis Novembris extunc proximò ſequentem Adjurnato, & ibidem tunc Tento, & adhuc minimè Determinato, inter alia Auctoritate ejuſdem Parliamenti Stabilitum & Ordinatum exiſtit, Pat. 27. H. 8. p. 1. m. 33.

*Quòd tam quilibet Spiritualis Perſona tunc exiſtens Promota alicui Archidiaconatui, Diaconatui ſive Dignitati in aliquo Monaſterio vel Cathedrali Eccleſia, aut alia Eccleſia Conventuali vel Collegiata, aut exiſtens Beneficiata cum aliqua Rectoria ſive Vicaria, quàm omnes & ſinguli Spiritualis Perſona & Perſonæ qui extunc foret Promota in aliqua prædictarum Dignitatum, vel Beneficiata cum aliqua Rectoria ſive Vicaria, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli tunc proximò futuro, eſſet perſonaliter* Reſidens *&* Permanens *in apud & ſuper prædictam Dignitatem, Præbendam vel Beneficium, vel apud unum illorum ad minus, & in caſu aliqua talis Perſona ad aliquod tempus poſt prædictum Feſtum non cuſtodierit Reſidentiam apud unum ſuorum Dignitatum Præbendarum aut Beneficiorum, ut prædictum eſt, ſed ſe abſentaverit voluntariè per ſpatium unius Menſis inſimul, vel per ſpatium Duorum Menſium computandorum ad ſeparalia tempora in aliquo uno Anno, & per tale tempus faciat ſuas Reſidentiam & Permanentiam in aliquibus aliis Locis, quod tunc foriſfaciet pro quolibet tali Defectu* Decem Libras Sterlingorum, *unam Medietatem inde Nobis, & alteram Medietatem inde Parti volenti proſequi pro eadem in aliqua Curia noſtra, per Breve originale de Debito, Billam, Querelam aut Informationem, in quibus Actione & Secta Defendens non vadeat Legem ſuam, nec habeat aliquod* Eſſon. *aut Protectionem allocata,* prout in Actu prædicto pleniùs continetur,

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris quantum in Nobis eſt, Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Licentiam Damus & Concedimus ſpecialem, Dilecto Nobis in Chriſto *Roberto Richardſon* Clerico, Rectori Eccleſiæ Parochialis *de Colyngborn Comitis* in Comitatu noſtro Wilteſiæ in Diœceſe Sarum, quod idem *Robertus*, a Primo Die Decembris Anno Regni noſtri Viceſimo ſeptimo, durante Vitâ ſuâ, in aliqua Eccleſia Conventuali Collegiata vel Parochiali, aut in aliquo Monaſterio, Collegio vel Parochia, vel in aliqua Capella ſive Cantaria, vel in aliquo alio Loco honeſto permanere, expectare & Moram trahere, ac a Rectoria ſua, necnon a prædicta Rectoria & Eccleſia *de Colyngborn Comitis* & quocumque alio Beneficio Eccleſiaſtico, quod *idem Robertus* in præſenti habet poſſidet aut optinet, aut in futurum habebit poſſidebit aut optinebit, in quâcumque Diœceſe ſive in quibuscumque Diœceſibus fuerit, abſque aliquâ Reſidentiâ perſonaliter in eiſdem Rectoria Eccleſia & Beneficio aut eorum aliquo per ipſum fiendâ ſive habendâ, Se abſentare poſſit & valeat, prout *idem Robertus* ſe abſentavit vel abſentare potuiſſet ante Editionem prædicti Actûs, & prout Actus ille minimè editus ſive factus fuiſſet:

Et inſuper Volumus & Concedimus per Præſentes, quòd *prædictus Robertus*, ad aliquam *Reſidentiam* ſive *Permanentiam* in, apud ſive ſuper prædictam Rectoriam & Eccleſiam *de Colyngborn Comitis*, vel aliquod aliud Beneficium Eccleſiaſticum quod *prædictus Robertus* modo tenet, habet, poſſidet, aut imposterùm legitimè tenebit, habebit ſive poſſidebit, durante Vitâ ſuâ faciendam, ratione Actûs prædicti, aut alicujus alterius Actus, Statuti, Proviſionis, Proclamationis anteà factorum ſive imposterùm fiendorum, aliquo modo non tenetur aut tenebitur,

Nolentes quòd *prædictus Robertus* ratione Præmiſſorum aut eorum alicujus, per Nos aut Hæredes noſtros, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites aut alios Ballivos, Miniſtros vel Subditos noſtros, aut Hæredum noſtrorum quorumcumq; pro Præmiſſis aut eorum aliquo occaſionetur, implacitetur, moleſtetur in aliquo ſeu gravetur, prædicto Actu ſive Statuto, aut aliquo alio Statuto,

[illegible]
Vita *dictæ Johannæ*, de Theſauro noſtro ad Receptum Scaccarii noſtri Weſtmonaſterienſis, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ejuſdem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli, per æquales Portiones, durante Vita annuatim ſolvendam; aliquo Satuto, &c.

Eo quod expreſſa mentio, &c.

Et hoc abſque Fine vel Feodo pro Magno Sigillo noſtro in Hanaperio Cancellariæ noſtræ ſolvendo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

¶ *Summonitio ad Paliamentum.*

Ann. D. 1536. An. 28. H. 8. Clauſ. 28 H. 8. m. 43. dorſ.

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *T.* eadem Gratia, *Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati Salutem.

Quia de Aviſamento & Aſſenſu Concilii noſtri, pro quibuſdam arduis & urgentibus Negotiis, Nos Statum & Defenſionem Regni noſtri Angliæ & Eccleſiæ Anglicanæ concernentibus, quoddam Parliamentum noſtrum apud Weſtmonaſterium Octavo Die Junii proximo futuro teneri ordinavimus, & ibidem vobiſcum ac cum cæteris Prælatis, Magnatibus & Proceribus dicti Regni noſtri Colloquium habere & Tractatum,

Vobis, in Fide & Ligeantia quibus Nobis tenemini firmiter injungendo, Mandamus quod, conſideratis dictorum Negotiorum arduitate & periculis iminentibus, ceſſante excuſatione quacumque, dictis Die & Loco perſonaliter interſitis, Nobiſcum, ac cum Prælatis, Magnatibus & Proceribus prædictis, ſuper dictis Negotiis Tractaturi, veſtrumq; Conſilium impenſuri,

Et hoc, ſicut Nos & Honorem noſtrum, ac Salvationem & Defenſionem Regni & Eccleſiæ ſupradictorum, expeditionemque dictorum Negotiorum diligitis, nullatenus omittatis;

Præmonentes *Priorem & Capitulum* Eccleſiæ veſtræ Cantuarienſis, ac *Archidiaconos*, *totumque Clerum* veſtræ Diœceſis quod, iidem *Prior* & *Archidiaconi* in propriis Perſonis, ac *dictum Capitulum* per unum, *idemque Clerus* per Duos Procuratores idoneos, plenam & ſufficientem Poteſtatem ab ipſis *Capitulo & Clero* diviſim habentes, prædictis Die & Loco perſonaliter interſint, ad Conſentiendum hiis quæ tunc ibidem de Communi Conſilio dicti Regni noſtri, Divina favente Clementia, contigerit ordinari.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo Die Aprilis, Anno Regni ſui Viceſimo octavo.

CRUMWELL.

* XIV. 564. • Conſimilia Brevia diriguntur Archiepiſcopo & Epiſcopis ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

| | |
|---|---|
| *E. Archiepiſcopo Eborum.* | *N. Epiſcopo Sarum.* |
| *J. Epiſcopo London.* | *R. Epiſcopo Ciceſtren.* |
| *J. Epiſcopo Exon.* | *J. Epiſcopo Carliol.* |
| *T. Epiſcopo Elien.* | *J. Epiſcopo Roffen.* |
| *C. Epiſcopo Dunolm.* | *R. Epiſcopo Coventr. & Lich.* |
| *J. Epiſcopo Bathon. & Wellen.* | *Epiſcopo Landaven.* |
| *H. Epiſcopo Wigorn.* | *Epiſcopo Bangoren.* |
| *J. Epiſcopo Lincoln.* | *T. Epiſcopo Meneven.* |

*Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatus Winton.* ipſo Epiſcopo in remotis agente.

*Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatus Herefordεn.* ipſo Epiſcopo in remotis agente.

*Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatus Norwicen.* ipſa Sede vacante.

*Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatus Aſſaven.* ipſa Sede vacante.

Conſimilia Brevia diriguntur Perſonis ſubſcriptis ſub eadem Data, videlicet,

| | |
|---|---|
| Prechariſſimo Conſanguineo ſuo *Henrico Duci Richemondiæ & Somerſetiæ.* | *Henr. Comiti Northumbr.* |
| | *Georgio Comiti Huntyngdon.* |
| | *Roberto Comiti Suſſex.* |
| P. Conſ. *Thomæ Duci Norff.* | *Henr. Comiti Eſſex.* |
| P. *Carolo Duci Suff.* | *Georgio Comiti Salop.* |
| *Henr. Marchioni Dorſ.* | *Henr. Comiti Wigorn.* |
| *Henr. Marchioni Exon.* | *Thomæ Comiti Wilteſ.* |
| *Willielmo Comiti Arundell.* | *Henr. Comiti Cumbr.* |
| *Johanni Comiti Oxon.* | *Radulpho Comiti Weſtmerl.* |
| *Edwardo Comiti Derb.* | *Thomæ Comiti Rotel.* |

*Johanni Tucht de Audely* Chivaler.
*Henr. Domino Montague* Chivaler.
*Willielmo Fynes de Dacre* Chivaler,
*Thomæ Weſt de la Warre* Chivaler.
*Henr. Morley de Morley* Chivaler.
*Henr. d'Aubeney d'Aubeney* Chivaler.
*Waltero Deverreux de Ferres* Chivaler.
*Willielmo Dacre de Gilleſland* Chivaler.
*Johanni Domino Souche* Chivaler.
*Johanni Scrope de Bolton* Chivaler.
*Willielmo Stourton de Stourton* Chivaler.
*Johanni Nevill de Latymer* Chivaler.
• *Johanni Boughchier de Fitz Waren* Chivaler. • XIV. 565.
*Georgio Broke de Cobham* Chivaler.
*Willielmo Domino Sandes* Chivaler.
*Chriſtoforo Domino Conyers* Chivaler.
*Johanni Domino Lumley* Chivaler.
*Thomæ Domino Darcy* Chivaler.
*Edwardo Grey de Powes* Chivaler.
*Willielmo Grey de Wilton* Chivaler.
*Thomæ Stanley de Mountegle* Chivaler.
*Thomæ Domino Vaux* Chivaler.
*Johanni Domino Huſey* Chivaler.
*Andreæ Domino Wyndeſore* Chivaler.
*Thomæ Domino Wentworthe* Chivaler.
*Thomæ Domino Borough* Chivaler.
*Edmundo Domino Bray* Chivaler.
*Johanni Domino Mordaunt* Chivaler.
*Franciſco Domino Talbot* Chivaler.
*Henrico Domino Mautravers* Chivaler.
*Edwardo Domino Clynton* Chivaler.
*Carolo Blount de Mountjoy.*
*Arthuro Vic. Liſle* Chivaler.
*Edwardo Seymour Vic. Beauchamp* Chivaler.
*Waltero Domino Hungerford de Haytiſbury* Chivaler.

REX Dilecto & Fideli ſuo *Johanni Fitz James* Militi, Salutem.

Quia, &c. *ut ſupra uſque ibi*, Tractatum, *& tunc ſic*,

Vobis Mandamus firmiter injungentes quòd, omnibus aliis prætermiſſis, prædictis Die & Loco perſonaliter interſitis, Nobiſcum ac cum cæteris de Concilio noſtro ſuper dictis Negotiis Tractaturi veſtrumque Conſilium impenſuri; Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte, &c.

Conſimilia Brevia diriguntur Perſonis ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Johanni Porter* Militi.
*Johanni Spelman* Militi.
*Waltero Luke* Militi.
*Johanni Baldewyn* Militi.
*Antonio Fitz Herbert* Militi.

*Thomæ*

Digitized by Google

Ita quòd, pro Defectu Poteſtatis hujuſmodi, ſeu propter improvidam Electionem *Militum Civium* & *Burgenſium* prædictorum, dicta Negotia infecta non remaneant quovis modo;

Nolumus autem quòd Tu, aut aliquis alius Vicecomes dicti Regni noſtri, aliqualiter ſit Electus.

Et Electionem illam, in pleno Com. tuo factam, diſtinctè & apertè, ſub Sigillo tuo & Sigillis eorum qui Electioni illi interfuerint, Nobis in Cancellariam noſtram, ad dictos Diem & Locum, certifices indilate; Remittens Nobis alteram Partem Indenturarum prædictarum * Præſentibus conſutam, unà cum hoc
* XIV. 366. Breve.

Teſte ut ſupra.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam, ſub eadem Data; videlicet.

| | |
|---|---|
| *Kanc.* | *Suff.* |
| *Midd.* | *Northt.* |
| *Surr.* | *Rotel.* |
| *Suſſex.* | *Not.* |
| *Sutht.* | *Derb.* |
| *Wiltes.* | *Warr.* |
| *Somerſ.* | *Leyc.* |
| *Dorſ.* | *Staff.* |
| *Devon.* | *Salop.* |
| *Oxon.* | *Hereford.* |
| *Berk.* | *Wigorn.* |
| *Bed.* | *Lincoln.* |
| *Buk.* | *Eborum.* |
| *Eſſex.* | *Northumbr.* |
| *Hertf.* | *Cumbr.* |
| *Cantebr.* | *Weſtmerl.* |
| *Hunt.* | *Glouc.* |
| *Norff.* | |

REX *Vicecomitibus Londoniæ*, Salutem.

Quia, de aviſamento, *&c. uſque ibi*, tractatum, *& tunc ſic*,

Vobis Præcipimus, firmiter injungentes, quòd, factâ Proclamatione in proximo Huſtengo veſtro, poſt Receptionem hujus Brevis noſtri Tenendo, de Die & Loco prædictis, *Quatuor Cives* de diſcretioribus & magis ſufficientibus Civitatis prædictæ, liberè & indifferenter, per illos qui Proclamationi hujuſmodi interfuerint, juxta formam Statutorum inde editorum, eligi,

Et Nomina eorumdem Civium ſic eligendorum, in quibuſdam Indenturis, inter Vos & illos qui hujuſmodi Electioni interfuerint inde conficiendis, ſive hujuſmodi Eligendi Præſentes fuerint vel Abſentes, inſeri, eoſque ad dictos Diem & Locum venire faciatis, ita quòd *prædicti Cives* plenam & ſufficientem Poteſtatem pro Se & Communitate Civitatis prædictæ ab ipſis habeant, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis*.

Teſte ut ſupra.

Conſimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus ſubſcriptis, mutatis mutandis, ſub eâdem Datâ; videlicet,

*Vicecomitibus Civitatis Norwicl* pro Duobus Civibus eligendis.
*Vicecomitibus Civitatis Eborum* pro Duobus Civibus eligendis.
*Vicecomitibus Civitatis Lincoln.* pro Duobus Civibus eligendis.
*Vicecomitibus Civitatis Coventr.* pro Duobus Civibus eligendis.
*Vicecomitibus Civitatis Cantuar.* pro Duobus Civibus eligendis.

Vobis Mandamus, firmiter injungentes, quod, per Breve noſtrum, ſub Sigillo noſtro Comitatus prædicti, detis in Mandatis quod idem Vicecomes, facta Proclamatione in proximo Com. ſuo, poſt Receptionem hujus Brevis tenendo, de Die & Loco prædictis, *Duos Milites Gladiis cinctos* magis idoneos & diſcretos Comitatus prædicti, & de qualibet Civitate Comitatus illius *Duos Cives*, & de quolibet Burgo *Duos Burgenſes*, de diſcretioribus & magis ſufficientibus, libere & indifferenter, per illos qui Proclamationi hujuſmodi interfuerint, *&c. ut ſupra*, inde conficiendis, ſive hujuſmodi Eligendi Præſentes fuerint vel Abſentes, inſeri, eoſque ad Diem & Locum venire faciat;

Ita quod *iidem Milites*, plenam & ſufficientem Poteſtatem pro Se & Communitate Comitatus prædicti, & *dicti Cives & Burgenſes* pro Se & Communitatibus Civitatum & Burgorum prædictorum, diviſim ab ipſis habeant, ad Faciendum & Conſentiendum hiis quæ tunc ibidem, de Communi Conſilio dicti Regni noſtri, favente Domino, contigerint ordinari ſuper Negotiis antedictis,

Ita quod, pro Defectu Poteſtatis hujuſmodi, ſeu propter improvidam Electionem Militum Civium & Burgenſium prædictorum, dicta Negotia infecta non remaneant quovis modo;

Nolumus autem quod *idem Vicecomes*, nec aliquis alius *Vicecomes* Regni noſtri prædicti, aliqualiter ſit Electus;

Et Electionem illam, in pleno Com. prædicto ſic factam, diſtincte & aperte ſub Sigillo Comitatus prædicti, & Sigillis eorum qui Electioni illi interfuerint, Nobis in Cancellariam noſtram ad dictos Diem & Locum certificetis indilate; Remittentes Nobis alteram Partem Indenturarum prædictarum, Præſentibus conſutam, una cum hoc Breve.

Teſte, &c.

REX Dilectis & Fidelibus ſuis *Deputato & Concilio Villæ ſuæ Caleſii*, Salutem.

Quia de aviſamento, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Tractatum, *& tunc ſic*,

Vobis Mandamus, firmiter injungentes, quod, immediate poſt Receptionem hujus Brevis noſtri, nominari & eligi faciatis *unum hominem* habilem & diſcretum, Inhabitantem infra Villam noſtram prædictam, ad eſſendum *Burgenſem*, pro Parliamento noſtro prædicto, pro Villa prædicta & Marchiis ejuſdem, pro Negotiis in eodem Parliamento agendis, juxta formam cujuſdam Actus *in Parliamento noſtro apud London.* Tertio Die Novembris, Anno Regni noſtri Viceſimo Primo, & exinde per diverſas Prorogationes uſque *Weſtm.* Quarto Die Februarii, Anno Regni noſtri Viceſimo Septimo, adjornato & tunc tento, editi & proviſi; Eumque ad dictos Diem & Locum venire faciatis;

Ita quod *idem Burgenſis* plenam & ſufficientem Poteſtatem, pro Se & Communitate Villæ & Marchiarum prædictarum, ad faciendum & conſentiendum hiis, quæ tunc ibidem, de Communi Conſilio dicti Regni noſtri, favente Domino, contigerint ordinari ſuper Negotiis antedictis;

Ita quod, pro Defectu Poteſtatis hujuſmodi, ſeu propter improvidam Electionem *Burgenſis prædicti*, dicta Negotia infecta non remaneant quovis modo.

Et cum Electionem & Nominationem illas ſic feceretis, eas Nobis in Cancellariam noſtram, diſtincte & aperte, ſub Sigillis veſtris, ad dictos Diem & Locum, debite certificetis;

Remittentes Nobis hoc Breve, una cum Retorno Nominis *ejuſdem Burgenſis* dicto Brevi conſuto.

Teſte, &c.



Digitized by Google

…quarumcumque ſpectantia ſive pertinentia, Colligendi & Recipiendi, atque etiam eadem in Uſus tuos proprios & utilitatem tuam, Excepta Annua Præſtatione *Quinquaginta Librarum*, quam in Uſum Alimentorum dicti *Ricardi*, tanquam ſufficientem & idoneam a Nobis conſtitutam, aſſignavit, Convertendi & Applicandi, plena & libera Facultas Auctoritas & Poteſtas ab *eodem Epiſcopo* conceſſa fuerit, etiam abſque Computo Calculo ſive Ratiocinio dictis *Reverendo Patri* & *Ricardo Paceo* aut cuivis alii reddendis, prout ex Literis ejuſdem Sigillo ejus ſigillatis, de Datis Viceſimo ſecundo Die Menſis Septembris, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Triceſimo quinto, plenius liquet & apparet,

Nos, ex uberiori Gratia noſtra certa Scientia & mero Motu noſtris, & *Suprema*, quam ut Eccleſiæ Anglicanæ *Supremum Caput* habemus, ſeu alia quacumque Auctoritate & Prærogativa noſtris, Admiſſionem Conceſſionem, ac alia ſupradicta a præfato *Reverendo Patre* in hac parte geſta, Rata & Grata habentes, præſentis etiam Scripti noſtri Teſtimonio & Munimine Roboramus & Confirmamus, ac plenam & liberam Adminiſtrationem dicti Decanatus Noſtrumque & pertinentium ſuorum univerſorum durante Vita naturali dicti *Ricardi Pacei*, Tibi tenore Præſentium firmiſſimum in modum Concedimus Ratificamus & Comprobamus,

Dantes inſuper Tibi & Concedimus quod extunc de cætero, durante etiam dicti *Ricardi Pacei* Vita, Tibi liceat Chorum dictæ Eccleſiæ Cathedralis Sarum pro libito Voluntatis tuæ, ac quotiens & quando id Tibi melius videbitur expedire, Habitu Decanali ſive Canonicali adire ſive frequentare, Præſentiamque tuam ibidem exhibere,

Necnon Locum & Sedem ad Officium dicti Decanatus ſpectantia, tam in Choro dictæ Eccleſiæ quam in Capitulo vel alibi, tenere exercere & occupare,

Errataque ibidem prout Tibi æquum videbitur, & uti ad dicti Decani Officium quoquomodo ſpectat ſive pertinet vel ſpectare ſeu pertinere poſſet, corrigere & reformare,

Necnon Reſidentiam tuam in dicta Eccleſia Cathedrali quando Tibi placuerit loco ipſius Decani inchoare facere tenere & continuare, abſque Erogatione ſeu Solutione alicujus Pecuniarum Summæ in ea parte, pro Admiſſione tua ad dictam Reſidentiam, præſtandæ ſive fiendæ præſtari ſeu fieri ſolitæ,

Cum omni Jure etiam Percipiendi & Habendi quamcumque Portionem ex Patrimonio dictæ Eccleſiæ, ratione Reſidentiæ in eadem, ex Dividentia & Diſtributione Fructuum Reddituum Proventuum & Emolumentorum memoratæ Eccleſiæ, aut ex alia Re Cauſa vel Occaſione quacumque debitam vel competentem, adeoque plene & integre atque libere ac ſi præfatus *Ricardus Paceus Decanus antedictus*, ſi ſui Compos exiſtens, ibidem perſonaliter reſideret percipere & haberet aut habere ſive percipere poſſet,

Cum Poteſtate etiam ſub tuo Nomine per Te vel per Deputatos ſeu Commiſſarios tuos, Faciendi, Expediendi, Excercendi, & Exequendi omnia & ſingula quæ ad Officium Dignitatem ſeu Juriſdictiones *Decani* hujuſmodi quomodolibet ſpectare & pertinere dinoſcuntur;

Ac præterea, ex habundantiori Gratia, ac ex certa Scientia &
* XIV. 69. mero Motu * noſtris, eundem Decanatum, cum primùm, per Mortem naturalem, Reſignationem, Ceſſionem, Dimiſſionem, ſive Privationem dicti *Richardi Pacei Decani ibidem Moderni*, ſive aliter juſte vacare contigerit, Tibi, nunc pro tunc & tunc pro nunc, in Titulum perpetuum, tua Vita naturali durante, Retinendi (dummodo Mortem *dicti Ricardi* aliquo pacto machinatus non fueris, nec eundem ad Cedendum dicto Decanatui dolo malo induxeris, aut aliter eodem privari fraudulenter procuraveris) conferimus, Teque *Decanum* ibidem Inſtituimus cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, ita quod per Mortem ſive Reſignationem dicti *Ricardi Pacei*, aut aliter præfato Decanatu Vacante, realem & corporalem Poſſeſſionem Decanatus hujuſmodi cum ſuis Juribus & pertinentiis univerſis, *Epiſcopi* ſive *Ca-*

Habendam & Tenendam prædictam *Præbendam* eidem *1oma Crumwell* durante vita ſua, cum omnibus ſuis Juribus Præeminentiis & Pertinentiis univerſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xi. Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia Eligendi.*

REX Dilectis Nobis in Chriſto *Priori & Conventui Eccleſiæ Cathedralis Norwicen.* Salutem.
Ann. D. 1536. *An.* 28. *H.* 8. *Pat.* 28. *H.* 8. *p.* 3. *m.* 2.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter Supplicatum ut, cum Eccleſia Cathedralis prædicta, per Mortem, Bonæ Memoriæ, *Richardi Nyx* ultimi Epiſcopi ibidem, Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis Eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam prædictam Vobis Tenore Præſentium duximus concedendam; Mandantes quod talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Eccleſiæ veſtræ Neceſſarius, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxv. Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *De Licentia Eligendi Aſſaven.* * XIV. 570.

REX Dilectis ſibi in Chriſto *Decano & Capitulo Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Aſſavenſis* Salutem.
Ann. D. 1536. *An.* 28. *H.* 8. *Pat.* 28. *H.* 8. *p.* 2. *m.* 9.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cum Eccleſia noſtra prædicta, per liberam Tranſmutationem *Willielmi Barlowe* ultimi Epiſcopi ibidem Electi, ſit paſtoris ſolatio deſtituta, Alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentia concedere dignaremur,

Nos, precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis tenore Præſentium duximus concedendam; Mandantes quod talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Eccleſiæ veſtræ Neceſſarius, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Regio Aſſenſu pro Epiſcopo Ciceſtrenſi.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati, Salutem.
Ann. D. 1536. *An.* 28. *H.* 8. *Ibid.*

Sciatis quod Electioni nuper factæ in Eccleſia Cathedrali Ciceſtrenſi, vacante per Reſignationem Domini *Roberti Shirburn* ultimi Epiſcopi ibidem, de Venerabili Viro *Richardo Sampſon* Capellano noſtro in Epiſcopum loci illius & Paſtorem, Regium Aſſenſum adhibuimus & Favorem;

Et hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus, ut quod veſtrum eſt in hac parte exequamini.

In cujus, &c.

Teſte

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxiv. Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* XIV. 571.

Ann. D. 1536. An. 28. H. 8. Pat. 28. H. 8. p. 1. m. 31.

### * *De Officio Cuſtodis Privati Sigilli conceſſo.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum Nos, per Literas noſtras Patentes, Datas apud Weſtmonaſterium Viceſimo tertio Die Januarii, Anno Regni noſtri Viceſimo primo, Dederimus & Conceſſerimus Chariſſimo Conſanguineo noſtro *Thomæ Comiti Wilteſiæ & Ormond* Cuſtodiam Officii Cuſtodis Privati Sigilli noſtri,

Ac *eundem Comitem* Cuſtodem Privati Sigilli noſtri prædicti per eaſdem Literas noſtras Fecerimus, Ordinaverimus, Conſtituerimus & Ordinaverimus,

Habendum, Occupandum, Gaudendum & Cuſtodiendum Officium illud quamdiu Nobis placuerit, unà cum omnibus Proficuis, Commoditatibus, Præeminentiis & Advantagiis eidem Officio quoquo modo debitis, conſuetis, pertinentibus ſive ſpectantibus,

Prætextu cujus *idem Comes* Officium illud, ab eodem Viceſimo quarto Die Januarii uſque Viceſimum quartum Diem Junii ultimò præteritum, habuerit & occupaverit, atque adtunc habuit,

Dederimus etiam & Conceſſerimus, per eaſdem Literas noſtras, *eidem Comiti*, in & pro dicto Officio Cuſtodis Privati Sigilli noſtri excercendo, *Viginti Solidos per Diem*, pro quolibet Die quo Ipſe Officium illud exerceret vel occuparet & in Officio illo ſtaret,

Et pro Solutione & Contentatione eorumdem *Viginti Solidorum per Diem*, videlicet, pro quolibet hujuſmodi Die quo *idem Comes* Officium illud excerceret & occuparet, qui ſe attingunt ad *Treſcentas Sexaginta & Quinque Libras in toto per unum Annum integrum*, Conceſſerimus per eaſdem Literas noſtras Patentes *eidem Comiti Octoginta & Decem Libras*, inde habendas & percipiendas annuatim *eidem Comiti*, a prædicto Viceſimo quarto Die Januarii, de omnimodis Cuſtumis & Subſidiis noſtris, ac de eorum quolibet & qualibet inde parte, in Portu Villæ noſtræ *de Pole*, & in ſingulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum & Subſidiorum aut eorum cujuſlibet, ſive eorum alicujus pro tempore exiſtentis,

Et etiam *Ducentas Libras* inde habendas & percipiendas *eidem Comiti* annuatim ab eodem xxiv. Die Januarii de Parva Cuſtuma noſtra in Portu Civitatis noſtræ *Londoniæ* provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorum Cuſtumarum & Subſidiorum & eorum cujuſlibet, ſive eorum alicujus pro tempore exiſtentis,

Et *Quinquaginta Sex Libras Treſdecim Solidos & Quatuor Denarios* inde habendos & percipiendos annuatim *eidem Comiti* a dicto xxiv. Die Januarii, de omnimodis Cuſtumis & Subſidiis noſtris & de eorum quolibet & qualibet inde Parte in Portu *Villæ noſtræ Briſtolliæ*, & in ſingulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus, creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum & Subſidiorum ibidem & eorum cujuſlibet, ſive eorum alicujus pro tempore exiſtentis,

Ac etiam *Decem & Octo Libras Sex Solidos & Octo Denarios*, Reſiduos de prædictis *Treſcentis Sexaginta quinque Libris per Annum*, habendos & percipiendos annuatim *eidem Comiti* a dicto viceſimo quarto Die Januarii, de omnimodis Cuſtumis & Subſidiis noſtris & de eorum quolibet & qualibet inde parte in Portu *Villæ noſtræ de Brigwater*, & in ſingulis Portubus & Locis

ſtris & de eorum quolibet & qualibet inde parte, in Portu Villæ noſtræ *de Pole*, & in ſingulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus, & creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum & Subſidiorum aut eorumdem cujuſlibet, ſeu eorum alicujus pro tempore exiſtentis,

Et etiam *Ducentas Libras* inde habendas & percipiendas eidem *Thomæ Crumwell* annuatim, de Parva Cuſtuma noſtra in Portu Civitatis noſtræ *Londoniæ* prædictæ provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum & Subſidiorum & eorum cujuſlibet, ſeu eorum alicujus pro tempore exiſtentis,

Et *Quinquaginta Sex Libras Treſdecim Solidos & Quatuor Denarios* inde habendos & percipiendos annuatim eidem *Thomæ Crumwell*, de omnimodis Cuſtumis & Subſidiis noſtris ac de eorum quolibet & qualibet inde parte in prædicto Portu Villæ noſtræ Briſtolliæ, & in ſingulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum ſive Subſidiorum ibidem & eorum cujuſlibet, ſive eorum alicujus pro tempore exiſtentis,

Ac etiam *Decem & Octo Libras Sex Solidos & Octo Denarios*, Reſiduos de prædictis *Treſcentis Sexaginta & Quinq; Libris* per Annum, habendos & percipiendos *eidem Thomæ*, de omnimodis Cuſtumis & Subſidiis noſtris & de eorum quolibet & qualibet inde parte in Portubus Villarum noſtrarum de *Plymouth & Fowey*, & in ſingulis Portubus & Locis eiſdem Portubus adjacentibus, provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum & Subſidiorum ibidem & eorum cujuſlibet, ſive eorum alicujus pro tempore exiſtentis, quamdiu & pro tempore quo ipſum *Thomam Crumwell* in Officio Cuſtodis Privati Sigilli noſtri prædicto ut prædictum eſt ſtare contigerit,

Et inſuper, de ampliori Gratiâ noſtrâ necnon ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus præfato *Thomæ Crumwell* & Aſſignatis ſuis tot & tantos Denarios ſive Denariorum Summas ad quot & quantos hujuſmodi *Vinginti Solidos per Diem*, a dicto Viceſimo quarto Die Junii ultimo præterito uſq; Diem Datæ harum Literarum Patentium, & pro eodem Die Datæ Præſentium, in toto ſe attingunt, habendos & percipiendos & recipiendos eidem *Thomæ Crumwell* & Aſſignatis ſuis, de omnibus & omnimodis Cuſtumis & Subſidiis & de eorum quolibet & de qualibet inde parte in prædictis Portubus Villæ noſtræ *de Pole*, Civitatis noſtræ *Londoniæ*, Villæ noſtræ *Briſtolliæ*, & Villarum noſtrarum de *Plymmouthe* & *Fowey*, & in eorum quolibet, ac in ſingulis Portubus & Locis eiſdem Portubus & eorum cuilibet adjacentibus, provenientibus & creſcentibus, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum ſive Subſidiorum ibidem & eorum cujuſlibet ſive eorum alicujus, pro tempore ſupradicto, in forma prædicta, de Dono & Regardo noſtris ſpecialibus, abſque Compoto ſeu aliquo alio inde Nobis vel Hæredibus noſtris reddendo, ſolvendo ſeu faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Secundo Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* *De*

Digitized by Google

*Eſcaetori Regis in Com. Midd.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu prædicto quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

### *De Reſtitutionibus Temporalium.*

Ann. D. REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Norffolciæ, Salutem.
1536. Vacante nuper Epiſcopatu Norwicenſi, per Mortem Reve-
*An.* 28. rendi Patris *Richardi Nyx* ultimi Epiſcopi ibidem, *Prior & Con-*
*H.* 8. *ventus* Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ Trinitatis in Civitate noſtrâ
*Pat.* 28. Norwicenſi, Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ,
*H.*8. *p.* 3. Venerabilem & Religioſum Virum Dominum *Willielmum Reps*,
*m.* 2. Monaſterii Sancti Benedicti Norwicenſis Diœceſis Abbatem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem,

Ac Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus*, totius Angliæ Primas Electionem illam Confirmaverit, ac ipſum *Willielmum Epiſcopum Norwicenſem* Conſecraverit, Ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtiverit, ſicut per Literas ipſius Reverendiſſimi in Chriſto Patris, Nobis inde directas, Nobis plenè liquet,

Noſque Fidelitatem ipſius præfati *Electi & Confirmati*, Nobis debitam pro dicti Epiſcopatûs Temporalibus, in Manibus noſtris, ratione Vacationis ejuſdem, exiſtentibus, acceptaverimus, ac hujuſmodi Temporalia præfato *Electo & Confirmato*, reddidimus & reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta, ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo nono Die Julii.

*Per Breve de Privata Sigillo.*

* XIV. * Et Mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus
574. aliis Tenentibus de Epiſcopatu Norwicenſi prædicto quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint Reſpondentes & Obedientes prout decet.

In cujus, &c.

---

### *Pro Abbatia de Winton. de Confirmatione.*

Ann. D. REX omnibus ad quos, &c. Salutem.
1536 Cum per quendam Actum *in Parliamento noſtro apud Londo-*
*An.* 28. *niam*, Tertio Die Novembris Anno Regni noſtri viceſimo pri-
*H.* 8. mo Inchoato, & deinde *uſque Weſtmonaſterium*, Adjornato, &
*Pat* 28. per diverſas Prorogationes uſque ad & in Quartum Diem Februa-
*H.*8. *p.* 2. rii ultimò præterito Continuato, & tunc ibidem tento,
*m.* 15. Inter alia Inactitatum exiſtit,

Quòd Nos haberemus & gauderemus Nobis & Hæredibus noſtris imperpetuum omnia & ſingula Monaſteria, Prioratus & alias Domos Religioſas Monachorum, Canonicorum & Monialium quibuſcumque generibus ſive diverſitatibus Habituum, Regula-

Robore & Effectu, tam in [illegible] prout eſſent & fuiſſent ante Confectionem Actus prædicti, abſq; Suppreſſione ſive Diſſolutione earumdem ſive alicujus Partis inde prætextu & auctoritate ejuſdem Actûs, & quod quælibet talis hujuſmodi Ordinatio & Declaratio, per Nos ſic fienda & ordinanda, eſſet bona ſecura & effectualis Capitalibus Gubernatoribus hujuſmodi Religioſarum Domorum quas Supprimendas & Diſſolvendas eſſe noluiſſemus & Succeſſoribus ſuis, juxta & ſecundùm Tenores & Effectus Literarum Patentium inde conficiendarum, aliquâ Re ſive aliquibus Rebus in Actu prædicto in contrarium inde factis non obſtantibus, prout in Actu prædicto inter alia pleniùs continetur;

Prætextu cujus quidem Actûs, *Domus Monaſterium ſive Abbatia beatæ Mariæ Monialium in Wintonia*, in Comitatu Suthamptoniæ, pro eo quod non habet Terras, Tenementa, Redditus, Decimas, Portiones aut Hæreditamenta ultra dictum clarum annuum Valorem *Ducentarum Librarum*, prout certificatur in dicto Scaccario noſtro ut ibidem plane liquet, in Manibus & Diſpoſitione noſtris jam exiſtit utrum diſſolveretur ſecundùm formam Actûs prædicti; an permaneret & continuaret in ſuo priſtino & eſſentiali Statu Conditione & Qualitate, prout ante Confectionem Actûs prædicti fuit,

* Nos volentes dictam *Domum Monaſterium ſive Abbatiam* * XIV.
*beatæ Mariæ Monialium in Wintonia prædicta*, pro diverſis Cauſis 575.
& Conſiderationibus Nos ad præſens ſpecialiter moventibus, in ſuo priſtimo eſſentiali Statu, Corpore, Conditione & Qualitate permanere & continuare prout ante Confectionem Actus prædicti fuit, ac prout eſſet ſi Actus ille factus non fuiſſet,

Sciatis igitur quod Nos,

Ob Favorem quem erga dictam *Domum Monaſterium ſive Abbatiam beatæ Mariæ Monialium Wynton*, quod non extenditur in Terris Tenementis & aliis Hæreditaments ſuis ad Annuum Valorem *Ducentarum Librarum*, in Comitatû prædicto *Ordinis Sancti Benedicti*, Wintonienſis Diœceſis, gerimus & habemus, & ut *Abbatiſſa* & *Moniales* ejuſdem Domus Monaſterii ſive Abbatiæ Divino Cultui ibidem celebrando devotius intendant, Hoſpitalitatemque ac alia Pietatis Opera ibidem uberius excerceant,

De Gratia noſtra ſpeciali ac ex certâ Scientia & mero Motu noſtris, Ordinavimus, Conſtituimus & Declaravimus, ac per Præſentes quantum in nobis eſt Declaramus, Conſtituimus, Ordinamus, Erigimus & Renovamus quod *prædicta Domus Monaſterium ſive Abbatia beatæ Mariæ Monialium in Winton*, prædidicta Continuabit Stabit & Permanebit in eodem ſuo Corpore Corporato, ac in eodem ſuo eſſentiali Statu, Gradu, Qualitate & Conditione, tam in Poſſeſſionibus quam in omnibus aliis Rebus tam Spiritualibus quam Temporalibus & Mixtis, prout fuit tempore Confectionis Actus prædicti, aut aliquo tempore ante Confectionem Actus prædicti, abſque Suppreſſione ſive Diſſolutione aliquali ejuſdem *Domus Monaſterii ſive Abbatiæ beatæ Mariæ Monialium in Winton. prædicta*, aut alicujus Partis vel Parcellæ inde, vigore & auctoritate Actus prædicti,

*Maneriis de Archeſfount & Allcannyng*, cum Pertinentiis in Comitatu Wilteſiæ ac *Rectoria Eccleſiæ Parochialis de Archeſfount*, prædicta, cum *Advocationibus Eccleſiarum de Archeſfount & Allcannyng prædictis*, necnon omnibus aliis Terris, Tenementis, & aliis Hæreditamentis quibuſcumque Parcellis Poſſeſſionum prædictæ Domus ſive Monaſterii aut Abbatiæ beatæ Mariæ Monialium Winton. tempore Confectionis Actus prædicti, nuper per Nos Domino *Edwardo Seymer*, Militi Vicecomiti Beauchamp & Dominæ *Annæ Uxori ſuæ* per alias Literas noſtras Patentes prius conceſſas, omnino Exceptis & Reſervatis,

Et ulterius de uberiori Gratia noſtra Conceſſimus & per Præſentes Concedimus quod *Elizabetha Shelley*, Profeſſa Ordinis Sancti Bededicti ſit deinceps *Abbatiſſa dictæ Domus Monaſterii ſive Abbatiæ beatæ Mariæ Monialium in Winton. prædicta*, ac pro

*Ab-*

Digitized by Google

beatæ Mariæ Monialium in Winton. prædicta, habeant gaudeant & teneant, & habere poſſint & valeant imperpetuum, totam prædictam Domum Monaſterium ſive Abbatiam beatæ Mariæ Monialium in Winton. prædicta, necnon Eccleſiam, Campanile, Scitum, Cimiterium, Fundum, Ambitum, Præcinctum, & Circuitum Eccleſiæ ejuſdem, ac omnia & ſingula Maneria, Meſuagia, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Poſſeſſiones, Perpetuitates & Hæreditamenta noſtra quæcumque (exceptis præexceptis) necnon Commoditates, Ornamenta, Jocalia, Bona, & Catalla, ac alias Res quæcumque, tam Spiritualia quam Temporalia, eidem Monaſterio ſive Abbatiæ quovismodo ſpectantia ſive pertinentia, eiſdem modo & forma prout haberent gauderent & tenerent, aut habere gaudere & tenere potuiſſent & valerent ſi Actus prædictus factus & editus non fuiſſet,

Et pro majore Securitate de & in Præmiſſis præfatis Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſive Abbatiæ Beatæ Mariæ Monialium in Winton. prædicta & Succeſſoribus ſuis adhibenda,

Sciatis inſuper quod Nos, de uberiori Gratia noſtra ſpeciali, Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus præfatis Abbatiſſæ dictæ Domus Monaſterii ſive Abbatiæ Monialium in Winton: prædicta, necnon totum Scitum, Fundum, Ambitum, Præcinctum, Circuitum, Eccleſiam, Campanile, & Cimiterium ejuſdem Domus Monaſterii ſive Abbatiæ Beatæ Mariæ Monialium in Winton. prædicta,

Ac omnia & ſingula Dominia, Maneria, Meſuagia, Terras, Tenementa, Boſcos, Subboſcos, Redditus, Reverſiones, Servitia, Feoda Militum, Warda, Maritagia, Relevia, Eſcaeta, Parcos, Warennas, Stagna, Vivaria, Piſcarias, Communias, Rectorias, Vicarias, Advocationes, & Patronatus Eccleſiarum, Capellarum, Cantariarum, Terras, Glebas, Penſiones, Portiones, Decimas, Oblationes, Curias Letas, Viſ. Franciplegii, Libertates, Juriſdictiones, & Francheſias, ac alia Jura, Poſſeſſiones & Hæreditamenta quæcumque, exceptis præexceptis,

Ac omnia alia Bona & Catalla, Campanas, Jocalia, Ornamenta, & alias Res quæcumque, eidem Monaſterio ſive Abbatiæ ſpectantia ſive pertinentia, & quæ prædicta Abbatiſſa & Conventus, Quarto Die Februarii ultimo præterito, aut antea vel poſteà, in Jure Domus Monaſterii ſive Abbatiæ illius habuerunt, tenuerunt vel gaviſi fuerunt, & quæ ad manus noſtras, ratione & prætextu Actus prædicti, devenerunt & devenire debuerunt, adeo plene & integre, ac in tam amplis modo & forma, prout dicta Abbatiſſa & Conventus, dicto Quarto Die Februarii ultimo præterito, & ante factionem Actus prædicti, in Jure Monaſterii ſive Abbatiæ prædictæ Illa habuerunt, tenuerunt vel gaviſi fuerunt, & adeo plene & integre, ac in tam amplis modo & forma prout Illa, ratione prætextu vigore & auctoritate Actus prædicti, ad manus noſtras devenerunt & devenire debuerunt, aut in manibus noſtris jam exiſtunt vel exiſtere deberent,

Habendum & Tenendum prædictum Monaſterium ſive Abbatiam, ac omnia & ſingula cætera Præmiſſa cum ſuis Juribus, Pertinentiis, Commoditatibus & Libertatibus quibuſcumque (Exceptis præexceptis) præfatæ *Elizabethæ Shelley* Abbatiſſæ dictæ Domus Monaſterii ſive Abbatiæ illius & Conventui ejuſdem Loci, ac Succeſſoribus ſuis Abbatiſſis & Conventui ejuſdem Domus Monaſterii ſive Abbatiæ in puram & perpetuam Eleemoſinam imperpetuum, de Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, ut de Fundatione noſtra & non aliter, Solvendo & Faciendo Capitalibus Dominis Terrarum & Tenementorum & cæterorum Præ-



& Reverendum Patrem *Robertum Welles* Priorem Monaſterii Sanctæ Etheldredæ de Ely, Ordine Sacerdotali ritè inſignitos, de legitimo Matrimonio natos, & in Ætate legitima conſtitututos, Viroſque in Spiritualibus & Temporalibus multùm circumſpectos, quibus de Canonicis nihil obviat Inſtitutis, quominus, ut aſſeruit, ad Epiſcopalem *Suffraganei* Dignitatem admitti poſſint & deberent, Nobis per ſuas Literas ſuo Magno Sigillo munitas Præſentavit,

Humiliter & devotè ſupplicans quatenus Nos, alterum ipſorum ſic Præſentatorum, ad aliquam Sedem *Epiſcopi Suffraganei* infra Provinciam Cantuarienſem exiſtentem Nominare, Ipſiq; ſic Nominato Stilum, Titulum & Dignitatem talis Sedis Burgorum & Villatarum in Statuto prædicto nominatorum donare dignaremur.

Unde Nos, ex Gratia noſtra ſpeciali & mero Motu noſtris, Dominum *Willielmum More*, alterum ex dictis Præſentatis, in *Epiſcopum Suffraganeum Sedis Colceſtriæ*, infra Provinciam Cantuarienſem prædictam Nominamus, eique Stilum, Titulum & Dignitatem ejuſdem Sedis *Epiſcopi Suffraganei* Damus & Conferimus; atque hæc vobis Tenore Præſentium ſignificamus;

Requirentes vos quatenùs *eundem Willielmum More*, ſic per Nos Nominatum, in *Epiſcopum Suffraganeum*, ejuſdem Sedis *Colceſtriæ*, Conſecretis, eique Benedictionem ac omnia Epiſcopalia Inſignia Conferatis, cæteraque omnia & ſingula quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta modum & formam Statuti Parliamenti in viceſimo ſexto Anno Regni noſtri apud Weſtmonaſterium nuper editi, peragatis, &c.

Teſte Regé apud *Berechurch*, viceſimo ſexto Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Conceſſione.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ 1537.
& mero Motu noſtris, Dediſſe & Conceſſiſſe, ac per Præſentes *An.* 28.
Dare & Concedere Prædilecto & Fideli Conſiliario noſtro, *Ri-* *H.* 8.
*cardo Ciceſtrenſi Epiſcopo*, *Johanni Chamber* in Medicinis Docto- *ibid.*
ri, noſtro Phiſico, & Dilecto Capellano noſtro *Ricardo Coraunt* *m.* 9.
Sacræ Theologiæ Profeſſori, ac Aſſignatis ſuis, primam & proximam Advocationem, Donationem, Collationem & liberam Diſpoſitionem alicujus ſive cujuſcumque Canonicatûs & Præbendæ infra Eccleſiam noſtram Collegiatam Sancti Stephani Martiris infra Palatium noſtrum Weſtmonaſterienſe, cum priùs & proximè, per Mortem, Ceſſionem, Privationem, ſeu aliquem alium Modum quemcumque, proximè vacari contigerit,

Ita quòd bene licebit præfatis, *Ricardo Ciceſtrenſi Epiſcopo*, *Johanni Chamber*, & *Ricardo Coraunt*, & eorum uni, vel Aſſignatis
ſuis, conjunctim & divifim Auctoritate Præſentium, quam- • XIV.
cumque idoneam Perſonam Literatam ad eoſdem Canonicatum 578.
& Præbendam Nominari primò & proximò ut præfertur vacaturos, eoſdemque Illi Conferre & Donare, pro unica & proxima Vice Vacationis eorumdem tantum, unà cum Stallo in Choro, Loco in Capitulo, & Manſione hujuſmodi Canonicatûs & Præbendæ ab antiquo conſuetâ,

*lis Domini quod contingebat in Anno Regni noſtri Viceſimo ſeptimo*, uſque *Feſtum Natalis Domini ultimum præteritum*, & ſic deinde Quateriatim durante Vitâ dicti Servientis noſtri;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Doctore in Medicinis.*

Ann. D. 1537. An. 28. H. 8. Ibid. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac pro eo quod Aſſignavimus Dilectum Servientem noſtrum, *Michaelem Delaſco in Medicinis Doctorem*, attendere Præchariſſimæ Filiæ noſtræ *Dominæ Mariæ*, pro meliori Cura & Conſervatione Sanitatis ſuæ, Dedimus & Coceſſimus, ac per præſentes Damus & Concedimus *eidem Michaeli* Summam *Centum Marcarum Sterlingorum per Annum*,

Habendas & annuatim Percipiendas *eidem Michaeli*, per Manus Theſaurarii Cameræ noſtræ, *a Feſto Natalis Domini quod contingebat in Anno Regni noſtri Viceſimo ſeptimo*, uſque *Feſtum Natalis Domini ultimum præteritum*, & ſic deinceps Quateriatim durante Vitâ dicti Servientis noſtri,

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* XIV. 579. ** De Reſtitutionibus Temporalium pro Abbate de Kenelworth.*

Ann. D. 1537. An. 28. H. 8. Pat. 28. H. 8. p. 2. m. 3. REX Eſcaetori ſuo in Comitatibus Warrewici & Leyceſtriæ, Salutem.

Cum Prædilectus & Fidelis Conſiliarius noſter *Thomas Crumwell*, Miles Dominus Crumwell noſtri Privati Sigilli Cuſtos, adque *Cauſas Eccleſiaſticas quaſcumque*, noſtra Auctoritate, uti SUPREMI CAPITIS ECCLESIÆ prædictæ, quomodolibet tractandas ſive Ventilandas VICEMGERENS, VICARIUS GENERALIS, & OFFICIALIS PRINCIPALIS, Electionem nuper factam, in Eccleſia Conventuali *Monaſterii noſtri de Kenelworth* Ordinis Sancti Auguſtini Coventrienſis & Lichfeldenſis Diœceſis, de Religioſo Viro Fratre *Simone Jekys* dicti Monaſterii Canonico in Abbatem Loci illius, cui prius Regium Aſſenſum adhibuerimus & Favorem, Confirmaverit, ſicut per Literas Patentes ipſius *Vicarii Generalis* Nobis inde directas Nobis conſtat,

Nos, Confirmationem illam acceptantes, Fidelitatem ipſius *Electi* cepimus, & Temporalia Monaſterii illius prout moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua ſine dilatione Liberes, ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo Die Januarii.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, in Comitatibus ſubſcriptis, ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com. Oxon.*
*Eſcaetori Regis in Com. Buk.*

Sciatis quod Electioni nuper factæ in Eccleſia Cathedrali Landavenſi, per Reſignationem, *Georgii ultimi Epiſcopi ibidem*, de Venerabili & Religioſo Viro Domino *Roberto Holgate Magiſtro Ordinis de Sempryngham & Priore de Watton*, in Epiſcopum Loci illius & Paſtorem, Regium Aſſenſum adhibuimus & Favorem; An. 28. H. 8. Ibid.

Et hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus;

Rogantes quatenus præfatum *Robertum* ſic *Electum* confirmare, & in *Epiſcopum Landavenſem* Conſecrare, Ipſumq; * prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio, velitis cum favore. * XIV, 580.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo Nono Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutionibus Temporalium.*

REX, Eſcaetori ſuo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem. Ann. D. 1537. An. 28. H. 8. Pat. 28. H. 8. p. 2. m. 2.

Cum Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus*, totius Angliæ Primas,

Vacante nuper Epiſcopatu Landavenſi per Reſignationem Reverendi Patris, *Georgii ultimi Epiſcopi ibidem*,

*Præſidens & Capitulum*, Eccleſiæ Cathedralis Landavenſis, Licentia noſtra primitus petita pariter & obtenta, Venerabilem & Religioſum Virum, *Robertum Holgate Magiſtrum Ordinis de Sempryngham & Priorem de Watton*, in eorum Epiſcopum elegerint & nominaverint,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic Electæ Regium Aſſenſum adhibuimus & Favorem,

Confirmaverit, ac ipſum *Robertum Epiſcopum Landavenſem*, Conſecraverit, Ipſumque Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtiverit, ſicuti per Literas Patentes ipſius Reverendiſſimi in Chriſto Patris, Nobis conſtat,

Nos, Confirmationem & Conſecrationem illas acceptantes, Fidelitatem, *ipſius Electi & Confirmati*, Nobis pro Temporalibus Epiſcopatus prædicti debitam, cepimus, & Temporalia Epiſcopatus prædicti, prout moris eſt, reſtituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione, Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Martii.

*Per Breve, &c.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, in Comitatibus ſubſcriptis, ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com Salop. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*
*Eſcaetori Regis in Com. Midd.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu prædicto quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*Pro*

Digitized by Google

dendo ſeu faciendo;

Mandantes & Præcipientes univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Coronatoribus, & Conſtabulariis ac omnibus aliis Officiariis noſtris, tam infra Libertates quam extra & eorum cuilibet, Tenore Præſentium, quod præfato Eleemoſinario noſtro, ac Deputatis & Servientibus in Executione Præmiſſorum Supportantes ſint & Intendentes Auxiliantes & Defendentes ſub Periculo quod incumbit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quarto Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

55 *De Tribulagio conceſſo.*

Ann. D. 1537. An. 29. H. 8. Pat. 29. H. 8. p. 2. m. 11.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac in conſideratione veri & fidelis Servitii quod Dilectus & Fidelis Serviens noſter, *Johannes Greynfeld Serviens ad Arma* Nobis impendit, & durante Vita ſua impendere intendit,

Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus eidem, *Johanni Greynfeld*, *Tribulagium noſtrum*, ſive conſuetudinem vocatam *le Tribulage*, infra Hundreda noſtra de Penwyth & Kerr. & infra Stannariam noſtram de Penwyth & Kerr. prædictis in Comitatu noſtro Cornubiæ provenientem, de omnibus & ſingulis Hominibus Operantibus cum eorum Tribulis infra dictam Stannariam & Limites ejuſdem, videlicet, de quolibet Tribulo Duos Denarios,

Habendum Gaudendum & Tenendum dictum Tribulagium, ſive Conſuetudinem vocatam *le Tribulage*, & Proficua ejuſdem, præfato *Johanni Greynfeld*, a Feſto Annunciationis beatæ Mariæ ultimo præterito pro Termino Vitæ ſuæ abſque Compoto ſeu aliquo alio inde ſeu pro eodem Tribulagio, ſive Conſuetudine vocata *le Tribulage*, Nobis Hæredibus ſeu Succeſſoribus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo;

Et ulterius de uberiori Gratia noſtra Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus præfato *Johanni Greynfeld* omnia & ſingula Exitus & Proficua de dicto Tribulagio, ſive Conſuetudine vocata *le Tribulage*, a prædicto Feſto hucuſq; provenientia ſive creſcentia, Habenda & Percipienda, tam per Manus ſuas proprias, quam per Manus nuper & nunc Receptoris Generalis Ducatus noſtri Cornubiæ, ſive aliorum Occupatorum aut Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque Exitus & Proficua dicti Tribulagii ſive Conſuetudinis vocatæ *le Tribulage* per idem tempus percipientium, ſive in Manibus ſuis exiſtentia, abſque compoto ſive aliquo alio inde ſeu pro eodem Nobis aut Hæredibus noſtris reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & hoc abſque Fine vel Feodo magno vel parvo in Curia Cancellariæ noſtræ ſive in Hanaperio Cancellariæ noſtræ ſolvendo faciendo ſeu percipiendo pro Præmiſſis ſive aliquo Præmiſſorum,

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto Die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

*De Significavit, pro Epiſcopo Suffraganeo de Berwick.*

REX, Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Prædilecto Conſiliario noſtro, *Edwardo Eborum Archiepiſcopo*, Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1537. An. 29. H. 8. Pat. 29. H. 8. p. 2. m. 40.

Cum Reverendus in Chriſto Pater *Cuthbertus Dunelmenſis Epiſcopus*, Nobis *Significavit*, quod Diœceſis ſua *Epiſcopi Suffraganei* ſolatio, qui ſuæ Solicitudinis Partem ſuſtinere conſuevit, deſtituta eſt & exiſtit,

Et Diſcretos Viros, *Thomam Sparke* & *Ricardum Welden*, Eccleſiæ Dunelmenſis Monachos, in Sacra Theologia Baccalaurios, & Ordine Sacerdotali rite inſignitos, de legitimo Matrimonio natos, & in Ætate legitima conſtitutos, viroſque in Spiritualibus & Temporalibus multum circumſpectos, quibus de Canonicis nichil obviat Inſtitutis quominus ut aſſeruit ad Epiſcopalem *Suffraganei* Dignitatem admitti poſſint & deberent, Nobis per Literas ſuas ſub Magno Sigillo munitas Præſentavit,

Humiliter & devote Supplicans, quatenus Nos alterum ipſorum ſic Præſentatorum, ad aliquam Sedem *Epiſcopi Suffraganei*, infra Provinciam Eborum exiſtentem nominare, ipſumque ſic Nominatum, Stilum, Titulum, & Dignitatem talis Sedis Burgorum & Villatarum in Statuto prædicto nominatorum donare dignaremur.

Unde Nos, ex Gratia ſpeciali & mero Motu noſtris, dilectum Nobis *Thomam Sparke* ſupranominatum, alterum ex dictis Præſentatis, in *Epiſcopum Suffraganeum Sedis Berwici*, infra Provinciam Eborum prædictam Nominavimus, Eique Stilum Titulum & Dignitatem ejuſdem *Sedis Suffraganei* Damus & Confirmamus, atque hæc vobis Tenore Præſentium Significamus,

Requirentes Vos quatenus eundem *Thomam Sparke*, ſic per Nos nominatum, in *Epiſcopum Suffraganeum ejuſdem Sedis Berewici* conſecretis, Eique Benedictionem ac omnia Epiſcopalia Inſignia conferatis, cæteraque omnia & ſingula quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta modum ac formam Statuti in Viceſimo ſexto Anno Regni noſtri apud Weſtmonaſterium nuper editi & proviſi, peragatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xii. Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Epiſcopo Suffraganeo Sedis Penreth.*

REX, Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Prædilecto Conſiliario noſtro *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo*, totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1537. An. 29. H. 8. Ibid. p. 3. m. 2.

Cum Reverendus in Chriſto Pater *Robertus Landavenſis Epiſcopus* nobis *Significavit*, quod Diœceſis ſua *Epiſcopi Suffraganei* ſolatio, qui ſuæ Solicitudinis partem ſuſtinere conſuevit, deſtituta eſt & exiſtit,

* Et ideo Diſcretos Viros *Johannem Byrde*, Sacræ Theologiæ Profeſſorem ac Provincialem Ordinis Fratrum Carmelitarum Civitatis noſtræ Londoniæ, & *Hugonem Barneby*, Presbiterum Regularem, Ordine Sacerdotali rite inſignitos, de legittimo Matrimonio natos, & in Ætate legittima conſtitutos, viroſque in Spiritualibus & Temporalibus multùm circumſpectos, quibus de Canonicis nihil obviat Inſtitutis quominus ut aſſeruit ad Epiſcopalem *Suffraganei* Dignitatem admitti poſſint & deberent, Nobis per Literas ſuas ſub Magno Sigillo munitas præſentavit, * XIV. 583.

Humiliter & devotè ſupplicans, quatenus Nos alterum ipſorum ſic Præſentatorum, ad Titulum & Dignitatem talis Sedis Burgorum



Digitized by Google

cè elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, ad eorum humilimam ſupplicationem, Regium noſtrum adhibemus Favorem pariter & Aſſenſum,

Propterea vobis Præcipimus & Mandamus quòd, quæ ad veſtrum Officium in hac parte in Conſecrationem *prædicti Electi*, attinet ritè & in debita & canonica forma, ac juxta Leges & Statuta Regni, exequamini & perimpleatis cum favore.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Berechurch*, ſeptimo Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutionibus Carliol.*

Ann. D. 1537. *An.* 29. *H.* 8. *P.* 3. *m.* 29.

REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Northumbriæ, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Karliolenſi, per Mortem Reverendi Patris *Johannis Kyte* ultimi Epiſcopi ibidem, *Prior & Conventus* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Karliolenſis, Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ, Venerabilem & Diſcretum Virum *Robertum Aldridge*, Capellanum & Eleemoſinarium Prædilectæ Conſortis noſtræ *Johannæ Reginæ Angliæ*, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerint,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic Electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ac Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Edwardus Eborum Archiepiſcopus* Angliæ Primas, Electionem illam Confirmaverit, ac ipſum *Robertum Aldridge in Epiſcopum Karliolenſem* Conſecraverit, Ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtiverit, ſicut per Literas ipſius * *Reverendiſſimi in Chriſto Patris*, Nobis inde directas, Nobis conſtat, (* XIV. 584.)

Noſq; Confirmationem & Conſecrationem illas acceptantes, Fidelitatem *ipſius Electi* & *Confirmati* Nobis debitam pro dicti Epiſcopatûs Temporalibus, in Manibus noſtris ratione Vacationis ejuſdem exiſtentibus, acceptavimus, ac hujuſmodi Temporalia præfato *Electo & Confirmato* Reddidimus & Reſtituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, ſine dilatione, Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto Die Auguſti.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Cumbr. & Weſtmerl.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Derbiæ.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Mid.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & toti Communitati Epiſcopatûs prædicti quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus, quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Auxiliantes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

REX, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Prædilecto Conſiliario noſtro *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo*, Salutem. (Ann. D. 1537. *An.* 29. *H.* 8. *Pat.* 29. *H.* 8. *p.* 5. *m.* 32.)

Reverendus Pater & Dilectus Conſiliarius noſter *Johannes Londonienſis Epiſcopus* Nobis Significavit, quòd Diœceſis ſua *Epiſcopi Suffraganei* ſolatio qui ſuæ Solicitudinis Partem ſuſtinere conſuevit, deſtituta eſt & exiſtit,

Et ideo Diſcretos Viros *Johannem Hodgkyn*, & *Robertum Struddell*, Sacræ Theologiæ Profeſſores, & Ordine Sacerdotali ritè inſignitos, & legittimo Matrimonio natos, & in Ætate legittima conſtitutos, viroſque in Spiritualibus & Temporalibus multùm circumſpectos, quibus de Canonicis nichil obviat Inſtitutis quominus ut aſſeruit ad Epiſcopalem *Suffraganei* Dignitatem admitti poſſint & deberent, Nobis per Literas ſuas ſuo Magno Sigillo munitas Præſentavit,

* Humiliter & devote ſupplicans, quatenus Nos alterum ipſorum ſic Præſentatorum, ad aliquam Sedem *Epiſcopi Suffraganei* infra Provinciam Cantuarienſem exiſtentem Nominare, Ipſiquè ſic Nominato Stilum Titulum & Dignitatem talis Sedis Burgorum & Villatarum in Statuto prædicto nominatorum Donare dignaremur, (* XIV. 585.)

Unde Nos, ex Gratia ſpeciali & mero Motu noſtris, *Johannem Hodgkyn* alterum ex dictis Præſentatis, in *Epiſcopum Suffraganeum Sedis Bedfordiæ* infra Provinciam Cantuarienſem prædictam Nominamus, Eiq; Stilum Titulum & Dignitatem ejuſdem Sedis *Epiſcopi Suffraganei* Damus & Conferimus, atque hæc vobis Tenore Præſentium Significamus;

Requirentes Vos quatenus *eundem Johannem Hodgkyn* ſic per Nos nominatum in *Epiſcopum Suffraganeum ejuſdem Sedis Bedfordiæ* Conſecretis, Eique Benedictionem ac omnia Epiſcopalia Inſignia Conferatis, cæteraque omnia & ſingula quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta modum & formam Statuti Parliamenti in Viceſimo Sexto Anno Regni noſtri apud Weſtmonaſterium nuper editi, peragatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Tertio Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Commenda Epiſcopo Coven. & Lich.*

REX, &c. Reverendo in Chriſto Patri Domino *Rolando Coventrienſi & Lichfeldenſi* Epiſcopo Conſiliario noſtro, Salutem. (Ann. D. 1538. *An.* 29. *H.* 8. *Pat.* 29. *H.* 8. *p.* 4. *m.* 26.)

Ut tu Statum tuum juxta Pontificalis Dignitatis exigentiam decentius tenere, ac Te Domeſticis ac Familiaribus tuis cæteriſque ad tua Atria, dum noſtra ibidem peragas Negotia, Confluentibus, Dapſilem reddere poſſis ac liberalem,

Tibi, ut, una cum Epiſcopatu Coventrienſi & Lichfeldenſi, quodcumque aliud Seculare vel Regulare Beneficium Eccleſiaſticum Curatum vel non Curatum Vacans vel vacaturum, quod Te pro tempore legittime nanciſci contigerit, qualiſcumque Naturæ Ordiniſve Nominis aut Qualitatis fuerit, etiam ſi tui aut cujuſvis alterius Spiritualis Perſonæ Advocationis vel Fundationis extiterit, recipere, & in *Comendam* quoad vixeris retinere, illius quoque Redditus Fructus & Proventus percipere, atque de illis prout Tibi libuerit diſponere & ordinare libere & licite valeas & poſſis, Licentiam Concedimus & Facultatem.

Et inſuper volentes Te & Sedem Epiſcopalem quam tenes tuorum intuitu Meritorum ampliori favore proſequi, Eccleſiam Parochialem de Hambury in Comitatu noſtro Staffordiæ, quæ nunc non vacat & de noſtra Advocatione exiſtit, cum ſuis Juribus & Per-

Digitized by Google

expedientius, Titulum, Nomen, Stilum & Dignitatem *Epiſcopale & Suffraganeum* ad Sedem prædictam conferre, vobiſque in cujus Provincia Sedes antedicta exiſtit præſentare, prout per Literas ſub Sigillo ſuo Epiſcopali Datas Decimo ſexto Die Menſis inſtantis & Anni plenius apparet, dignaremur,

Nos ſuæ Supplicationi intendentes, alterum eorumdem ſic nominatorum, videlicet, Dilectum noſtrum *Henricum Holbech* Priorem Eccleſiæ Cathedralis Wigorniæ Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ad *Sedem Epiſcopalem de Briſtollia* prædictam non ſolum Admiſimus & per Præſentes Admittimus, Eique Titulum Nomen & Dignitatem *Epiſcopale & Suffraganeum* ad Sedem Briſtolliæ prædictam eidem *Henrico Holbech* Dantes & Concedentes, verum etiam Ipſum intuitu Charitatis vobis præſentamus,

Requirentes quatenus eundem *Henricum Holbeche*, ſic Nominatum & Præſentatum, in *Epiſcopum Suffraganeum Sedis Briſtolliæ antedictæ*; juxta formam Statuti noſtri prædicti effectualiter Conſecrare & Benedicere, cæteraſq; Ceremonias & Obſervationes quæ in hac parte veſtro incumbunt Officio exequamini & perimpleatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutionibus Temporalium Prioratus de Coventre.*

Ann. D. REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Warrewici, Salutem.
1538. Cum Venerabilis in Chriſto Pater *Roulandus Coventrienſis*
*An.* 29. *& Lichfeldenſis Epiſcopus* Electionem nuper factam, in Eccleſia
*H.* 8. noſtra Cathedrali de Coventre Ordinis Sancti Benedicti ſuæ Diœ-
*Ibid.* ceſis, de Religioſo Viro *Thoma Camſwell* Sacræ Theologiæ Bac-
*m.* 2. calaurio in Priorem Domus ſive Prioratus illius, cui prius Regium Aſſenſum adhibuimus & Favorem, confirmaverit, ſicut per Literas Patentes ipſius Epiſcopi Nobis inde directas Nobis conſtat,

Nos, Confirmationem illam acceptantes, cepimus Fidelitatem ipſius *Prioris*, ac Temporalia Prioratus illius prout moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quod eidem *Priori* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo primo Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, in Comitatibus ſubſcriptis, ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Leyc.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*
*Dilecto ſibi* Majori Civitatis ſuæ Coventriæ *ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Prioratu prædicto quod eidem *Electo*, tanquam Priori & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Monaſterium prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

ſignia Conferatis, cæteraque omnia & ſingula quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta modum & formam Statuti Parliamenti in viceſimo ſexto Anno Regni noſtri apud Weſtmonaſterium nuper edito, peragatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto Die Martii.

*Per Breve, &c.*

---

*De Reſtitutionibus Temporalium pro Abbate Sancti Albani.*

REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Cumbriæ Salutem. Ann. D.
Cum *Conventus Exempti Monaſterii Sancti Albani* in Co- 1538.
mitatu Hertfordiæ Lincolnienſis Diœceſis, Nobis *Supremo Capiti* *An.* 29.
Eccleſiæ Anglicanæ & Succeſſoribus noſtris Angliæ Regibus im- *H* 8.
mediatè ſubjecti, notoriè ſit Indultum, ac per Nos, in Parliamento *Pat.* 29.
noſtro nuper apud Weſtmonaſterium tento Anno Regni noſtri *H.* 8. *p.* 4.
Viceſimo quinto, legitimè Conceſſum, *m.* 14.

Quòd omnes & ſinguli qui ſucceſſivè perpetuis futuris temporibus in Abbates dicti Monaſterii, cum illud vacare contigerit, per ipſum Conventum Electi fuerint, eo ipſo, abſque aliqua alia Confirmatione ſint veri Abbates ejuſdem Monaſterii, & pro talibus cenſeantur & habeantur, ac proinde miniſtrare, & Curam Animarum gerere, ac omnia alia & ſingula, quæ ad Curam Miniſtrationem ac Regimen dicti Monaſterii pertinuerint, liberè & licitè facere & excercere in omnibus & per omnia poſſint imperpetuùm,

Et hujuſmodi Abbates, ſic ut præfertur per dictum Conventum Electi, a quocumque maluerint Catholico Antiſtite Benedici valeant, non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, Literis ſeu Privilegiis, Statutis vel Conſuetudinibus Monaſterii prædicti ſive Ordinis ejuſdem contrariis Juramento Confirmatione vel quacumque aliâ Firmitate roboratis, prout coram Nobis in Cancellaria noſtra de & ſuper eiſdem Fides extitit facta ſufficienter in hac parte,

Nos igitur Electionem, de Religioſo Viro Dompno *Ricardo Stevenage* Sacræ Theologiæ Bacchalaurio, nuper dicti Monaſterii noſtri Priore Ordinis Sancti Benedicti, per viam ſive formam
compromiſſi, poſt *Privationem* legitimam *Roberti Cotton* ultimi
Abbatis ejuſdem Loci vacantis, per Conventum prædictum * * XIV.
in Abbatem & Loci illius Paſtorem, Licentiâ noſtrâ Regiâ ſuper 588.
hoc priùs petitâ & obtentâ, electo, factam, & vigore Præmiſſorum ſufficienter & legitimè Confirmatam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus & Favorem, ac Fidelitatem *ipſius Electi* cepimus, & Temporalia Monaſterii noſtri prædicti cum Pertinentiis reſtituimus eidem, prout ſic adhibemus capimus & reſtituimus eidem per Præſentes;

Et ideo Tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia Monaſterii noſtri prædicti, cum Pertinentiis in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com. Bed. & Buk.*
*Eſcaetori Regis in Com. Eſſexiæ & Hertfordiæ.*
*Eſcaetori Regis in Com. Northt.*
*Eſcaetori Regis in Com. Surr. & Suſſex.*
*Eſcaetori Regis in Com. Midd.*

*Kyngs Majeſtie* to be the only SUPREME HEDD in Erthe of the Church of Englande,

And that to owre cunnyng Wytte and uttermoſt of oure Powre without Gyle, Fraude or other undew meane, we ſhall obſerve, kepe, maynteyn and defende the hole Effectes and Contentes of all and ſinguler Actes and Statutes made and to be made within this Realme, in Derogation, Extirpation and Extingwiſhement of the *Biſhopp of Rome*, and his Authorite, and all other Actes and Statutes made and to be made in Reformation and Corroboration of the Kyngs Powre of SUPREME HEDD in Erthe of the Church of Englande, and this we ſhall doo againſt all manner of Parſons of what Eſtate, Dignite, Degree or Condition ſoever they be, and in no wiſe do or attempte nor to owr Powre ſuffer to be done or attempted, directely or indirectely any thing or thinges prively or apertely to the Lett, Hynderaunce, Damage or Derogation thereof, or of any part therof, by any maner of meanes or for any manner of pretence,

And in caſe any othe be made or hath be made by us to any Parſon or Parſons in Mayntenaunce Defenſe or Favor of the *Biſhopp of Rome* or his Auctorite, Juriſdiction or Powre, we repute the ſame as vayne and adnichilate,

SO HELP US GOD, ALL SAYNCTES, AND THE HOLY EVANGELIES.

Yeven in owr *Chaptre Howſe* under owr Commen Seale the eighteenth Day of May, the twenty ninth Yere of the Reign of our ſaid Soveraign Lorde Kyng Henry the Eighth.

Being than and thare preſent,

The Right Wourſhipfull Mr. *Thomas Bedyll* Archedeacon of Cornewale,

* XIV. 589. * And Maſter *Richard Gwent* Archedeacon of London,
Witneſſe in this behalf required.

Per me *Willielmum Trafford* Priorem.
Per me Dominum *Edmundum Sterne* Vicarium.
Per me Dominum *Johannem Revell.*
D. *Bartholomæus Burgoyn.*
Per me *Thomam Cloy.*
Per me *Robertum Cardyn.*
D. *Thomas Barnyngham.*
Per me *Johannem Boleyn.*
Per me *Willielmum Wayte* Procuratorem.
Per me *Rychard Byllyngſley.*
D. *Johan. Thomſon.*
Per me *Johan. Huſe.*
Per me *Evererdum Dygby.*
Per me *Thomam Baker.*
D. *Johan. Nycolſon.*
Per me *Willielmum Broke.*
Per me *Johannem Enys.*
Per me *Thomam Owen.*
*Robertus Howell.*
Per me *Olrverum Batmanſon.*

*Et ego* Willielmus Say *Londonienſis Diœceſis Publicus Auctoritate Regiâ Notarius, quia ſupranominatorum* Prioris & Conventûs *Juramenti præſtationi, Nominumque eorumdem ſubſcriptioni, Sigilliq; eorum Communis appenſioni, cæteriſq; præmiſſis, dum ſic ut præmittitur, Anno Die & Loco prædictis agerentur & fierent, unà cum Venerabilibus Viris Teſtibus ſuperiùs nominatis perſonaliter interfui, eaq; ſic fieri vidi & audivi, ideo præſens Inſtrumentum deſuper confectum Signo meo Tabellionali, ac Nomine & Cognomine* ſubſcripſerunt, & Sigillum eorum Commune ... Quorum Nomina in Inſtrumento deſuper confecto plenius liquent, cæterùm nonnulli de ipſo Conventu, licet ſæpiùs & inſtanter requiſiti & hortati, hujuſmodi Juramentum ſubire contumaciter recuſârunt tunc ibidem: Quorum Nomina ſubſcribuntur,

D. *Thomas Johnſon.*
D. *Ricardus Bere,*
D. *Thomas Grene,* } Monachi Profeſſi.

*Johannes Davy* Referendarius.

*Robertus Salt,*
*Willielmus Grenewood,*
*Thomas Redyng,*
*Thomas Shryne,*
*Walterus Pierſon,*
*Willielmus Horne,* } Converſi dictæ Domûs.

*Ego* Willielmus Say *Notarius Publicus quia ſupramemoratis interfui, ideo me hic ſubſcripſi.*

W. SAY.

---

* *De Cartis Religioſorum.* * XIV. 590.

OMnibus, &c. *Johannes Cordrey Abbas* Monaſterii Sancti Petri Apoſtoli *de Cherteſey*, & ejuſdem Loci *Conventus* Salutem in Domino ſempiternam. Ann. D. 1538. An. 29. H. 8.

Sciatis Nos, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ noſtræ Nos præfati *Abbas & Conventus de Cherteſey* Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus. Clauſ. 29. H. 8. p. 1. m. 8.

Dat. in *Domo noſtra Capitulari*, Sexto Die Julii, Anno Regni dicti Domini Regis viceſimo nono.

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Abbas & Conventus *coram* Willielmo Peter *uno Clericorum Cancellariæ Domini Regis in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Cartam prædictam ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Robertus Prior Monaſterii ſive Domûs Sancti Pancracii* de Lewes in Comitatu Suſſexiæ, alias dictus *Prior Domûs & Eccleſiæ Conventualis Sancti Pancracii* de Lewes Ordinis Cluniacenſium, & ejuſdem Loci *Conventus* Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus utrique parti horum Scriptorum noſtrorum Indentatorum Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. Sextodecimo Die Novembris, Anno Regni dicti Domini Regis Viceſimo nono.

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Prior & Conventus *in propriis Perſonis ſuis, coram* Willielmo Peter *uno Clericorum Cancellariæ dicti Domini Regis*, in Domo ſuâ Capitulari, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Thomas Prior Monaſterii beatæ Mariæ de Caſtelacre*

Digitized by Google

Omnibus, &c. *Johannes Commendatarius perpetuus Monaſterii ſive Abbatiæ de Tychefeld* Ordinis Præmonſtratenſium, in Com. Suth. & ejuſdem Loci *Conventus*, aliàs dictus *Johannes Abbas Domus ſive Monaſterii de Tichefeld* Ordinis Præmonſtratenſium, & ejuſdem Loci Conventus Wynton. Diœc. Salutem in Domino ſempiternam.

* XIV. 591. * Noveritis Nos, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Commendatarius Perpetuus ſive Abbas & Conventus huic Scripto Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. Viceſimo octavo Die Menſis Decembris, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis viceſimo nono.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Commendatarius & Conventus *in propriis Perſonis ſuis, coram* Johanne Crayford *Clerico &* Rolando Lathom *Armigero Commiſſionariis dicti Domini Regis virtute Commiſſionis ſuæ directæ, in Domo ipſorum Commendatarii & Conventus Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Thomas Abbas Monaſterii ſive Abbatiæ de Mieleneya* in Com. Somerſ. alias dictus *Abbas Monaſterii Mielani ſive Meelange ſive Mucheline*, alias dictus *Abbas Monaſterii Muchelneie ſive Michelneye*, alias dictus *Thomas Abbas Monaſterii Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum de Mochelney*, & ejuſdem loci *Conventus* Ordinis Sancti Benedicti Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In quorum Teſtimonium nos præfati Abbas & Conventus huic Scripto Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. Tertio Die Menſis Januarii, Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Quingenteſimo Triceſimo ſeptimo ſecundum Computationem Eccleſiæ Anglicanæ, & Anno Regni dicti Illuſtriſſimi Domini noſtri Regis viceſimo nono.

Præſentibus tunc ibidem,

*Thoma Speke* Milite,
*Johanne Sidenham* Armigero,
*Willielmo Wittcombe*,
*Nicholas Seger* Generoſo,
*Johanne Southwood* Legum Doctore,
*Johanne Creſſe* Clerico,
*Thoma Phillippis* Generoſo,
*Roberto Warmyngton* Notario Publico,
Et aliis Teſtibus ad Præmiſſa vocatis & rogatis.

Et Memorandum *quòd, Quinto Die Januarii Anno præſenti, venerunt prædicti* Abbas & Conventus *in Domo ſua Capitulari, coram* Thoma Legh *uno Clericorum ſive Magiſtrorum Cancellariæ Domini Regis, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus Trafford Prior Monaſterii ſive Prioratus Salutationis Beatæ Mariæ*, & ejuſdem Loci *Conventus* Ordinis Cartuſienſium prope London. Salutem in Domino ſempiternam, & Fidem indubiam Præſentibus adhiberi.

Ad veſtræ Univerſitatis Notitiam deducimus & deduci volumus per Præſentes, quod ipſum, &c.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum Commune Præſentibus appoſuimus, [illegible]

fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Quarto Die Decembris, Anno Regni dicti Domini Regis Henrici Octavi Viceſimo nono.

Et Memorandum *quòd*, Decimo Die Martii *Anno præſenti, venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *coram* Criſtoforo Hales *Magiſtro Rotulorum Cancellariæ noſtræ in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Franciſcus Prior Prioratus ſive Monaſterii Sancti Andreæ Apoſtoli* in Villa Northamptoniæ in Com. Northt. & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem.

Sciatis Nos, &c.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum Commune Præſentibus appoſuimus.

Dat. apud Northamptoniam prædictam in Domo noſtra Capitulari Secundo Die Martii, Anno Regni Domini Regis nunc Henrici Octavi Viceſimo nono.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Prior & Conventus, *coram* Richardo Layton *Clerico &* Roberto Southwell *Armigero virtute Commiſſionis dicti Domini Regis eis directæ in Domo Monaſterii illius Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes Dobbes Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ de Boxleia* in Comitatu Kantiæ, alias dictus *Johannes Dobbes Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ de Boxley* Ordinis Ciſtercienſium Cantuar. Diœc. & ejuſdem Loci *Conventus* Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus utrique Parti horum Scriptorum noſtrorum Indentatorum Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. Viceſimo nono Die Menſis Januarii, Anno Regni prædicti Domini Regis nunc Viceſimo nono.

Omnibus, &c. *Willielmus Prior Domus & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis de Sowthwyke* Com. Southampton. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem Loci *Conventus* Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus huic Scripto Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. Septimo Die Aprilis, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Viceſimo nono.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Prior & Conventus, *coram* Willielmo Peter *uno Clericorum Cancellariæ dicti Domini Regis*, in Domo ſua Capitulari apud *Sowthwyke* prædictam, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia contenta in eodem in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Richardus Prior Domus ſive Monaſterii de Lanthonye* juxta Glouceſtriam in Com. Villæ Glouceſtr. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem Loci *Conventus* Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In

Digitized by Google

In quorum Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus huic Scripto Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. Decimo quinto Die Aprilis, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Viceſimo nono.

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *coram* Willielmo Peter, *uno Clericorum Cancellariæ dicti Domini Regis, in Domo ſua Capitulari apud Kenelworth prædictam, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia contenta in eodem in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Henricus Abbas Monaſterii beatæ Mariæ de Coggeſhall, aliàs Coxhall*, Ordinis Ciſtercenſium in Com. Eſſex. aliàs dictus *Henricus Commendatarius perpetuus Monaſterii beatæ Mariæ Virginis de Coggeſhall, aliàs Coxall*, Ordinis Ciſtercenſium London. Diœc. & ejuſdem loci *Conventus*, Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Abbas, ſive Commendatarius & Conventus, huic præſenti Scripto noſtro Sigillum noſtrum Commune appoſuimus.

Dat. Quinto Die Menſis Februarii, Anno Regni noſtri prædicti Domini Regis nunc Viceſimo nono.

ET MEMORANDUM *quod, Nono Die Februarii Anno præſenti, venerunt prædicti* Abbas & Conventus *in Domo ſua Capitulari apud Coggeſhall, coram* Egidio Capell, *Milite, &* Johanne Wentworth, *prætextu Brevis dicti Domini Regis eis inde directi, & Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus Bendley Abbas Monaſterii de Kyngeſwood* in Com. Wilteſ. Ordinis Ciceſtrenſium, & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum Commune appoſuimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Primo Die Februarii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Viceſimo nono.

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Abbas & Conventus *in Domo ſua Capitulari apud Kyngeſwood prædictam, coram* Johanne Tregunwell *Armigero, prætextu Commiſſionis dicti Domini Regis ei in hac parte directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Sibilla Newdigate*, Permiſſione Divinâ, *Prioriſſa Monaſterii Sancti Johannis Baptiſtæ de Halywell* in Com. Midd. & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem.

Sciatis Nos, &c.

In cujus rei Teſtimonium, utriq; Parti hujus Præſentis Cartæ noſtræ indentatæ Nos prædicti Prioriſſa & Conventus Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Quarto Die Novembris, Anno Regni Regis Henrici Octavi Fidei Defenſoris, Domini Hiberniæ, & in Terra SUPPREMI CAPITIS ANGLICANÆ ECCLESIÆ, viceſimo nono.

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis venerunt*
* XIV. *prædicti* Prioriſſa & Conventus, *coram* Johanne Pekyns *Clerico, in*
594. *Domo ſua Capitulari apud* * *Halywell prædictam, prætextu Brevis*

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Epiſcopus & Conventus, *in propriis Perſonis ſuis, coram* Willielmo Peter *uno Clericorum Cancellariæ dicti Domini Regis, in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus Abbas Monaſterii beatæ Mariæ de Stretfordia*, Ordinis in Com. Eſſex. aliàs dictus *Willielmus Abbas Monaſterii beatæ Mariæ de Strotford Langthorn* in Com. Eſſex. & ejuſdem loci *Conventus*, Salutem.

Noveritis Nos, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati *Abbas & Conventus* huic præſenti Scripto noſtro Sigillum noſtrum Commune appoſuimus.

Dat. Decimo octavo Die Martii, Anno Regni prædicti Domini Regis nunc viceſimo nono.

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *coram* Richardo Layton *Clerico, uno Clericorum Cancellariæ dicti Regis in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus More Clericus, Epiſcopus Suffraganeus Colceſtriæ* in Com. Eſſex. London. Diœc. ac *Commendatarius Monaſterii beatæ Mariæ Virginis & Sancti Jacobi de Walden* in Com. prædicto, & ejuſdem Monaſterii *Conventus*, Salutem in Domino ſempiternam.

Sciatis quòd Nos, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ noſtræ Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari viceſimo ſecundo Die Martii, Anno Regni dicti noſtri Regis viceſimo nono.

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Epiſcopus & Conventus, *coram* Petro Aysheton *Clerico, uno Clericorum dicti Domini Regis in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Cartam prædictam, ac omnia & ſingula in eadem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Gawinus Borowdale*, aliàs dictus *Gawinus Borowdale Abbas Monaſterii ſive Domus de Holme Coltrem* in Com. Cumbr. Ordinis Ciſtercienſium, & ejuſdem loci *Conventus*, Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati *Abbas & Conventus* Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari * Sexto Die Menſis Martii, * XIV.
Anno Regni Regis Henrici Octavi viceſimo nono. 595.

ET MEMORANDUM *quòd, Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *coram* Thoma Legh *Legum Doctore in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

---

¶ ¶ Ann. D. 1538. An. 29. H. 8.

## *Pro Pictore Regis, de Indigenatione.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Pat. 29.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, Conceſſimus H.8. p.t.
Servienti noſtro *Anthonio Toto* Pictori, nato in Civitate Florenciæ m. 22.
ſub Obedientia Imperatoris, ſeu quocumque alio Nomine ſive Ad-

Digitized by Google

quæcumq; ac eis uti & gaudere poſſit, infra dictum Regnum noſtrum Angliæ & Juriſdictiones noſtras, adeo libere quiete integre & pacifice prout cæteri fideles Ligei noſtri infra dictum Regnum noſtrum Angliæ oriundi habere poſſidere uti & gaudere debeant, abſque perturbatione, moleſtatione, inquietatione, impedimento, vexatione, calumpnia ſeu gravamine quocumque Noſtri vel Hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Officiariorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum vel Hæredum noſtrorum quorumcumque,

Aliquibus Statutis, Actis, Ordinationibus, Proviſionibus, ſeu Proclamationibus ante hæc tempora factis, ordinatis, proviſis, ſeu proclamatis faciendis ordinandis ſeu proclamandis, aut eo quod prædictus *Anthonius* ſub Obedientia *Imperatoris* oriundus fuit, aut aliqua alia re cauſa vel materia quacumq; non obſtantibus,

Proviſo ſemper quod idem *Anthonius* Homagium ligeum Nobis faciet, ac Lottum & Scottum prout alii Ligei noſtri faciunt & contribuunt ut eſt juſtum,

Ac quod Idem *Anthonius* ſolvat Nobis & Hæredibus noſtris Cuſtumas & Subſidia pro Bonis & Mercandiſis ſuis prout Alienigenæ ſolvunt aut ſolvere conſueverunt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxvi. Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

• XIV. 596. ** De Pardonatione & Protectione pro Epiſcopo London.*

Ann. D. 1538. An. 30. H. 8. Pat. 30. H. 8. p. 8. m. 12.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum *Johannes Stokeſley Londonienſis Epiſcopus*, de & ſuper nonnullis gravibus Criminibus, Exceſſibus, Reatibus, Enormitatibus, Abuſionibus, & Delictis, Legum & Statutorum, Conſuetudinum, Ordinationum, Libertatum, Præeminentiarum, Prærogativorum & Privilegiorum Regni noſtri Angliæ violationibus, Rebuſque aliis Nos Regaliam & Dignitatem noſtras tangentibus per Ipſum commiſſis & perpetratis, Impetitus & Accuſatus extiterit,

Cumque etiam in Statuto in Parliamento Prænobilis Domini *Ricardi nuper Regis Angliæ Secundi* poſt Conqueſtum Prædeceſſoris noſtri, apud Wintoniam Anno Regni ſuo Sextodecimo tento, edito, inter cætera Ordinatum ſit & Stabilitum quod, ſi aliquis impetraverit aut proſecutus fuerit ſeu impetrari vel proſequi fecerit in Curia Romana vel alibi aliquos Proceſſus, Sententias, Excommunicationes, Bullas, Inſtrumenta, ſeu aliqua quæcumque quæ tangunt Dominum Regem, contra Ipſum Coronam Regaliam ſeu Regnum ſuum Angliæ, & ſi qui Ea infra Regnum Angliæ detulerint, ſive ea receperint, aut Notificationem ſeu aliam Executionem quamcumque infra idem Regnum ſeu extra fecerint, Ipſi, Notarii, Procuratores, Manutenentores, Abettatores, Fautores & Conſiliarii, extra Protectionem Domini Regis ponantur, ac Terras & Tenementa, Bona & Catalla ſua Domino Regi ſint foriſfacta, & quod Ipſi per Corpora ſua attachientur ſi poſſint inveniri, ac coram Domino Rege & Concilio ſuo ducantur ad Reſpondendum ibidem in Caſubus ſupradictis, vel quod proceſſus fiat contra eos per Præmunire facias modo quo ordinatum eſt in aliis Statutis de Proviſoribus, & aliis qui in Alienis Curiis in derogationem Regaliæ Domini Regis proſequuntur, prout in eodem Statuto prædicto Anno Sextodecimo edito plenius continetur,

Ac etiam cum per quendam alium Actum, in Parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium Anno Regni noſtri viceſimo octavo tento, editum, inter cætera inactitatum ſit quod, ſi aliquæ Perſona vel Perſonæ permanens, commorans, inhabitans ſive reſi-



dudum edito, manifeſte patet,

Nos tamen,

* In præfatum *Johannem Stokeſley Londonienſem Epiſcopum* pietate moti, volentes caritatis intuitu ei Gratiam ſpecialem & Miſe- • XIV.
ricordiam inferre, de Gratia noſtra ſpeciali ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, 597.

Pardonavimus Remiſimus & Relaxavimus, ac per Præſentes Pardonamus Remittimus & Relaxamus præfato *Johanni Stokeſley Londonienſi Epiſcopo*, ſeu quocumque alio Nomine ſive Additione Nominis, Stili, Cognominis, Status, Dignitatis ſeu Præeminentiæ idem *Johannes Epiſcopus* cenſeatur nuncupetur aut appelletur, vel unquam nominabatur, omnes & omnimodas Offenſas, Tranſgreſſiones, Meſpriſiones, Contemptus, Fractiones & Violationes Juramentorum, Præſumptiones, Negligentias, Concelamenta, Deceptiones, Falſitates, Impetitiones, Demanda, Attributiones, Extollationes, Expoſitiones, Manutentiones, Defenſiones, Promotiones, Abſtinentias, Malitias, & alia Malefacta, Crimina, Exceſſus, Reatus & Delicta quæcumq; per ipſum *Johannem Epiſcopum* ſolum, vel per ipſum conjunctim cum alio vel aliis ante præſentem Diem qualitercumque facta ſive perpetrata, cognita ſive confeſſa contra formam Statutorum prædictorum ſive eorum alicujus, aut contra formam & effectum aliquorum aliorum Statutorum quorumcumque, ac omnimodas Pœnas, Executiones, Redemptiones, Impriſonamenta, Bannationes, & Exilia occaſione Præmiſſorum vel eorum alicujus,

Ac etiam Pardonavimus Remiſimus & Relaxavimus, ac per Præſentes Pardonamus Remittimus & Relaxamus eidem *Johanni Epiſcopo* omnes & omnimodas Proviſiones, Tranſgreſſiones, Offenſas & Meſpriſiones, Impetitiones & Contemptus per ipſum *Johannem Epiſcopum London.* ſolum, vel per Ipſum conjunctim cum alio vel aliis in ſeu pro Impetratione, Proſecutione, Acceptatione, Receptione, Lectione, Pronunciatione, Publicatione, Notificatione, ſeu quacunque Executione aliquarum Literarum Apoſtolicarum ſeu Bullarum moderni *Romani Epiſcopi* aut aliquorum Prædeceſſorum ſuorum Romanorum Epiſcoporum, ſeu Brevium Inſtrumentorum vel Proceſſuum quorumcumq; extra Curiam Romanam proſecutorum, obtentorum vel emiſſorum; necnon omnes & omnimodas Tranſgreſſiones, Meſpriſiones, Contemptus, Præſumptiones, indebitas Status vel Dignitatis Aſſumptiones, Attributiones & Offenſas qualitercunq;, quotienſcunque, quandocunque & ubicunq; in Acceptationem, Extollationem, Expoſitionem, Manutentionem vel Defenſionem alicujus Juriſdictionis ſeu Auctoritatis a Romanis Epiſcopis & Sede Apoſtolica in hoc Regno noſtro, aut in locis ei ſubjectis & aliis ei adjacentibus commiſſæ; ac etiam de vel pro aliquibus Placitis, Sectis, Proſecutionibus ſeu Querelis in Curia Romana, aut in aliqua alia Curia Chriſtianitatis ſeu alibi contra Regaliam Coronam ſeu Dignitatem noſtram Regiam, aut alicujus Progenitorum noſtrorum, ſeu contra formam aliquorum Statutorum de Proviſoribus ſive contra Proviſores editorum ratione quorum aliqua Secta ſeu Impetitio verſus eundem *Johannem Epiſcopum* ſolum, ſive verſus eundem Johannem conjunctim cum alio vel aliis, ad Proſecutionem noſtram ſeu ad Proſecutionem alicujus alterius, ſeu aliquorum aliorum Informationem ſeu Informationes, Billam vel Billes, Indictamenta, Præſentationes, aut per Breve de Præmunire facias, Attachiamenta ſeu quocumque alio modo pro aliqua Materia Re vel Cauſa quacumque, ante præſentem Diem facta aut proſecuta, determinata vel adjudicata, aut fienda, proſequenda, determinanda vel adjudicanda,

Et ulterius de uberiori Gratia noſtra Pardonavimus Remiſimus & Relaxavimus, ac per Præſentes Pardonamus Remittimus & Relaxamus præfato *Johanni Epiſcopo* omnia & ſingula Bona Catalla debita Terras & Tenementa, Redditus, Feoda, Annuitates, Penſiones, Portiones ſive Firmas & Hæreditamenta quæcumque, Actiones etiam quaſcumque tam reales quam perſonales, ratione vel occaſione Præmiſſorum vel eorum alicujus, aut ratione Juris,



Con-

Digitized by Google

tione in contrarium factis vel editis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus, & firmam Pacem noſtram Ei inde Concedimus per Præſentes, ita tamen quòd ſtet rectò in Curia noſtra ſi quis verſus eum inde loqui voluerit;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Tertio Die Julii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *De Licentia ad Incompatibilia.*

Ann. D. 1538. *An.* 30. *H.* 8. *Pat.* 30. *H.* 8. *p.* 2. *m.* 12.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, Conceſſimus & Licentiam Dedimus, ac per Præſentes Concedimus & Licentiam Damus Dilecto Nobis *Richardo Guyen* Clerico, Sacellario Domini Sigilli noſtri Privati, quòd *Ipſe Richardus* Duo Beneficia Eccleſiaſtica Curata & Incompatibiliaque, corporalem & continuam Reſidentiam tam de Jure Eccleſiaſtico quàm de Statutis Regni noſtri Angliæ requirentia, legittimè obtinet, ab illis ſuis Beneficiis per Eum nunc obtentis tum pro termino Quatuor Annorum, & hoc aliquo Loco decenti & honeſto, Studendi Gratiâ abeſſe, Fructus, Ten. Redditus & Proventus eorumdem Beneficiorum proinde, ac ſi apud illa perſonaliter & continuè reſideret percipere, atque in ſuos & Beneficiorum hujuſmodi Uſus & Utilitatem convertere abſque impedimento noſtro vel Hæredum noſtrorum aut aliorum quorumcumque liberè & licitè valeat & poſſit, ita quòd *ipſe Richardus*, Beneficiis antedictis per alios Presbiteros idoneos debitè inſerviendo, atq; eorum Onera congruè ſupportando, apud ſingula ſua Beneficia pro termino prædicto reſidere ſeu Reſidentiam facere minimè teneatur, nec ad id a quoquam invitus valeat quavis auctoritate coarctari;

Eo quòd expreſſa mentio de Nominibus Numero ac Valore annuo, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſexto Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

Ann. D. 1538. *An.* 30. *H.* 8. *Ibid.* *m.* 3. * XIV. 599.

REX Dilectis Nobis in Chriſto *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis noſtræ Herefordenſis, Salutem.

Cum Eccleſia noſtra Herefordenſis, per Mortem ultimi Epiſcopi ejuſdem, jam vacat & Paſtoris ſolatio ſit deſtituta, Nos, volentes dignam Perſonam in Epiſcopum Loci illius præfici, Licentiam noſtram Regiam vobis aliam Eligendi * duximus concedendam; rogantes quatenus talem in Epiſcopum Loci illius eligatis qui Deo ſit Devotus, Nobis ac Regno noſtro Utilis exiſtat.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quintò Die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

te, *uti Supremi Capitis Eccleſiæ prædictæ*, quomodolibet tractandas ſive ventulandas Vicemgerenti Vicario Generali & Officiali Principali, ac ejus in hac parte Commiſſario cuicumque, Salutem. *Ibid. m.* 4.

Sciatis quòd Electioni nuper factæ, in Eccleſia Conventuali Monaſterii noſtri Sanctorum Petri & Hildæ de Whitbye Ordinis Sancti Benedicti Eboracenſis Diœceſis, vacante per liberam Reſignationem ultimi Abbatis loci illius, de Religioſo Viro *Henrico Davell* dicti Monaſterii Priore in Abbatem & Paſtorem loci illius, Regium Aſſenſum adhibuimus & Favorem;

Et hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus, ut quòd veſtrum eſt in hac parte exequamini.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, nono Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Reſtitutionibus Temporalium pro Abbate de Whitbye.*

Ann. D. 1538. *An.* 30. *H.* 8. *Ibid.*

REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Eborum Salutem.

Cum Prædilectus & Fidelis Conſiliarius noſter *Thomas Crumwell* Miles Dominus Crumwell noſtri Privati Sigilli Cuſtos, adque Cauſas Eccleſiaſticas quaſcumque, noſtrâ Auctoritate, *uti Supremi Capitis Eccleſiæ prædictæ*, quomodolibet tractandas ſive ventulandas Vicem gerens Vicarius Generalis & Officialis Principalis, Electionem nuper factam in Eccleſia Conventuali Monaſterii noſtri Sanctorum Petri & Hildæ de Whitbye Eboracenſis Diœceſis, de Religioſo Viro *Henrico Davell* dicti Monaſterii Priore in Abbatem & Paſtorem Monaſterii noſtri prædicti, cui priùs Regium Aſſenſum abhibuimus & Favorem, confirmaverit, ſicut per Literas Patentes ipſius Vicarii Generalis Nobis inde directas Nobis conſtat,

Nos, Confirmationem illam acceptantes, Fidelitatem ipſius *Abbatis*, per Dilectum Nobis in Chriſto Priorem * Monaſterii beatæ Mariæ de Gysborowe, virtute Brevis noſtri capi mandavimus, & Temporalia Abbatiæ illius prout moris eſt reſtituimus eidem; * XIV. 600.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Abbati* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione, Liberes in forma prædicta; ſalvò Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data, videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com. Weſtmerl.*
*Eſcaetori Regis in Com. Lincoln.*

Et Mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Abbatia prædicta quòd eidem *Electo*, tanquam Abbati & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Monaſterium prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*Per*

Digitized by Google

Sacræ Theologiæ Profeſſores, Clericos, ac Ordine Sacerdotali ritè inſignitos, de legittimo Matrimonio natos, & in Ætate legittima conſtitutos, Viroſque in Spiritualibus & Temporalibus multùm circumſpectos, quibus de Canonicis nichil obviat Inſtitutis quominus ut aſſeritis ad Epiſcopalem *Suffraganei* Dignitatem admitti poſſent & deberent, Nobis per Literas ſuas ſub Magno Sigillo præſentâſtis,

Humiliter & devotè ſupplicantes, quatenus Nos alterum ipſorum ſic Præſentatorum, ad aliquam Sedem *Epiſcopi Suffraganei* infra Provinciam Eborum exiſtentem nominare, Ipſique ſic Nominato, Stilum, Titulum, & Dignitatem talis Sedis Burgorum & Villatarum in Statuto prædicto nominatorum donare dignaremur,

Unde Nos, ex Gratia noſtra ſpeciali & mero Motu noſtris; Dilectum Nobis *Robertum Silveſtre* dicti Monaſterii Priorem, alterum ex dictis Præſentatis, *Epiſcopum Suffraganeum Sedis Hullenſis* infra Provinciam Eborum * prædictam Nominamus, Eique Stilum Titulum & Dignitatem ejuſdem *Sedis Suffraganei* Damus & Conferimus, atque hæc vobis Tenore Præſentium ſignificamus;

* XIV. 601.

Requirentes vos quatenus eundem Dominum *Robertum Silveſtre*, ſic per Nos nominatum, *in Epiſcopum Suffraganeum ejuſdem Sedis Hullenſis* Conſecretis, Eique Benedictionem ac omnia Epiſcopalia Inſignia Conferatis, cæteraque omnia & ſingula quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta modum & formam Statuti in Vigeſimo Sexto Anno Regni noſtri apud Weſtmonaſterium editi & proviſi, peragatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio Die Decembris.

---

*Pro Epiſcopo Suffraganeo Sedis de Shafteſbury.*

Ann. D. 1539. An. 30. H. 8. Pat. 30. H. 8 p. 2. m. 20.

REX Reverendo in Chriſto Patri & Prædilecto Conſiliario noſtro *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutem.

Significavit Nobis Pater Reverendus *Aſſaphenſis Epiſcopus*, quòd Diœceſis ſua Spe & Solatio *Epiſcopi Suffraganei*, qui ſuæ Sollicitudinis partem ſuſtinere conſuevit, deſtituta exiſtit,

Et ideò, Dilectos ſibi *Johannem Bradley* Abbatem Monaſterii de Ordinis Benedicti, & *Willielmum* Presbiteros, in Sacra Theologia Baccalareos, ac Ordine Sacerdotali ritè inſignitos, de legittimo Matrimonio natos, & in Ætate legittima conſtitutos, in Spiritualibus & Temporalibus multùm circumſpectos, quibus de Canonicis nihil obviat Inſtitutis, quominus, ut aſſeruit, ad Epiſcopalem *Suffraganei* Dignitatem admitti poſſint & deberent, Nobis per Literas ſuas ſuo Magno Sigillo munitas Præſentavit,

Humiliter & devotè ſupplicans quatenus Nos, alterum ipſorum ſic Præſentatorum, ad aliquam Sedem *Epiſcopi Suffraganei* infra Provinciam Cantuarienſem exiſtentem Nominare, Ipſiq; Nominato Stilum, Titulum & Dignitatem talis Sedis Burgorum & Villarum in Statuto prædicto nominatorum donare dignaremur,

Unde Nos, ex Gratia noſtra ſpeciali & mero Motu noſtris *Johannem Bradley*, alterum ex prædictis Præſentatis, in *Epiſcopum Suffraganeum Sedis de Shafteſburye* infra Provinciam Cantuarienſem prædictam Nominamus, Eique Stilum, Titulum & Dignitatem hujuſmodi Sedis *Epiſcopi Suffraganei* Damus & Conferimus, atque hæc vobis Tenore Præſentium ſignificamus;



ſia Epiſcopatus illius prout moris eſt præfato *Electo & Confirmato* reddimus & reſtituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quarto Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Datâ; videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com. Salop. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*

In quorum Teſtimonium atque Fidem Nos præfati Prior ſive Gardianus & Conventus Sigillum noſtrum commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari nono decimo Die Menſis Januarii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

rii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Omnibus, &c. *Richardus Moore* Prior Monaſterii ſive Prioratus de Bolton Canonicorum, alias dicta Bolton in Craven Ordinis Sancti Auguſtini Eborum Diœc. & ejuſdem Loci Conventus Salutem in Domino ſempiternam & fidem indubiam Præſentibus adhibere.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari viceſimo nono Die Menſis Januarii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Omnibus, &c. *Willielmus Vavaſour*, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Prior ſive Gardianus Fratrum Minorum infra Muros Civitatis Eborum, & ejuſdem Loci *Conventus* Salutem in Domino ſempiternam, & Fidem, &c.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium atque Fidem Nos præfati Prior ſive Gardianus & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in *Domo noſtra Capitulari* viceſimo ſeptimo Die Menſis Novembris, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Omnibus, &c. *Robertus Daye*, alias dictus *Robertus Daye* Prior ſive Gardianus Fratrum prædicatorum infra Villam de Pontiffracto in Com. Eborum & ejuſdem Loci Conventus, Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis, &c.
* In quorum Teſtimonium atque Fidem Nos præfati Prior ſive Gardianus & Conventus Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus. * XIV. 614.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Viceſimo ſexto die Menſis Novembris, Anno Regni Regis Henrici octavi Triceſimo.

Omnibus, &c. *Johannes Lepington* Prior Domus ſive Prioratus Sancti Andreæ Apoſtoli prope Muros Civitatis Eborum & in Com. ejuſdem, ac ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Gilberti de Sempringham Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis Nos, &c.
In quorum Fidem atque Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari viceſimo octavo Die Menſis Novembris, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Omnibus, &c. *Andreas Kelle* Prior ſive Gardianus Domus Conventualis Fratrum Auguſtin. Villæ de novo Caſtro ſuper Tynam & in Com. ejuſdem, ac ejuſdem Loci Conventus Salutem in Domino ſempiternam, & Fidem indubiam præſentibus adhibere.
Noveritis Nos, &c.
In quorum Teſtimonium atque Fidem Nos præfati Prior ſive Gardianus & Conventus Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari nono Die Menſis Januarii, Anno Regni Regis Henrici octavi Triceſimo.

Omnibus, &c. *Thomas Wayde* Magiſter ſive Cuſtos Cellæ ſive Domus de Walleknolle infra Villam de novo Caſtro ſuper Tynam &

Digitized by Google

In quorum Teſtimonium Nos præfati Commendatarius perpetuus ſive Magiſter Sigillum Officii noſtri, & Nos Prior & Conventus Sigillum noſtrum Commune huic Scripto apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Viceſimo quarto Die Menſis Septembris, Anno Regni Regis Henrici Supradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Prior & Conventus, *coram* Willielmo Peter *Legum Doctore in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Robertus*, Permiſſione Divina, *Landaven. Epi-*
*XIV. 615. *ſcopus, Commendatarius perpetuus Officii Generalis.* * *Magiſtri* ſive Prioris Oim. Ordinis Sempyngham, alias dictus, Magiſter Ordinis de Sempyngham, alias dictus, Prior Generalis Ordinis Sancti Gilberti de Sempyngham, & *Willielmus Prior* Domus ſive Prioratus *de Catley* Ordinis ſupradicti, & ejuſdem Loci *Conventus* Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati *Commendatarius perpetuus ſive Magiſter* Sigillum Officii noſtri, & Nos *Prior & Conventus* Sigillum noſtrum Commune huic Scripto apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari, Viceſimo quinto Die Menſis Septembris, Anno Regni Regis Henrici Supradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Prior & Conventus, *coram* Willielmo Peter *Legum Doctore in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus* Abbas Monaſterii Sancti Oſwaldi de Bardeney Com Lincoln. & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Benedicti, alias dictus *Willielmus* Abbas Monaſterii de Bardeney in Com. Lincoln. & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Benedicti Lincoln. Diœc. Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis, &c.

In quorum Teſtimonium nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus, & Nomina noſtra hic adſcripſimus.

Dat. primo Die Menſis Novembris, Anno Regni Regis dicti Domini Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quod, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Abbas & Conventus *coram* Thoma Legh *in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Ricardus* Prior Monaſterii ſive Prioratus Sancti Thomæ Martiris juxta Stafford & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Auguſtini in Com. Staff. Coven. & Lich. Diœc. Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. una cum adſcriptione Nominum noſtrorum decimo ſeptimo Die Menſis Octobris, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo. Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus, & Nomina noſtra hic adſcripſimus.

Dat. Viceſimo Die Menſis Octobris, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

* Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *coram* Thoma Legh *Legum Doctore in* *XIV. 616
*Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Robertus Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis de Lilleſhull* in Com. Salop. & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Auguſtini, alias dictus *Robertus Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ de Lilleſhyll*, & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Auguſtini in Com. Salop. alias dictus *Robertus Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis de Lindeſhill*, & ejuſdem Loci *Conventus* Ordinis Sancti Auguſtini in Com. Salop. Coven. & Lich. Diœc. Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus, & Nomina noſtra hic adſcripſimus.

Dat. Sextodecimo Die Menſis Octobris, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *coram* Thoma Legh *Legum Doctore in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Iſabella Prioriſſa Monaſterii ſive Prioratus Nigrarum Monialium de Brewood* in Com. Staff. & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Benedicti, alias *Iſabella Prioriſſa Monaſterii ſive Prioratus Nigrarum Monialium* vulgariter nuncupatarum the Black Ladies, & ejuſdem Loci *Conventus* Coven. & Lich. Diœc. Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Prioriſſa & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus,

Dat. Sextodecimo Die Menſis Octobris, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti*, Prioriſſa & Conventus, *coram* Thoma Legh *Legum Doctore in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes Abbas Monaſterii beatæ Mariæ Virginis de Dale*, & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Præmonſtratenſium in Com. Derb. alias dictus *Johannes Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis de Dale in Parco Stanley*, & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Præmonſtratentium Coven. & Lich. Diœc. Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus, & Nomina noſtra hic adſcripſimus.

Dat. Viceſimo Quarto Die Menſis Octobris, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quod, Die & Anno prædictis, venerunt præ-*



Digitized by Google

noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Tertiodecimo die Novembris Anno præſenti, venerunt prædicti* Prior & Conventus, *coram* Thoma Katelyn *Armigero & aliis Commiſſionariis dicti Domini Regis virtute Brevis ipſius Domini Regis* de Dedimus Poteſtatem, *eis directi, in Domo ipſorum Prioris & Conventus Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. Frater *Richardus Preſton* Prior Domûs ſive Prioratûs Sancti Auguſtini in Com. Leyc. aliàs dictus Frater *Ricardus Preſton* Prior Domûs ſive Prioratûs vulgariter nuncupati Le Austen Freers de Leycestr. in Com. Leyc. & ejuſdem Loci *Conventus* Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis, &c.
In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus præſenti Scripto noſtro Sigillum noſtrum Commune appoſuimus.

Dat. Decimo Die Novembris, Anno Regni prædicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quòd Tertiodecimo Die Novembris Anno præſenti, venerunt prædicti* Prior & Conventus, *coram* Thoma Katelyn *Armigero & aliis Commiſſionariis dicti Domini Regis, virtute Brevis ipſius Domini Regis* de Dedimus Poteſtatem *eis directi, in Domo ipſorum Prioris & Conventus Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Yon Prior Monaſterii Sanctorum Egidii & Andreæ de Barnewell* in Com. Cantebr. & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Auguſtini Elien. Diœc. aliàs dictus *Yon Prior Monaſterii de Barnewell*, & ejuſdem Loci *Conventus* Ordinis Sancti Auguſtini Elien. Diœc. Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus appoſuimus, & Nomina noſtra hic adſcripſimus.

Dat. octavo Die Menſis Novembris, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quòd Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Prior & Conventus, *coram* Thoma Legh *Legum Doctore in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Radulphus Clerk Subprior Monaſterii de Repton in Com. Derb.* & ejuſdem Loci Conventus Ordinis Sancti Auguſtini, aliàs dictus *Radulphus Clerke Subprior Monaſterii de Repyngdon*, & ejuſdem Loci *Conventus* Ordinis Sancti Auguſtini Coven. & Lich. Diœc. Salutem in Domino ſempiternam.
Cum Sedes Prioratûs Monaſterii noſtri prædicti vacare dinoſcatur.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium Nos præfati Subprior & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus appoſuimus, & Nomina noſtra hic adſcripſimus.

Dat. Viceſimo quinto Die Menſis Octobris, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Subprior & Conventus, *coram* Thoma Legh *Legum Doctore in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti*, Abbas & Conventus *coram* Thoma Legh, *Legum Doctore in Domo ſua Capitulari, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes* Prior Domûs Cartuſienſium juxta Coventre in Com. Warr. & ejuſdem Loci Conventus, Ordinis Sancti Brunonis, aliàs dictus *Johannes* Prior Domûs Monachorum Cartuſien. Sanctæ Annæ juxta Coventr in Com. Warr. & ejuſdem loci Conventus Ordinis Sancti Brunonis Coven. & Lich. Diœc., Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium, Nos præfati Prior & Conventus, Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus & Nomina noſtra hîc adſcripſimus.

Dat. decimo ſexto Die Menſis Januarii, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Prior & Conventus, *in Domo ſua Capitulari juxta Coventr. prædicta, coram* Johanne London *Clerico prætextu Commiſſionis dicti Domini Regis ei in hac parte directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Robertus*, Abbas Monaſterii de Cumbe in Com. Warr. & ejuſdem Loci Conventus, Ordinis Ciſtercien. Monachorum, aliàs dictus *Robertus Kynver*, Abbas Monaſterii Sanctæ Mariæ de Cumbe in Com. Warr. & ejuſdem Loci Conventus, Ordinis Ciſtercien. Monachorum Coven. & Lich. Diœc. Salutem, &c.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum commune Præſentibus apponi fecimus & Nomina noſtra hîc adſcripſimus.

Dat. Viceſimo primo Die Menſis Januerii, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo.

Et Memorandum *quod, Die & Anno prædictis, [venerunt] prædicti*, Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Combe prædicta, coram* Johanne London *Clerico prætextu Commiſſionis dicti Domini Regis ei in hac parte directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Maria* Abbatiſſa Monaſterii ſive Abbatiæ Beatæ Mariæ de Bruſyerd in Com. Suff. & ejuſdem Loci Conventus Salutem in Domino ſempiternam.
Sciatis Nos, &c.

* In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ noſtræ Sigillum noſtrum Commune appoſuimus. * XIV. 629.

Dat. Decimo ſeptimo Die Februarii; Anno Regni dicti Domini noſtri Henrici Octavi, Dei Gratiâ, Angliæ & Franciæ Regis Fidei Defenſoris Domini Hiberniæ, ac in Terris, *Supremi Capitis Anglicanæ Eccleſiæ*, Triceſimo.

Et Memorandum *quòd Die & Anno prædictis, venerunt prædicti*, Abbatiſſa & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Bruſyerd, coram* Franciſco Cave, *Legum Doctore prætextu Brevis Domini Regis eidem Franciſco inde directi, & Recognoverunt* Scrip-

dicti Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti*, Prioriſſa & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Polſloo, coram* Willielmo Petre, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes* Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis ac Apoſtolorum Petri & Pauli de Keyneſham in Com. Somerſ. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem loci *Conventus*, Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis Nos, &c.
In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus ſupradicti Sigillum noſtrum Commune Præſentibus appoſuimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Keyneſham prædicta Viceſimo tertio Die Menſis Januarii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis, venerunt prædicti*, Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari, apud Keyneſham, coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Margareta Ruſſell*, Abbatiſſa Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis de Tarent in Com. Dorſ. & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis Nos, &c.
In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium nos præfati Abbatiſſa & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus appoſuimus & Nomina noſtra inſcripſimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Decimo tertio Die Menſis Martii, Anno Regni dicti Illuſtriſſimi Regis Henrici Octavi Triceſimo.

* XIV. 630. * Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti*, Abbatiſſa & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Tarent, coram* Johanne Smyth, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directa, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c *Elizabetha Fowell*, Abbatiſſa Monaſterii ſive Abbatiæ beatæ Mariæ Virginis & Sancti Johannis Evangeliſtæ de Canonlegh in Com. Devon. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis Nos, &c.
In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Abbatiſſa & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Canonlegh prædicta Sextodecimo Die Menſis Februarii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti*, Abbatiſſa & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Canonlegh, coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes Norman*, Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis de Byndon in Com Dorſet. Ordinis Ciſterc ien-

*ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes Howe*, Prior Domûs ſive Prioratûs Eccleſiæ Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum de Plympton in Com. Devon. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem Loci *Conventûs*, Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis, &c.
In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus; Sigillum noſtrum commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Plympton prædicta primo Die Menſis Martii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti*, Prior & Conventus, *in Domo ſua Capitulari, apud Plympton. coram* Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes Peryn*, Dei * Patientiâ, Abbas Monaſterii ſive Abbatiæ & Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis & Sancti Rumoni de Taviſtocke in Com. Devon Ordinis Sancti Benedicti, & ejuſdem Loci *Conventûs*, Salutem in Domino ſempiternam. * XIV. 631.
Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Taviſtocke prædicta Tertio Die Menſis Martii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti*, Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Taviſtocke, coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis, ei inde directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Ricardus Robynſon*, alias dictus *Ricardus Robinſon*, Prior ſive Gardianus Fratrum Auguſtinenſium infra Villam de Tickhill Eborum Dioec. & ejuſdem Loci Conventûs, Salutem in Domino ſempiternam & fidem indubiam Præſentibus adhibere.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium atque Fidem Nos præfati Prior ſive Gardianus & Conventus Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari decimo nono die Menſis Novembris, Anno Regni Regis Henrici octavi Triceſimo.

Omnibus, &c. *Milo Wylcocke*, Prior ſive Gardianus Fratrum Prædicatorum Villæ de Yarom in Com. Eborum, Salutem in Domino ſempiternam, & Fidem indubiam præſentibus adhibere.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium atque Fidem Nos præfati Prior ſive Gardianus & Conventus Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Die Menſis Decembris, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Om-

Digitized by Google

Dat. in Domo noſtra Capitulari undecimo Die Menſis Decembris, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Omnibus, &c. *Johannes Crayforth*, Prior ſive Gardianus Domûs Conventualis Fratrum Minorum de Novo Caſtro ſuper Tynam & in Com. ejuſdem, & ejuſdem Loci Conventus, Salutem in Domino ſempiternam, & Fidem indubiam præſentibus adhibere.

* XIV. * Noveritis, &c.

632. In quorum Teſtimonium atque Fidem Nos præfati Prior ſive Gardianus & Conventus Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari nono Die Menſis Januarii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Omnibus, &c. *Willielmus Snowe*, Prior Monaſterii ſive Prioratûs Beatæ Mariæ de Bradneſtock Ordinis Sancti Auguſtini in Com. Wiltef. & ejuſdem Loci Conventus Salutem in, &c.

Noveritis, &c.

In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus appoſuimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Decimo octavo Die Menſis Januarii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venerunt prædicti*. Prior & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Bragneſtock*, *coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johanne Ley*, Patientia Dei, Abbas Monaſterii ſive Abbatiæ Beatæ Mariæ Virginis de Donkyſwell in Com. Devon. Ordinis Ciſtercienſis, & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Donkyſwell prædicta decimo quarto Die Menſis Februarii, Anno Regni Regis Henrici octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Donkyſwell*, *coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes Tucker*, Dei Patientia, Abbas Monaſterii & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis de Buckelond Monachorum in Com. Devon. Ordinis Ciſtertien. & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Abbas & Conventus *in Domo ſua Capitulari apud Buckelond*, *coram* Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

*nia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Thomas Tailer*, Abbas Monaſterii Beatæ Mariæ de Ponte Roberti Ordinis Ciſtercien. Ciceſtr. Dioec. in Com. Suſſex. & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In quorum omnium & ſingulorum Fidem & Teſtimonium huic præſenti Cartæ noſtræ Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari decimo ſexto Die Aprilis, Anno Regni dicti Domini Regis Viceſimo nono.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Pontem Roberti*, *coram* Johanne Tregonwell *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. Dompnus *Johannes Micell*, Prior Domûs ſive Prioratûs Beatæ Mariæ Virginis de Wytham in Com. Somerſ. Ordinis Cartuſien. in Selwood, ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Prior & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Wytham prædicta decimo quinto Die Menſis Martii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Prior & Conventus, *in Domo ſua Capitulari, apud Wytham*, *coram* Willielmo Peter *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus Chriſti Fidelibus ad quos, &c. *Rogerus Reddon*, Dei Patientiâ, Abbas Monaſterii Sancti Petri Apoſtoli de Abbatiſbury in Com. Dorſ. Ordinis Sancti Benedicti, & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Abbatiſbury prædicta, duodecimo Die Menſis Martii, Anno Regni Regis Henrici Triceſimo.

Et Memorandum *quod*, *Nono Die & Anno præſenti, venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *in Domo ſuâ Capitulari apud Abbatiſbery*, *coram* Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Thomas Charde Abbas Monaſterii ſive Abbatiæ & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis de Forde*, in Com. Devon. Ordinis Ciſtercienſis, & ejuſdem Loci Conventûs, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Abbas & *Conventus*, Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Forde prædicta octavo Die Menſis Martii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis venerunt præ-*

Digitized by Google

*ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Catherina*, Prioriſſa Domûs ſive Hoſpitalis Sancti Johannis Baptiſtæ de Buckelonde in Com. Somerſ. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem Loci Conventus, Salutem, &c.
Noveritis, &c.
In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Prioriſſa & Conventus, Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Buckelond prædicta decimo die Menſis Februarii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Prioriſſa & Conventus, *in Domo ſua Capitulari, apud Buckeland, coram* Johanne Tregonwell & Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis ei inde directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Elizabetha Soothe*, Abbatiſſa Monaſterii beatæ Mariæ Virginis & Sancti Edwardi Regis & Martiris Shafton in Com. Dorſ. & ejuſdem Loci Conventus, Salutem in Domino, &c.
Noveritis, &c.
In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium, Nos præfati Abbatiſſa & Conventus Sigillum noſtrum Commune præſentibus appoſuimus & Nomina inſcripſimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Viceſimo tertio Die Menſis Martii, Anno Regni dicti Illuſtriſſimi Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quòd Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Abbatiſſa & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Shafton, coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Simon Rede*, Dei Patientiâ, Abbas Monaſterii ſive Abbatiæ Sancti Salvatoris de Torre in Com. Devon Ordinis Præmonſtraten. & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.
Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Abbas & Conventus, Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Torre prædictæ viceſimo
*XIV. 635. tertio Die * Menſis Februarii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Torre, coram* Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus Wyllyams Prior* Monaſterii ſive Prioratus beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum de Taunton. in Com. Somerſ. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.
Noveritis, &c.



Dat. in Domo noſtra Capitulari de Buckefaſt prædicta viceſimo quinto Die Menſis Februarii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Abbas & Conventus, in Domo ſua Capitulari *apud Buckefaſt, coram* Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ & Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Robertus*, Abbas Monaſterii ſive Abbatiæ beatæ Mariæ Virginis de Cokerſand, Ordinis Præmonſtraten. in Com. Lancaſtr. & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis, &c.
In quorum Teſtimonium; Nos præfati Abbas & Conventus, Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. apud Cokerſand in *Domo Capitulari noſtra*, xxix. Die Januarii, Anno Regni dicti Domini Regis Henrici Octavi, Dei Gratia, Angliæ & Franciæ Regis Fidei Defenſoris Domini Hiberniæ, ac in Terra, *Supremi Capitis Anglicanæ Eccleſiæ*, Triceſimo.

Be it known unto all, &c.
We *Adam* Pryour of the Graye Freers in Grymsbye of the Order of Seint Franceis in the County of Lincoln, and the Covent of the ſame Place, with one Aſſent Conſent Will and fynall Agreement doo Gyve and Graunte, and by this our preſent Writing Geven and Graunted unto our moſt drad Sovereign Lord Kyng Henry, &c.

* In witneſs whereof we the ſaid Prior and Covent have ſub- * XIV. 636.
ſcribed our Names and put to oure Covent Seale within our Chapiter Houſe the ninth Day of Octobre, in the Thirty Yere of our ſeid Sovereigne Lordes Reigne.

Omnibus, &c. *Johannes*, Permiſſione Divina, *Bangoren. Epiſcopus Commendatarius perpetuus Monaſterii*, ſive Abbatiæ & Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli de Hyda in Com. Sutht. Ordinis Sancti Benedicti, & ejuſdem Loci Conventus, Salutem, &c.
Noveritis, &c.
In cujus rei Teſtimonium nos præfati Commendatarius & Conventus, Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Hyda prædicta     Die Menſis Aprilis, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Omnibus, &c. *Willielmus Holway*, Dei Patientia, *Prior Monaſterii*, Eccleſiæ Cathedralis Sancti Salvatoris ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Bathon. in Com. Somerſ. Ordinis Sancti Benedicti & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.
Noveritis, &c.
In cujus rei Teſtimonium nos præfati Prior & Conventus, Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari viceſimo ſeptimo Die Januarii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quòd, Die & Anno prædictis, venerunt* præ-



Digitized by Google

Et Memorandum *quod*, *Die & Anno prædictis venerunt*, *prædicti* Prior & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Lanceſton*, *coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Thomas Pope*, Abbas Monaſterii Sancti Vitani de Hertlond Exonien. Diœc. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem loci Conventus, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium, Nos præfati *Thomas* & Conventus, Sigillum noſtrum commune præſentibus appoſuimus ac Nomina noſtra inſcripſimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari viceſimo ſecundo Die Menſis Februarii, Anno Regni ſupradicti Illuſtriſſimi Regis Henrici octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quod*, *Die & Anno prædictis venerunt*,
XIV. 637. *prædicti* Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Hertlond*, *coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Thomas Wanſworth*, Prior Prioratus Beatæ Mariæ Sanctique Petroci Bodminiæ Ordinis Sancti Auguſtini in Cornub. & ejuſdem Loci Conventus, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium, Nos præfati Prior & Conventus, Sigillum noſtrum Commune Præſentibus appoſuimus & Nomina noſtra inſcripſimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Viceſimo ſeptimo Die Menſis Februarii, Anno Regni ſupradicti Illuſtriſſimi Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quod*, *Die & Anno prædictis*, *venerunt prædicti* Prior & Conventus, in Domo ſua Capitulari *apud Bodmyn*, *coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Johannes Barſtable*, Dei Patientia Abbas Monaſterii ſive Abbatiæ & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis de Sherborne, in Com. Dorſ. Ordinis Sancti Benedicti, & ejuſdem Loci Conventus, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium, Nos præfati *Abbas & Conventus*, Sigillum noſtrum commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Sherborn xviii. Die Menſis Martii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod*, *Die & Anno prædictis*, *venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari*, *apud Shirburne*, *coram* Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Ciſleia Bodynham*, Abbatiſſa Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis & Sanctæ Eccleſiæ de Wilton in Com. Wilteſ. & ejuſdem Loci Conventus Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem &
Teſtimonium nos præfati Abbas & Conventus, Sigillum noſtrum 638.
Commune Præſentibus apponi fecimus & Nomina noſtra inſcripſimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari decimo quinto Die Menſis Martii, Anno Regni dicti Illuſtriſſimi Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Et Memorandum *Quod*. *Die & Anno prædictis*, *venerunt prædicti* Abbas & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Serne*, *coram* Johanne Tregonwell, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Maria*, Dei Patientia Prioriſſa Domus ſive Prioratus Sanctæ Elenæ Civitatis London. & ejuſdem Loci Conventus, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Prioriſſa & Conventus, huic Scripto Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari viceſimo quinto Die Novembris, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod*, *Die & Anno prædictis*, *venerunt prædicti* Prioriſſa & Conventus, *in Domo ſua Capitulari*, *apud St. Elyns*, *coram* Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Robertus*, Permiſſione Divina, *Landaven. Epiſcopus*, *Commendatarius perpetuus Officii Generalis Magiſtri*, ſive Prioris Oim. Ordinis de Sempyngham, alias dictus, Prior Generalis Ordinis Sancti Gilberti de Sempyngham, & *Thomas Prior*, Domus ſive Prioratus Beatæ Mariæ Virginis de Pulton Sarum Diœc. Ordinis ſupradicti, & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati, *Commendatarius perpetuus ſive Magiſter*, Sigillum Officii noſtri, & Nos *Prior & Conventus*, ſupradicti Sigillum noſtrum commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Pulton prædicta decimo ſexto Die Menſis Januarii, Anno Regni Regis Henrici Octavi Triceſimo.

Et Memorandum *quod*, *Die & Anno prædictis*, *venerunt prædicti* Epiſcopus Prior & Conventus, *in Domo ſua Capitulari apud Sempyngham*, *coram* Willielmo Peter, *virtute Commiſſionis dicti Domini Regis ei inde directæ*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Paulus Buſhe*, Rector Domus & Monaſterii Omnium Sanctorum de Edyngton in Com. Wilteſ. Ordinis Sancti Auguſtini, & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati Rector & Conventus, Sigillum noſtrum Commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari de Edyngton prædicta ultimo Die Menſis Martii, Anno Regni Regis Henrici ſupradicti Triceſimo.

Et Memorandum *quod*, *Die & Anno prædictis*, *venerunt præ-*

Digitized by Google

Ann. D. 1539. *An.* 30. *H.* 8. *Clauſ.* 30. *H.* 8. *p.* 1. *m* 40. *dorſ.* OMnibus Chriſti Fidelibus, ad quos præſens Carta Indentata pervenerit, *Thomas* Abbas Monaſterii Sancti Johannis Baptiſtæ Colceſtriæ, & ejuſdem Loci *Conventus*, Salutem.

Sciatis quòd Nos unanimi Aſſenſu & Conſenſu, Licentiâ Domini Regis obtentâ, Dedimus, Conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ Indentata Confirmavimus, egregio Viro *Thomæ Audeley*, Militi Domino Cancellario Angliæ totum illud Manerium ſive Meſuagium noſtrum de Rye cum pertinentiis in Leyer de la Heye in Comitatu Eſſexiæ, ac omnia Meſuagia, Terras, Tenementa, Prata, Paſcua, Paſturas, Portiones, Penſiones, Redditus, Reverſiones, & Servitia, ac alia Jura & Hæreditamenta noſtra quæcumque, in Layer de la Heye prædicta, nobis in Jure Monaſterii noſtri prædicti qualitercumque ſpectantis,

Ac etiam totum Manerium ſive Meſuagium noſtrum vocatum Goſſebekks in Stanwey cum ſuis pertinentiis in dicto Comitatu Eſſexiæ, & omnia Meſuagia, Terras, Tenementa, Boſcos, Vaſta, Communia, Redditus, Servitia, & alia Hæreditamenta noſtra quæcumque, cum eorum pertinentiis in Stanwey prædicta in eodem Comitatu Eſſexiæ quæ *Johannes Clamp* modo tenet ad Firmam,

Ac totum illud Boſcum noſtrum jacens in Threbbe ex oppoſito dicti Meſuagii vocatum Goſſebekks, videlicet, inter Boſcum *Johannis Raynefforth*, Militis parcellum de Olyvers ex una parte, & viam Regiam ducentem per dictum Meſuagium verſus le Beken ex altera parte, uno Capite inde abuttante ſuper Regiam viam ducen. a Colceſtre verſus Manerium de Stanwey, alio Capite inde abuttante ſuper quoddam Veſtum quod *Emma Sayer*, vidua clamat pro communi ſuo,

Habenda & Tenenda omnia prædicta Maneria, Meſuagia, Terras, Tenementa, & cætera ſingula Præmiſſa cum eorum Pertinentiis & Commoditatibus univerſis præfato *Thomæ Audeley*, Hæredibus & Aſſignatis ſuis imperpetuùm, ad proprium Uſum ipſius *Thomæ*, Hæredum & Aſſignatorum ſuorum,

Pro quibus quidem Præmiſſis dictus *Thomas Audeley*, per Cartam Indentatam de Data præſentium, Dedit & Conceſſit nobis & Succeſſoribus noſtris, Licentiâ Regiâ inde obtentâ, totam Rectoriam ſuam de Long Compton, aliàs dictam *Compton Manour*, cum Terris Glebis & aliis ſuis Juribus & pertinentiis in Commitatu Warwici, ac Advocationem Vicariæ Eccleſiæ de Long Compton prædicta, quæ quidem Rectoria & Advocatio Vicariæ prædictæ ſpectabant & pertinebant nuper Monaſterio de Walden in dicto Comitatu Eſſexiæ,

Habendam & Tenendam nobis præfatis *Abbati & Conventui*, & Succeſſoribus noſtris imperpetuùm prout in eadem Carta dicti *Thomæ Audeley*, inde Nobis confecta pleniùs conſtat:

Et ulterius Sciatis Nos præfatos, *Abbatem & Conventum*, Feciſſe Ordinaſſe, & in loco noſto Poſuiſſe Dilectos nobis in Chriſto *Johannem Criſtemas*, Armigerum, & *Arturum Clerk*, Generoſum noſtros veros & legittimos Attornatos conjunctim & diviſim, ad Intrandum in prædicta Maneria & cætera Præmiſſa, per Nos præfato *Thomæ Audeley*, & Hæredibus ſuis in forma prædicta conceſſa & Poſſeſſionem ſic inde captam & habitam, deinde,
• XIV. 640. pro Nobis Vice & Nominibus noſtris, plenam & • pacificam Poſſeſſionem & Seiſinam præfato *Thomæ Audeley*, aut ſuo certo Attornato reddendam & deliberandam, juxta tenorem vim formam & Effectum hujus præſentis Cartæ noſtræ Indentatæ, Ratum & Gratum habentes & habituri totum & quicquid dicti Attornati noſtri fecerint aut eorum unus fecerit in Præmiſſis per Præſentes,

Et ulterius noveritis nos præfatos *Abbatem & Conventum*, Ra-



Concedimus Reverendo in Chriſto Patri, ac Dilecto & Fideli Conſiliario noſtro, *Cuthberto Epiſcopo Dunelmenſi* quandam Annuitatem ſive Annualem Redditum *Viginti Marcarum* exeuntem de Manerio de Twiſelton cum ſuis pertinentiis, ac de omnibus Meſuagiis Terris & Tenementis in Bentham, Burton, Weſthus, Thournton, Urſweke, Kellote, & Greſſigham in Comitatibus noſtris Eborum & Lancaſtriæ, quæ nuper fuerunt *Willielmi Redmayne* Generoſi Defuncti, & quæ in Manibus noſtris jam exiſtunt aut exiſtere debent, ratione Minoris Ætatis *Willielmi Redmayne*, Conſanguinei & Hæredis prædicti *Willielmi Redmayne* Defuncti, qui quidem *Willielmus* de Nobis tenuit per Servitium Militare Die quo obiit, & quæ per ſive poſt Mortem prædicti *Willielmi Redmayne Senioris*, ac ratione Minoris Ætatis prædicti *Willielmi Junioris*, ad Manus noſtras devenerunt ſeu devenire debuerunt & in Manibus noſtris jam exiſtunt aut exiſtere debent ſeu deberent quoquo modo, necnon Cuſtodiam Corporis, & Maritagium prædicti *Willielmi Redmayne Junioris* abſque Diſperagatione, *Pat.* 31. *H.* 8. *p.* 7. *m.* 7.

Habendum Gaudendum & poſſidendum prædictum Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum*, ac etiam Cuſtodiam Corporis, & Maritagium prædicti *Willielmi Redmayne Junioris* abſque Diſperagatione, præfato *Conſiliario noſtro* Executoribus & Aſſignatis ſuis durante Minore Ætate prædicti *Willielmi Junioris*, & quouſque idem *Willielmus* ad ſuam plenam & legittimam Ætatem pervenerit, abſque Compoto ſeu aliquo alio Nobis vel Hæredibus noſtris reddendo ſolvendo vel faciendo,

Et ſi contingat prædictum *Willielmum Redmayne* Juniorem antequam ad ſuam plenam & legittimam Ætatem pervenerit, obire, & antequam idem *Conſiliarius noſter* Executores vel Aſſignati ſui effectum Maritagii ejuſdem *Willielmi* acceperit vel habuerit acceperint vel habuerint, Hærede ſuo vel Hæredibus ſuis tunc infra Ætatem exiſtente vel exiſtentibus;

• Tunc, de uberiori Gratia noſtra, Dedimus & Conceſſimus, • XIV. 641.
ac per Præſentes Damus & Concedimus præfato *Conſiliario noſtro* Executoribus & Aſſignatis ſuis, prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum*, ac etiam Cuſtodiam Corporis & Maritagium hujuſmodi Hæredis ſive Hæredum ſic infra Ætatem exiſtentis vel exiſtentium durante Minore Ætate hujuſmodi Hæredis ſive Hæredum ſic infra Ætatem exiſtentis vel exiſtentium, & ſic de Hærede in Hæredem & Hæredes ſic infra Ætatem exiſtentem vel exiſtentes, quouſq; hujuſmodi Hæres ſive Hæredes ad ejus ſeu eorum plenam & legittimam Ætatem pervenerit ſeu pervenerint, videlicet, Cuſtodiam & Maritagium Corporis ſive Corporum hujuſmodi Hæredis ſive Hæredum ſic infra Ætatem exiſtentis vel exiſtentium abſque Diſperagatione, quouſque hujuſmodi Hæres ſive Hæredes ad ejus ſeu eorum plenam & legittimam Ætatem pervenerit ſeu pervenerint, vel quouſque dictus *Conſiliarius* noſter Executores vel Aſſignati ſui Effectum Maritagii hujuſmodi Hæredis ſive Hæredum ſic infra Ætatem exiſtentis vel exiſtentium acceperit vel habuerit, acceperint vel habuerint, & prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum* durante Minore Ætate hujuſmodi Hæredis ſive Hæredum ſic infra Ætatem exiſtentis vel exiſtentium, & quouſque hujuſmodi Hæres ſive Hæredes ad ejus ſeu eorum plenam & legittimam Ætatem pervenerit ſeu pervenerint, & hoc abſque Compoto ſeu aliquo alio Nobis vel Hæredibus noſtris reddendo, ſolvendo vel faciendo,

Et ulterius de uberiori Gratia noſtra Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus præfato *Conſiliario noſtro* Executoribus & Aſſignatis ſuis prædictam Annuitatem, ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum*, a tempore Mortis prædicti *Willielmi Redmayne* Senioris hucuſque, & extunc provenientem ſive creſcentem, tam per Manus ſuas proprias quam per Manus



Digitized by Google

quòd, quæ ad veſtrum Officium in hac parte in Conſecratione, Confirmatione & Inſtallatione prædicti Electi attinent, ritè & in debita ac legittima forma, juxta Leges & Statuta Regni noſtri, exequamini & perimpleatis cum favore.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Terlyng* primo Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

### *Significavit pro Epiſcopo Sarum.*

Ann. D. 1539. *An.* 31. *H.* 8. *Ibid.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ*, eadem gratiâ, *Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati, Salutem.

Cum nuper Vacante Sede Epiſcopali Sarum, per Reſignationem *Nicholai Shaxton* ultimi Epiſcopi ibidem, ad humilem Supplicationem Dilectorum Nobis *Decani & Capituli* Eccleſiæ Cathedralis Sarum, Eiſdem, per Literas noſtras Patentes Licentiam conceſſerimus alium ſibi Eligendi in Epiſcopum loci prædicti & Paſtorem,

Ac iidem *Decanus & Capitulum*, prætextu Licentiæ noſtræ prædictæ, Dilectum Capellanum noſtrum *Johannem Capon*, nuper Epiſcopum Bangorienſem, ſibi elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas ſuas Patentes, Communi Sigillo ſuo ſigillatas, Nobis inde directas plenius apparet,

* XIV. 642. * Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem; Et hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus,

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter vobis Mandantes, quatenus præfatum *Johannem Capon Sarum Electum* & Electionem prædictam confirmare, & eundem *Johannem Capon* in Epiſcopum Sarum conſecrare prout Moris eſt, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statuti inde editi & proviſi, velitis diligenter cum effectu.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Terlyng* Triceſimo primo Die Julii.

### *De Reſtitutionibus Temporalium.*

Ann. D. 1539. *An.* 31. *H.* 8. *Ibid.*

REX Eſcaetori ſuo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wilteſiæ, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Sarum, per Reſignationm *Nicholai Shaxton* nuper Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sarum, Licentia noſtra primitus petita pariter & obtenta, Dilectum Capellanum noſtrum *Johannem Capon*, nuper Epiſcopum Bangorienſem, in eorum Epiſcopum Sarum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem, ipſumque Johannem a dicto Epiſcopatu Bangorienſi in Epiſcopatum Sarum tranſtulimus,

Ac Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus* totius Angliæ Primas, Electionem illam confirmavit, ſicut per Literas ipſius Archiepiſcopi Nobis inde directas plene liquet,

Nos Fidelitatem ipſius *Electi & Confirmati*, pro dicti Epiſcopatus Sarum Temporalibus in Manibus noſtris ratione Vacationis ejuſdem exiſtentibus, cepimus, ac Temporalia dicti Epiſcopatus Sarum prout moris eſt præfato *Electo & Confirmato* reddidimus & reſtituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quod eidem Electo Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Terlyng* Primo Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com. Somerſ. & Dorſ.*
*Eſcaetori Regis in Com. Lincoln.*

### *Significavit pro Epiſcopo Wygorn.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ*, eadem Gratiâ, *Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1539. *An.* 31. *H.* 8. *Ibid.*

Cum nuper Vacante Sede Epiſcopali Wygornienſi, per liberam Reſignationem *Hugonis Latymer* Clerici ultimi Epiſcopi ibidem, ad humilem Supplicationem Dilectorum Nobis in Chriſto *Prioris & Conventûs* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Wygorniæ, eiſdem, per Literas noſtras Patentes, Licentiam conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum loci prædicti & Paſtorem,

Ac iidem *Prior & Conventus*, prætextu Licentiæ noſtræ prædictæ, Dilectum Nobis in Chriſto Magiſtrum *Johannem Bell* utriuſque Juris Doctorem Capellanum noſtrum ſibi elegerint in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas ſuas Patentes Communi Sigillo ſuo ſigillatas Nobis inde directas pleniùs apparet,

Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus,

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini firmiter vobis Mandantes, quatenus præfatum *Johannem Bell* Wygorn. Electum & Electionem prædictam confirmare, & eundem *Johannem Bell in Epiſcopum Wygornienſem* conſecrare, ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali juxta formam Statuti inde editi & proviſi, velitis diligenter cum effectu.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Terlyng* ſecundo Die Auguſti.

### *De Reſtitutionibus Temporalium pro Epiſcopo memorato.*

REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Wygorniæ Salutem.

Cum Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Thomas*, Permiſſione Divinâ, *Cantuarienſis Archiepiſcopus* totius Angliæ Primas, vacante nuper Epiſcopatu Wygornienſi, per liberam Reſignationem *Hugonis Latymer* Clerici ultimi Incumbentis ibidem, *Prior & Conventus* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Wygorniæ, Licentiâ noſtrâ primitus petitâ pariter & obtentâ, Dilectum Capellanum noſtrum *Johannem Bell* Clericum utriuſque Juris Doctorem in eorum Epiſcopum elegerint & nominaverint, Ann. D. 1539. *An.* 31. *H.* 8. *Ibid.*

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem,

Confirmaverit, ac ipſum *Johannem Bell Epiſcopum Wygornienſem* Conſecraverit, ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtiverit, ſicut per Literas ipſius Archiepiſcopi Nobis inde directas plenè liquet,

Nos Confirmationem & Conſecrationem illas acceptantes, Fidelitatem ipſius *Electi & Confirmati* Nobis pro Temporalibus Epiſcopatûs prædicti debitam cepimus, & Temporalia Epiſcopatûs prædicti prout moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta,

Digitized by Google

*Per Breve de Privato Sigillo.*

## *Significavit pro Epiſcopo Bangorien.*

Ann. D. 1539. An. 31. H. 8. Pat. 31. H. 8. p. 3. m. 10.

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ*, eadem Gratiâ, *Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati, Salutem.

Cum nuper Vacante Sede Epiſcopali Bangorienſi, per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Johannis Capon* ultimi Epiſcopi ibidem, ad humilem Supplicationem Dilectorum Nobis *Decani & Capituli* Eccleſiæ Cathedralis Bangorienſis, eiſdem, per Literas noſtras Patentes, Licentiam noſtram conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum Loci prædicti & Paſtorem,

Ac iidem *Decanus & Capitulum*, prætextu Licentiæ noſtræ prædictæ, Dilectum Capellanum noſtrum *Johannem Barde* Sacræ Theologiæ Profeſſorem ſibi elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas ſuas Patentes Communi Sigillo ſuo ſigillatas Nobis inde directas plenius apparet,

Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus,

Ann. D. 1540. *An.* 32. *H.* 8. *ibid.* REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, necnon certis Cauſis & Conſiderationibus Nos ſpecialiter moventibus, Dedimus & Conceſſimus, ac per præſentes Damus & Concedimus, Dilecto Nobis *Fabiano Juſtiniano* Mercatori Genuenſi, Officium ſive Locum *Magiſtri*, *Gubernatoris*, *Protectoris* ſive *Conſulis* omnium & ſingulorum Mercatorum, aliorumq; Ligeorum & Subditorum noſtrorum, tam infra *Inſulam ſive Civitatem de Syo* quàm infra omnes & ſingulos Portus, Villas & Crecas eiſdem Inſulæ ſive Civitati adjacentes, Frequentantium, Morantium, Mercandiſantium ſive Negotiantium, ipſumque *Fabianum* Magiſtrum, Gubernatorem, Protectorem ſive Conſulem Mercatorum, aliorumque Ligeorum & Subditorum noſtrorum prædictorum, Conſtituimus & Ordinavimus, ac per Præſentes Conſtituimus & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eidem *Fabiano* plenam Tenore Præſentium Poteſtatem & Auctoritatem ad omnia & ſingula, quæ pro Ordinatione, Regimine, Gubernatione & Conſervatione Mercatorum, aliorumque Ligeorum & Subditorum noſtrorum prædictorum, Bonorum & Mercandiſarum ſuarum, prout ſibi melius videbitur, Ordinandum Excercendum & Perimplendum,

Habendum Occupandum & Excercendum Officium ſive Locum prædictum, ac cætera Præmiſſa, præfato *Fabiano* per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſive ſufficientes Deputatos ſuos, durante Vitâ ipſius *Fabiani*, cum omnibus & omnimodis Feodis, Præeminentiis, Juribus, Proficuis, Commoditatibus, Advantagiis, & Emolumentis quibuſcumque, in tam amplis modo & forma prout aliquis alius ſive aliqui alii, hujuſmodi ſive conſimile Officium aut Locum in Inſula, Civitate, Portu, ſive Villis & Crecis prædictis vel alibi, ex Dono ſive Conceſſione noſtris, ſive aliquorum Progenitorum ſive Prædeceſſorum noſtrorum quondam Regum Angliæ, habuerunt & gaviſi fuerunt, habuit & gaviſus fuit;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Pro Ludatore ſuper Inſtrumenta Muſica.*

Ann. D. 1540. *An.* 32. *H.* 8. *Pat.* 32. *H.* 8. *p.* 1. *m.* 38. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero motu noſtris, necnon in Conſideratione boni veri & fidelis Servitii quòd dilectus Serviens noſter *Willielmus* [...] thedralis noſtræ ſive ſuper Monaſterii de Weſtmonaſterio pro tempore exiſtentium;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, nono die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

*Super Promotione ad Epiſcopatum Weſtmonaſterienſem.*

REX, &c. Reverendo in Chriſto Patri *Thomæ*, Permiſſione divina, *Elienſi Epiſcopo*, ejuſve in abſentia Vicario ſuo in Spiritualibus Generali, Salutem. Ann. D. 1540. *An.* 32. *H.* 8. *ibid.* *m.* 21.

Ad Archidiaconatum Elienſem in Diœceſe veſtra Elienſi;

Modo per Promotionem ſive Nominationem dilecti Capellani noſtri *Thomæ Thirlebie* ad Epiſcopatum Weſtmon. ultimi Archidiaconi ibidem, vacantem, & ad noſtram Collationem ſive Præſentationem, ratione & jure Prærogativæ noſtræ Regiæ, hac vice ſpectantem.

Dilectum Capellanum noſtrum *Richardum Coxe* Clericum vobis Præſentamus,

Rogantes quatenus præfatum *Richardum* ad Archidiaconatum prædictum admittere, ipſumque *Archidiaconum* in eadem inſtituere, cum omnibus ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula facere & exequi, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio, velitis cum Favore.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto Die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* *De Curia Primorum Fructuum & Decimarum.* * XIV. 706.

Ann. D. 1540. *An.* 32. *H.* 8. *ibid.* *m.* 23. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum Nos,

Virtute & Auctoritate cujuſdam Actus, in Parliamento noſtro tento apud Weſtmonaſterium viceſimo quinto Die Maii, Anno Regni noſtri Triceſimo ſecundo, editi,

Ordinaverimus, Fecerimus, Stabiliverimus & Erexerimus quandam Curiam communiter vocatam *Curiam Primorum Fructuum & Decimarum* omnium & ſingulorum Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Reventionum, Redditutum, Firmariorum, Decimarum, Oblationum, Emolumentorum, Poſſeſſionum, Hæreditamentorum, & Proficuum, tam Spiritualium quam Temporalium quorumcumque Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Abbatiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Archidiaconatuum, Decanatuum, Collegiorum, Domorum Collegiatarum, Præbendarum, Eccleſiarum Cathedralium, Eccleſiarum Collegiatarum, Eccleſiarum Conventualium, Rectoriarum, Cantariarum, Vicariarum, Capellarum, Beneficiorum & Promotionum Spiritualium quorumcumque, cujuſcumq; Nominis Naturæ ſeu Qualitatis exiſtunt ſeu exiſtit, infra quaſcumque Diœceſes, ſeu quamcum-



Digitized by Google

Exercitio & Occupatione Officii prædicti, Feodum & Vadium *Viginti Librarum Sterlingorum per Annum*, ac tot tanta & talia Dietas, Regarda, Expenſas & Emolumenta, per Allocationem Cancellarii & Concilii Curiæ prædictæ pro tempore exiſtentium, quot quanta & qualia unus Duorum Auditorum noſtrorum Ducatus noſtri Lancaſtriæ ſive eorum alter habet & percipit ſive habere & percipere debet, pro Officio unius Auditorum noſtrorum Ducatus prædicti, Habendum & Percipiendum tam dictum Feodum *Viginti Librarum Sterlingorum per Annum* quam prædicta Dietas, Regarda, Expenſas & Emolumenta præfato *Richardo*, durante Vita ſua prædicta per Manus Theſaurarii Curiæ noſtræ prædictæ pro tempore exiſtentis, de Theſauro noſtro in Manibus ſuis remanere contingente, ad Feſta Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli, per æquales Portiones annuatim ſolvenda, una cum omnibus aliis Proficuis, Commoditatibus, Advantagiis, Allocationibus, Auctoritatibus, Juribus, Privilegiis & Præeminentiis quibuſcumque eidem Officio pertinentibus ſive ſpectantibus, ſecundum vim formam & effectum Actus prædicti, ac in tam amplis modo & forma prout unus duorum Auditorum Ducatus noſtri prædicti, ſive eorum alter hujuſmodi Officium habens & exercens, habent & percipiant ac habere & percipere deberent;

* XIV. * Eo quòd expreſſa mentio, &c.
707. In cujus, &c.

Et hæc Literæ noſtræ erunt vobis ſufficiens in hac parte Warrantum, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxvi. die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Officio Cuſtodis Ludorum, in Partibus Caleſiæ, conceſſo.*

Ann. D. HEnry the Eghth, by the Grace of God, *King of England*
1540. *and of Fraunce, Defenſour of the Feith, Lord of Irelande*,
*An.* 32. and in Erth, immediately under Chriſt, *Supreme Hede of the*
*H.* 8. *Churche of England*, To oure Right Truſtie and Welbeloved
*Pat.* 32. Counſeillours *the Lord Martrevers* Deputie General of our Town
*H* 8. *p.* 1. and Marches of Calais, Sir *Edward Ringley* Comptroller there,
*m.* 22. and to the *Majour* and *Bailiffs* and other our Officers of our
ſeid Towne, that nowe is and hereafter for the time ſhall be, Greting.

We late you wit, that of our eſpeciall Grace and mere Motion, for certain Cauſes and Conſiderations us moveyng, we have Givin and Graunted, and by theſe Preſents do Give and Graunte unto our welbeloved Servaunts *Gilbert Clere* one of oure Governours in our Retynue of our ſeid Town of Calais, and *Nicholas Damporte* one of the Retynue in our Eſchequier there th'Office and Rowme *of Keper*, aſwell of the *Playes of Hande oute*, and at *Keyler* without the Lantern Gate of our ſeid Towne, during the Tyme accuſtomed, as alſo of *Dice*, *Tabler* and *Cardes* in the Merket Place of the ſame our ſaid Towne of Calais, which Office and Rowme *Robert Donyngton* Deceaſed lately had, and the ſaid *Gilbert Clere* and *Nicholas Damporte* we make, Ordeyne and Conſtitute Keper of the Playes of *Hand oute* and *Keiles* without the Lantern Gate, and at *Dyce*, *Tables* and *Cards* in the Markett Place aforeſaid by theſe Preſents,

To Have, Hold, Exerciſe, and Enjoye the ſaid Office of kepying of the ſaid Games to the ſaid *Gilbert Clerke* and *Nicholas Damporte*, and eyther of theym and their Aſſigneis, aſwell by Themſelfs, as by their ſufficient Deputies or Servaunts, from the Daye of the Death of the ſaid *Robert Donyngton*, duryng their Lyves and the longer lever of eyther of theym,

Together with all maner Rights, Dueties, Profitts, and Com-

noſtris, necnon in Conſideratione boni veri & fidelis Servitii *H.* 8.
quòd Dilectus Serviens noſter *Ludovicus Loyld*, unus Elemoſina- *Pat.* 32.
riorum noſtrorum Nobis ante hac impendit, & durante Vitâ ſuâ *H.* 8. *p.* 8.
impendere intendit, *m.* 48.
* Dedimus & Conceſſimus, ac per præſentes Damus & Con- * XIV.
cedimus eidem *Lodovico* Officia Mareſcalli ſive Mareſcalciæ Co- 708.
mitatûs noſtri de Denbigh & Wrekeſham in Northwallia, ac Præconis ejuſdem Comitatûs, & Ipſum *Lodovicum* Mareſcallum & Præconem Comitatûs noſtri prædicti Facimus, Ordinamus & Conſtituimus per præſentes.

Habenda Gaudenda Occupanda & Exercenda Officia prædicta, & eorum utrumque, præfato Servienti noſtro *Lodovico Loyld* per Se, vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive Deputatos ſuos ſufficientes, pro Termino Vitæ ipſius *Lodowici*, cum Vadiis & Feodis *Viginti Sex Solidorum & octo Denariorum Sterlingorum per Annum* Percipiendorum per Manus Theſaurarii & Baronum Scaccarii noſtri de Denbigh prædicta pro tempore exiſtentium, ſolvendorum Sibi & Aſſignatis ſuis, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli, per æquales Portiones, conſimilibus modo & formâ prout talia Officia uſitata ſunt, una cum omnibus Proficuis, Commoditatibus, Emolumentis, & Advantagiis dictis Officiis & eorum alteri in aliquo modo pertinentibus aut in futurum ſpectantibus.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.
In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, vii. die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Creatione in Baronem;*

REX Archiepiſcopis Ducibus, &c. Salutem. Ann. D.
Cum, præteritorum Magnifica Geſta Principum, ſaltim qui 1540.
ſuâ Induſtriâ atque Virtute Famam Nobis relinquere immortalem, *An.* 32.
ad mentem revocamus, nichil prudentius, nil vera Laude dignius, *H.* 8.
pro proſpero atque felici ipſorum Statu, Salute, ſecuroque Suc- *Pat.* 32.
ceſſu eos feciſſe arbitramur, quàm quòd Fideles, Diligentes, *H.* 8. *p.* 7.
Strenuoſque Servientes & Miniſtros, Facultatibus ad Regimina, *m.* 7.
ſummos Honores & Magiſtratus provehere dignati ſunt,

Nos itaq; eorum Veſtigia imitantes, laudabiliaque Obſequia, Induſtriam & Fidelitatem Prædilecti & Fidelis Servienti noſtri *Gregorii Crumwell*, maturâ deliberatione conſiderantes, ipſum *Gregorium in Baronem Parliamenti & Regni noſtri Angliæ*, ex mero Motu Gratiaque noſtris, pro Nobis & Hæredibus ac Succeſſoribus noſtris, Ordinavimus, Deputavimus, Creavimus & Conſtituimus, prout per Præſentes Ordinamus, Deputamus, Creamus, & Conſtituimus, atq; Titulum, Nomen & Stilum *Baronis Crumwell*, & Locum in ſingulis Parliamentis noſtris infra Regnum noſtrum Angliæ poſt hac celebrandis,

Cæteraq; Jura & Privilegia Noſtri ipſius Regni Baronibus, ex Lege & Conſuetudine, aliove quovis pacto pertinentia, eidem *Gregorio* Damus & Concedimus, eiſque Ipſum adeò liberè & amplè uti & gaudere, ſicut unquam aliquis Baro hujus Regni noſtri Uſus fuit aut debuit, Volumus,

Habendum & Tenendum hujuſmodi Statum, Honorem, Titulum, Nomen, & Stilum Baronis, atque locum in Parliamentis noſtris prædictis, ac cætera Præmiſſa præfato *Gregorio* & Hæredibus Maſculis de Corpore ſuo exeuntibus.

Et hoc abſque Fine ſeu Feodo Magno vel parvo, ad opus noſtrum vel Hæredum noſtrorum, in Hanaperio Cancellariæ noſtræ vel alibi reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.



Digitized by Google

in Epiſcopum Weſtmonaſterienſem Conſecrare, Ipſumq; prout moris eſt Epiſcopalibus Inſignis Inveſtire, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio velitis diligenter cum effectu.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xviii. Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Domina Anna Clivia, nuper Regina, de Indigenatione.*

Ann. D. 1541. *An.* 32. *H.* 8. *Ibid.* m. 4.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos de Gratia ſpeciali Conceſſimus, ac per Præſentes Concedimus, pro Nobis & Hæredibus noſtris quantum in Nobis eſt, Præclariſſimæ Dominæ *Annæ* Filiæ *Johannis nuper Ducis Cleveland*, *Guligh*, *Gelder*, *&* *Berge*, ac Sorori Illuſtriſſimi viri *Willielmi jam Ducis Cleveland*, *Guligh*, *Gelder*, *&* *Berge*, *Comitis Marke Rawesborough Sutfin*, *ac Domini de Raveſten*, oriundæ in Cleveland ſub Obedientia Domini *Ducis Cleveland*, quod Ipſa de cætero ad totam Vitam ſuam ſit Indigena & Ligea noſtra Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ac in omnibus tractetur, reputetur & gubernetur tamquam Fidelis Ligea noſtra infra Regnum noſtrum Angliæ oriunda, Ita quod eadem Domina *Anna* durante Vita ſua Moram trahat infra hoc Regnum noſtrum Angliæ, & non deceſſerit vel abierit ab eodem ſine Licentia noſtra ſpeciali ſub Magno Sigillo noſtro in ea parte obtinenda,

Quodque eadem *Anna*, quamdiu infra hoc Regnum noſtrum Angliæ Moram traxerit, ut prædictum eſt, omnes & omnimodas Actiones tam reales quam Perſonales & Mixtas, ac alias Cauſas & Querelas cujuſcumque ſint Generis vel Naturæ, in quibuscumque Curiis Locis & Juriſdictionibus noſtris & earum qualibet, Habere & exercere, eiſque uti & gaudere, ac eas in eiſdem placitare & implacitari, reſpondere & reſponderi, defendere & defendi poſſit & valeat, in omnibus & per omnia, ſicut fideles Ligii noſtri & Ligeæ noſtræ in dicto Regno noſtro Angliæ oriundi,

Et ulterius quod dicta Domina *Anna* Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Poſſeſſiones, & Servitia quæcumque, tam in præſentibus ei per Nos conceſſa & elargita, quam impoſterum Danda concedenda ſive elargienda, infra dictum Regnum noſtrum Angliæ & alia Dominia noſtra perquirere, capere, recipere, habere, tenere, emere, & poſſidere, ac eis uti & gaudere, & ea Dare, vendere, & alienare, ac legare cuicumque Perſonæ ſive quibuſcumque Perſonis ſibi placuerit, licite & impune debeat poſſit & valeat ad libitum ſuum, adeo libere quiete integre & pacifice, ſicut debeat poſſit & valeat aliquis Ligeorum noſtrorum & Ligearum noſtrarum infra dictum Regnum noſtrum Angliæ oriundi,

Et quod præfata Domina *Anna* de cætero in futurum, colore ſeu vigore alicujus Statuti, Actus, Ordinationis, Proviſionis, ſeu Conceſſionis factorum ſeu fiendorum, non tractetur teneatur ſeu
* XIV. 710. compellatur ad ſolvendum, dandum, * faciendum, vel ſupportandum Nobis, vel alicui Hæredum noſtrorum, ſeu cuicumque alii, aliqua alia Taxas, Tallagia, ſeu alia Onera quæcumque, pro

Teſte Rege apud *Hampton Courte* nono Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Domina Anna Clivia, de Conceſſione.*

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1541. *An.* 23. *H.* 8. *Pat.* 23. *H.* 8. *p.* 6. *m.* 29.

Cum Prænobilis Domina *Anna Cleve* Filia *Johannis nuper Ducis de Cleve*, *Guligh*, *Gelder* & *Berge*, ac Soror *Willielmi modo Ducis de Cleve*, *Guligh*, *Gelder*, *&* *Berge*, *ac Comitis de Marke Ravensborough & Sutfyn*, *ac Domini de Raveſten*, ante hæc ſuper quandam Communicationem Maritagii, inter Nos & præfatam Dominam *Annam* habendi, venerit in hoc Regnum noſtrum Angliæ,

Quod quidem Maritagium, etſi ſub quibuſdam Conditionibus in facie Eccleſiæ celebratum fuerit, nunquam tamen recepit ſui veram Conſummationem, nam Conditiones non perſolvebantur ſuo tempore, & aliæ etiam erant Cauſæ grandioris importantiæ, ob quas Convocatio hujus Regni, cum aſſenſu Partium & Parliamenti, indicarunt *Matrimonium* inter *Nos Invalidum & Nullum prorſus eſſe*, Noſque Ambos liberos ab illius vinculo eſſe,

Hiis tamen non obſtantibus,

Cum jam contenta ſit Domina *ipſa Anna* Juribus Regni cedere, & ſuam etiam Conſcientiam ex hoc prætenſo Matrimonio exonerare, ac ſuæ Libertati ſtare, ac in Regno noſtro permanere,

Sciatis quod Nos, hæc ipſa conſiderantes, & Nobilitatem ſui Stirpis,

De Benignitate & libera voluntate noſtris intendentes aſſignare, limitare & Concedere præfatæ Dominæ *Annæ Cleve* quædam Maneria Terras & Tenementa pro Manutentione Suſtentatione & Augmentatione Nobilis Status ejuſdem Dominæ *Annæ Cleve*,

* De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientiâ & mero motu noſtris Dedimus & Conceſſimus, ac per præſentes Damus & * XIV. 711.
Concedimus præfatæ Dominæ *Annæ Cleve* Maneria noſtra de Eſthornedon, Byrchehall cum Hortley, Langham, Coſtedhall, Abbeſhall, Dedham, Langham, Tolleſburye, Hokely, & Brokehall, cum omnibus & ſingulis ſuis Membris & Pertinentiis in Comitatu noſtro Eſſexiæ, ac omnes illas Firmas noſtras vocatas Shalforde Ray in Southmynſter, Boneſhall, Hyghall, Gorewells & Prentyſe, cum ſuis pertinentiis in dicto Comitatu noſtro Eſſexiæ, ac totum illum Parcum noſtrum cum pertinentiis vocatum Langham Parke in dicto Comitatu noſtro Eſſexiæ, ac omnes illas Terras noſtras vocatas Hokes cum ſuis pertinentiis in dicto Comitatu noſtro Eſſexiæ, ac totum illud Mariſcum noſtrum vocatum Clamflete, necnon unum alium Mariſcum noſtrum vocatum Canwenden, cum ſuis pertinentiis in dicto Comitatu noſtro Eſſexiæ,

Ac etiam totam illam Firmam noſtram de Gatton cum ſuis Membris & pertinentiis in Comitatu noſtro Surriæ, & unum Annualem Redditum ſive Penſionem *Quatuor Librarum*, exeuntem de Eccleſia Sancti Olavi in Southwarke, in dicto Comitatu noſtro Surriæ,

Ac etiam totum illud Manerium noſtrum de Stratford juxta Higham cum ſuis Membris & pertinentiis in Comitatu noſtro Suffolciæ,

Necnon omnia illa Maneria noſtra de Wyghtdeane, Belneth, Fal-

Digitized by Google

bus, Proficuis & pertinentiis in Comitatu noſtro Oxon.

Ac Manerium & Rectoriam noſtra de Hallyfax cum omnibus & ſingulis ſuis Membris, Commoditatibus, Proficuis & pertinentiis in Comitatu noſtro Eborum,

Ac etiam Manerium noſtrum de Edgecote cum omnibus & ſingulis ſuis Membris & Pertinentiis in Comitatu noſtro Norhampton,

Necnon omnia Meſuagia, Terras & Tenementa noſtra, Redditus, Reverſiones, Servitia, Prata, Paſcuas, Subboſcos, Paſturas, Aquas, Communias, Vias, Piſcarias, Molendina, Parcos, Fines, Exitus, Amerciamenta, Paſturas, omnium Opera Tenentium Redditus, Servitia, Redditus omnis Redditûs Sicci, Curias Letas, Proficua Curiarum & Letarum, Viſ. Franc. Pleg. & omne id quod ad Viſ. Franc. Pleg. pertinet, Bona & Catalla Waiviata, Extrahuras, Warennas, Redditus ſuper quibuſcumque Dimiſſionibus reſervatis, ac omnia alia Hæreditamenta quæcumque cum ſuis Pertinentiis univerſis, dictis Maneriis & Firmis, & eorum ac earum cuilibet ſeu eorum vel earum alicui pertinentibus ſive aliquo modo ſpectantibus,

* XIV. 712.

Ac omnes illas Rectorias noſtras de Kyngeſton juxta Lewes, Brighthelmeſton, Pecham, Falmer, Rotyngden, Iſforde, * Pedynghoo, Dychenyng, Cokefeld, Eſtgrenſted, & Weſthothelep, cum Capella de Wyvelesfeld, & Portiones Decimarum de Dygons Lands, cum eorum Pertinentiis in dicto Comitatu noſtro Suſſexiæ, dicto nuper *Monaſterio de Lewes* pertinentes ſive ſpectantes, aut Parcellas Poſſeſſionum ejuſdem nuper Monaſterii de Lewes exiſtentes, ac Redditus Aſſiſ. dictæ Rectoriæ de Dychenyng in dicto Com. noſtro Suſſex. extendentes ad Annuum Valorem *Quadraginta quinque Solidorum & ſeptem Denariorum Sterlingorum per Annum*, ac etiam omnes illas Rectorias noſtras de Flecchyng, Alfryſton, & Lawton, cum ſuis pertinentiis in dicto Comitatu noſtro Suſſexiæ, dicto nuper *Prioratui de Michelham* nuper pertinentes ſeu ſpectantes, aut Parcellas Poſſeſſionum ſeu Proficuum ejuſdem nuper Prioratûs exiſtentes; ac totam illam Rectoriam noſtram de Haverell cum ſuis pertinentiis in dicto Comitatu noſtro Suſſexiæ,

Ac totam illam Rectoriam noſtram de Sutton, cum omnibus & ſingulis ſuis Membris, Juribus, Penſionibus, Commoditatibus, Proficuis & Pertinentiis in Comitatu noſtro Lincolniæ,

Necnon omnia & ſingula Meſuagia, Terras & Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Prata, Paſcua, Paſturas, Terras, Glebas, Decimas, Oblationes, Obventiones, Penſiones, Portiones, Proficua, Commoditates, & Emolumenta quæcumque, cum ſuis pertinentiis univerſis, dictis Rectoriis & Capellis & earum cuilibet ſeu earum alicui pertinentes ſive aliquo modo ſpectantes,

Necnon omnes illas Decimas noſtras, & Portiones Decimarum, Eccleſiarum, & Rectoriarum de Portiſlade, Hengiſton, Suthover, Cleyton, Pycombe, Mechyng, Cokefeld, Torryng, Atlyngworthe, Bedyngham, Wyllyngden, Berecombe, Eſtborne, Tellaſcombe, Weſtmynſton, Wollond, Twyham, Berwicke, Hurſte, Perpounde, Ovynden, Bevenhewyer in Chalay, Gadberton, Newtymber in Saddleſcombe, Plympton, Rotyngden, Dychenyng, Mulleſcombe, Ballyſden, Radmell, & Norths Allyngton, Pownyngs, Gretham, Heyngham, Herdham, Pedynghoo, Kyngeſton, Hamſey, le Hyde in Lewes Howndon, Smythwycke, & Aſſhecomb, cum Portionibus Decimarum Cuniculorum de Mechyng, & Portionibus Decimarum Lanæ & Agnorum de la Wyke in Peckham, & Portionibus Decimarum Bladorum ibidem, & Portionibus Decimarum Fabarum in Sutton, in prædicto Comitatu noſtro Suſſexiæ, dicto nuper Monaſterio de Lewes nuper pertinentes ſeu ſpectantes, aut parcellas Poſſeſſionum ſeu ſpectantes, aut parcellas Poſſeſſionum ſeu Proficuorum ejuſdem nuper Monaſterii exiſtentes, ac etiam Advocationes, Nominationes, liberas Diſpoſitiones, & Jus Patronatuum Eccleſiarum & Pertinentiis, ac prædicta [illegible] nentiis, ac omnia prædicta Meſuagia, Terræ, Tenementa, Redditus, Reverſiones, ſervitia, & cætera Præmiſſa cum ſuis Pertinentiis eidem Manerio de Blecheynglie pertinentia ſive ſpectantia, ad Manus noſtras devenerunt ſeu devenire debuerunt, ac in Manibus noſtris jam exiſtunt ſeu exiſtere debent vel deberent, ratione Attincturæ *Nicholai Carewe* Militis de alta Proditione dudum attincti, Exceptis & omnino Reſervatis Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris omnibus & omnimodis Groſſis Arboribus in vel ſuper Præmiſſis creſcentibus ſive exiſtentibus,

Habenda, Tenenda, Gaudenda & Percipienda omnia & ſingula ſupradicta Maneria, Meſuagia, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Prata, Paſcuas, Paſturas, Subboſcos, Molendina, Parcos, Warenna, Bona & Catalla Waiviata, Viſ. Franc. Pleg. Rectorias, Advocationes, Decimas, Portiones, ac omnia & ſingula cætera Præmiſſa cum ſuis Pertinentiis univerſis, Exceptis Præexceptis, præfatæ Dominæ *Annæ Cleve* & Aſſignatis ſuis durante Vita ipſius Dominæ *Annæ Cleve*, ſi eadem Domina *Anna Cleve* tamdiu infra hoc Regnum noſtrum Angliæ habitaverit & Moram fecerit, & non receſſerit ſeu exierit in aliquas Partes Exteras, ſeu Trans mare, ſine Licentia noſtra aut Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum in hac parte prius habita & obtenta, abſq; Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris reddendo ſolvendo ſeu faciendo,

Et ulterius de Gratia & mero Motu noſtris prædictis Damus, & per Præſentes Concedimus præfatæ Dominæ *Annæ Cleve* omnia Exitus, Redditus, Reventiones, & Proficua omnium & ſingulorum prædictorum Maneriorum, Meſuagiorum, Terrarum, Tenementorum, Rectoriarum, Decimarum, Portionum, ac omnium & ſingulorum cæterorum Præmiſſorum cum ſuis Pertinentiis univerſis, Exceptis Præexceptis, a Feſto Anunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimo præterito hucuſq; provenientia creſcentia ſive emergentia, Habenda eidem Dominæ *Annæ Cleve* de Dono noſtro abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris reddendo ſolvendo ſeu faciendo,

Et ulterius de ampliori Gratia noſtra Damus & Concedimus præfatæ Dominæ *Annæ Cleve* unam Annuitatem, ſive Annualem Redditum *Viginti Librarum Sterlingorum*, exeuntem de Manerio noſtro de Canberye in Comitatu noſtro Midleſexiæ Parcellam nuper Poſſeſſionum dicti *Thomæ Crumwell nuper Comitis Eſſexiæ*, Solvendum annuatim ad Feſtum Sancti Michaelis Archangeli,

Habendam & Percipiendam dictam Annuitatem, ſive Annualem Redditum *Viginti Librarum* præfatæ Dominæ *Annæ Cleve*, pro Termino Vitæ ſuæ, a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimo præterito, ſi eadem Domina *Anna* infra hoc Regnum noſtrum Angliæ habitaverit & Moram fecerit, & non receſſerit ſeu exierit in aliquas Partes Exteras ſeu Tranſmare ſine Licentia noſtra aut Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum in hac parte prius habita & optenta;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Præſentatione.*

Ann. D. 1541. *An.* 32. *H.* 8. *Pat.* 32. *H.* 8. *p.* 5. *m.* 21.

REX, &c. Venerabili Viro *Præpoſito* Eccleſiæ noſtræ Collegiatæ Sancti Johannis de Beverlaco Comitatus noſtri Eborum, ejuſve in Abſentia *Officiali ſive Commiſſario* ſuo, aut alii in ea parte Poteſtatem & Auctoritatem ſufficientes habenti cuicumque Salutem.

Ad

aliqualiter providere & augmentari, & pro eo quod Dilectus Subditus noſter *Leonardus Coxe*, qui in Arte & Scientia Gramaticali ſatis peritus & eruditus exiſtit ut certam habemus notitiam, nullum Officium neque Stipendium a Nobis pro hujuſmodi Educatione Puerorum adhuc habeat neque percepit, ut certam habemus ſcientiam,

Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus eidem *Leonardo* Officium *Magiſtri ſive Præceptoris Scholæ Gramaticalis* ſive *Ludi literarii* Villæ noſtræ de Reading in Comitatu noſtro Berks, ac *ipſum Leonardum Magiſtrum & Præceptorem Scholæ* ſive *Ludi* prædicti Facimus Conſtituimus & Ordinamus per Præſentes,

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra & pro conſiderationibus prædictis, Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus præfato *Leonardo* totum illud Meſuagium in Reading prædicta cum ſuis Pertinentiis, in quo prædictus *Leonardus* modo inhabitat, una cum quadam parva Venella ſive Pecia Terræ jacente ex parte Auſtrali ejuſdem Meſuagii, ac etiam quoddam aliud Meſuagium ſive Domum in Reading prædicta, modo in Tenura & Occupatione prædicti *Leonardi* vocata *A Schole-houſe* in quo Pueri modo erudiuntur & docentur in Arte & Scientia prædictis,

Habenda, Tenenda, Gaudenda & Excercenda tam Officium prædictum præfato *Leonardo* per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive ſufficientes Deputatos ſuos, quam prædictum Meſuagium, Domum, Venellam, & cætera Præmiſſa cum eorum Pertinentiis eidem *Leonardo* & Aſſignatis ſuis, durante Vita ejuſdem *Leonardi*, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris reddendo ſolvendo ſeu faciendo,

Et ulterius Sciatis quod Nos, de ampliori Gratia noſtra, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris prædictis, & pro conſiderationibus prædictis, Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus præfato *Leonardo Coxe*, de & pro Exercitio & Occupatione Officii prædicti, ac pro Diligentia Laboribus & Expenſis ſuis circa idem Officium habendis & ſuſtinendis, quandam Annuitatem, ſive Annualem Redditum *Decem Librarum*,

Habendam Gaudendam & Recipiendam prædictam Annuitatem ſive Annualem Redditum *Decem Librarum Sterlingorum* præfato *Leonardo Coxe* durante Vitâ ſuâ, de Exitibus, Proficuis, Firmis & Reventionibus Manerii noſtri de Cholſey in dicto Comitatu noſtro Berks, tam per manus Receptorum & Ballivorum ejuſdem Manerii, quam per manus Generalis Receptoris Terrarum nuper Monaſterii Pertinen. pro tempore exiſtentium, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli æquis Portionibus ſolvendis,

Et inſuper, de uberiori gratia noſtra prædicta, Dedimus & Conceſſimus, ac per præſentes Damus & Concedimus præfato *Leonardo Coxe* tot & tantas Denariorum Summas ad quot & quantas prædicta Annuitas, ſive Annualis Redditus *Decem Librarum*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli quod erat in Anno Regni noſtri Triceſimo primo, ſe attingat, habendas percipiendas & gaudendas eidem *Leonardo Coxe* ex Dono & Regardo noſtris, de Exitibus, Firmis, Reventionibus & Proficuis prædicti Manerii noſtri de Cholſey, per Manus Generalis Receptoris Terrarum di-
* XIV. 715. cti * nuper Monaſterii pertinen. abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris reddendo ſolvendo ſeu faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*



Quodque dictum Parliamentum, ſi opus fuerit, juxta ſanam diſcretionem veſtram, Prorogandi, Adjornandi, & Continuandi donec aliud a Nobis inde habueritis in Mandatis,

Cæteraque Faciendi & Exequendi quæ ad Officium Deputatiæ veſtræ in hac parte pertinent facienda; aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Reſtrictione vel Proviſione in contrarium factis editis ſive non obſtantibus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo Die Martii.

---

*De Licentia Eligendi.*

REX, &c. Dilectis Nobis in Chriſto *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis noſtræ Wellenſis, Salutem. Ann. D. 1541. An. 32. H. 8. Pat. 32. H. 8. p. 9. m. 4.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter Supplicatum ut, cum Eccleſia veſtra prædicta, per Mortem Reverendi Patris *Johannis* Defuncti ultimi Epiſcopi illius Eccleſiæ, Paſtoris ſolatio ſit deſtituta, alium vobis Eligendi in Epiſcopum & Paſtorem loci illius Licentiam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam prædictam vobis Tenore Præſentium duximus concedendam,

Mandantes, quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem qui Deo Devotus, Eccleſiæ veſtræ prædictæ Neceſſarius, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Grenewiche*, nono die Aprilis, Anno Regni ſui Triceſimo ſecundo.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *Re Reſtitutione Temporalium.* ¶ ¶ * XIV. 716.

REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Berks, Salutem. Ann. D. 1541. An. 33. H. 8. Pat. 33. H. 8. p. 1. m. 27.

Cum Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus* totius Angliæ Primas, vacante nuper Epiſcopatu Bathon. & Wellen. per mortem Bonæ Memoriæ *Johannis Clerc* ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Wellen. Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtenta, Venerabilem Virum *Willielmum Knight*, Archidiaconum Richmondiæ in eorum Epiſcopum elegerit & nominaverit,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum adhibuimus & Favorem,

Confirmaverit, ac ipſum *Willielmum Epiſcopum Bathon. & Wellen.* Conſecraverit, Ipſumque Epiſcopalibus Inſigniis inveſtiverit, ſicut per Literas Patentes ipſius Reverendiſſimi in Chriſto Patris Nobis inde directas, Nobis conſtat,

Nos, Confirmationem & Conſecrationem illas acceptantes, Fidelitatemque ipſius *Electi & Confirmati* Nobis pro Temporalibus Epiſcopatûs prædicti debitam, cepimus, & Temporalia Epiſcopatûs prædicti, prout moris eſt, reſtituimus eidem;

Et ideò Tibi præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*



Digitized by Google

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

1541. Cum *Richardus Sharpe* de Civitate Norwicenſi Clericus,
*An.* 33. aliàs dictus *Richardus Sharpe* de Civitate Norwicenſi prædicta
*H.* 8. Frater Ordinis Fratrum Minorum infra Civitatem prædictam,
*P.* 9. Indictatus exiſtens de eo quòd, cum Reverendiſſimus in Chriſto
*m.* 3. Pater *Thomas*, Miſeratione Divinâ, *Cantuarienſis Archiepiſcopus*, per quaſdam Literas ſuas Diſpenſativas Sigillo ſuo autentico ſignatas, Dederit & Conceſſerit cuidam *Johanni Tong* Ordinis Minorum Fratri in Conventu Norwicenſi reſidenti, quandam Diſpenſationem quòd idem *Johannes Tong* extra Religionem ſuam exire poſſit, & ad Secularem ſe conferre, ac ibidem de cætero in Veſte Presbiteri ſecularis Vitam ducere & finire, quæ quidem * Diſpenſatio anglicè vocata *Capacite*,

* XIV. 717.

Cumque etiam poſtea Nos, per Literas noſtras Patentes Magno Sigillo noſtro ſigillatas, dictas Literas Diſpenſativas præfato *Johanni* in forma prædicta factas, & ſingula in eiſdem Litteris contenta Ratificaverimus, Approbaverimus, & Confirmaverimus,

Cumque etiam prædictus *Richardus Sharpe*, alias Literas Diſpenſativas prædicti Reverendiſſimi in Chriſto Patris *Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi* eidem *Richardo Sharpe* falſe & fraudulenter controfecit & fabricavit,

Et inſuper cum prædictus *Richardus Sharpe*, falſe & ſubdole, quoddam Scriptum Confirmationis & Ratificationis noſtræ dictarum Literarum Diſpenſativarum, per dictum *Richardum Sharpe* in forma prædicta Controfactarum, in quodam Pergameno ſcripſit & exaravit,

Cumque præterea dictus *Richardus Sharpe*, ſextodecimo Die Julii Anno Regni noſtri Triceſimo, Seram, præfatis Literis noſtris Patentibus de Confirmatione, prædicto *Johanni Tong* in forma prædicta factis, annexam & affilatam, & cum Impreſſura & Signo Magni Sigilli noſtri impreſſatam & aſſignatam abſcidit & amputavit, & eandem Seram ſic impreſſatam & ſignatam prædicto Scripto Confirmationis & Ratificationis, per dictum *Richardum Sharpe* in forma prædicta fabricato & exarato, falſe felonice & proditorie ibidem annexit & filavit, & ſic idem *Richardus Sharpe* die Anno & Loco ſupradictis falſe felonice & proditoriè Magnum Sigillum noſtrum fabricavit & controfecit, contra Legiantiæ ſuæ debitum, in noſtri contemptum, & contra Coronam Regalitatem & Dignitatem noſtras,

Sciatis quòd Nos Pietate moti, ex Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, Pardonavimus Remiſimus & Relaxavimus, ac per Præſentes Pardonamus Remittimus & Relaxamus, præfato *Richardo Sharpe*, ſeu quocumque alio Nomine ſeu Cognomine vel Additione Nominis vel Cognominis idem *Richardus* cenſeatur aut nuncupetur, Proditionem Feloniam & Falſitatem prædictas, licet idem *Richardus* de eiſdem ſeu earum aliqua Indictatus, Rectatus, Appellatus, Attinctus, Convictus, Utlagatus, Condempnatus ſive Adjudicatus exiſtit vel non exiſtit, aut Indictari, Rectari, Appellari, Attingi, Convinci, Utlagari, Condempnari ſeu Adjudicari contigerit in futurum,

Ac omnes & ſingulas Utlagarias in ipſum *Richardum Sharpe*, pro Præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum promulgatas ſive promulgandas, necnon omnia & ſingula Judicia, Executiones, & Pœnas Mortis, ac alias Pœnas corporales quaſcumque, verſus vel ſuper ipſum *Richardum Sharpe* reddita ſive adjudicata, aut reddenda ſive adjudicanda ratione Præmiſſorum ſive eorum alicujus, & firmam Pacem noſtram ei inde Concedimus.

Ita tamen quòd ſtet recto in Curia noſtra ſi quis verſus eum inde loqui voluerit.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Juventus in Literis liberaliter inſtituatur, Senectus viribus defectiva, eorum præſertim qui circa Perſonam noſtram, vel alioquin circa Regni noſtri Negotia publice & fideliter nobis ſervierint, Rebus ad Victum neceſſariis condigne foveatur, ut deniq; Elemoſinarum in Pauperes Chriſti Largitiones, Viarum Pontiumq; Reparationes, & cætera omnis generis Pietatis Officia illinc exuberanter in omnia Vicina Loca longe lateque dimanent, ad Dei Omnipotentis Gloriam, & ad Subditorum noſtrorum communem Utilitatem Felicitatemque,

Idcirco Nos,

Infra prælibata Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Precinctum dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, ad Gloriam & Honorem Chriſti & Beatæ Mariæ Virginis, *Sedem Epiſcopalem*, & quandam *Eccleſiam Cathedralem*, de uno *Epiſcopo*, & de uno *Decano* Presbitero, & Sex *Præbendariis* Presbiteris, ibidem Omnipotenti Deo omnino & imperpetuum ſervituris, ipſumque Scitum dicti nuper Monaſterii, ac Locum & Eccleſiam ipſius, in *Sedem Epiſcopalem*, ac in *Eccleſiam Cathedralem* Creari, Erigi, Fundari & Stabiliri Decrevimus, & eandem *Eccleſiam Cathedralem*, de uno *Epiſcopo*, de uno *Decano* Presbytero, & Sex *Præbendariis* Presbiteris, Tenore Præſentium realiter & ad plenum Creamus, Erigimus, Fundamus, Ordinamus, Facimus, Conſtituimus & Stabilimus perpetuis futuris temporibus duraturam, & ſic ſtabiliri ac imperpetuum inviolabiliter obſervari Volumus & Jubemus per præſentes,

Volumus itaque, & per Præſentes Ordinamus quod *Eccleſia Cathedralis prædicta*, ad Gloriam & Honorem Chriſti & beatæ Mariæ Virginis Matris ejus, per Nos noviter per præſentes Erecta & Fundata, CATHEDRALIS ECCLESIA CHRISTI ET BEATÆ MARIÆ VIRGINIS CESTRIENSIS imperpetuum vocetur, nuncupetur, & appelletur,

Et quòd *Eccleſia Cathedralis prædicta* ſit & deinceps imperpetuum erit *Eccleſia Cathedralis Chriſti & beatæ Mariæ Virginis & Sedes Epiſcopalis*,

Ac quod tota Villa noſtra Ceſtriæ extunc & imperpetuum ſit *Civitas*, ipſamque CIVITATEM CESTRIAM vocari appellari & nominari Volumus & Decrevimus, ac ipſam *Civitatem* & totum Comitatum noſtrum Ceſtriæ, prout per Metas & Limites dinoſcitur & limitatur, ab omni Juriſdictione, Auctoritate & Diœceſe *Epiſcopi Coventrienſis & Lichfeldenſis* & Succeſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium, Separamus, Dividimus, Eximimus, Exoneramus, & omnino per præſentes Liberamus, ac omnem Juriſdictionem Epiſcopalem intra eandem Civitatem & Comitatum prædicto *Epiſcopo Ceſtrienſi*, a Nobis per has Literas noſtras Patentes Nominando & Eligendo, & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Ceſtriæ, ac prædicto Epiſcopatui Ceſtriæ Adjungimus & Unimus, & ex dictis Comitatu & Civitate Diœceſim Facimus & Ordinamus per præſentes, illamq; DIOCESIM CESTRIÆ imperpetuum ſimiliter vocari, appellari, nominari, nuncupari, volumus & ordinamus,

Et ut hæc noſtra Intentio ad debitum perducatur effectum, Reverendum in Chriſto Patrem Dominum *Johannem Byrde Epiſcopum Bangorenſem*, Virum utique Vitâ & Moribus commendatum, Sacrarum Literarum cognitione præditum, atque in Spiritualibus & Temporalibus plurimum circumſpectum, ab eadem Eccleſia Cathedrali & Sede Epiſcopali *Bangorenſi*, quibus nunc laudabiliter præſidet, ad Eccleſiam Cathedralem & Sedem Epiſcopalem *Ceſtriæ* antedictam, Tenore Præſentium, Transferimus & Tranſlatum fore cenſemus, ita quod ipſe Reverendus Pater Dominus *Johannes Byrde*, ex ſola & unica hac Tranſlatione, abhinc ſit & eſſe cenſeatur *Epiſcopus Eccleſiæ Cathedralis & Sedis Epiſcopalis Ceſtriæ* antedictæ, poſſitque idem *Reverendus Pater*, vigore Tranſlationis hujuſmodi, dictam *Eccleſiam Cathedralem* & *Sedem Epiſcopalem Ceſtrienſem* ingredi & nanciſci, eiſque præfici & præeſſe, ac eas pariter ac totam Civitatem & Diœceſim Ceſtriæ, Clerumq; &

Digitized by Google

dictis Rectoriis & Eccleſiis & Capellis & earum cuilibet aut eorum alicui pertinentia ſive ſpectantia,

Necnon omnia & ſingula Maneria, Meſuagia, Grangias, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Paſcua, Boſcos, Subboſcos, Paſturas, Decimas, Oblationes, Terras, Glebas, Penſiones, Portiones, Rectorias, Appropriatas Vicarias, & Eccleſias, Capellas, Cantarias, Advocationes, Nominationes, Patronatus, Communias, Curias Letas, Proficua Curiarum, Libertates, Francheſias, Privilegia, ac omnia alia Hæreditamenta, Commoditates, Poſſeſſiones & Emolumenta quæcumque cum ſuis pertinentiis univerſis in dictis Comitatibus Eborum, Lancaſtriæ, & in Civitate Eborum, ac alibi infra Regnum noſtrum Angliæ, dicto Archidiaconatui Richmondiæ pertinentia ſive aliquo modo ſpectantia, aut aliquo tempore antehac habita nominata cognita ſeu reputata fuerint ut Pars Parcella & Membra prædicti Archidiaconatus Richmondiæ,

Habenda Tenenda & Gaudenda omnia & ſingula ſupradicta Archidiaconatus Maneria, Meſuagia, Terras, Tenementa, Rectorias, Decimas, Oblationes, Obventiones, ac omnia & ſingula cætera Præmiſſa cum ſuis pertinentiis univerſis, Nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, ad Opus & Uſum noſtrum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum imperpetuum, prout plenius in dicta Carta continetur,

Et cum dictus *Willielmus Knyght* Archidiaconus Archidiaconatus Ceſtriæ in Eccleſia Cathedrali Lichefeldenſi, ſimiliter per aliam Cartam ſuam datam Viceſimo Die Maii, Anno Regni noſtri Triceſimo Tertio, ac Reverendi in Chriſto Patris *Rolandi Epiſcopi Coventr. & Lichfeld.* & ejuſdem Loci *Decani & Capituli* Cartis Sigillis eorumdem ſigillatis, Datis Viceſimo quarto & Viceſimo ſexto Die dicti Menſis Maii ſupradicti, Triceſimo tertio Anno Regni noſtri munitam corroboratam & confirmatam, Diſpoſuit, Deſtinavit, Dedit & conceſſit Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, totum illud prædictum Archidiaconatum Ceſtriæ, ac totam illam Præbendam ſuam de Bolton in dicta Eccleſia Cathedrali Lichfeldenſi in Comitatu Staffordiæ, eidem Archidiaconatui Ceſtrienſi annexum, cum ſuis pertinentiis,

Necnon omnia & ſingula Præbendas, Maneria, Meſuagia, Grangias, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Prata, Paſcua, Boſcos, Subboſcos, Paſturas, Decimas, Oblationes, Obventiones, Terras, Glebas, Penſiones, Portiones, Rectorias, appropriatas Vicarias, Eccleſias, Capellas, Cantarias, Advocationes, Nominationes, Patronatus, Communias, Letas Curias, Proficua Curiarum, Libertates, Francheſias, Privilegia, ac omnia alia Hæreditamenta, Commoditates, Proficua, Poſſeſſiones, & Emolumenta quæcumque cum ſuis pertinentiis univerſis, in Comitatibus Ceſtriæ, Staffordiæ, Lancaſtriæ, & Eborum, & in Civitate Ceſtriæ, ac alibi infra Regnum noſtrum Angliæ, dicto Archidiaconatui Ceſtriæ pertinentia ſive ſpectantia, aut quæ,
* XIV. aliquo tempore tunc antehac, habita, nominata, cognita ſeu *
710. reputata fuerunt ut Pars, Parcella & Membra prædicti Archidiaconatus,

Habenda Tenenda & Gaudenda omnia & ſingula ſupradicti Archidiaconatus Præbendas, Maneria, Meſuagia, ac eadem omnia & cætera ſuperius ſpecificata cum ſuis pertinentiis univerſis, Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris ad Opus & Uſum noſtrum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum imperpetuum, prout per eaſdem Cartas plenius liquet,

Ratione quarum quidem Cartarum, Confirmationum, Conceſſionum, ac Corroborationum dictorum Archidiaconatuum Richmondiæ & Ceſtriæ cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, in Manibus & Poſſeſſione noſtris jam exiſtunt,

In dicti Epiſcopatus & Eccleſiæ Cathedralis Ceſtrien. Supportationem ac in Propagationem Evangelii Jheſu Chriſti ibidem, totum prædictum Archidiaconatum Richmon. qui nuper in Eccleſia Metropolitana Ebor. & totum Archidiaconatum Ceſtriæ,

Et inſuper, Volentes Commoditati dicti nunc *Epiſcopi* & Succeſſorum ſuorum uberius provideri, Aulam quandam communiter vocatam *Primam Aulam* ſeu *Exteriorem*, cum majuſcula quadam Coquina, & cæteris Officiis eidem Aulæ pertinentibus, (Excepta & Reſervatâ Cellariâ, quâ è Curtilagio Itur ad Templum) necnon ſecundam Aulam ſeu Interiorem cum ſuis Pannariis Promptuariis ac cæteris ejuſdem Membris, Capellam cum ſuper ædificato Cubiculo communiter ibidem vocato le *Chappell Chamber*, aliud item Cubiculum nuper Abbatis ibidem, cum ſecretiori Cubiculo annexis, & aliis ſubterraniis Officiorum Locis dicti nuper Abbatis Cubiculo ſpectantibus, Cubiculum ibidem communiter vocatum *Magnum Cubiculum* cum Officinis eidem appendentibus, in Turri etiam Duo Cubicula, alterum ſuperius & alterum inferius cum ſubterraneis Officinis eidem ſpectantibus, Conclave unum publice appellatum *Abbots Parlour* cum Promptuariis & Pannariis eidem aſtructis, coquinam minorem ſive Coquinam novam cum ſuis pertinentiis univerſis, Duo etiam Cubicula nuper in Tenura & Uſu *Roberti Radford* Clerici inter dictam Coquinam novam & dicti nuper Monaſterii Portas exiſtentia, cum Domo quadam nuper appellata *le Awmbrye*, Ortum etiam unum Feneſtris dicti magni Cubiculi ſubjacens, & continuo Muro Lapideo Septum & circumdatum, Stabula Duo, Curtilagium ſive Lignarium unum vocatum *le Kydde Yard*, & in magno Horreo ſpatium ſufficiens ad reponendum & recipiendum Octoginta Vehias Fœni & Straminis, dicto nunc *Epiſcopo Ceſtrien.* & ejus Succeſſoribus infra Scitum Septum & Circuitum
dicti nuper Cœnobii in * Manſionem, Habitaculum, Palatium, * XIV.
& Uſum familiarum ſive domeſticum reſpective Damus & Con- 711.
cedimus, ita quod dicta Aulæ, Cubicula, Cellaria, & cætera omnia & ſingula ſuperius expreſſa Manſioni ſive Habitaculo nuper Abbatis ibidem ſpectantia, cum omnibus ſuis pertinentiis de cætero abhinc ſint, eſſe cenſeantur & appellentur Manſio, Habitaculum ſeu Palatium dicti nunc *Epiſcopi* & Succeſſorum ſuorum imperpetuum,

Volumus inſuper Ordinamus & Statuimus quòd dictus nunc *Epiſcopus Ceſtrienſis* & ejus Succeſſores pro tempore exiſtentes, omnibus & ſingulis Privilegiis, Libertatibus, & Præeminentiis gaudeant potiantur & fruantur in Civitate & Diœceſe Ceſtriæ quibus alii Epiſcopi Provinciæ Cantuarienſis in Civitatibus & Diœceſibus illis, in quibus eorum Sedes Epiſcopales reſpective conſiſtunt, gaudere & potiri dinoſcuntur, habeat quoque & habeant dictus nunc *Epiſcopus Ceſtrienſis* & ejus Succeſſores futuris temporibus exiſtentes, in Eccleſia Civitate & Diœceſe Ceſtriæ, tam in *Clerum* & *Populum* eorumdem, quam etiam in *Decanum* & *Capitulum* dictæ Eccleſiæ Cathedralis Ceſtriæ, illam eandem ac tam plenariam & efficacem Auctoritatem & Juriſdictionem Epiſcopalem quam *Epiſcopus Coventr. & Lichfeld.* in Diœceſe ſua in *Clerum* & *Populum*, ac in *Decanum* & *Capitulum* dictæ Eccleſiæ ſuæ Cathedralis Lichfelden. habere aut habuiſſe obtinere aut obtinuiſſe cenſeatur & dinoſcitur,

Ulterius, ut nulla impoſterum inter *Archiepiſcopos Cantuarienſem & Eborum* oriatur Lis, Dubium, Diſſenſio ſeu Controverſia de dictarum ſuarum Provinciarum Ambitu Præcinctu & Circuitu, Eo quod totus ille dictus Archidiaconatus Richmondiæ olim fuerat Eborum Provinciæ, ac de eadem Provincia tam de jure quam facto, Volumus, Statuimus, & Ordinamus per præſentes quòd totus ille dictus Archidiaconatus Richmondiæ, Clerusque & Populus infra eundem Archidiaconatum & quamlibet partem ejuſdem commorans ſeu moram trahens, & quamlibet eorumdem Parcella cenſeantur habeantur & reputentur tam de jure quam de facto, tam infra Provinciam Cantuarienſem quam de Provincia Cantuarienſi ad omnem Juris effectum qui inde ſequi poteſt imperpetuum,

Volumus inſuper & per Præſentes Concedimus quod idem *Epiſcopus* ſit *Corpus Corporatum* in Re & Nomine, Ipſumque pro


uno

patenti præfato *Johanni Byrde* nunc Epiſcopo & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Ceſtrenſibus Damus & Concedimus per præſentes, Habendam & Gaudendam eidem *Johanni Byrde nunc Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, & quod dictus nunc *Epiſcopus* & Succeſſores ſui Epiſcopi Ceſtrienſes deinceps imperpetuum habeant Sigillum autenticum ſeu Sigilla autentica pro
* XIV. 722. Rebus & Negotiis ſuis agendis * Servitura ad omnem Juris effectum ſimili modo & forma & non aliter neque aliquo alio modo quam prout dictus *Epiſcopus Coventrienſis & Lichfeldenſis* habet aut habere poteſt,

Et, ut Eccleſia Cathedralis prædicta de Perſonis congruis & ſingulis Locis & Gradibus ſuis perimpleatur & decoretur,

Dilectum Nobis *Thomam Clerk* primum originalem & modernum *Decanum* prædictæ Eccleſiæ Cathedralis,

Ac *Willielmum Walle*, primum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Nicholaum Buckſye* ſecundum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Thomam Newton* tertium Presbiterum Præbendarium,

Ac *Johannem Hart* quartum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Thomam Raaford* quintum Presbiterum Præbendarium,

Et *Rogerum Smyth* ſextum Presbiterum Præbendarium prædictæ Eccleſiæ Cathedralis, Tenore Præſentium, Facimus, Præficimus, Conſtituimus, & Ordinamus per Præſentes,

Volumus etiam & Ordinamus, ac eiſdem *Decano* & *Præbendariis* Concedimus per præſentes, quod prædicti *Decanus* & *Sex Præbendarii* de cætero ſint de ſe in Re & Nomine unum *Corpus Corporatum*, habeantque Succeſſionem perpetuam & ſe gerent exhibebunt & occupabunt juxta & ſecundum Ordinationem Regulas & Statuta Eis per Nos, in quadam Indentura impoſterum fienda, ſpecificanda & declaranda, & quòd iidem *Decanus & Præbendarii* & Succeſſores ſui, *Decanus & Capitulum Ceſtrienſis Cathedralis Eccleſiæ Chriſti & beatæ Mariæ Virginis* imperpetuum vocabuntur & appellabuntur, & in præſenti vocentur & appellentur, & quod præfati *Decanus* & *Præbendarii* Eccleſiæ Cathedralis prædictæ & Succeſſores ſui ſint & imperpetuum erunt *Capitulum Epiſcopatus Ceſtriæ* ſitque idem *Capitulum* præfato nunc Epiſcopo & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Ceſtriæ perpetuis futuris temporibus annexum, incorporatum & Unitum, eiſdem modo & formâ quibus *Decanus* & *Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Lichfeldenſis in Civitate noſtra Lichfeldiæ *Epiſcopo Coventr. & Lichfelden.* aut Sedi Epiſcopali Lichfeldiæ annexatum, incorporatum & unitum exiſtit, ipſoſque *Decanum* & *Præbendarios* unum *Corpus Corporatum* in Re & Nomine Facimus, Creamus & Stabilimus, & eos pro uno Corpore Facimus, Declaramus, Ordinamus, & Acceptamus, habeantque Succeſſionem perpetuam,

Et quòd ipſi *Decanus* & *Capitulum* eorumque Succeſſores per Nomen *Decani & Capituli Ceſtriæ Cathedralis Eccleſiæ Chriſti & beatæ Mariæ Virginis* Proſequi, Clamare & Placitare poſſint & Implacitari, Defendere & Defendi, Reſpondere & Reſponderi, in quibuſcumque Curiis ac Locis Legum noſtrarum ac alibi, in & ſuper omnibus & ſingulis Cauſis, Actionibus, Sectis, Demandis, Brevibus, & Querelis realibus, ſpiritualibus, Eccleſiaſticis, perſonalibus & Mixtis, & in omnibus aliis Rebus, Cauſis & Materiis quibuſcumque, prout *Decanus* & *Capitulum* dictæ Eccleſiæ Cathedralis Lichfeldenſis agere & facere poſſint, & per idem Nomen Maneria, Dominia, Terras, Tenementa, cætera quæcumque Hæreditamenta, Poſſeſſiones, Proficua & Emolumenta, tam Spiritualia ſive Eccleſiaſtica quam Temporalia ac alia quæcumque, per Nos per Literas noſtras Patentes Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, ſeu aliquam aliam Perſonam vel Perſonas quaſcumque, Eis & Succeſſoribus ſuis vel aliter ſecundum Leges noſtras vel Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Danda ſeu Concedenda, capere, recipere, & perquirere, dare, alienare & dimittere, ac cætera omnia facere & exequi valeant & poſſint, prout cæteræ Eccleſiæ Cathedrales infra Regnum noſtrum Angliæ capere, recipere, perquirere, dare & dimit-

nuper Sciti ſive Monaſterii communiter fuerunt reputata ſive æſtimata, quæ nuper fuerunt prædicti nuper *Abbatis & Conventus* in Jure nuper Monaſterii prædicti (Exceptis Præexceptis) ſimul cum omnibus & omnimodis Vaſibus, Jocalibus, Ornamentis, Bonis, Catallis, & Implementis, ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii cum pertinentiis univerſis,

Habenda Tenenda & Gaudenda prædicta Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum ſupradicti nuper Monaſterii, una cum omnibus Juribus, antiquis Privilegiis, Libertatibus, ac liberis Conſuetudinibus ſupradictis, ac cum prædicta Eccleſia, Capellis, Campanis, & Campanilibus, Clauſtris, Dormitoriis, Tectis, Refectoriis, Cimiteriis, Meſuagiis, Domibus, Ædificiis, Curtilagiis, Ortis, Gardinis, Pomariis, Stagnis, Vivariis, Terris & Territoriis infra dictum Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, ſimul cum prædictis Vaſibus, Jocalibus, Ornamentis, Bonis, Catallis, & Implementis ejuſdem nuper Cœnobii ſeu Monaſterii, ac cum cæteris omnibus & ſingulis Præmiſſis ſuperius ſpecificatis cum ſuis pertinentiis (Exceptis Præexceptis) præfatis *Decano & Capitulo* Ceſtrienſis Cathedralis Eccleſiæ Chriſti & beatæ Mariæ Virginis prædictæ Succeſſoribus ſuis imperpetuum, de Nobis & Hæredibus & Succeſſoribus noſtris in liberam puram & perpetuam Eleemoſinam.

Volumus etiam & per præſentes Concedimus præfatis *Decano* & *Capitulo* dictæ Ceſtrienſis Cathedralis Eccleſiæ Chriſti & beatæ Mariæ Virginis & Succeſſoribus ſuis quòd *Decanus* Eccleſiæ Cathedralis illius, pro tempore exiſtens, omnes & ſingulos inferiores ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis Officiarios & Miniſtros, ac alias prædictæ Eccleſiæ Cathedralis Ceſtrienſis Chriſti & beatæ Mariæ Virginis quaſcumq; Perſonas, prout Caſus ſeu Cauſa exiget, faciet conſtituet admittet & acceptabit de tempore in tempus imperpetuum, & Eos ac eorum quemlibet ſic admiſſos vel admiſſum ob Cauſam legitimam non ſolum corrigere ſed etiam deponere, & ab eadem Eccleſia Cathedrali amovere & expellere poſſit & valeat (ſalvis Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris Titulo, Jure & Auctoritate *Decanos*, *Præbendarios*, & omnes *Pauperes* ex Liberalitate noſtra ibidem Viventes, de tempore in tempus Nominandi Aſſignandi & Præficiendi qualitercumque & quotienſcumque Eccleſia Cathedralis prædicta de *Decano*, *Præbendariis* vel *Pauperibus* prædictis vel eorum aliquo, per Mortem vel aliter vacare contigerit, per Literas noſtras Patentes de tempore in tempus ordinare, præficere & præſentare) aliquo in Præſentibus ſupraſcripto in contrarium inde non obſtante,

Denique,

Ad Diluendum, Reſolvendum, penituſque Delendum omnia omnimoda ſingula & univerſa Dubia, Lites, Controverſias & Diſſidia quæ futuris temporibus, quod abſit, inter hujus Regni noſtri Epiſcopos de & circa Limites & Circuitus Diœceſuum & Juriſdictionum ſuarum Epiſcopalium oriri eſſe & haberi poſſint,

Ex Auctoritate Parliamenti, Nobis in hac parte conceſſa, Volumus, Ordinamus & Statuimus quod dicti Archidiaconatus Ceſtriæ & Richmondiæ, cum ſuis Juribus & pertinentiis univerſis, a dicto *Archiepiſcopo Eboram* & ejus Succeſſoribus, & a dicto *Epiſcopo Coventr. & Lichfelden.* & ejus Succeſſoribus, & ab eorum utroque, & ab eorum Eccleſiis Cathedralibus, & ab eorum & eorum utraque Juriſdictione, Auctoritate, & Diœceſibus penitus Amoveantur, Abſcindantur, Dividantur, Eximantur imperpetuum, eoſdem Archidiaconatus & eorum utriuſque Circuitum, Limites, Juriſdictiones, cæteraſque omnes eorumdem Libertates dicto Epiſcopatui Ceſtriæ * Annectimus, Incorporamus, & U- * XIV. 724.
nimus per præſentes, necnon totos & univerſos Comitatus noſtros Ceſtriæ & Lancaſtriæ, ac utroſque prædictos Archidiaconatus, una cum omnibus & ſingulis Terris, Dominiis, Maneriis, Tenementis, Obventionibus, Emolumentis, & Locis quibuſcumq;

*De Erectione Epiſcopatus Glouceſtriæ.*

Ann. D. 1541. An. 33. H. 8. Pat. 33. H. 8. p. 2. m. 10.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum nuper Cœnobium quoddam ſive Monaſterium, quod dum extitit *Monaſterium Beati Petri Glouceſtriæ* vulgo vocabatur, atque omnia & ſingula ejus Maneria, Dominia, Meſuagia, Terræ, Tenementa, Hæreditamenta, Dotationes, & Poſſeſſiones, certis de Cauſis ſpecialibus & urgentibus, per *Gabrielem Moreton* ipſius nuper Cœnobii ſive Monaſterii *Priorem*, & ejuſdem Loci *Conventum* Nobis & Hæredibus noſtris imperpetuum jamdudum Data fuerunt & Conceſſa, prout per ipſorum nuper *Prioris & Conventus* Cartam, Sigillo ſuo communi ſive conventuali ſigillatam, & in Cancellariam noſtram irrotulatam, manifeſte liquet, quorum prætextu, Nos de ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii Scitu Septu & Præcinctu, ac de omnibus & ſingulis prædictorum nuper *Prioris & Conventus* Maneriis, Dominiis, Meſuagiis, Terris, Tenementis, Hæreditamentis, Dotationibus, & Poſſeſſionibus, ad præſens pleno Jure ſeiſiti ſumus in Dominico noſtro ut de Feodo,

Nos utique ſic de eiſdem ſeiſiti exiſtentes, Divinaque Nos Clementiâ inſpirante, nihil magis ex animo affectantes quam ut vera Religio, veruſque Dei Cultus inibi non modo non aboleatur, ſed in integrum potius reſtituatur, & ad primitivam ſuæ genuinæ Sinceritatis Normam reformetur, correctiſque Enormitatibus in quas Monachorum Vita & Profeſſio longo temporum lapſu deplorabiliter exorbitaverant, Operam dedimus, quatenus humana proſpicere poteſt Infirmitas, ut impoſterum ibidem Sacrorum Eloquiorum Documenta, & noſtræ Redemptionis Sacramenta pure adminiſtrentur, bonorum Morum Diſciplina ſincere obſervetur, Juventus in Literis liberaliter inſtituatur, Senectus viribus defectiva, Rebus ad Victum neceſſariis condigne foveatur, ut deniq; Elemoſinarum in Pauperes Chriſti Elargitiones, Viarum Pontiumq; Reparationes, & cætera omnis Pietatis generis Officia illinc exuberanter in omnia Vicina Loca longe lateque dimanent, ad Dei Omnipotentis Gloriam, & ad * Subditorum noſtrorum

* XIV. 725. communem Utilitatem Fidelitatemque,

Idcirco Nos,

Conſiderantes quod Status dicti nuper Monaſterii Beati Petri Glouceſtriæ, in quo multa Inclitorum Progenitorum noſtrorum quondam Regum Angliæ præclara Monumenta conduntur, ſit locus aptus conveniens & neceſſarius Inſtituendi, Erigendi, Ordinandi, & Stabiliendi *Sedem Epiſcopalem*, & quandam *Eccleſiam Cathedralem*, de uno *Epiſcopo*, & de uno *Decano* Presbitero, & Sex *Præbendariis* Presbiteris, Deo Omnipotenti omnino & imperpetuum ſervituris, ipſum Scitum dicti nuper Monaſterii Beati Petri Glouceſtriæ, ad Locum & Eccleſiam ipſius, in *Sedem Epiſcopalem*, ac in *Eccleſiam Cathedralem* Creari, Erigi, Fundari & Stabiliri Decrevimus, prout per Præſentes Decernimus, & eandem *Eccleſiam Cathedralem*, de uno *Epiſcopo*, de uno *Decano* Presbitero, & Sex *Præbendariis* Presbiteris, Tenore Præſentium, realiter & ad plenum Creamus, Erigimus, Fundamus, Ordinamus, Facimus, Conſtituimus & Stabilimus perpetuis futuris temporibus duraturas, & ſic ſtabiliri ac imperpetuum inviolabiliter obſervari Volumus & Jubemus per Præſentes,

Volumus itaque, & per Præſentes Ordinamus quod *Eccleſia Cathedralis prædicta* ſit, & imperpetuum deinceps erit ECCLESIA CATHEDRALIS ET SEDES EPISCOPALIS, ac quod tota Villa noſtra Glouceſtriæ exnunc & deinceps imperpetuum ſit *Civitas*, ipſamque CIVITATEM GLOUCESTRIÆ vocari appellari & no-

quæcumque, quot qualia quanta & quæ, ac in conſimilibus modo & forma, prout prædicti nuper *Major & Burgenſes* prædictæ Civitatis noſtræ Glouceſtriæ, aut aliquis vel aliqui Prædeceſſorum ſuorum, infra prædictam nuper Villam noſtram Glouceſtriæ, ac infra prædictum nuper Comitatum nuper Villæ noſtræ Glouceſtriæ, habuerunt tenuerunt vel gaviſi fuerunt, aut habere tenere vel gaudere debuerunt ratione aut modo quocumque, ac ipſam Civitatem ac totum Comitatum ejuſdem Civitatis, ac totum Comitatum noſtrum Glouceſtriæ, prout per Metas & Limites dinoſcitur & limitatur, ab omni Juriſdictione Auctoritate & Diœceſi, tam Epiſcopi Wigorniæ quam Epiſcopi Eborum, & Epiſcopi Herefordiæ, & Succeſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium Separamus, Dividimus, Eximimus, Exoneramus, & omnino per Præſentes Liberamus,

Ac omnem Juriſdictionem Epiſcopalem, necnon omnia Proficua, Emolumenta, & Hæreditamenta quæcumque, Juri ſive Juriſdictioni Epiſcopali * pertinentia ſive ſpectantia, provenientia * XIV. 726.

infra eandem Civitatem noſtram Glouceſtriæ & totum Comitatum ejuſdem Civitatis & totum Comitatum Glouceſtriæ, *Epiſcopo Glouceſtriæ* a Nobis per has Literas noſtras Patentes nominando & erigendo, & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Glouceſtriæ, ac prædicto Epiſcopatui Glouceſtriæ Adjungimus & Unimus, ac ex dictis *Civitate & Comitatu Diœceſim Glouceſtriæ* Facimus & Ordinamus per Præſentes, illamq; DIOECESIM GLOUCESTRIENSEM imperpetuum ſimiliter vocari, appellari, nuncupari & nominari Volumus & Ordinamus, ac Epiſcopum Glouceſtrienſem, ac totam illam Diœceſim Glouceſtriæ, in omnibus & per omnia infra Provinciam Cantuarienſem eſſe, cenſeri, nominari & reputari ad omnem Juris effectum, Volumus & Ordinamus, ſicut Epiſcopus & Diœceſis Wigorniæ cenſentur & reputantur,

Et quia Villa noſtra Briſtolliæ, infra Fines & Limites Comitatus noſtri Glouceſtriæ exiſtens, in ſe Comitatus eſt & exiſtit, partim infra Diœceſim Bathon. & Wellen. ac partim infra Wigornienſi Diœceſe ſitus & ſcituatus eſt, idcirco, ad omnem Ambiguitatem illinc impoſterum tollendam, Volumus, Statuimus & Ordinamus, ac per Præſentes Concedimus, quod tota illa Pars Villæ & Comitatus noſtri Briſtolliæ quæ olim fuit Wigornienſis Diœceſis exnunc & impoſterum ſit & exiſtat Diœceſis Glouceſtriæ, & de Juriſdictione Epiſcopi Glouceſtriæ pro tempore exiſtentis imperpetuum ad omnem juris effectum, prout in Juriſdictione Epiſcopali Wigornienſi eſſe conſuevit,

Et ut hæc noſtra Intentio debitum & uberiorem ſortiatur effectum, Nos, de Scientia, Moribus, Probitate, & Virtute Dilecti Capellani noſtri *Johannis Wakeman* Clerici plurimum confidentes, eundem *Johannem Wakeman* ad Epiſcopatum dictæ Sedis Glouceſtriæ Nominamus & Eligimus, ac ipſum *Johannem Epiſcopum Glouceſtriæ* per præſentes Eligimus, Nominamus, Facimus, & Creamus,

Et Volumus, ac per Præſentes Concedimus & Ordinamus, quod *idem Epiſcopus* ſit *Corpus Corporatum* in Re & Nomine, Ipſumque pro uno Corpore Declaramus, Acceptamus, Ordinamus, Facimus, & Conſtituimus per Præſentes imperpetuum, habeatque Succeſſionem perpetuam, ac quod Ipſe & Succeſſores ſui per Nomen & ſub Nomine EPISCOPI GLOUCESTRIÆ nominabitur & vocabitur, nominabuntur & vocabuntur imperpetuum,

Ac quod Ipſe & Succeſſores ſui per idem Nomen & ſub ipſo Nomine Proſequi, Clamare, & Placitare ac Implacitari, Defendere & Defendi, Reſpondere & Reſponderi, in quibuſcumque Curiis & Locis Legum noſtrarum ac Hæredum & Succeſſorum noſtrorum & alibi, in & ſuper omnibus & ſingulis Cau-



Digitized by Google

727. aliud Cubiculum communiter vocatum *Quadratum Cubiculum* ſcituatum in Boriali parte dicti magni Cubiculi, cum Tribus aliis Cubiculis ſuper dictum Quadratum Cubiculum ſuperædificatis, ac unum aliud magnum Cubiculum in quo dudum Abbas dicti nuper Cœnobii edere ſolebat, cum uno Panario, uno Promptuario, & una Subterranea Officina ſcituatis & exiſtentibus in Auſtrali Fine ejuſdem Cubiculi, ac etiam unam Domum Deambulatoriam ſcituatam in dicto Fine Auſtrali, ac ex parte Orientis ejuſdem Cubiculi, ac unum Cubiculum ſcituatum in Auſtrali parte ejuſdem Deambulatorii, cum Tribus Cubicu'is inſimul conſtructis, & ſcituatis in Boriali parte ejuſdem Deambulatorii, ac etiam omnia illa Tria interiora Cubicula, cum uno Meditullio, unâ Capellâ, & aliâ Domo Deambulatoriâ eiſdem Tribus Cubiculis annexis, & dicto nuper Abbati peculiaria, ſcituata & exiſtentia in Boriali termino dicti magni Cubiculi, in quo dudum Abbas ſedere ſolebat, & ex parte Orientali ejuſdem Cubiculi, necnon unam aliam Aulam, unum Panarium, unum Promptuarium, unam Coquinam, & duo Cubicula, ſcituata & exiſtentia in Fine Orientali ejuſdem Deambulatorii, ac etiam omnia & ſingula Cubicula, Domos, Ædificia, Officinas, Subterraneas, & alias Officinas quaſcumque ſcituatas ſive ædificatas ſubtus aut ſupra dictas Aulas, Cubicula, Deambulatoria, & cætera omnia & ſingula Præmiſſa, aut ſubtus vel ſupra aliquam inde Parcellam, necnon quendam Ortum continentem in Longitudine per æſtimationem Sex Perticas & Decem Pedes, ac in Latitudine Septem Perticas & Treſdecim Pedes & Dimidium, qui quidem Ortus in Longitudine protenditur & extendit ſe ante dicta Tria Cubicula & cætera Ædificia dicto nuper Abbati pecularia, ac etiam omnia & ſingula Meſuagia, Habitationes, Domos, Ædificia, Structuras, cum Terra & Solo eorumdem, Ortos, Pomaria, Loca vacua, Muros, & cætera omnia & ſingula Hæreditamenta quæcumque, cognita per Nomen vel per Nomina de le *Abbots Lodging*, ſcituata & exiſtentia infra totum illum Præcinctum Circuitum & Ambitum cognitum ſeu appellatum le *Abbotts Lodging*, qui quidem Circuitus continet in parte Auſtrali Novem Perticas & Decem Pedes, & in Boriali parte Novem Perticas & Sex Pedes, ac in Termino Occidentali Octo Perticas, Novem Pedes, & Octo Pollices, ac in fine Orientali Octo Perticas & Sexdecim Pedes, qualibet Pertica continens in ſe Octodecim Pedes Dimidium & Tres Pollices, quæ quidem Aulæ, Domus, Ædificia, Deambulatoria, ac cætera omnia & ſingula Præmiſſa, necnon Terras & Solum eorumdem ſcituantur jacent & exiſtunt infra Præcinctum dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii,

Damus etiam & per præſentes Concedimus *eidem Epiſcopo* totum Stabulum vulgariter vocatum le *Abbots Stable* continens in Longitudine Quatuor Perticas Octo Pedes & Dimidium, & in Latitudine unam Perticam & Quatuor Pedes, necnon unum Gardinum exiſtens in Orientali Fine cujuſdam Cœmiterii continens in Longitudine Sex Perticas & Septemdecim Pedes & Dimidium, ac in Latitudine Sex Perticas & Sexdecim Pedes, necnon unam Domum communiter vocatam *le Wood Barton* continentem in Longitudine Centum octo Pedes, in Latitudine Triginta Quatuor Pedes, ac etiam Duo alia Stabula, Duas Carnificinas, ac unum Cotagium pro Canibus, continentia in Longitudine Octoginta quatuor Pedes, & in Latitudine Triginta Pedes, quæ quidem Stabula Carnificina & cætera omnia & ſingula Præmiſſa ſcituantur & jacent in Parochia beatæ Mariæ de Lode in dicta Civitate noſtra Glouceſtriæ, & extra Præcinctum dicti nuper Monaſterii, necnon liberos Introitus, Exitus, Egreſſus, Regreſſus, & Ingreſſus, ac omnimodas alias Libertates & Commoditates eundi, redeundi, cariandi & recariandi, ad, & de omnibus & ſingulis Locis prædictis & cæteris Præmiſſis, ac omnia alia agendi ſingulis Anni Temporibus ad libitum & Placitum dicti *Epiſcopi* & Succeſſorum ſuorum,

Habenda & Tenenda omnia & ſingula prædicta Aulas, Cubicula, Deambulatoria, Officina, Stabula, Domos, Ædificia, & cipi, & habere [illegible] ſione ſive Commiſſione per dictum nunc *Epiſcopum Wygorniæ*, ſive aliquem Prædeceſſorum ſive Succeſſorum ſuorum factâ, conceſſâ, fiendâ ſive concedendâ in aliquo non obſtante,

Ac inſuper Volumus & per præſentes Ordinamus, quod *præfatus Johannes* & Succeſſores ſui Epiſcopi Glouceſtriæ prædicti, omnes & omnimodam Juriſdictionem, Poteſtatem, & Auctoritatem Epiſcopales & ordinarias infra Eccleſiam Cathedralem Glouceſtriæ & prædictam Diœceſim Glouceſtriæ exnunc & deinceps imperpetuum excercere, facere & uti poſſit & debeat poſſint & debeant, in tam amplis modo & forma prout *Epiſcopus Wigorniæ* infra Diœceſim Wigornienſem ſecundum Leges noſtras excercere, facere, & uti ſolet poſſit aut debeat,

Et ulterius Volumus quod prædictus *Johannes Epiſcopus Glouceſtriæ* & Succeſſores ſui Epiſcopi Glouceſtriæ, exnunc & deinceps imperpetuum, habeant Sigillum autenticum ſeu Sigilla autentica pro Rebus & Negotiis ſuis agendis & ſervituris, ad omnem juris effectum ſimili modo & formâ prout *Epiſcopus Weſtmonaſterienſis* habeat aut habere poteſt,

Et, ut Eccleſia Cathedralis prædicta de Perſonis congruis in ſingulis Locis & Gradibus ſuis perimpleatur & decoretur,

Dilectum Capellanum noſtrum *Willielmum Jenyns* Clericum in Sacra Theologia Baccalarium, primum & originalem & modernum *Decanum* dictæ Eccleſiæ Cathedralis, ac quod *Decanus* ipſe, & quilibet ejus Succeſſor ibidem per Nos nominandus, Primam poſt Epiſcopalem in eadem Eccleſia Cathedrali Glouceſtriæ Dignitatem habeat & poſſideat,

Et quod Dilectus Capellanus noſter *Nicholaus Wotton Archidiaconus Glouceſtriæ* & quilibet ejus Succeſſor, per *Epiſcopum Glouceſtriæ* ad Archidiaconatum illum Glouceſtriæ impoſterum nominandus & eligendus, Secundam in eadem Eccleſia Cathedrali Glouceſtriæ Dignitatem habeat & poſſideat,

Ac Dilectum Capellanum noſtrum *Ricardum Browne* Clericum in jure Civili & Canonico Baccalarium, primum & præſentem Presbiterum Præbendarium,

Ac *Henricum Wyllys* Clericum in ſacra Theologia Baccalarium, ſecundum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Johannem Radleigh* Clericum in ſacra Theologia Baccalarium, tertium Præbiterum Præbendarium,

Ac *Jacobum Vaughan* Clericum in Artibus Magiſtrum, quartum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Edwardum Benet* Clericum, in quintum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Johannem Huntley* Clericum, nuper Priorem de Tandrich in Comitatu noſtro Surriæ, ſextum Presbiterum Præbendarium,

Tenore Præſentium Facimus & Ordinamus per præſentes,

Volumus etiam & Ordinamus, ac eiſdem *Decano* & *Præbendariis* Concedimus per præſentes, quod prædicti *Decanus* & *Sex Præbendarii* de cætero ſint de ſe in Re & Nomine unum *Corpus Corporatum*, habeantque Succeſſionem perpetuam, & ſe gerent exhibebunt & occupabunt ſecundum Ordinationem Regulas & Statuta Eis per Nos, in quadam Indentura impoſterum fienda, ſpecificanda & declaranda,

* Et quòd iidem *Decanus ac Præbendarii* ac Succeſſores ſui, *Decanus & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ* * XIV. 729.
*Trinitatis Glouceſtriæ* imperpetuum vocabuntur & appellabuntur, & quod præfati *Decanus* & *Præbendarii* Eccleſiæ Cathedralis prædictæ & Succeſſores ſui ſint & imperpetuum erunt *Capitulum Epiſcopatûs Glouceſtriæ*, ſitque idem *Capitulum* præfato *Johanni* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Glouceſtriæ perpetuis futuris temporibus annexum incorporatum & unitum, eiſdem modo & formâ quibus *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Petri in Civitate noſtra Weſtmonaſterii *Epiſcopo Weſtmonaſterienſi* aut Sedi Epiſcopali Weſtmonaſterienſi annexum incorporatum & unitum exiſtit, ipſoſque *Decanum & Præbendarios* unum *Corpus Corporatum* in Re & Nomine Facimus, Creamus & Stabilimus, &

eos

Digitized by Google

prædicti, conjunctim & diviſim facere, recipere, dare, alienare, dimittere, exequi aut agere poſſint,

Et quia volumus dictam Eccleſiam Cathedralem ſanctæ & individuæ Trinitatis Glouceſtriæ honorificè Dotari, de ampliori Gratia noſtra Dedimus & Conceſſimus, ac per præſentes Damus & Concedimus, præfatis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis ſanctæ & individuæ Trinitatis Glouceſtriæ totum prædictum Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum ſupradicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii Beati Petri Glouceſtriæ, cum omnibus antiquis Privilegiis, Libertatibus, ac liberis Conſuetudinibus ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii, ac totam Eccleſiam ibidem, una cum omnibus Capellis, Plumbis, Campanis, Campanilibus, Clauſtris, Cimiteriis, Meſuagiis, Domibus, Ædificiis, Tectis, Curtilagiis, Ortis, Gardinis, Pomariis, Stagnis, Vivariis, & cæteris, omnibus Locis, Terris, & Territoriis infra eadem Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum, & Præcinctum prædicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii exiſtentibus, & quæ ut Pars Partes vel Parcellæ ejuſdem nuper Scitûs dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii communiter fuerunt reputata ſive æſtimata, quæ nuper fuerunt prædictorum nuper *Prioris & Conventus* in Jure nuper Monaſterii prædicti ſimul cum omnibus & omnimodis Vaſibus, Jocalibus, Ornamentis, Bonis, Catallis, & Implementis, ejuſdem * nuper Cœnobii ſive Monaſterii cum ſuis pertinentiis univerſis,

* XIV. 730.

Exceptis & omnino Reſervatis *præfato Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis omnibus & ſingulis Aulis, Cubiculis, Deambulatoriis, Officinis, Stabulis, Domibus, Ædificiis, & cæteris Hæreditamentis & Libertatibus quibuſcumque *prædicto Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis per præſentes præconceſſis,

Habenda Tenenda & Gaudenda prædicta Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum ſupradicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, una cum omnibus antiquis Privilegiis, Libertatibus, ac liberis Conſuetudinibus ſupradictis, ac cum prædicta Eccleſia, Capellis, Campanis, & Campanilibus, Clauſtris, Dormitoriis, Tectis, Refectoriis, Cimiteriis, Meſuagiis, Domibus, Ædificiis, Curtilagiis, Ortis, Gardinis, Pomariis, Stagnis, Vivariis, Terris & Territoriis infra dictum Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, ſimul cum prædictis Vaſibus, Jocalibus, Ornamentis, Bonis, Catallis, & Implementis ejuſdem nuper Cœnobii ſeu Monaſterii, ac cum cæteris omnibus & ſingulis Præmiſſis ſuperius ſpecificatis cum ſuis pertinentiis (Exceptis Præexceptis) præfatis *Decano & Capitulo* Ceſtrienſis Cathedralis ſanctæ & individuæ Trinitatis Glouceſtriæ & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, de Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris in puram & perpetuam Eleemoſinam.

Volumus etiam & per præſentes Concedimus præfatis *Decano & Capitulo* dictæ Eccleſiæ Cathedralis ſanctæ & individuæ Trinitatis & Succeſſoribus ſuis, quod *Decanus* Eccleſiæ Cathedralis illius pro tempore exiſtens, omnes & ſingulos inferiores ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis Officiarios & Miniſtros, ac alias prædictæ Eccleſiæ Cathedralis quaſcumque Perſonas, prout Caſus ſeu Cauſa exiget, faciet, conſtituet, admittet, & acceptabit de tempore in tempus imperpetuum, & Eos ac eorum quemlibet ſic admiſſos vel admiſſum ob Cauſam legitimam non ſolum corrigere ſed etiam deponere, & ab eadem Eccleſia Cathedrali amovere & expellere poſſit & valeat; ſalvis Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris Titulo, Jure & Auctoritate *Decanos*, *Præbendarios*, & omnes *Pauperes* ex Liberalitate noſtra ibidem Viventes, de tem-

## * *De Conſecrando in Epiſcopum Glouceſtria.*

* XIV. 731.

REX Reverendo in Christo Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo*, totius Angliæ Primati ac Metropolitano, Salutem. Ann. D. 1541.
Cum Nos *novâ Sedem Epiſcopalem*, infra Eccleſiam Cathe- An. 33.
dralem Sanctæ & individuæ Trinitatis *Glouceſtriæ* nuper Funda- H. 8.
verimus & Erexerimus, Dilectum Capellanum noſtrum *Johan-* Pat. 33.
*nem Wakeman*, Clericum ad Epiſcopatum illum Nominaverimus H. 8. p. 6.
& Præfecerimus, Ipſumque in Epiſcopum Loci illius & Paſto- m. 15.
rem Ordinaverimus & Conſtituerimus, hoc vobis Tenore Præſentium duximus Significandum,

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini firmiter vobis Mandantes, quatenus præfatum *Johannem* in Epiſcopum Glouceſtrienſem conſecrare, Ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraq; peragere & perimplere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio, velitis diligenter cum effectu.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quarto Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

## *De Erectione Epiſcopatus de Burgo Sancti Petri.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cum nuper Cœnobium quoddam ſive Monaſterium, quod 1541.
dum extitit *Monaſterium de Burgo Sancti Petri* vulgo vocabatur, An. 33.
atque omnia & ſingula ejus Maneria, Dominia, Meſuagia, Ter- H. 8.
ræ, Tenementa, Hæreditamenta, Dotationes, & Poſſeſſiones, Pat. 33.
certis de Cauſis ſpecialibus & urgentibus, per *Johannem* ipſius nu- H. 8. p. 3.
per Cœnobii ſive Monaſterii *Abbatem*, & ejuſdem Loci *Conven-* m. 23.
*tum* Nobis & Hæredibus noſtris imperpetuum jamdudum Data fuerunt & Conceſſa, prout per ipſorum nuper *Abbatis & Conventus* Cartam, Sigillo ſuo communi ſive conventuali ſigillatam, & in Cancellariam noſtram irrotulatam, manifeſte liquet, quorum prætextu, Nos de ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii Scitu Septu & Præcinctu, ac de omnibus & ſingulis prædictorum nuper *Abbatis & Conventus* Maneriis, Dominiis, Meſuagiis, Terris, Tenementis, Hæreditamentis, Dotationibus, & Poſſeſſionibus, ad præſens pleno Jure ſeiſiti ſumus in Dominico noſtro ut de Feodo,

Nos utique ſic de eiſdem ſeiſiti exiſtentes, Divinaque Nos Clementiâ inſpirante, nihil magis ex animo affectantes quam ut vera Religio, veruſque Dei Cultus inibi non modo non aboleatur, ſed in integrum potius reſtituatur, & ad primitivam ſuæ genuinæ Sinceritatis Normam reformetur, correctiſque Enormitatibus, in quas Monachorum Vita & Profeſſio longo temporum lapſu deplorabiliter exorbitaverant, Operam dedimus, quatenus humana proſpicere poteſt Infirmitas, ut impoſterum ibidem Sacrorum Eloquiorum Documenta & noſtræ Salutiferæ Redemptionis Sacramenta pure adminiſtrentur, bonorum Morum Diſciplina ſincerè obſervetur, Juventus in Literis liberaliter inſtituatur, Senectus viribus defectiva eorum præſertim qui circa Perſonam noſtram vel alioquin circa Regni noſtri Negotia publice bene & fideliter Nobis ſervierint Rebus ad Victum neceſſariis condigne foveatur, ut da-

Digitized by Google

eandem Civitatem & Comitatum Northamptoniæ *Epiſcopo de Burgo Sancti Petri*, a Nobis per has Literas noſtras Patentes Nominando & Eligendo, & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis de Burgo Sancti Petri, ac prædictum Epiſcopatum de Burgo Sancti Petri Adjungimus & Unimus, & ex dictis Civitate & Comitatu Diœceſim Facimus & Ordinamus per Præſentes, illamq; DIOECESIM DE BURGO SANCTI PETRI imperpetuùm ſimiliter vocari, appellari, nuncupari, & nominari volumus & ordinamus;

Et ut hæc noſtra Intentio debitum & uberiorem ſortiatur effectum, Nos, de Scientia, Moribus, Probitate, & Virtute Dilecti noſtri Capellani *Johannis Chamber* Clerici in Sacra Theologia Baccalarii, nuper Abbatis nuper Monaſterii de Burgo Sancti Petri prædicto, plurimùm confidentes, eundem *Johannem Chamber* ad Epiſcopatum dictæ Sedis de Burgo Sancti Petri Nominamus & Eligimus, ac ipſum *Johannem Epiſcopum de Burgo Sancti Petri* per Præſentes Eligimus, Nominamus, Facimus, & Creamus,

Et volumus ac per Præſentes Concedimus & Ordinamus quòd *idem Epiſcopus* ſit *Corpus Incorporatum* in Re & Nomine, ipſumque pro uno Corpore Declaramus, Acceptamus, Ordinamus, Facimus, & Conſtituimus imperpetuùm, habeantque Succeſſionem perpetuam, ac quòd Ipſe & Succeſſores ſui per Nomen & ſub Nomine *Epiſcopi de Burgo Sancti Petri* nominabitur & vocabitur imperpetuùm,

Et quòd Ipſe & Succeſſores ſui per idem Nomen & ſub eo Nomine Proſequi, Clamare, & Placitare & Implacitari, Defendere & Defendi, Reſpondere & Reſponderi, in quibuſcumque Curiis & Locis Regni noſtri, Dominiorum, Juriſdictionum & Poteſtatum noſtrarum ac Hæredum & Succeſſorum noſtrorum & alibi, in & ſuper omnibus & ſingulis Cauſis, Actionibus, Sectis, Brevibus, Querelis, & Demandis, realibus perſonalibus & mixtis, tam Temporalibus quàm Spiritualibus, & in omnibus aliis Rebus Cauſis & Materiis quibuſcumque,

Et quòd per idem Nomen Maneria, Dominia, Terras, Tenementa, Rectorias, Penſiones, Portiones, & alia quæcumq; Hæreditamenta, Poſſeſſiones, Proficua, & Emolumenta, tam Spiritualia ſive Eccleſiaſtica quàm Temporalia ac alia quæcumq; per Literas Patentes vel aliter præfato *Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis, per Nos ſeu Hæredes noſtros debito modo fiendas, vel per quamcumque Perſonam ſive quaſcumque alias Perſonas, ſecundùm Leges noſtras & Hæredum ſive Succeſſorum noſtrorum danda ſeu concedenda, capere, recipere, gaudere & perquirere, ac dare, alienare, & dimittere poſſit & poſſint, valeat & valeant, & generaliter omnia alia & ſingula recipere gaudere & facere, prout & eiſdem modo & formâ quibus cæteri Epiſcopi infra Regnum noſtrum Angliæ recipere aut facere poſſint, aut aliquis Epiſcopus infra Regnum noſtrum Angliæ recipere aut facere poſſit & potuit, & non aliter neque ullo alio modo,

Et ulterius Volumus & Ordinamus quòd Eccleſia Cathedralis prædicta ſit & deinceps imperpetuùm erit *Eccleſia Cathedralis & Sedes Epiſcopalis* dicti *Johannis* & Succeſſorum ſuorum Epiſcoporum de Burgo Sancti Petri, ipſamque Eccleſiam Cathedralem Honoribus Dignitatibus & Inſignnis Sedis Epiſcopalis per præſentes Decoramus, eandemque Sedem Epiſcopalem præfato *Johanni* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis de Burgo Sancti Petri Damus & Concedimus per Præſentes, Habendam & Gaudendam eidem *Johanni* & Succeſſoribus ſuis imperpetuùm,

Ac etiam Volumus & Ordinamus per Præſentes quòd præfatus *Johannes*, & Succeſſores ſui Epiſcopi de Burgo Sancti Petri prædicto, omnimodas Juriſdictionem Poteſtatem & Auctoritatem
* XIV. 732. * Ordinarias & Epiſcopales infra prædictam Eccleſiam Cathedralem de Burgo Sancti Petri & prædictam Diœceſim exercere, facere & uti poſſit & debeat, poſſint & debeant, & tam amplis modo & formâ prout aliquis alius Epiſcopus in hoc Regno noſtro Angliæ infra Diœceſim ſuam ſecundùm Leges noſtras exercere facere & uti ſolet poſſit & debet,

Ducentos Septuaginta & tres Pedes,

Necnon omnia alia Ædificia, Domos, Structuras ſituata & exiſtentia in Ambitu & Circuitu prædictæ Magnæ Curiæ Abbuttantia ſuper Villam prædictam de Peterborough ad Occidentem, continentia in Longitudine Sexties Centum Quadraginta & quatuor Pedes, & ad Auſtrum Abbuttantia ſuper *le Derby Yarde*, continentia per æſtimationem Quatuor Centum Octoginta & tres Pedes, & ad Orientem Abbuttantia ſuper Turrim adjacentem Portibus vocatis *le Redde Gates*, & Officio Pœnitentiariorum prædicti nuper Monaſterii uſque ad Portam vocatam *le Hevyn Gates*, continentia per æſtimationem quatuor Centum & Quadraginta Pedes,

Unà cum eadem Magna Curia, Gardinis, Stagnis, Muris, Septis & Solo ibidem,

Ac etiam unum Clauſum ſive Vivarium vocatum *le Darby Yarde*, Abbuttans ſuper Magnum Foſſatum vocatum *la Buldiche* ad Orientem, & Communem Seueram verſus Villam prædictam ad Occidentem, cum eodem Magno Foſſato vocato *le Buldiche* & quadam Porta vocata *le Water Gates* aliàs *le Bulgates*, continens in ſe per æſtimationem Quatuor Acras; Ita quòd prædicta Manſio & cætera omnia & ſingula Præmiſſa ſuperiùs expreſſa, cum ſuis pertinentiis de cætero ſint & eſſe cenſeantur & appellentur MANSUM HABITABULUM ſeu PALATIUM *dicti nunc Epiſcopi* & Succeſſorum ſuorum imperpetuùm,

Et, ut Eccleſia Cathedralis prædicta de Perſonis congruis in ſingulis Locis & Gradibus ſuis perimpleatur & decoretur,

Dilectum Nobis *Franciſcum Alree* in Sacra Theologia Baccalarium, primum & originalem & modernum *Decanum* dictæ Eccleſiæ Cathedralis,

Ac *Macheum Whyttals* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, primum & præſentem Presbiterum Præbendarium,

Ac *Willielmum Judde* in ſacra Theologia Baccalarium, ſecundum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Robertum Peerſon* in ſacra Theologia Baccalarium, tertium Presbiterum Præbendarium,

Ac *Johannem Barlowe* Artium Magiſtrum, quartum Presbiterum Præbendarium,

*Johannem Cheney* Clericum, quintum Presbiterum Præbendarium,

* Et *Ricardum Whitte* Clericum, ſextum Presbiterum Præ- * XIV.
bendarium Eccleſiæ Cathedralis prædictæ, Tenore Præſentium 733.
Facimus & Ordinamus per Præſentes,

Volumus etiam & Ordinamus, ac eiſdem *Decano* & *Præbendariis* Concedimus per Præſentes, quòd prædicti *Decanus* & *Sex Præbendarii* de cætero ſint de ſe in Re & Nomine unum *Corpus Corporatum*, habeantque Succeſſionem perpetuam, & ſe gerent exhibebunt & occupabunt ſecundùm Ordinationem Regulas & Statuta Eis, per Nos, in quadam Indentura imposterùm fienda, ſpecificanda & declaranda,

Et quòd iidem *Decanus ac Præbendarii* ac Succeſſores ſui, *Decanus & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis de Burgo Sancti Petri* imperpetuùm vocabuntur & appellabuntur, & quòd præfati *Decanus* & *Præbendarii* Eccleſiæ Cathedralis prædictæ & Succeſſores ſui ſint & imperpetuùm erunt *Capitulum Epiſcopatûs de Burgo Sancti Petri*, ſitque idem *Capitulum* præfato *Johanni* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis de Burgo Sancti Petri perpetuis futuris temporibus annexum incorporatum & unitum, eiſdem modo & formâ quibus *Decanus* & *Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Hugonis in Civitate noſtra Lincolniæ *Epiſcopo Lincolnienſi*, aut Sedi Epiſcopali Lincolniæ annexum incorporatum & unitum exiſtit, ipſoſque *Decanum* & *Præbendarios* unum *Corpus Corporatum* in Re & Nomine Facimus, Creamus & Stabilimus, & eos pro uno Corpore Declaramus Ordinamus & Acceptamus, habeantque Succeſſionem perpetuam,

Et quòd ipſi *Decanus* & *Capitulum* eorumque Succeſſores, per Nomen

Digitized by Google

re poſſint,

Et quia volumus dictam Eccleſiam Cathedralem de Burgo Sancti Petri, ad Laudem & Honorem Dei, honorificè Dotari, de ampliori Gratia noſtra Dedimus & Conceſſimus, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris per Præſentes Damus & Concedimus, præfatis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis de Burgo Sancti Petri prædicto, totum Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, cum omnibus antiquis Privilegiis, Libertatibus, ac liberis Conſuetudinibus ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii (Exceptis tamen & ſemper Reſervatis & omnimodò ſalvis *dicto nunc Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis de Burgo Sancti Petri imperpetuum, omnibus illis Locis, Domibus, Structuris & * Ædificiis, Palatio Epiſcopali aſſignatis, ſuperius ſpecificatis cum ſuis pertinentiis univerſis, ac Exceptis dicta Juriſdictione Epiſcopali in dicta Eccleſia Cathedrali de Burgo Sancti Petri, & in dicti ejuſdem Loci *Decanum & Capitulum*, ac in eorum Succeſſores modo & forma præmiſſis) ac totam Eccleſiam prædictam, una cum omnibus Capellis, Plumbis, Campanis, Campanilibus, Dormitoriis, Tectis, Refectoriis, Cimiteriis, Meſuagiis, Domibus, Ædificiis, Curtilagiis, Ortis, Pomariis, Gardinis, Stagnis, Vivariis, & cæteris omnibus Locis, Terris, & Territoriis infra eadem Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum, & Præcinctum prædicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii exiſtentibus, & quæ ut Pars Partes vel Parcellæ ejuſdem nuper Scitûs dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii communiter fuerunt reputata ſive æſtimata, quæ nuper fuerunt prædicti nuper *Abbatis & Conventus* in Jure nuper Monaſterii prædicti (Exceptis Præexceptis) ſimul cum omnibus & omnimodis Vaſis, Jocalibus, Ornamentis, Bonis, Catallis, Rebus, Implementis ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii cum ſuis pertinentiis univerſis,

* XIV. 335.

Habenda Tenenda & Gaudenda prædicta Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum ſupradicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, una cum omnibus antiquis Privilegiis, Libertatibus, ac cum prædicta Eccleſia, Capellis, Plumbis, Campanis, Campanilibus, Clauſtris, Dormitoriis, Tectis, Refectoriis, Cimiteriis, Meſuagiis, Domibus, Ædificiis, Curtilagiis, Ortis, Gardinis, Pomariis, Stagnis, Vivariis, Terris & Territoriis Septis & Solo infra dictum Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, ſimul cum prædictis Vaſibus, Jocalibus, Ornamentis, Bonis, Catallis, & Implementis ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii ac cum cæteris omnibus & ſingulis Præmiſſis ſuperius ſpecificatis cum ſuis pertinentiis (Exceptis Præexceptis) præfatis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis de Burgo Sancti Petri & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, Tenenda de Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris in liberam puram & perpetuam Eleemoſinam.

Volumus etiam & Ordinamus, ac per Præſentes Statuimus quod *Archidiaconus Northampton.* qui nunc eſt & Succeſſores ſui, ſint deinceps imperpetuum ſeparati; exonerati, & prorſus liberati a Juriſdictione, Poteſtate, Jure, & Auctoritate *Epiſcopi Lincolnienſis* & Succeſſorum ſuorum, ac ab Eccleſia Cathedrali Sancti Hugonis Lincolniæ, ab omnique Jure, Poteſtate, & Auctoritate ejuſdem, ipſumque *Archidiaconum* & Succeſſores ſuos per Præſentes Separamus, Exoneramus, ac imperpetuum Liberamus, eundemque Archidiaconum & Succeſſores ſuos Decernimus, Statuimus, Ordinamus, ac Stabilimus in ſimili Statu, Modo, & Forma, & Jure eſſe, ac deinceps imperpetuum fore in prædicta Eccleſia Cathedrali de Burgo Sancti Petri, quibus Ipſe, aut aliquis Prædeceſſorum ſuorum unquam fuit in Eccleſia Cathedrali Sancti Hugonis Lincolniæ prædicta,

Statuimus etiam & Ordinamus, ac per Præſentes Volumus &



*pum Petriburgenſem* Conſecrare, Ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere & perimplere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio velitis diligenter cum effectu.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quarto Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Licentia Prædicandi.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Ut, Dilectus Nobis, *Simon Clarkſon* Vicarius perpetuus Ec- 1541.
cleſiæ Parochialis de Rotherham Eborum Diœceſis Clericus, qui, *An.* 33.
ſicut accepimus, Baccalaureus in Theologia exiſtit, & Sacrarum *H.* 8.
Literarum Cognitione pollet, Libertate Prædicandi *Verbum Dei* *p.* 9. *m.* 8.
per totum Regnum noſtrum Angliæ frui poſſit & gaudere,

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, & ex certa Scientia & mero Motu noſtris Conceſſimus & Licentiam Dedimus, ac per Præſentes Concedimus & Licentiam Damus præfato *Simoni Clarkſon* quod Ipſe, ex cauſa Prædicationis Verbi Dei, ab Eccleſia Parochiali prædicta & ejus Vicaria perpetua, ad Terminum Decem Annorum a tempore Datæ Præſentium computandorum, abeſſe & ſe abſentare, *ac Verbum Dei & Evangelium Dei* per totum Regnum noſtrum prædictum, *Sermone Latino vel Vulgari* prout audienti Plebi congrue putaverit, Temporibus & Locis ad id convenientibus Prædicare & Concionare, necnon durante Termino Decem Annorum hujuſmodi Fructus, Redditus, & Proventus dictæ Vicariæ ſuæ, proinde ac ſi apud illam perſonaliter & continue reſideret, tempore Abſentiæ ſuæ ab eadem percipere, atque in ſuos & Vicariæ ſuæ hujuſmodi Uſus & Utilitatem convertere & applicare, libere & licite valeat & poſſit, ita quod ipſe *Simon* ad Reſidendum interim in eadem Vicaria ſua neutiquam teneatur, nec ad id a quoquam invitus valeat quavis auctoritate coarctari,

Eo quod expreſſa mentio de valore Annuo aut de certitudine Præmiſſorum hic facta non exiſtit, aut aliquo Actu ſive Statuto noſtro antehac in Parliamento vel aliter in contrarium edito vel impoſterum edendo, aut aliquâ alia Materia, Re, vel Cauſa quacumque in aliquo non obſtantibus;

Proviſo tamen quod dicta Eccleſia de Rotherham & ejus Vicaria perpetua debitis propterea non fraudentur Obſequiis, & Animarum Cura in eiſdem nullatenus negligatur, ſed earumdem congrue ſupportentur Onera conſueta, quodque præfatus *Simon Clarkſon* quater omni Anno (videlicet, unoquoque Quarterio ſemel) Decem Annorum prædictorum, in Eccleſia ſua de Rotherham prædicta, ejus Parochianis & aliis ad eam pro tempore confluentibus, *Verbum & Evangelium Dei* publice prædicet & concionetur, alioquin Conceſſio & Licentia noſtræ prædictæ vacuæ & inanes ſint ac eſſe cenſeantur eo ipſo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo Die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

[illegible], Anno regni ſui triceſimo tertio.

Conſimilia Brevia diriguntur *Archiepiſcopo & Epiſcopis* ſubſcriptis ſub eadem Data, videlicet,

*E. Archiepiſcopo Eborum.*
*E. Epiſcopo London.*
*J. Epiſcopo Exon.*
*T. Epiſcopo Elien.*
*C. Epiſcopo Dunolm.*
*W. Epiſcopo Bathon, & Wellen.*
*R. Epiſcopo Coventr. & Lich.*
*J. Epiſcopo Wigorn.*
*J. Epiſcopo Lincoln.*
*J. Epiſcopo Sarum.*
*R. Epiſcopo Ciceſtren.*
*R. Epiſcopo Karliol.*
*N. Epiſcopo Roffen.*
*S. Epiſcopo Winton.*
*T. Epiſcopo Meneven.*
*W. Epiſcopo Norwicen.*
*R. Epiſcopo Landaven.*
*J. Epiſcopo Herforden.*
*R. Epiſcopo Aſſaven.*
*T. Epiſcopo Weſtm.*
*Epiſcopo Glouceſtr.*
*J. Epiſcopo de Burgo Sancti Petri.*
*J. Epiſcopo Ceſtriæ.*
*Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatus Bangorienſis, ipſa Sede vacante.*

Prædilecto & fideli Conſiliario ſuo *Thomæ Audeley* de Walden Militi Cancellario ſuo Angliæ, Salutem.
Quia, *&c. ut ſupra uſque ibi*, tractatum, *& tunc ſic*,
Vobis in Fide & Ligeantia quibus nobis tenemini, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Conſimilia Brevia diriguntur Perſonis ſubſcriptis ſub eadem Data, videlicet,

Præcariſſimo Conſanguineo ſuo *Thomæ Duci Norffolciæ* Theſaurario Angliæ.
Præcariſſimo Conſanguineo ſuo *Carolo Duci Suffolciæ*, magno Magiſtro Hoſpitii ſui ac Præſidenti Concilii ſui.
Præcariſſimo Conſanguineo ſuo *Henrico Marchioni Dorſetiæ.*
Cariſſimo Conſanguineo ſuo *Willielmo Comiti Arundell*,
C. *Johanni Comiti Oxon.*
C. *Edwardo Comiti Derb.*
C. *Georgio Comiti Huntingdon.*
C. *Roberto Comiti Suſſexiæ*, Magno Camerario Angliæ.
C. *Willielmo Comiti Suthamptoniæ*, Cuſtodi Privati Sigilli ſui.
C. *Franciſco Comiti Salopiæ.*
C. *Henrico Comiti Wigorn.*
C. *Henrico Comiti Cumbr.*
XIV. 738. * C. *Radulpho Comiti Weſtmerl.*
C. *Thomæ Comiti Rutland.*
C. *Henrico Comiti de Bridgewater.*
C. *Edwardo Comiti Hertford*,
C. *Johanni Comiti Bathon.*
*Johanni Domino Ruſſel*, Chivaler Magno Admirallo Angliæ.
*Thomæ Weſt de la Warre*, Chivaler.
*Johanni Domino Mordaunt*, Chivaler.
*Thomæ Domino Wentworth*, Chivaler.
*Thomæ Domino Vaux*, Chivaler.
*Carolo Blunt de Mountjoye*, Chivaler.
*Andreæ Domino Wyndeſore*, Chivaler.
*Henrico Domino Mautravers*, Chivaler.
*Thomæ Stanley de Mounteglc*, Chivaler.
*Willielmo Domino Seynt John*, Chivaler.
*Edwardo Domino Clynton*, Chivaler.
*Thomæ Domino Borough*, Chivaler.
*Willielmo Domino Parr*, Chivaler.
*Gregorio Domino Crumwell*, Chivaler.
*Johanni Tuchet de Audeley*, Chivaler.
*Henrico Morley de Morley*, Chivaler.

*Willielmo Bortman*, Servienti ſuo ad Legem.
*Willielmo Whorwood*, Attornato Domini Regis.
*Henrico Bradſhawe*, Solicitori ſuo.
*Roberto Southwell*, Armigero Magiſtro ſive Cuſtodi Rotulorum Cancellariæ ſuæ.

Rex *Vicecomiti Cornubiæ*, Salutem.
Quia, de aviſamento & aſſenſu Concilii noſtri, pro quibuſdam arduis & urgentibus Negotiis Nos Statum & Defenſionem Regni noſtri Angliæ ac Eccleſiæ Anglicanæ concernentibus, quoddam Parliamentum noſtrum, apud Civitatem noſtram Weſtmonaſterienſem Sextodecimo Die Januarii proximo futuro teneri ordinavimus, & ibidem cum Prælatis, Magnatibus, & Proceribus dicti Regni noſtri Colloquium habere & Tractatum,
Tibi Præcipimus firmiter Injungentes quod, facta Proclamatione in proximo Com. tuo poſt Receptionem hujus Brevis noſtri tenendo de die & loco prædict. duos *Milites Gladiis Cinctos* magis idoneos & diſcretos Comitatus prædicti, & de qualibet *Civitate* Comitatus illius *Duos Cives*, & de quolibet Burgo *Duos Burgenſes*, de diſcretioribus & magis ſufficientibus libere & indifferenter, per illos qui Proclamationi hujuſmodi interfuerint, juxta formam Statutorum inde editorum & proviſorum eligi, & Nomina eorumdem *Militum Civium & Burgenſium* ſic eligendorum, in quibuſdam Indenturis inter te & illos qui hujuſmodi Electioni interfuefuerint inde conficiendis, licet hujuſmodi Eligendi Præſentes fuerint vel Abſentes, inſeri, eoſque ad dictos Diem & Locum venire facias, ita quod iidem *Milites* plenam & ſufficientem Poteſtatem pro ſe & Communitate Comitatus illius, ac dicti *Cives & Burgenſes* pro ſe & Communitatibus Civitatum & Burgorum prædictorum diviſim ab ipſis habeant, ad faciendum & conſentiendum hiis quæ tunc ibidem de communi Conſilio dicti Regni noſtri, favente Domino, contigerint ordinari ſuper Negotiis * antedictis, XIV. 739.
ita quod pro Defectu Poteſtatis hujuſmodi, ſeu propter improvidam Electionem *Militum Civium & Burgenſium* prædictorum, dicta Negotia infecta non remaneant quovis modo.
Nolumus autem quod Tu aut aliquis alius Vicecomes dicti Regni noſtri aliqualiter ſit Electus,
Et Electionem illam in pleno Comitatu tuo factam, diſtincte & aperte, ſub Sigillo tuo & Sigillis eorum qui Electioni illi interfuerint, nobis in Cancellariam noſtram ad dictos Diem & Locum certifices indilate; Remittens Nobis alteram partem Indenturarum prædictarum Præſentibus conſutam, una cum hoc Brevi.
Teſte ut ſupra.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam ſub eadem Data, videlicet,

*Kanc.*
*Midd.*
*Surr.*
*Suſſex.*
*Suthampt.*
*Wilteſ.*
*Somerſ.*
*Dorſ.*
*Devon.*
*Oxon.*
*Berk.*
*Bed.*
*Buk.*
*Eſſex.*
*Hertf.*
*Cantebr.*
*Hunt.*
*Norff.*
*Suff.*
*Northampt.*
*Rotel.*
*Not.*
*Derb.*
*Warr.*
*Leyc.*
*Staff.*
*Salop.*
*Hereford.*
*Wigorn.*
*Lincoln.*
*Eborum.*
*Northumbr.*
*Cumbr.*
*Weſtmerl*,
*Glouc*,

Rex

Digitized by Google

Rex *Conſtabalario Caſtri ſui Doverriæ*, ac Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum vel ejus Locumtenenti, Salutem.

Quia, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Tractatum, *& tunc ſic*,

Vobis in Fide & Ligeantia quibus nobis tenemini injungendo
* XIV. 740. * Mandamus quod, in quolibet Portu Portuum prædictorum *Duos Barones* de melioribus & diſcretioribus Eligi, & Eos ad dictos Diem & Locum venire faciatis, ita quod dicti *Barones* plenam & ſufficientem Poteſtatem pro ſe & Communitate Portus ſui habeant ad Conſentiendum hiis quæ de communi Concilio Regni noſtri Angliæ, favente Domino, contigerint ordinari ſuper Negotiis antedictis, ita quod, pro Defectu Poteſtatis hujuſmodi, ſeu propter improvidam Electionem *Baronum* prædictorum, dicta Negotia infecta non remaneant quoviſmodo, & habeatis ibi Nomina prædictorum *Baronum* & hoc Breve.

Teſte ut ſupra.

Rex *Cancellario ſuo in Comitatu Palatino Lancaſtriæ*, Salutem.

Quia, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Tractatum, *& tunc ſic*,

Vobis Mandamus firmiter Injungentes quod, per Breve noſtrum ſub Sigillo noſtro Comitatus prædicti, detis in Mandatis Vicecomiti noſtro Comitatus prædicti quod, facta Proclamatione in proximo Comitatu ſuo poſt Receptionem hujus Brevis tenendo de die & loco prædictis, *Duos Milites Gladiis cinctos* magis idoneos & diſcretos Comitatus prædicti, & de qualibet Civitate Comitatus illius *Duos Cives*, & de quolibet Burgo *Duos Burgenſes* de diſcretioribus & magis ſufficientibus libere & indifferenter, per illos qui Proclamationi hujuſmodi interfuerint, *&c. ut ſupra uſque ibi* inde conficiendis, ſive hujuſmodi Eligendi præſentes fuerint vel abſentes, inſeri, eoſque ad Diem & Locum venire faciat, ita quod iidem *Milites* plenam & ſufficientem Poteſtatem pro ſe & Communitate Comitatus prædicti, & dicti *Cives & Burgenſes* pro ſe & Communitatibus Civitatum & Burgorum prædictorum diviſim ab ipſis habeant, ad faciendum & conſentiendum hiis quæ tunc ibidem de communi Conſilio dicti Regni noſtri, favente Domino, contigerint ordinari ſuper Negotiis antedictis, ita quod, pro Defectu Poteſtatis hujuſmodi, ſeu propter improvidam Electionem *Militum Civium & Burgenſium* prædictorum, dicta Negotia infecta non remaneant quovis modo,

Nolumus autem quod idem Vicecomes, nec aliquis alius Vicecomes Regni noſtri prædicti aliqualiter ſit Electus,

Et Electionem illam in pleno Comitatu prædicto ſic factam, diſtincte & aperte, ſub Sigillo Comitatus prædicti & Sigillis eorum qui Electioni illi interfuerint, nobis in Cancellariam noſtram ad dictos Diem & Locum certificetis indilate; Remittentes nobis alteram Partem Indenturarum prædictarum Præſentibus conſutam, una cum hoc Brevi.

Teſte ut ſupra.

Rex Dilectis & Fidelibus ſuis *Deputato & Concilio* Villæ ſuæ Caleſiæ, Salutem.

Quia de aviſamento, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Tractatum, *& tunc ſic*,

Vobis Mandamus firmiter Injungentes quod, immediate poſt Receptionem hujus Brevis noſtri, Nominari & Eligi faciatis unum Hominem habilem & diſcretum, Inhabitantem infra Villam noſtram prædictam, ad eundem *Burgenſem* pro Parliamento noſtro prædicto pro Villa prædicta & Marchiis ejuſdem, pro Negotiis in eodem Parliamento agendis, juxta formam cujuſdam Actus in Parliamento noſtro apud Londoniam Tertio Die Novembris Anno Regni noſtri Viceſimo primo, & exinde per diverſas Prorogationes uſq; Weſtmonaſterium quarto Die Februarii Anno Regni noſtri magis idoneum & diſcretum Comitatus prædicti, & de Burgo vocato *le Shere Town* ejuſdem Comitatus *unum Burgenſem* de diſcretioribus & magis ſufficientibus libere & indifferenter, per illos qui Proclamationi illi interfuerint, juxta formam Statuti & Ordinationum inde factorum & editorum eligi, & Nomina eorumdem *Militis & Burgenſis* ſic eligendorum in quibuſdam Indenturis, inter Te & Illos qui hujuſmodi Electioni interfuerint, inde conficiendis, licet hujuſmodi eligendi præſentes fuerint vel abſentes, inſeri, eoſque ad dictos Diem & Locum venire facias, ita quod idem *Miles* plenam & ſufficientem Poteſtatem pro Se & Communitate Comitatus illius, ac *dictus Burgenſis* pro Se & Communitate Burgi prædicti diviſim ab ipſis habeant, ad faciendum & conſentiendum his quæ tunc ibidem, de communi Conſilio dicti Regni noſtri, Favente Domino, contigerint ordinari ſuper Negotiis antedictis,

Ita quod pro Defectu Poteſtatis hujuſmodi, ſeu propter improvidam Electionem *Militis & Burgenſis* prædictorum dicta Negotia infecta non remaneant quovis modo,

Nolumus quod Tu, aut aliquis alius Vicecomes dicti Regni noſtri qualitercumque ſit Electus,

Et Electionem illam in pleno Comitatu tuo factam diſtincte & aperte, ſub Sigillo tuo & Sigillis eorum qui Electioni illi interfuerint, nobis in Cancellariam noſtram ad dictos Diem & Locum certificetis indilate; Remittens nobis alteram Partem Indenturarum prædictarum Præſentibus conſutam, una cum hoc Brevi.

Teſte, &c. ut ſupra.

Conſimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus ſubſcriptis ſub eadem Data, videlicet,

*Radnore.*
*Mountgomery.*
*Cardigan.*
*Penbroke.*
*Glomorgan.*
*Monmouth de Duobus Militibus* in Comitatu, & *Uno Burgenſe* in Burgo de Monmouth.
*Denbigh.*
*Camerthyn.*
*Breknok.*
*Angleſey.*
*Flynt.*

Rex *Vicecomiti Merioneth*, Salutem.

Quia, de aviſamento & aſſenſu Concilii noſtri, pro quibuſdam arduis & urgentibus Negotiis Nos, Statum & Defenſionem Regni noſtri Angliæ ac Eccleſiæ Anglicanæ concernentibus, quoddam Parliamentum noſtrum apud Civitatem noſtram Weſtmonaſterienſem, Sextodecimo Die Januarii proximo futuro teneri ordinamus, & ibidem cum Prælatis, Magnatibus, & Proceribus dicti Regni noſtri Colloquium habere & Tractatum,

Tibi Præcipimus firmiter Injungentes quod, facta Proclamatione in proximo Comitatu tuo poſt Receptionem hujus Brevis noſtri tenendo de Die & Loco prædictis, *unum Militem Gladio cinctum* magis idoneum & diſcretum Comitatus prædicti, de diſcretioribus & magis ſufficientibus libere & indifferenter, per illos qui Proclamationi illi interfuerint, juxta formam Statuti & Ordinationum inde factorum & editorum Eligi, & Nomen ejuſdem *Militis* ſic eligendi, in quibuſdam Indenturis inter Te & illos qui hujuſmodi Electioni interfuerint inde conficiendis, licet hujuſmodi Eligendus præſens fuerit vel abſens, inſeri; Eumque ad dictos Diem & Locum venire facias, ita quod *idem Miles* plenam & ſufficientem Poteſtatem pro Se & Communitate Comitatus illius ab ipſis habeant, ad faciendum & conſentiendum hiis quæ tunc ibidem, de communi Conſilio dicti Regni noſtri, favente Domino, contigerint ordinari ſuper Negotiis antedictis, * XIV. 742.
* Ita quod pro Defectu Poteſtatis hujuſmodi, ſeu propter im-

… ac etiam totum Situm, Fundum, Circuitum, & Præcinctum, ac Eccleſiam ejuſdem Collegii, cum omnibus Debitis, Catallis, & Bonis noſtris mobilibus dicto Collegio noſtro ſpectantia ſive pertinentia aliquo modo, tam ea quæ in præſenti poſſidemus quam ea quæ Obligatione vel alia quacumque de Cauſa Nobis, ratione & Jure dicti Collegii noſtri quoquomodo debentur,

Necnon Maneria noſtra de Ruſſheworth Brettenham & Larlingforth in prædicto Comitatu Norffolciæ, ac etiam Manerium noſtrum de Elvenden in Comitatu Suffolciæ, ac Rectoriam de Ruſſheworthe in prædicto Comitatu Norffolciæ,

Necnon omnia & ſingula Maneria, Dominia, Meſuagia, Gardina, Curtilagia, Tofta, Terras, Tenementa noſtra, Prata, Paſcuas, Paſturas, Boſcos, Subboſcos, Redditus, Reverſiones & Servitia, Molendina, Paſſagia, Feoda Militum, Warda, Maritagia, nativos Villanos cum eorum Sequelis, Communias, Libertates, Curſus, Faldagias, Francheſias, Privilegia, Juriſdictiones, Officia, Curias, Letas, Hundreda, Viſ. Francpleg. Ferias, Mercata, Parcos, Warenna, Vivaria, Aquas, Piſcarias, Vias, Chimina, vacuos Fundos, Advocationes, Patronatus, Nominationes, Præſentationes, & Donationes Rectoriarum, Vicariarum, Capellarum, Cantariarum, Hoſpitalium & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, Rectorias, Vicarias, Cantarias, Penſiones, Portiones, Annuitates, Decimas, Oblationes, & alia omnia & ſingula Emolumenta, Proficua, Poſſeſſiones, Hæreditamenta, & Jura noſtra quæcumque tam infra dictos Comitatus Norffolciæ & Suffolciæ quam alibi infra Regnum Angliæ, Walliæ & Merchias earumdem, eidem Collegio noſtro prædicto quoquomodo ſpectantia, pertinentia, appendentia, ſive incumbentia,

Ac omnia & omnimoda Cartas, Evidentias, Obligationes, Scripta, & Munimenta noſtra quæcumque, nobis ratione & jure dicti Collegii noſtri, ſeu dicto Collegio noſtro Terris vel Tenementis noſtris prædictis, aut cæteris Præmiſſis cum ſuis Pertinentiis, ſeu alicui inde Parcellæ quoquomodo ſpectantia ſive pertinentia,

Habendum Tenendum & Gaudendum *dictum Collegium noſtrum*, ac prædicta Situm, Fundum, Circuitum, & Præcinctum, ac Eccleſiam noſtram prædictam, cum omnibus Debitis Bonis & Catallis noſtris prædictis prædicto Collegio ſpectantibus & pertinentibus, necnon prædicta Maneria de Ruſſheworthe Brettenham & Larlyngforthe, ac Manerium de Elvenden, ac omnia & ſingula Maneria, Dominia, Meſuagia, Terras & Tenementa, Rectorias, Penſiones, Portiones, ac cætera Præmiſſa quæcumque, cum omnibus & ſingulis pertinentiis, præfato Invictiſſimo Principi & *Regi noſtro* prædicto Hæredibus Succeſſoribus & Aſ-

* XIV. 743. ſignatis ſuis, ad * ſolum proprium Opus Uſum & Proficuum ejuſdem Domini Regis Hæredum & Succeſſorum & Aſſignatorum ſuorum imperpetuum;

Cui, ad omnem Juris effectum qui exinde ſequi poterit aut poteſt, prædictum Collegium noſtrum cum omnibus & ſingulis Præmiſſis, ac omnia Jura Nobis qualitercumque acquiſita, ut decet, ſubjicimus & ſubmittimus,

Dantes, Concedentes, ac per Præſentes Damus, Concedimus, Reddimus, Deliberamus & Confirmamus, eidem Regiæ Majeſtati, Hæredibus Succeſſoribus & Aſſignatis ſuis, omnem & omnimodam plenam & liberam Facultatem, Auctoritatem & Poteſtatem dictum Collegium noſtrum, unà cum omnibus & ſingulis Maneriis, Terris & Tenementis, Redditibus, Reverſionibus & Servitiis, ac ſingulis Præmiſſis, cum omnibus ſuis Juribus & pertinentiis quibuſcumque, Diſponendi, & pro ſuo libero Regiæ Voluntatis libito, ad quoſcumque Uſus *Majeſtati ſuæ* placentes Alienandi, Donandi, Commutandi vel Transferendi, ac hujuſmodi Diſpoſitiones, Alienationes, Donationes, Converſiones & Tranſlationes per prædictam *Regiam Majeſtatem* ſuam quovismodo fiendas extunc Ratificamus, Promittentes Nos inſuper Ratum & Gratum ac Firmum perpetuò habituros omnia & ſingula Præmiſſa per Præſentes,

Et, ut omnia & ſingula Præmiſſa ſuum debitum ſortiri valeant

…

Et Memorandum *quod, Die & Anno prædictis venerunt præfati* Magiſter & Confratres *in Domo ſua Capitulari apud Ruſſhworthe prædicta, coram* Samſone Michell *uno Clericorum Cancellariæ dicti Domini Regis, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

---

*De Regio Aſſenſu pro Epiſcopo Bangorenſi.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo*, Salutem. Ann. D. 1541.

Vacante nuper Epiſcopatu Bangorenſi, per Tranſlationem Reverendi Patris *Johannis Birde* ultimi Incumbentis ejuſdem ad Eccleſiam Cathedralem Domini noſtri Civitatis noſtræ Ceſtriæ, nuper ſupremâ & Regiâ noſtrâ Auctoritate Erectam, An. 33. H. 8. Pat. 33. H. 8. p. 3. m. 16.

*Decanus* & *Capitulum* ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis Bangorenſis, Licentiâ a Nobis primitus, ad alium in eorum Epiſcopum & Paſtorem Eligendi, petitâ pariter & obtenta, Dilectum Nobis in Chriſto *Arthurum Bulkeley* Legum Doctorem in Ordine Sacerdotali conſtitutum, in Epiſcopum & Paſtorem Bangorenſem canonicè elegerunt,

* Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, ad eorum humilimam Supplicationem, Regium noſtrum adhibemus Favorem pariter & Aſſenſum, * XIV. 744.

Proptereà Vobis Præcipimus & Mandamus quòd quæ ad veſtrum in hac parte Officium ſpectant, ritè, & in debita ac Canonica forma, ac juxta Leges & Statuta Regni noſtri exequamini & perimpleatis cum Favore.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xi. Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Significavit pro Epiſcopo Bangoren.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ*, eâdem gratiâ, *Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1541.

Cum nuper, vacante Sede Epiſcopali Bangorenſi per Tranſlationem Reverendi Patris *Johannis Birde* ultimi Incumbentis ibidem, ad humilem Supplicationem Dilectorum Nobis *Decani & Capituli* Eccleſiæ Cathedralis Bangorenſis, Eiſdem, per Literas noſtras Patentes, Licentiam conceſſerimus Alium ſibi eligendi in Epiſcopum Loci prædicti & Paſtorem, An. 33. H. 8. Ibid.

Ac iidem *Decanus & Capitulum* prætextu Licentiæ noſtræ prædictæ, Dilectum Nobis in Chriſto *Arthurum Bulkeley* Legum Doctorem in Ordine Sacerdotali conſtitutum, ſibi elegerint in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas ſuas Patentes Communi Sigillo ſuo Sigillatas Nobis inde directas pleniùs apparet,

Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, & hoc vobis, Tenore Præſentium, ſignificamus,

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini firmiter vobis Mandantes, quatenus præfatum *Arthurum Bulkeley Bangorenſem Electum* & Electionem prædictam Confirmare, & eundem *Arthurum Bulkeley in Epiſcopum Bangorenſem* Conſecrare, Ipſumq; prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statuti inde editi & proviſi, velitis diligenter cum effectu.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xii. Die Decembris.

De

Digitized by Google

*Eſcaetori Regis in Com. Carnarvan.*
*Eſcaetori Regis in Com. Angleſe.*
*Eſcaetori Regis in Com. Merioneth.*
*Eſcaetori Regis in Com. Denbigh.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu prædicto quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

### *De Imprimendo Biblia in Vulgari.*

Ann. D. HEnry the Eight, &c. To all Pryntars of Bookes within this
1542. our Realmes, and to all our Officers Miniſters and Subje-
*An.* 33. ctes thies oure Letters herynge or Seinge Gretyng.
*H.* 8. We late you wyt that we, for certayne Cauſes convenyent, of
*Pat.* 33. our Grace eſpeciall, have Gyven and Graunted to our Welbelo-
*H.* 8. *p.* 7. vyd Subject *Antony Marlar* Citezyn and Haberdaſher of our Ci-
*m.* 2. tie of London only to Prynte the BIBLE IN OUR ENGLISHE TONGE, Auctoryſed or hereaftre to be auctoryſed by Us, hymſelfe or his Aſſignes,

And We Command that no maner Perſon withyn thies our Domynyons ſhall Prynte the ſaide Byble, or any parte therof, within the ſpace of Four Yeres next enſuynge the Pryntyng of the ſaid Booke by our ſaide Subject or his Aſſignes, and further we Woll and Commaunde our trewe Subjectes and all Straungers that none preſume to Prynte the ſaide Worke, or breake this our Commandement and Privyledge, as they entende to eſchewe our Punyſhement and highe Diſpleaſure.

In witneſſe whereof, &c.

Witneſſe our ſelf at *Weſtminſter* the xii. Daye of Marche.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Cuſtodia Gladii Guydonis de Warwick conceſſa.*

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1542. Sciatis quod Nos,
*An.* 33. De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu
*H.* 8. noſtris, necnon in conſideratione veri & fidelis Servitii Nobis,
*Ibid. m.* per Dilectum Servientem noſtrum *Edwardum Creſſwell* unum
7. Officiariorum Buttriæ noſtræ indies impenſi & impoſterum impendendi,

Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus eidem *Edwardo* Cuſtodiam de LE GUY WARWIKS SWERDE *infra Caſtrum noſtrum de Warwyke*, quam *Johannes Thoroughgood* Defunctus nuper habuit,

Habendam & Occupandam dictam Cuſtodiam *præfato Edwardo* per Se vel per ſufficientem Deputatum ſive Deputatos ſuos, pro Termino Vitæ ipſius *Edwardi*, una cum Vadiis *Duorum Denariorum* per Diem, habendorum & annuatim percipiendorum de Exitibus Proficuis & Reventionibus dicti Caſtri noſtri, per Manus Receptoris ibidem pro tempore exiſtentis, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimo præterito, durante Vita ſua prædicta,

dis Dominibus, Ædificiis, Ortis, Pomariis, Gardinis, Terra & Solo infra dictum Circuitum & Præcinctum Cantariæ ſive Collegii prædicti, ac etiam omnia & omnimoda Debita, Bona & Catalla noſtra mobilia & immobilia, Nobis præfato *Magiſtro* ſive *Cuſtodi & Capellanis Confratribus* ſive *Sociis*, vel dictæ Cantariæ ſive Collegio noſtro ſpectantia debita ſive pertinentia aliquo modo, tam ea quæ in præſenti poſſidemus quam ea quæ Obligatione vel alia quacumque de cauſa Nobis, ratione & jure Cantariæ ſive Collegii noſtri, quovismodo debentur,

Ac etiam Maneria Dominia ſive Tenementa noſtra de Metyngham, Bromefelde, & Mellys, in dicto Comitatu Suffolciæ cum eorum pertinentiis, ac Maneria Dominia ſive Tenementa noſtra de Periſhall, Howe, Holmehall, & Lynge cum eorum pertinentiis in Comitatu Norffolciæ, una cum Rectoriis de Raveyngham & Norton cum omnibus Terris Glebalibus, Decimis & Proficuis eiſdem Rectoriis earumve alicui pertinentibus ſive ſpectantibus in dicto Comitatu Norffolciæ,

Necnon omnia & ſingula alia Maneria, Dominia, Meſuagia, Molendina, Columbaria, Gardina, Curtilagia, Tofta, Terras, & Tenementa noſtra, Prata, Paſcua, Paſturas, Boſcos, Subboſcos, Reditus, Reverſiones, Servitia, Warda, Maritagia, Relevia, Feoda Militum, nativos Villanos cum eorum Sequelis, Communias, Libertates, Curſus, Faldagias, Francheſias, Privilegia, Juriſdictiones, Officia, Curias Letas, Hundreda, Viſ. Franc. Pleg. Ferias, Mercata, Nundinas, Parcos, Warennas, Stagna, Vivaria, Aquas, Piſcarias, Paſſagia, Vias, Chimina, vacuos Fundos, Sola vacua, Advocationes, Nominationes, Præſentationes, Jus Patronatus, Donationes Rectoriarum, Eccleſiarum, Capellarum, Vicariarum, Cantariarum, Hoſpitalium & aliorum Eccleſiaſticorum Beneficiorum quorumcumque, Rectorias, Vicarias, Cantarias, Terras Glebales, Portiones, Penſiones, Annuitates, Decimas, Oblationes, & alia omnia & ſingula Emolumenta, Proficua, Commoditates, Proprietates, Poſſeſſiones, Hæreditamenta, & Jura noſtra quæcumque, tam Spiritualia quam Temporalia, cujuſcumque Generis, Naturæ, Conditionis, vel Speciei ſint, exiſtant, & quibuſcumque Nominibus cenſeantur appellentur vel dinoſcantur, & in quibuſcumque Villis, Parochiis, Hameletis, vel Locis ſint vel ſunt ſituata jacentia vel exiſtentia, tam infra dictos Comitatus Suffolciæ & Norffolciæ quam alibi infra Regnum Angliæ, Walliæ & Marchiarum earumdem, eidem Cantariæ ſive Collegio noſtro prædicto quoquomodo ſpectantia, pertinentia, appendentia, ſive incumbentia, aut Parcellæ poſſeſſionum ejuſdem Cantariæ ſive Collegii noſtri exiſtentes, aut pro parte vel ut Parcellæ Poſſeſſionum ejuſdem Cantariæ ſive Collegii accepta, reputata, uſitata, habita, vel cognita,

Ac etiam omnia & omnimoda Cartas, Evidentias, Scripta, Obligationes, & Munimenta noſtra quæcumque, nobis ratione &
jure dictæ Cantariæ ſive * Collegii noſtri, ſeu dictæ Cantariæ ſive * XIV.
Collegio noſtro, Terris vel Tenementis noſtris prædictis, ac cæ- 747.
teris Præmiſſis cum ſuis Pertinentiis, aut eorum alicui ſeu alicui inde Parcellæ quoquo modo ſpectantibus ſive pertinentibus,

Habenda Tenenda & Gaudenda *dictam Cantariam* ſive *Collegium noſtrum*, ac prædictum Situm, Fundum, Circuitum, & Præcinctum, ac Eccleſias noſtras prædictas, cum omnibus Debitis Bonis & Catallis noſtris, præfato *Magiſtro* ſive *Cuſtodi* & *Capellanis*, Confratribus ſive Sociis, vel prædictæ Cantariæ ſive Collegio ſpectantia & pertinentia, necnon omnia & ſingula Maneria, Dominia, Meſuagia, Terras & Tenementa, ac cætera Præmiſſa quæcumque, cum omnibus & ſingulis Juribus Membris & pertinentiis, præfato Invictiſſimo Principi & *Regi noſtro* prædicto Hæredibus Succeſſoribus & Aſſignatis ſuis, ad ſolum proprium Opus Uſum & Proficuum ejuſdem Domini Regis Hæredum Succeſſorum & Aſſignatorum ſuorum Imperpetuum,



Ac

Digitized by Google

pertinentiis, præfato *Domino noſtro Regi* Hæredibus Succeſſoribus & Aſſignatis ſuis, ad Uſum prædictum, contra omnes Gentes Warrantizabimus & imperpetuum per Præſentes Defendemus.

In quorum Teſtimonium Nos præfati *Magiſter* ſive *Cuſtos* & *Capellani Confratres* ſive *Socii* huic præſenti Scripto noſtro Nomina noſtra manibus propriis ſubſcripſimus, Sigillumque noſtrum commune appoſuimus.

Dat. apud *Metyngham* in Domo noſtra Capitulari ibidem, octavo Die Aprilis, Anno prædicti Invictiſſimi Principis & Domini noſtri Henrici Octavi Triceſimo tertio.

Et Memorandum *quod, Die & Anno prædictis, venerunt prædicti* Epiſcopus *&* Socii *in Domo ſua Capitulari, apud Metyngham prædictam, coram* Willielmo Petre *uno Clericorum Cancellariæ dicti Domini Regis, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

---

*De Salinis Sancti Ricardi, ad Vitam conceſſis.*

Ann. D. 1542. *An.* 33. *H.* 8. *Pat.* 33. *H.* 8. *p.* 6. *m.* 47. * XIV. 748.

HENRY *the Eighth*, by the Grace of God, &c. Gretyng.

Know Ye that We of our ſpecial Grace and mere Motion to have Geven and Graunted, and by thes Preſents doo Geve and Graunte unto our dayly Oratour and Subject Sir *Richard Cornewall* Clerk, for terme of his naturall Lyef, our *Service of Seynt Richard* within our Church of Seynt Andrewe in Draytewiche within our Countie of Worcetour, with the Profit thereunto * belonging, that is to witt, Foure *Bullaryes of Salte Water*, otherwiſe called *Seynt Richardus Vautes*, lying, and being in oure Salte Well in Upperwiche, and Foure *Markes Sterlings* yerely, to be payed by the Handes of our Bayliffs there for the tyme being, and all other Landes and Profitts,

To Occupie and Enjoye in as large and ample manour and fourme as Sir *Edwarde Lee* Prieſt had it before him.

In witneſs whereof, &c.

Witneſs our ſelf at *Weſtminſter*, the tenth Daye of Aprill.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

¶ ¶ *Pro Anglia Francia & Hibernia Rege, de Surſum redditione Collegii de Wynkfeld.*

Ann. D. 1542. *An.* 34. *H.* 8. *Clauſ.* 34. *H.* 8. *p.* 1. *m.* 38. *dorſ.*

OMnibus Chriſti Fidelibus ad quos hoc præſens Scriptum pervenerit, *Robertus Budd* Clericus Magiſter Collegii ſive Cantariæ in Eccleſia de Wynkfeld in Com. Suffolciæ, & ejuſdem Collegii ſive Cantariæ *Capellani*, Salutem in Auctore Salutis ſempiternam.

Sciatis quod Nos præfati *Magiſter & Capellani*,

Certis de Cauſis ſpecialibus ac urgentibus, Nos noſtrûmque Conſcientias ad præſens non parum moventibus, unanimi noſtro Aſſenſu & Conſenſu, necnon ultraneâ & ſpontaneâ Voluntate noſtrâ liberè & ſponte,

Dedimus Conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ Confirmavimus Excellentiſſimo & Præpotentiſſimo Principi & Domino noſtro *Henrico*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regi Fidei Defenſori*, ac in Terris *Anglicanæ & Hiberniæ Eccleſiæ Supremo Capiti*, ejuſque Nominis *Octavo*, totum *Collegium & Cantariam noſtram prædictam*,

Necnon totum illum Situm, Septum, Circuitum, Ambitum, & Præcinctum ejuſdem Collegii ſive Cantariæ,

cti Domini Regis triceſimo quarto.

---

*De Erectione Epiſcopatus Briſtollienſis.*

Ann. D. 1542. *An.* 34. *H.* 8. *Pat.* 34. *H.* 8. *p.* 10. *m.* 25. * XIV. 749.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum nuper Cœnobium quoddam ſive Monaſterium, quod dum extitit, *Monaſterium Sancti Auguſtini Briſtolliæ* vulgo vocabatur, atque omnia & * ſingula ejus Dominia, Meſuagia, Terræ, Tenementa, Hæreditamenta, Dotationes, & Poſſeſſiones, certis de Cauſis ſpecialibus & urgentibus, per *Morganum ap Gwilliam ap Gwillam* ipſius nuper Cœnobii ſive Monaſterii *Abbatem*, & ejuſdem Loci *Conventum* Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris imperpetuum jamdudum Data fuerunt & Conceſſa, prout per ipſorum nuper *Abbatis & Conventus* Cartam, Sigillo ſuo communi ſive conventuali ſigillatam, & in Cancellariam noſtram irrotulatam, manifeſte liquet,

Quorum prætextu Nos, de ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii Scitu Septu & Præcinctu, ac de omnibus & ſingulis prædictorum nuper *Abbatis & Conventus* Maneriis, Dominiis, Meſuagiis, Terris, Tenementis, Hæreditamentis, Dotationibus, & Poſſeſſionibus, ad præſens pleno Jure ſeiſiti ſumus in Dominico noſtro ut de Feodo,

Nos utique ſic de eiſdem ſeiſiti exiſtentes, Divinaque Nos Clementiâ inſpirante, nihil magis ex animo affectantes quam ut vera Religio, veruſque Dei Cultus inibi non modo non aboleatur, ſed in integrum potius reſtituatur, & ad primitivam ſuæ genuinæ Sinceritatis Normam reformetur, correctiſque Enormitatibus, in quas Monachorum Vita & Profeſſio longo temporum lapſu deplorabiliter exorbitaverat, Operam dedimus, quatenus humana proſpicere poteſt Infirmitas, ut impoſterum ibidem Sacrorum Eloquiorum Documenta & noſtræ Salutiferæ Redemptionis Sacramenta pure adminiſtrentur, bonorum Morum Diſciplina ſincere obſervetur, Juventus in Literis liberaliter inſtituatur, Senectus viribus defectiva, eorum præſertim qui circa Perſonam noſtram vel alioquin circa Regni noſtri Negotia publice bene & fideliter Nobis ſervierint, Rebus ad Victum neceſſariis condigne foveatur, ut denique Elimoſinarum in Pauperes Chriſti Elargitiones, Viarum Pontiumq; Reparationes, & cætera omnis Pietatis generis Officia illinc exuberanter in omnia Vicina Loca longe lateque dimanent, ad Dei Omnipotentis Gloriam, & ad Subditorum noſtrorum Communem Utilitatem felicitatemque,

Idcirco Nos,

Conſiderantes quod Scitus dicti nuper Monaſterii Sancti Auguſtini ſit Locus aptus conveniens & neceſſarius Inſtituendo, erigendo, ordinando, ſtabiliendo quandam Eccleſiam Cathedralem de uno Epiſcopo, & uno Decano Preſbitero, & ſex Præbendariis Preſbiteris, ibidem Omnipotenti Deo omnino & imperpetuum ſervituris,

Ipſum Scitum dicti nuper *Monaſterii Sancti Auguſtini* ac Locum & Eccleſiam ipſius, in *Sedem Epiſcopalem* ac in *Eccleſiam Cathedralem* creari, erigi, fundari, & ſtabiliri Decrevimus, prout per præſentes Decernimus ad eandem Eccleſiam Cathedralem de uno Epiſcopo, & de uno Decano Preſbitero, & ſex Præbendariis Preſbiteris, Tenore Præſentium, realiter & ad plenum Creamus, Erigimus, Fundamus, Ordinamus, Facimus, Conſtituimus, & Stabilimus perpetuis futuris temporibus duraturam, & ſic ſtabiliri ac imperpetuum inviolabiliter obſervari Volumus & Jubemus per præſentes,

Volumus itaque & per præſentes Ordinamus quod Eccleſia Cathedralis prædicta ſit, & deinceps imperpetuum erit *Eccleſia Cathedralis & Sedes Epiſcopalis*,

Ac quòd tota Villa noſtra Briſtolliæ extunc & deinceps imperpetuum ſit *Civitas*, ipſamq; Civitatem Briſtolliæ vocari appellari & nominari Volumus & Decernimus, ac quod totus ille Comitatus noſter Villæ noſtræ Briſtolliæ de cætero imperpetuum erit Comitatus Civitatis noſtræ Briſtolliæ, ac ipſum Comitatum Villæ Briſtolliæ poſthac imperpetuum Comitatum Civitatis no-

Digitized by Google

Curiis & Locis Regnorum, Dominiorum, Juriſdictionum & Poteſtatum noſtrorum quorumcumque ac Hæredum & Succeſſorum noſtrorum & alibi, in & ſuper omnibus & ſingulis Cauſis, Actionibus, Sectis, Brevibus, Querelis, & Demandis, realibus perſonalibus & mixtis, tam Temporalibus quàm Spiritualibus, & in omnibus aliis Rebus Cauſis & Materiis quibuſcumque,

Et quòd per idem Nomen Maneria, Dominia, Terras, Tenementa, Rectorias, Penſiones, Portiones, & alia quæcumque Hæreditamenta, Poſſeſſiones, Proficua, & Emolumenta, tam Spiritualia ſive Eccleſiaſtica quàm Temporalia & alia quæcumque, per Literas Patentes vel aliter *præfato Epiſcopo Briſtolliæ* & Succeſſoribus ſuis, per Nos ſeu Hæredes noſtros debito modo fiendas, vel per quamcumque aliam Perſonam ſeu quaſcumque alias Perſonas, ſecundum Leges noſtras & Hæredum ſive Succeſſorum noſtrorum danda ſeu concedenda, capere, recipere, gaudere & perquirere, ac dare, alienare, & dimittere poſſit & poſſint, valeat & valeant, & generaliter omnia alia & ſingula recipere, perquirere, gaudere & facere, prout & eiſdem modo & formâ quibus cæteri Epiſcopi infra Regnum noſtrum Angliæ recipere aut facere poſſint aut poterunt, aut aliquis alius Epiſcopus infra Regnum noſtrum Angliæ recipere aut facere poſſit aut potuit, & non aliter nec ullo alio modo,

Et ulterius Volumus & Ordinamus quòd Eccleſia Cathedralis prædicta ſit & deinceps imperpetuum erit *Eccleſia Cathedralis & Sedes Epiſcopalis* dicti *Pauli nunc Epiſcopi Briſtolliæ* & Succeſſorum ſuorum Epiſcoporum Briſtolliæ, ipſamq; Eccleſiam Cathedralem Honoribus Dignitatibus & Inſigniis Sedis Epiſcopalis per præſentes Decoramus, eandemque Sedem Epiſcopalem præfato *Paulo nunc Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Briſtolliæ Damus & Concedimus per Præſentes, Habendam & Gaudendam eidem *Paulo Epiſcopo Briſtolliæ* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Briſtolliæ imperpetuum,

Ac etiam Volumus & Ordinamus per Præſentes quòd præfatus *Paulus nunc Epiſcopus* & Succeſſores ſui Epiſcopi Briſtolliæ prædictæ, omnimodas Juriſdictionem, Poteſtatem, & Auctoritatem ordinariam & Epiſcopalem infra prædictam Eccleſiam Cathedralem, & prædictam Diœceſim exercere, facere & uti poſſit & debeat, poſſint aut debeant, cum omnibus & omnimodis Emolumentis, Commoditatibus, & Proficuis quibuſcumque, ratione Juriſdictionis ſeu Dignitatis prædictarum, infra Diœceſim prædictam contingentibus, provenientibus ſeu provenire debentibus, & tam amplis modo & formâ prout dicti *Epiſcopi Sarum, Wellen. ſive Bathon. Wigorn. & Glouceſtr.* aut eorum aliquis, aut aliquis vel aliqui Prædeceſſorum ſuorum infra dictam Diœceſim Briſtolliæ habuerunt, tenuerunt, vel gaviſi fuerunt, habuit, tenuit, vel gaviſus fuit, ſeu habere, tenere, vel gaudere debuerunt aut debuit. ac prout aliquis alius Epiſcopus in hoc Regno noſtro Angliæ infra Diœceſim ſuam ſecundùm Leges noſtras exercere facere & uti ſolet poſſit aut debet,

Et quòd dictus *Paulus nunc Epiſcopus* & Succeſſores ſui Epiſcopi Briſtolliæ, deinceps imperpetuum habeant Sigillum auctenticum ſeu Sigilla auctentica pro Rebus & Negotiis ſuis agendis ſerviturum, ad omnem Juris effectum, ſimilibus modo & forma & non aliter nec aliquo alio modo quàm alii Epiſcopi aliarum Eccleſiarum Cathedralium infra hoc Regnum noſtrum Angliæ habent aut habere poſſint, ſeu eorum aliquis habet aut habere poteſt, aut quoviſmodo potuit,

Et inſuper, volentes Commoditati dicti nunc *Epiſcopi* & Succeſſorum ſuorum uberius provideri, Sciatis quòd Nos, de Gratia
* XIV. 751. noſtra ſpeciali, ac ex * certa Scientia & mero Motu noſtris, Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus, dicto *Paulo Buſhe Epiſcopo Briſtolliæ* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Briſtolliæ ...

Et *Georgium Dogeon* ſacræ Theologiæ Profeſſorem, ſextum Presbiterum Præbendarium prædictæ Eccleſiæ Cathedralis, Tenore Præſentium Facimus, Conſtituimus, & Ordinamus per Præſentes,

Volumus etiam & Ordinamus, ac eiſdem *Decano* & *Præbendariis* Concedimus per Præſentes, quòd prædicti *Decanus* & *Sex Præbendarii* de cætero ſint de ſe in Re & Nomine unum *Corpus Corporatum*, habeantque Succeſſionem perpetuam, & ſe gerent exhibebunt & occupabunt ſecundùm Ordinationem Regulas & Statuta Eis, per Nos, in quadam Indentura impoſterum fienda, ſpecificanda & declaranda,

Et quòd præfati *Decanus & Præbendarii* & Succeſſores ſui, *Decanus & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Briſtolliæ* imperpetuum vocabuntur & appellabuntur, & quòd præfati *Decanus* & *Præbendarii* Eccleſiæ Cathedralis prædictæ & Succeſſores ſui ſint & imperpetuùm erunt *Capitulum Epiſcopatus Briſtolliæ prædictæ*, ſitque idem *Capitulum* præfato *Paulo nunc Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Briſtolliæ, perpetuis futuris temporibus annexum, incorporatum & unitum, eiſdem modo & formâ quibus *Decanus* & *Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sarum annexum incorporatum & unitum exiſtit, ipſoſque *Decanum* & *Præbendarios* unum *Corpus Corporatum* in Re & Nomine Facimus, Creamus & Stabilimus, ac eos pro uno Corpore Facimus, Declaramus, Ordinamus & Acceptamus, habeantque Succeſſionem perpetuam,

Et quòd ipſi *Decanus* & *Capitulum* eorumque Succeſſores per Nomen *Decani & Capituli Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Briſtolliæ* Proſequi Clamare & Placitare poſſint & Implacitari, Defendere & Defendi, Reſpondere & Reſponderi, in quibuſcumq; Curiis & Locis Regnorum noſtrorum, Dominiorum Juriſdictionum & Poteſtatum noſtrarum quarumcumque & alibi, in & ſuper omnibus & ſingulis Cauſis, Actionibus, Sectis, Demandis, Brevibus, & Querelis realibus perſonalibus & mixtis, tam Spiritualibus quàm Temporalibus, & in omnibus aliis Rebus, Cauſis, & Materiis quibuſcumque, prout *Decanum & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sarum agere aut facere poſſint,

Et per idem Nomen Maneria, Dominia, Meſuagia, Terras, Tenementa, & cætera quæcumq; Hæreditamenta, Poſſeſſiones, Proficua, & Emolumenta quæcumque, tam Spiritualia ſive Eccleſiaſtica quàm Temporalia & alia quæcumq; per Nos * per Li- * XIV. 752.
teras noſtras Patentes Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, ſeu per aliquam aliam Perſonam vel Perſonas quaſcumque, Eis & Succeſſoribus ſuis vel aliter ſecundum Leges noſtras vel Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum Danda ſeu Concedenda, capere, recipere, & perquirere, dare, alienare, & dimittere, ac facere & exequi poſſint, aut poſſet, prout & eiſdem modo & formâ quibus *Decanus & Capitulum* prædictæ Eccleſiæ Cathedralis Sariſburienſis recipere, perquirere, dare, alienare, & dimittere, ac facere & exequi poſſint, & non aliter neque alio modo,

Et quod *Decanus & Capitulum* dictæ Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Briſtolliæ & Succeſſores ſui imperpetuum habebunt Commune Sigillum, ad omnimodas Cartas, Evidentias, & cætera Scripta vel Facta ſua fienda, Eos vel Eccleſiam Cathedralem prædictam aliquo modo tangentia ſive concernentia, ſigillandum,

Et inſuper Volumus & per præſentes Concedimus ac Ordinamus quod prædictus *Epiſcopus Briſtolliæ* & quilibet Succeſſorum ſuorum pro tempore exiſtens, & prædicti *Decanus & Capitulum* dictæ Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Briſtolliæ, & quilibet Succeſſorum ſuorum habeant plenariam Poteſtatem & Facultatem faciendi, recipiendi, dandi, alienandi, dimittendi, exequendi, & agendi omnia & ſingula quæ *Epiſcopus Sarum*

*& Capitulum*, ac in eorum Succeſſores modo & forma præmiſſis,

Habenda Tenenda & Gaudenda prædicta Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum ſupradicti nuper Monaſterii, una cum omnibus Juribus, antiquis Privilegiis, Libertatibus, & liberis Conſuetudinibus ſupradictis, ac cum prædicta Eccleſia, Capellis, Plumbis, Campanis, Campanilibus, Clauſtris, Dormitoriis, Tectis, Refectoriis, Cœmiteriis, Meſuagiis, Domibus, Ædificiis, Curtilagiis, Ortis, Pomariis, Gardinis, Stagnis, Vivariis, Terris, & Territoriis, Septis & Solo infra dictum Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, ſimul cum prædictis Vaſibus, Jocalibus, Ornamentis, Bonis, Catallis, & Implementis ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii, ac cum cæteris omnibus & ſingulis Præmiſſis ſuperius ſpecificatis cum ſuis pertinentiis (Exceptis Præexceptis) præfatis *Decano & Capitulo* dictæ Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Briſtolliæ & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, Tenenda de Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris in liberam puram & perpetuam Eleemoſinam.

Volumus etiam & per Præſentes Concedimus præfato *Decano & Capitulo* dictæ Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Briſtolliæ & Succeſſoribus ſuis, quod *Decanus* Eccleſiæ Cathedralis, pro tempore exiſtens, omnes & ſingulos inferiores

• XIV. 753.

ejuſdem * Eccleſiæ Cathedralis Officiarios & Miniſtros, ac alias ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis quaſcumque Perſonas prout Caſus ſeu Cauſa exiget, faciet, conſtituet, admittet, & acceptabit, de tempore in tempus imperpetuum, & eos & eorum quemlibet ſic admiſſos vel admiſſum, ob Cauſam legitimam non ſolum corrigere ſed etiam deponere, & ab eadem Eccleſia Cathedrali amovere & expellere poſſit & valeat, ſalvis Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris Titulo Jure & Auctoritate *Decanos Præbendarios*, & omnes Pauperes ex liberalitate noſtra ibidem viventes, de tempore in tempus Nominandi, Aſſignandi, & Præficiendi qualitercumque & quotienſcumque Eccleſia Cathedralis prædicta de *Decano Præbendariis* vel Pauperibus prædictis vel eorum aliquo, per Mortem vel aliter vacare contigerit, per Literas noſtras Patentes de tempore in tempus Nominare, Ordinare, Præficere & Præſentare, aliquo in Præſentibus ſupraſcripto in contrarium inde non obſtante,

Volumus etiam & Ordinamus, ac per Præſentes Statuimus quod *Archidiaconus Dorſetiæ* qui nunc eſt & Succeſſores ſui, deinceps imperpetuum ſint ſeparatim exonerati & prorſus liberati a Juriſdictione, Poteſtate, Jure, & Auctoritate *Epiſcopi Sarum* & Succeſſorum ſuorum ac ab Eccleſia Cathedrali Sariſburienſi, ab omnique Jure, Poteſtate, & Auctoritate ejuſdem, ipſumque *Archidiaconum* & Succeſſores ſuos per Præſentes Separamus, Exoneramus, ac penitus imperpetuum Liberamus, eundemque Archidiaconum & Succeſſores ſuos Decernimus, Statuimus, Ordinamus, & Stabilimus in ſimili Statu, Forma, & Jure eſſe, ac deinceps imperpetuum fore, in prædicta Eccleſia Cathedrali Sanctæ & Individuæ Trinitatis Briſtolliæ, quibus Ipſe, aut aliquis Prædeceſſorum ſuorum unquam fuit in Eccleſia Cathedrali Sariſburienſi prædicta,

Statuimus etiam & Ordinamus, ac per Præſentes Volumus & Concedimus quod prædictus *Paulus Epiſcopus Briſtolliæ*, & Succeſſores ſui Epiſcopi Briſtolliæ, habeant teneant & poſſideant in omnibus & per omnia Auctoritatem, Poteſtatem, Jus, & Juriſdictionem de in & ſuper Archidiaconatu Dorſetiæ, & Archidiacono ejuſdem qui nunc eſt & Succeſſoribus ſuis, tam plene & integre ad omnem effectum, quam Epiſcopus Sarum qui nunc eſt, aut aliquis Prædeceſſorum ſuorum habet aut habuit, ſeu habere debuit vel uſus fuit,

Volumus etiam & per Præſentes Concedimus tam *præfato Epiſcopo* quam *Decano & Capitulo* quod habeat & habebit, habeant & habebunt, has Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine ſeu

---

### * *De Scripto Religioſorum de Heigham Ferris.*

• XIV. 754.

Ann. D. 1542. An. 34. H. 8. Clauſ. 34. H. 8. p. 2. m. 4. dorſ.

OMnibus, &c. *Robertus Goldſon* Magiſter ſive Cuſtos Collegii Beatæ Mariæ Virginis *Sancti Thomæ Martiris & Sancti Edwardi Confeſſoris de Heigham Ferers* Comitatu Northamptoniæ, & ejuſdem Collegii *Socii* ſive *Confratres* Salutem, &c.

Noveritis, &c.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus Sigillum noſtrum Commune apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari Decimo octavo Die Julii, Anno Regni dicti Domini noſtri Regis Triceſimo quarto.

ET MEMORANDUM, *quod, Die & Anno prædictis, venerunt præfati* Socii & Confratres *coram* Willielmo Peter *uno Clericorum Cancellariæ dicti Domini Regis in Domo ſua Capitulari apud Heigham Ferers, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

---

### *De Erectione Epiſcopatus Oxonienſis.*

Ann. D. 1542. An. 34. H. 8. Pat. 34. H. 8. p. 6. m. 9.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum nuper, *Cœnobium* quoddam ſive *Monaſterium* quod, dum extitit, *Monaſterium beatæ Mariæ de Oſneia* vulgo vocabatur, atque omnia & ſingula ejus Maneria, Dominia, Meſuagia, Terræ, Tenementa, Hæreditamenta, Donationes, & Poſſeſſiones, certis de Cauſis ſpecialibus & urgentibus, per *Robertum* ipſius nuper Cœnobii ſive Monaſterii *Abbatem*, & ejuſdem Loci *Conventum* Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris imperpetuum jamdudum Data fuerunt & Conceſſa, prout per ipſorum nuper *Abbatis & Conventus* Cartam, Sigillo ſuo communi ſive conventuali ſigillatam, & in Cancellariam noſtram irrotulatam, manifeſte liquet,

Quorum prætextu Nos, de ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii Scitu Septu & Præcinctu, ac de omnibus & ſingulis prædictorum nuper *Abbatis & Conventus* Maneriis, Dominiis, Meſuagiis, Terris, Tenementis, Hæreditamentis, Dotationibus, & Poſſeſſionibus, ad præſens pleno Jure ſeiſiti ſumus in Dominico noſtro ut de Feodo,

Nos utique ſic de eiſdem ſeiſiti exiſtentes, Divinaque Nos Clementia inſpirante, nihil magis ex animo affectantes quam ut vera Religio, veruſque Dei Cultus inibi non modo non aboleatur, ſed in integrum potius reſtituatur, ad primitivam ſuæ genuinæ Sinceritatis Normam reformetur, correctiſque Enormitatibus, in quas Monachorum Vita & Profeſſio longo temporum lapſu deplorabiliter exorbitaverat, Operam dedimus, quatenus humana proſpicere poteſt Infirmitas, ut impoſterum ibidem Sacrorum Eloquiorum Documenta & noſtræ Salutiferæ Redemptionis Sacramenta pure adminiſtrentur, bonorum Morum Diſciplina ſincere obſervetur, Juventus in Literis liberaliter inſtituatur, Senectus viribus defectiva, eorum præſertim qui circa Perſonam noſtram vel alioquin circa Regni noſtri Negotia publice bene & fideliter Nobis ſervierint, Rebus ad Victum neceſſariis condigne foveatur, ut denique Elimoſinarum in Pauperes Chriſti E largitiones, Viarum Pontiumq; Reparationes, & cætera omnis Pietatis generis Officia illinc exuberanter in omnia Vicina Loca longe lateque dimanent, ad Dei Omnipotentis Gloriam, & ad Subditorum noſtrorum Communem Utilitatem felicitatemque,

Idcirco Nos,

Conſiderantes quod Scitus dicti nuper Monaſterii ſcituatus & exiſtens

Succeſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium, Separamus, Dividimus, Eximimus, Exoneramus, & omnino per Præſentes Liberamus, ac omnem Juriſdictionem Epiſcopalem infra eandem *Civitatem* & *Comitatum* Oxoniæ *Epiſcopo Oxonienſi*, a Nobis per has Literas noſtras Patentes Nominando & Eligendo, & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis, ac prædicto Epiſcopatui Oxonienſi Adjungimus & Unimus, ac ex dictis Civitate & Comitatu *Diœceſim* Facimus & Ordinamus per Præſentes, illamque DIOCÆSIM OXONIENSEM imperpetuum ſimiliter vocari, appellari, nuncupari, & nominari volumus & ordinamus;

Et ut hæc noſtra Intentio debitum & uberiorem ſortiatur effectum, Nos, de Scientia, Moribus, Probitate, & Virtute Dilecti noſtri Capellani *Roberti Kyng* Rovenſis Epiſcopi ac Sacræ Theologiæ Profeſſoris plurimum confidentes, eundem *Robertum Kyng* ad Epiſcopatum dictæ Sedis Oxoniæ Nominamus & Eligimus, ac ipſum *Robertum Epiſcopum Oxonienſem* per Præſentes Eligimus, Nominamus Facimus & Creamus,

Et volumus ac per Præſentes Concedimus & Ordinamus quod *idem Epiſcopus* ſit *Corpus Corporatum* in Re & Nomine, ipſumque pro uno Corpore Declaramus, Acceptamus, Ordinamus, Facimus, & Conſtituimus imperpetuum, habeatque Succeſſionem perpetuam, ac quod Ipſe & Succeſſores ſui per Nomen & ſub Nomine *Epiſcopi Oxonienſis* nominabitur & vocabitur nominabuntur & vocabuntur imperpetuum,

Et quod Ipſe & Succeſſores ſui per idem Nomen & ſub eo Nomine Proſequi, Clamare, & Placitare ac Implacitari, Defendere & Defendi, Reſpondere & Reſponderi, in quibuſcumque Curiis & Locis Regni noſtri, ac Dominiorum Juriſdictionum & Poteſtatum noſtrorum quorumcumque ac Hæredum & Succeſſorum noſtrorum & alibi, in & ſuper omnibus & ſingulis Cauſis, Actionibus, Sectis, Brevibus, Demandis & Querelis realibus perſonalibus & mixtis, tam Temporalibus quam Spiritualibus, & in omnibus aliis Rebus Cauſis & Materiis quibuſcumque,

Et quod per idem Nomen Maneria, Dominia, Meſuagia, Terras, Tenementa, Rectorias, Penſiones, Portiones, & alia quæcumq; Hæreditamenta, Poſſeſſiones, Proficua, & Emolumenta, tam Spiritualia ſive Eccleſiaſtica quam Temporalia & alia quæcumque, per Literas Patentes vel aliter *præfato Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis, per Nos ſeu Hæredes noſtros debito modo fiendas, vel per quamcumq; aliam Perſonam ſeu quaſcumq; alias Perſonas, ſecundum Leges noſtras & Hæredum ſive Succeſſorum noſtrorum danda ſeu concedenda, capere, recipere, gaudere & perquirere, ac dare, alienare, & dimittere poſſit & poſſint, valeat & valeant, & generaliter omnia alia & ſingula recipere, gaudere & facere, prout & eiſdem modo & forma quibus cæteri Epiſcopi infra Regnum noſtrum Angliæ recipere aut facere poſſint aut potuerunt aut aliquis Epiſcopus infra Regnum noſtrum Angliæ recipere aut facere poſſit aut potuit, & non aliter nec ullo alio modo,

Et ulterius Volumus & Ordinamus quod Eccleſia Cathedralis prædicta ſit, & deinceps imperpetuum erit *Eccleſia Cathedralis & Sedes Epiſcopalis* dicti * *Roberti nunc Epiſcopi* & Succeſſorum ſuo-
* XIV. 756. rum Epiſcoporum Oxonienſium, ipſamq; Eccleſiam Cathedralem Honoribus Dignitatibus & Inſigniis Sedis Epiſcopalis per præſentes Decoramus, eandemque Sedem Epiſcopalem præfato *Roberto* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Oxoniæ Damus & Concedimus per Præſentes, Habendam & Gaudendam eidem *Roberto* & Succeſſoribus ſuis imperpetuum,

Ac etiam Volumus & Ordinamus per Præſentes quòd præfatus *Robertus* & Succeſſores ſui Epiſcopi Oxoniæ prædictæ, omnimodas Juriſdictionem, Poteſtatem, & Auctoritatem ordinariam & Epiſcopalem infra prædictam Eccleſiam Cathedralem Oxoniæ,



non ultra, ita quod dicta Manſio ſive Domus ac cætera Præmiſſa vulgariter nuncupata *Glouceſtre College* de cætero abhinc ſint & eſſe cenſeantur & appellentur MANSIO HABITACULUM ſeu PALATIUM *dicti nunc Epiſcopi Oxonienſis* & Succeſſorum ſuorum Epiſcoporum Oxonien.

Proviſo tamen ſemper quòd hæc noſtra Conceſſio & Diœceſis Limitatio, nec aliquid in eiſdem contentum ſeu ſpecificatum, implicitè aut expreſsè aliqualiter ſe extendat vel cedat in Derogationem Præjudicium ſive Detrimentum *Cancellarii & Scolarium Univerſitatis noſtræ Oxoniæ*, nec aliquorum Præpoſitorum, Magiſtrorum, Gardianorum, aut aliorum Gubernatorum alicujus Collegii Aulæ ſive alterius Domûs cujuſcumque in Univerſitate prædicta vel eorum alicujus, aut Succeſſorum eorum ſeu Succeſſorum eorum alicujus, quocumque Nomine ſeu quibuſcumq; Nominibus cenſeantur ſeu cognoſcantur, nec in Præjudicium ſeu Derogationem alicujus exemptæ vel peculiaris Juriſdictionis aut Poteſtatis aliquibus Archiepiſcopis vel Epiſcopis, ratione aut virtute Fundationis Dotationis ſive Erectionis alicujus Collegii Aulæ ſive Domûs in Academia prædicta, ſpectantium aut pertinentium, ſed quòd prædicti Archiepiſcopi & Epiſcopi, Cancellarius, Magiſtri, Præpoſiti, Gardiani, & cæteri Gubernatores & Scolares prædicti & eorum quilibet, & Succeſſores ſui & Succeſſores eorum cujuſlibet, (*Epiſcopo Lincolnienſi* & Succeſſoribus ſuis tantummodò Exceptis) habebunt tenebunt & gaudebunt, ac habere tenere & gaudere valeant & poſſint omnia & omnimoda Privilegia, Juriſdictiones, Exemptiones, Francheſias, & cætera Jura & Commoditates quæcumque, quæ ante hæc tempora habuerunt tenuerunt vel gaviſi fuerunt, aut eorum aliquis habuit tenuit vel gaviſus fuit ratione aut modo quocumque, & quòd dictus *Epiſcopus Lincolnienſis* & Succeſſores ſui, habebunt omnem & omnimodam Juriſdictionem & Poteſtatem * infra Collegia vocata *Lincolne Colle-* * XIV.
*ge*, *Oryall College*, *Braſen Noſe & Baylyole*, quæ antehac idem 757.
*Epiſcopus* aut Prædeceſſores ſui, ſive eorum aliquis, ratione Fundationis vel Dotationis eorumdem Collegiorum ſeu eorum alicujus, habuerunt tenuerunt vel excercuerunt, habuit tenuit vel excercuit,

Ulterius verò, ut Eccleſia Cathedralis prædicta de Perſonis congruis in ſingulis Locis & Gradibus ſuis perimpleatur & decoretur,

Dilectum Nobis *Johannem London* Legum Doctorem, primum originalem & modernum *Decanum* prædictæ Eccleſiæ Cathedralis,

Ac *Alexandrum Belſyre* in Artibus Magiſtrum, primum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Thomam Daye* in Legibus Baccalaurium, ſecundum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Willielmum Heynes* ſacræ Theologiæ Profeſſorem, tertium Presbiterum Præbendarium,

Ac *Richardum Beſyley* ſacræ Theologiæ Profeſſorem, quartum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Johannem Dyer* in Artibus Magiſtrum, quintum Presbiterum Præbendarium,

Ac *Gervaſium Lynche* in Artibus Magiſtrum, ſextum Presbiterum Præbendarium prædictæ Eccleſiæ Cathedralis, Tenore Præſentium Facimus Conſtituimus & Ordinamus per Præſentes,

Volumus etiam & Ordinamus, ac eiſdem *Decano* & *Præbendariis* Concedimus per Præſentes, quòd prædicti *Decanus* & *Sex Præbendarii* de cætero ſint de ſe in Re & Nomine unum *Corpus Corporatum*, habeantque Succeſſionem perpetuam, & ſe gerent exhibebunt & occupabunt ſecundùm Ordinationem Regulas & Statuta Eis per Nos, in quadam Indentura impoſterùm fienda, ſpecificanda & declaranda,



Et

Succeſſoribus ſuis vel aliter ſecundum Leges noſtras vel Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum Danda ſeu Concedenda, capere, recipere, & perquirere, dare, alienare, & dimittere, poſſint & valeant, & generaliter omnia alia & ſingula capere, perquirere, dare, alienare, & dimittere, ac facere & exequi, prout & eiſdem modo & formâ quibus *Decanus & Capitulum* prædictæ Eccleſiæ Cathedralis Beatæ Mariæ in Civitate noſtra Lincolniæ capere, recipere, perquirere, dare, alienare, & dimittere, ac facere & exequi poſſint, & non aliter neque aliquo alio modo,

Et quòd *Decanus & Capitulum* dictæ Eccleſiæ Cathedralis Chriſti & Beatæ Mariæ Virginis Oxoniæ & Succeſſores ſui imperpetuum habebunt Commune Sigillum, ad omnimodas Cartas, Evidentias, & cætera Scripta vel Facta ſua fienda, Eos vel Eccleſiam Cathedralem aliquo modo tangentia ſive concernentia, ſigillandum,

* XIV. 758. * Et inſuper Volumus & per Præſentes Concedimus ac Ordinamus quòd prædictus *Epiſcopus*, & quilibet Succeſſorum ſuorum pro tempore exiſtens, & prædicti *Decanus & Capitulum* dictæ Eccleſiæ Cathedralis Chriſti & Beatæ Mariæ Virginis Oxoniæ, & quilibet Succeſſorum ſuorum habeant plenariam Poteſtatem & Facultatem faciendi, recipiendi, dandi, alienandi, dimittendi, exequendi, & agendi omnia & ſingula quæ *Epiſcopus Lincolniæ & Decanus & Capitulum* Beatæ Mariæ Lincolniæ conjunctim aut diviſim facere, recipere, dare, alienare, dimittere, exequi aut agere poſſint,

Et quia volumus dictam Eccleſiam Cathedralem Chriſti & Beatæ Mariæ Virginis Oxoniæ, ad Laudem & Honorem Dei, honorifice Dotari, de ampliori Gratia noſtra Dedimus & Conceſſimus, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris per Præſentes, Damus & Concedimus præfatis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Chriſti & Beatæ Mariæ Virginis Oxoniæ, totum prædictum Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum dicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii, cum omnibus antiquis Privilegiis, Libertatibus, & liberis Conſuetudinibus ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii, ac totam Eccleſiam prædictam, unà cum omnibus Capellis, Campanis, Campanilibus, Clauſtris, Dormitoriis, Tectis, Refectoriis, Cœmiteriis, Meſuagiis, Domibus, Ædificiis, Curtilagiis, Ortis, Pomariis, Gardinis, Stagnis, Vivariis, Rivolis, Piſcariis, Piſcationibus, & cæteris omnibus Locis, Terris, & Territoriis infra eundem Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum, & Præcinctum prædicti nuper Cœnobii ſive Monaſterii exiſtentibus, & quæ ut Pars Partes vel Parcellæ ejuſdem nuper Scitûs ſive Monaſterii communiter fuerunt reputatæ cognitæ ſeu æſtimatæ, quæ nuper fuerunt prædictorum nuper *Abbatis & Conventus* in Jure prædicti nuper Monaſterii prædicti, ſimul cum omnibus & omnimodis Juribus, Vaſibus, Jocalibus, Ornamentis, Bonis, Catallis, & Implementis ejuſdem nuper Cœnobii ſive Monaſterii cum ſuis pertinentiis,

Exceptis tamen ſemper Reſervatis ac omnino Salvis dicto nunc Epiſcopo Oxon. & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Oxoniæ, toto illo Prato vocato *Fullinginglham* continenti per æſtimationem 4 Acras, jacenti & exiſtenti in Parochia Sancti Nicholai in Oſney, infra Scitum ſeu Præcinctum dicti nuper Monaſterii de Oſney, & eidem nuper Monaſterio dudum ſpectante nuper & pertinente, ac etiam exceptâ totâ illâ primâ veſturâ unius Prati vocati *le Hurſt* continentis per Eſtimationem Quindecim Acras, jacentis & exiſtentis in eadem Parochia, infra eundem Scitum Septum ſeu Præcinctum ejuſdem nuper Monaſterii, ac eidem nuper Monaſterio dudum ſpectante & pertinente, Exceptâ etiam dictâ Juriſdictione Epiſcopali in dictam Eccleſiam Cathedralem Chriſti & Beatæ Mariæ Virginis, ac in dictum ejuſdem Loci *Decanum & Capitulum*, ac in eorum Succeſſores modo & formâ præmiſsâ.

Habenda Tenenda & Gaudenda prædicta Scitum, Septum, Circuitum, Ambitum & Præcinctum ſupradicti nuper Monaſterii, unà cum omnibus Juribus antiquis, Privilegiis, Libertatibus, & liberis Conſuetudinibus ſupradictis, ac cum prædicta Eccleſia, ſtante,

Volumus etiam & Ordinamus, ac per præſentes Statuimus quod *Archidiaconus Oxoniæ* qui nunc eſt & Succeſſores ſui, deinceps imperpetuum ſint ſeparati exonerati & prorſus liberati a Juriſdictione, Poteſtate, Jure, & Auctoritate *Epiſcopi Lincolnienſis* & Succeſſorum ſuorum, ac ab Eccleſia Cathedrali Beatæ Mariæ Lincolniæ, ab omnique Jure, Poteſtate, & Auctoritate ejuſdem, ipſumque *Archidiaconum* & Succeſſores ſuos per præſentes Separamus, Exoneramus, ac penitus imperpetuum Liberamus, eundemque Archidiaconum & Succeſſores ſuos Decernimus, Statuimus, Ordinamus, & Stabilimus, in ſimili Statu, Modo, Forma, & Jure eſſe, ac deinceps imperpetuum fore, in prædicta Eccleſia Cathedrali Chriſti & Beatæ Mariæ Virginis Oxoniæ, quibus Ipſe, aut aliquis Prædeceſſorum ſuorum unquam fuit in Eccleſia Cathedrali Beatæ Mariæ Virginis Lincolniæ prædictæ,

Statuimus etiam & Ordinamus, ac per præſentes Volumus & Concedimus quod prædictus *Robertus nunc Oxoniæ Epiſcopus*, & Succeſſores ſui Epiſcopi Oxoniæ, habeant teneant & poſſideant in omnibus & per omnia Auctoritatem Poteſtatem, Jus, & Juriſdictionem de in & ſuper Archidiaconatu Oxoniæ & *Archidiacono* ejuſdem qui nunc eſt & Succeſſoribus ſuis, tam plene & integre ad omnem effectum, quam Epiſcopus Lincolnienſis qui nunc eſt, aut aliquis Prædeceſſorum ſuorum habet aut habuit, ſeu habere debuit vel uſus fuit,

Volumus etiam & per præſentes Concedimus tam *præfato Epiſcopo* quam *Decano & Capitulo* quod habeat & habebit, habeant & habebunt, has Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſq; Fine ſeu Feodo magno vel parvo Nobis in Hanaperio noſtro, ſeu alibi, ad uſum noſtrum proinde quoquo modo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Magiſtro & Sociis Collegii Sancti Michaelis, in Univerſitate Cantebriggia de Conceſſione Sibi & Succeſſoribus.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum *Margareta Develyn nuper Abbatiſſa nuper Monaſterii de Chatereſſe* infra Inſulam Elienſem in Comitatu noſtro Cantebrigiæ & ejuſdem nuper *Conventus* per quandam Indenturam gerentem Datam *Septimo Die Martii* Anno Regni noſtri viceſimo quarto, Sigillo communi dicti nuper Monaſterii ſigillatam, unanimi Aſſenſu Conſenſu & Voluntate totius *Capituli* Dimiſerint Conceſſerint & ad Firmam Tradiderint, *Willielmo Totnam* de Baryngton in dicto Comitatu Husbondman, totum illud Manerium & Firmam vocatam Spaldyng in Baryngton prædicta, & omnia illa Terras, Prata, Paſcua, Paſturas, Communias, cum Septibus & Foſſatis cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis dicto Manerio ſpectantia,

Ann. D. 1542. *An.* 34. *H.* 8. *Pat.* 34. *H.* 8. *p.* 6. *m.* 7.

Habenda & Tenenda Totum illud Manerium ſive Firmam, necnon omnia illa Terras, Prata, Paſcuas, Paſturas, Communias, cum Septibus & Foſſatis cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis, *præfato Willielmo Totnam* Executoribus & Aſſignatis ſuis, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli quod fuit in Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Triceſimo quarto, uſque ad Finem & Terminum viginti & unius Annorum extunc proximo ſequentium & plenarie complendorum, Finiendo & Reddendo inde An-

præfertur, Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris reſervato-

Redditus, Reverſiones, Servitia, ac Redditus ſuper quibuſcumque Dimiſſionibus & Conceſſionibus reſervatos, necnon Feoda Militum, Eſcaeta, Relevia, Curias Letas, Viſ. Franc. Pleg. Catalla, Waiviata, Extrahuras, liberam Warennam, ac omnia ad liberam Warennam pertinentia ſeu ſpectantia, Catalla Felonum & Fugitivorum, ac omnia alia Jura, Proficua, Commoditates, Emolumenta, Poſſeſſiones, & Hæreditamenta noſtra quæcumque cum ſuis pertinentiis univerſis, ſcituata jacentia & exiſtentia in Barington in dicto Comitatu noſtro Cantebrigiæ ac alibi ubicumque in eodem Comitatu, dicto Manerio de Baryngton quoquomodo pertinencia ſive ſpectantia, aut ut Membra vel Parcella ejuſdem Manerii antehac habita, cognita, capta, occupata ſeu uſitata, exiſtentia,

Damus etiam, & pro conſideratione prædicta per præſentes Concedimus præfatis Magiſtro & Sociis, infra Manerium prædictum & infra quamlibet inde Parcellam, tot tanta talia eadem hujuſmodi & Conſimilia Curias Letas, Viſ. Franc. Pleg. ac omnia ad Viſ. Franc. Pleg. pertinentia ſive ſpectantia, necnon Catalla, Waiviata, Extrahuras, Catalla Felonum & Fugitivorum; & liberam Warennam, ac omnia ad liberam Warennam pertinentia vel ſpectantia, ac alia Jura, Proficua, Commoditates, & Emolumenta quæcumque, quot quanta qualia & quæ & adeo plene & integre, ac in tam amplis modo & forma prout ultima Abbatiſſa & nuper Conventus dicti nuper Monaſterii, aut aliquis vel aliqui Prædeceſſorum ſuorum, aliquo tempore ante Diſſolutionem dicti nuper Monaſterii, vel antequam nuper Monaſterium illud ad Manus noſtras devenit, habuerunt tenuerunt vel gaviſi fuerunt, habuit tenuit vel gaviſus fuit, ſeu habere tenere vel gaudere debuerunt aut debuit in Manerio prædicto & cæteris Præmiſſis vel in aliqua inde Parcella ratione vel prætextu aliquarum Literarum Patentium, per Nos ſeu per aliquem Progenitorum noſtrorum, præfatis nuper Abbatiſſæ & nuper Conventui dicti nuper Monaſterii ſeu alicui vel aliquibus Prædeceſſorum ſuorum antehac quoquomodo factarum vel conceſſarum ſeu confirmatarum, aut ratione vel prætextu alicujus Præſcriptionis, Uſus, ſeu Conſuetudinis ante hac habitorum ſeu uſitatorum vel aliter quocumque modo, & adeo plene & integre, ac in tam amplis modo & formâ prout *ultima Abbatiſſa* & nuper *Conventus* dicti nuper Monaſterii, aut aliquis vel aliqui Prædeceſſorum ſuorum, in jure nuper Monaſterii illius, aliquo tempore ante Diſſolutionem ejuſdem nuper Monaſterii, vel antequam nuper Monaſterium illud ad Manus noſtras devenit, prædicta Manerium, Terras, Tenementa, Curias Letas, Viſ. Franc. Pleg. ac cætera omnia & ſingula Præmiſſa cum pertinentiis, aut aliquam inde Parcellam habuerunt tenuerunt vel gaviſi fuerunt, habuit tenuit vel gaviſus fuit, ſeu habere tenere vel gaudere debuerunt aut debuit, & adeo plene & integre, ac in tam amplis modo & formâ prout
*XIV. 761. ea * omnia & ſingula ad Manus noſtras, ratione vel prætextu Diſſolutionis dicti nuper Monaſterii, aut ratione vel prætextu alicujus Cartæ, Doni, Conceſſionis, vel Confirmationis, per nuper *Abbatiſſam* & nuper *Conventum* dicti nuper Monaſterii ſub Sigillo ſuo Conventuali Nobis confectorum, aut ratione vel prætextu alicujus Actus Parliamenti, vel aliter quocumque modo devenerunt ſeu devenire debuerunt, aut in Manibus noſtris jam exiſtunt ſeu exiſtere debent vel deberent, quod quidem Manerium & cætera Præmiſſa modo extenduntur ad clarum annuum Valorem *Undecim Librarum Undecim Solidorum & Duorum Denariorum* & non ultra,

Habenda, Tenenda, & Gaudenda prædicta Manerium, ac totum prædictum Redditum *Centum Sex Solidorum & Octo Denariorum*, ac prædictum Redditum *Sex Solidorum*, ac prædicta Meſſuagia, Domos, Ædificia, Terras, Tenementa, Prata, Paſcuas,

rum, plenam integram debitamq; Allocationem, Defalcationem, Deductionem, & Exonerationem manifeſtam de omnibus & omnimodis hujuſmodi Redditibus, Feodis, Annuitatibus, Penſionibus, Portionibus, & Denariorum Summis quibuſcumque de Præmiſſis, ut præfertur, exeuntibus ſeu ſolvendis, vel ſuperinde oneratis ſeu onerandis, præfatis *Magiſtro & Sociis* ac eorum Succeſſoribus de tempore in tempus facient & fieri cauſabunt, & hæ Literæ noſtræ Patentes erunt annuatim & de tempore in tempus, tam dicto Cancellario, & Concilio dictæ Curiæ noſtræ Augmentationum Reventionum Coronæ noſtræ pro tempore exiſtentibus, quam quibuſcumque Receptoribus, Auditoribus, & aliis Officiariis & Miniſtris noſtris ſufficiens Warrantum & Exoneratio in hac parte;

Et cum, per quendam Actum in Parliamento noſtro apud *Londoniam Tertio Die Novembris, Anno Regni noſtri Viceſimo primo* inchoato, & deinde *uſq; Weſtmonaſterium* adjornato, & per diverſas Prorogationes uſque ad & in *Tertium Diem Novembris, Anno Regni noſtri Viceſimo ſexto* continuato & tunc ibidem tento, inter alia editum & proviſum ſtabilitum & ordinatum exiſtit, quod Nos, Hæredes & Succeſſores noſtri hujus Regni Reges, haberemus & gauderemus de tempore in tempus imperpetuum de qualibet tali Perſona & talibus Perſonis, quæ aliquo tempore poſt *Primum Diem Januarii* tunc proximo ſequentem, nominaretur, eligeretur, præficeretur, præſentaretur, conferretur, vel aliquo alio modo appunctuaretur alicui Archiepiſcopatui, Abbatiæ, Monaſterio, Prioratui, Collegio, Hoſpitali, Archidiaconatui, * Decanatui, Præpoſituræ, Præbendæ, Rectoriæ, Vicariæ, liberæ *XIV. 762.
Capellæ, aut alicui alii Dignitati, Beneficio, Officio, ſeu Promotioni Spirituali infra hoc Regnum aut alibi infra Dominia noſtra, cujuſcumq; Nominis Naturæ ſeu Qualitatis eſſent, aut cujuſque Fundationis Patronatus vel Doni pertinerent, primos Fructus Reventiones & Proficua pro uno Anno cujuſlibet talis Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, Monaſterii, Prioratus, Collegii, Hoſpitalis, Archidiaconatus, Decanatus, Præpoſituræ, Præbendæ, Rectoriæ, Vicariæ, Cantariæ, liberæ Capellæ, aut alicujus alterius Dignitatis, Beneficii, Officii, vel Promotionis ſpiritualis ſupra nominatæ, ad quod ſeu ad quam aliqua talis Perſona aut Perſonæ, poſt *prædictum primum Diem Januarii* eſſet vel eſſent Nominatæ, Electæ, Præfectæ, Præſentatæ, Collatæ, aut aliquo alio modo Appunctuatæ,

Cumque etiam per eundem Actum Parliamenti ordinatum exiſtit quod Nos, Hæredes & Succeſſores noſtri hujus Regni Angliæ Reges, annuatim haberemus, gauderemus, & perciperemus, annexum & unitum Coronæ noſtræ Imperiali imperpetuum, annualem Redditum ſive Penſionem extendentem ad annuum Valorem Decimæ Partis annui Valoris omnium Reventionum, Reddituum, Firmarum, Decimarum, Oblationum, Emolumentorum, & omnium aliorum Proficuorum tam Spiritualium quam Temporalium adtunc pertinentium ſive ſpectantium, ſeu quæ extunc impoſterum pertinerent alicui Archiepiſcopatui, Epiſcopatui, Abbatiæ, Monaſterio, Prioratui, Archidiaconatui, Hoſpitali, Collegio, Præbendæ, Eccleſiæ Cathedrali, Eccleſiæ Collegiatæ, Eccleſiæ Conventuali, Rectoriæ, Vicariæ, Cantariæ, liberæ Capellæ, vel alicui alii Beneficio ſeu Promotioni Spirituali, cujuſcumque ſint Nominis Naturæ ſeu Qualitatis, & infra quamcumque Diœceſim hujus Regni vel in Wallia extiterint, dicta Penſione vel annuali Redditu annuatim ſolvendo imperpetuum Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris hujus Regni Angliæ Regibus, ad Feſtum Natalis Domini, prout in eodem Actu Parliamenti plene liquet,

Nos volentes dictos nunc *Magiſtrum & Socios* Collegii prædicti, & Succeſſores ſuos quoſcumque Magiſtros & Socios ejuſ-

[illegible] quod Anno Regni noſtri Viceſimo ſexto, ut præfertur, editi, debitam ſeu quoquo modo impoſterum debendam, ſolvendam, petendam, ſeu calumpniandam, poſt Feſtum Sancti Michaelis Archangeli Anno Regni noſtri Triceſimo tertio, necnon omnem & omnimodam & quamcumq; Pecuniæ Summam & Pecuniæ Summas nobis debitas, vel Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris pro primis Fructubus dicti Manerii & cæterorum Præmiſſorum aut alicujus inde Partis vel Parcellæ, ratione vel prætextu dicti Actus Parliamenti, dicto Anno Regni noſtri Viceſimo ſexto, ut

* XIV. 763. præfertur, editi, quoquo modo * impoſterum debendas, ſolvendas, petendas, ſeu calumpniandas, poſt dictum Feſtum Sancti Michaelis Archangeli, dicto Anno Regni noſtri Triceſimo tertio, ita quod Nos Hæredes & Succeſſores noſtri, dictos nunc *Magiſtrum & Socios* Domus ſive Collegii prædicti, ac eorum Succeſſores, necnon omnia Maneria, Terras, Tenementa, Rectorias, & Poſſeſſiones ſua quæcumque eidem Domui ſive Collegio ſpectantia & pertinentia, ac dictum Manerium & cætera Præmiſſa ac quamlibet inde Parcellam, tam de omni & omnimoda & quacumque Pecuniæ Summa Nomine Decimæ, ſive pro annuali Decima Parte annui Valoris dicti Manerii, & cæterorum Præmiſſorum per præſentes dictis *Magiſtro & Sociis* conceſſorum, quam de omni & omnimoda & quacumque Pecuniæ Summa & Pecuniæ Summis, pro Primis Fructubus dicti Manerii & cæterorum Præmiſſorum dictis *Magiſtro & Sociis* per præſentes conceſſorum ſeu alicujus inde Parcellæ, ratione & prætextu dicti Actus Parliamenti dicto Anno Regni noſtri Viceſimo ſexto, ut præfertur, editi, Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris, poſt Feſtum Sancti Michaelis Archangeli dicto Anno Triceſimo tertio Regni noſtri prædicti, debitis ſeu impoſterum quoquo modo debendis, erga Nos Hæredes & Succeſſores noſtros hujus Regni Angliæ Reges, tam in Scaccario noſtro coram Theſaurario & Baronibus ibidem, ac coram Cancellario & Concilio Curiæ noſtræ Decimarum & Primorum Fructuum, & cæteris quibuſcumq; Officiariis & Miniſtris ibidem pro tempore exiſtentibus, quam alibi ubicumque, & coram quibuſcumque aliis Officiariis & Miniſtris noſtris, de tempore in tempus imperpetuum Exonerabimus & Acquietabimus, ac Tenore Præſentium Acquietamus, Exoneramus, & imperpetuum liberos quietos & exoneratos eſſe Volumus Concedimus & Declaramus per Præſentes,

Concedentes enim & firmiter injungendo Præcipientes tam Cancellario noſtro & Theſaurario noſtro Curiæ noſtræ Primorum Fructuum & Decimarum pro tempore exiſtentibus, quam quibuſcumque aliis Officiariis & Miniſtris noſtris quod ipſi & eorum quilibet, ſuper ſolam Demonſtrationem Præſentium aut ſuper Demonſtrationem Irrotulamenti inde, abſque aliquo alio Brevi ſeu Warranto a Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris imperrando ſeu proſequendo, dabunt & de tempore in tempus facient, tam *Epiſcopo Elienſi* pro tempore exiſtenti, quam cæteris quibuſcumque Collectoribus dictæ cujuſcumque Pecuniæ Summæ Nomine Decimæ, ſive annualis Decimæ Partis annui Valoris dicti Manerii & cæterorum Præmiſſorum ſuperius conceſſorum, ſuper Compotum ſuum inde in Curia noſtra Primorum Fructuum & Decimarum aut alibi reddendum imperpetuum, & de tempore in tempus plenam integram debitamque Defalcationem, Deductionem, Exonerationem, & Allocationem manifeſtam, tam de omni & omnimoda ac quacumque Pecuniæ Summa Nomine Decimæ, ſeu pro annuali Decima Parte Annui Valoris dicti Manerii & cæterorum Præmiſſorum, ut præfertur conceſſorum, vel alicujus inde Parcellæ, Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris, ratione vel prætextu dicti Actus Parliamenti, dicto Anno Regni noſtri Viceſimo ſexto, debita ſeu quoquomodo impoſterum debenda, aut ea de cauſa pro Nobis & Nomine noſtro quoquo modo petenda exigenda ſeu calumpnianda,

Volentes etiam ulterius, & per præſentes Concedentes præfatis nunc *Magiſtro & Sociis* & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, quod quandocumque primi Fructus dicti Manerii & cæterorum Præ- [illegible]

& ſingulorum [illegible] ſuperius [illegible]rum cum Pertinentiis, a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimo præterito hucuſque provenientia ſive creſcentia, Habenda eiſdem *Magiſtro & Sociis* ejuſdem Domus ſive Collegii, ex Dono noſtro, abſque Compoto ſeu aliquo proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo.

Volumus etiam, ac per Præſentes Concedimus præfatis *Magiſtro* & *Sociis* ac Succeſſoribus eorum, quod habeant & habebunt has Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine ſeu Feodo magno vel parvo Nobis, in Hanaperio noſtro ſeu alibi, ad uſum noſtrum proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quarto Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Retinentia & Liberatis, de Conceſſione.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa 1542.
Scientia & mero Motu noſtris, Dedimus & Conceſſimus, ac An. 34.
per Præſentes Damus & Concedimus Predilecto & Fideli noſtro H. 8.
*Johanni Ruſſell Militi Domino Ruſſell*, & Magno Admirallo no- Pat. 34.
ſtro Angliæ, Walliæ, Hiberniæ, Gaſconiæ, Normanniæ, & H.8. p. 1.
Acquitaniæ, hanc Libertatem & Poteſtatem quod Ipſe, durante m. 7.
Vita ſua ad Placitum ſuum, de tempore in tempus legitime & impune retinere poſſit Septuaginta Homines quoſcumque, per aliquod Scriptum, Sacramentum, Promiſſionem, ſive aliquo alio modo quocumque,

Et eiſdem Septuaginta Hominibus dare poſſit Septuaginta Liberatas Panni laniæ, vel Signa ſeu Bagias cuicumque qui de ipſo recipere voluerit eadem Liberatas Signa vel Bagias ad ipſum Serviendum, licet non fuerit nec fuerint nec ſit nec ſint Ballivi vel Ballivus ipſius *Johannis Ruſſell Domini Ruſſell*, & etiam non fuit nec fuerunt, nec ſit nec ſint cum ipſo *Johanne Ruſſell Domino Ruſſell* retenti ad ipſum Serviendum in Hoſpitio ſuo aut aliter,

Et quod dictus *Dominus Ruſſell*, durante Vita ſua, de tempore in tempus poſſit aut poteſt retinere Septuaginta Homines per Liberaturas vel Signa vel aliter contra formam Statuti ſive Ordinationum in hujuſmodi Caſu proviſorum,

Et eiſdem Septuaginta Hominibus concedimus & eorum cuilibet Auctoritatem & Poteſtatem recipiendi & utendi eadem Liberatas Signa vel Bagias, ſive aliquas ſive aliquam utendum ad Placitum ſuum, Habendas Tenendas & Gaudendas prædictas Liberatas & Auctoritates pro Termino Vitæ ſuæ abſque impedimento, interruptione, moleſtatione, inquietatione, actione, vel punitione Noſtri aut Hæredum noſtrorum, ac Miniſtrorum & Subditorum noſtrorum quorumcumque, & abſq; aliqua Foriſfactura ſive Damno ipſius *Johannis Ruſſell Domini Ruſſell* pro exercitio occupatione ſive factione Præmiſſorum, aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Proviſione ſive Reſtrictione in contrarium ante hæc tempora factis editis ſive proviſis in aliquo non obſtantibus, aut aliqua alia Cauſa vel Materia quacumque non obſtante;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*



Digitized by Google

*Octoginta & Decem Libras*, inde habendas & annuatim percipiendas eidem *Johanni Domino Ruſſell*, de omnibus Cuſtumis & Subſidiis noſtris, & de eorum quolibet & qualibet inde Parte, in Portu Villæ noſtræ de Pole in Comitatu noſtro Dorſetiæ, ac in ſingulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus provenientibus & creſcentibus, aut proventuris & creturis, per manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumæ & Subſidii, aut eorum alicujus pro tempore exiſtentis,

Et etiam *Ducentas Libras* inde habendas & annuatim percipiendas præfato *Johanni Domino Ruſſell*, de Parva Cuſtuma noſtra in Portu Civitatis noſtræ Londoniæ proveniente & creſcente, proventura & cretura, per Manus Cuſtumariorum ejuſdem Cuſtumæ, & eorum cujuſlibet pro tempore exiſtentis,

Et *Quinquaginta & Sex Libras Treſdecim Solidos & quatuor Denarios*, inde habendos & annuatim percipiendos eidem *Johanni Domino Ruſſell* de omnibus Cuſtumis & Subſidiis noſtris, ac de eorum quolibet & qualibet inde parte, in Portu Villæ noſtræ Briſtolliæ in Comitatu Villæ Briſtolliæ, & in ſingulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumæ & Subſidii, ac eorum cujuſlibet pro tempore exiſtentis,

Ac etiam *Decem & octo Libras Sex Solidos & Octo Denarios*, Reſiduos de prædictis Treſcentis Sexaginta & quinque Libris per Annum, habendos & annuatim percipiendos præfato *Johanni Domino Ruſſell*, de omnibus & omnimodis Cuſtumis & Subſidiis noſtris & de eorum quolibet, in Portubus Villarum noſtrarum de Plymmouth & Fowey in Comitatibus Devoniæ & Cornubiæ, & in ſingulis Portubus & Locis eiſdem Portubus ſive eorum alicui adjacentibus provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per Manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum & Subſidiorum, & eorum cujuſlibet pro tempore exiſtentis,

Habendas Levandas & annuatim Percipiendas prædictas *Octoginta & Decem Libras* de Cuſtuma & Subſidio in Portu Villæ noſtræ de Pole, *Ducentas Libras* de parva Cuſtuma in Portu Civitatis noſtræ Londoniæ, *Quinquaginta & ſex Libras Treſdecim Solidos & Quatuor Denarios* in Portu Villæ noſtræ Briſtolliæ, & *Decem & octo Libras Sex Solidos & Octo Denarios*, de Cuſtumis & Subſidiis in Portubus Villarum noſtrarum de Plymmouth & Fowey,
• XIV. 766. in Solutione & * Satisfactione prædictarum *Treſcentarum Sexaginta & quinque Librarum per Annum* præfato *Johanni Domino Ruſſell*, per Manus ſeparalium Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem ſeparalium Cuſtumarum & Subſidiorum pro tempore exiſtentium, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, quamdiu & pro tempore quo ipſum *Johannem Dominum Ruſſell* in Officio Cuſtodis Privati Sigilli noſtri prædicti, ut prædictum eſt, ſtare contigerit,

Et ulterius de ampliori Gratia noſtra Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus præfato *Johanni Domino Ruſſell* & Aſſignatis ſuis, tot & tantos Denarios ſive Denariorum Summas ad quot & quantos hujuſmodi *Viginti Solidos* per Diem, a Decimo octavo Die Octobris ultimo præterito, a quo quidem Die idem *Johannes Dominus Ruſſell* Officium prædictum exercuit & occupavit, uſque Datam harum Literarum noſtrarum Patentium, & pro eodem Die Datæ Præſentium ſe attingunt,

Habendos & percipiendos eidem *Johanni Domino Ruſſell* & Aſſignatis ſuis de omnibus & omnimodis Cuſtumis & Subſidiis noſtris, & de eorum quolibet, in prædictis Portubus Villæ noſtræ de Pole, Civitatis noſtræ Londoniæ, Villæ noſtræ Briſtolliæ, & Villarum noſtrarum de Plymmouth & Fowey, & in eorum quolibet, ac in ſingulis Portubus & Locis eiſdem Portubus & eorum our Subjects, which dayly doo and further may incurre no ſmall Parill and Daunger of our Injunctions Proclamacions and Lawes, by reaſon of not oblitterating the ſeid Name and Uſurped Power and Auctorite of the *Buſſhop of Rome* as aforeſeid,

We of our Grace eſpeciall have Graunted and Geven Privilege to our welbiloved Subjects *Richard Grafton* and *Edward Whitchurch* Citezeins of London, that they and their Aſſignes and noon other Perſon nor Perſons ſaving the ſaid *Richard* and *Edward* and their Aſſignes onely, have Libertie to Prynte the Bookes abovefaid and every ſorte and ſortes of theym, whiche either at this preſent Daye arre in uſe or hereafter ſhal be auctoryſed for *Sarum uſe* within any parte of oure Realmes or Domynions, and that no maner of Perſon ſhall Prynte the ſeid Bookes, nor any other Booke or Bookes that our ſeid Subjects at their proper Expences ſhall Prynte within the ſpace of Seven Years next enſuing the Printing of every ſuche Booke or Bookes, ſo Printed by our ſeid Subjects and either of theym, or of their Aſſignes or any of theym; wherfore We Woll • and Commaunde you that Ye ne noon of You • XIV. 767. preſume to Prynte any of the Bookes that our ſeide Subjects ſhall have Prynted as aforeſeid, during the ſaid tyme of this our Privilege, upon Payne to Forfeyte to our Uſe all ſuche Bookes, wheresoever the ſame ſhal be founde, Emprinted contrary to the Tenour and Fourme of this our Privilege.

Witneſs our ſelf at *Weſtminſter*; the twenty eighth Day of Januarye.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Licentia Sanctificandi.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ 1543.
Scientiâ & mero Motu noſtris, Conceſſimus & Licentiam Dedi- *An.* 34.
mus, ac per Præſentes Concedimus & Licentiam Damus, quan- *H.* 8.
tum in nobis eſt, Reverendo in Chriſto Patri *W. Bathon. & Wel-* *Pat.* 34.
*len. Epiſcopo* quòd Ipſe, per Se vel ejus *Suffraganenſem*, Capellam *H.* 8. *p.*
Beatæ Mariæ de Sevyngton infra Parochiam de Southpederton in 10. *m.* 1.
Comitatu Somerſetiæ, ac Cimiterium, ſive Solum Cimiterii ejuſdem Capellæ ſanctificare & ſacrare poſſit, tam ad omnia Sacramenta & Sacramentalia in eadem Miniſtranda & Recipienda, quàm in Uſum Sepulturæ Mortuorum infra eandem Capellam & Cimiterium convertendum,

Aliquo Statuto, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Tertio Die Februarii.

---

## *Literæ de Significavit.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Ar-* Ann. D.
*chiepiſcopo*, totius Angliæ Metropolitano, ejuſve in Abſentia 1543.
Vicario in Spiritualibus Generali, Salutem. *An.* 34.
Cum, *H.* 8.
Vacante nuper Eccleſia noſtra Cathedrali Coven. & Lich. per *Pat.* 34.
Mortem bonæ memoriæ Reverendi Patris *Rolandi ejuſdem Eccle-* *H.* 8. *p.* 7.
*ſiæ dudum Epiſcopi*, *m.* 35.
*Præſidens & Capitulum* (abſente *Decano*) Eccleſiæ noſtræ prædictæ, Licenciâ primitus a Nobis per Ipſos, alium eligendi in eo-

tius Angliæ Primas Electionem illam confirmaverit, ſicut per Literas ipſius *Archiepiſcopi* Nobis inde directas plenè liquet,

Nos Fidelitatem *ipſius Electi & Confirmati*, pro dicti Epiſcopatûs Coventren. & Lichfelden. Temporalibus in Manibus noſtris ratione Vacationis ejuſdem exiſtentibus, cepimus, ac Temporalia dicti Epiſcopatûs Coventren. & Lichfelden. prout moris eſt, præfato *Electo & Confirmato* reddidimus & reſtituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis in Comitatibus ſubſcriptis, ſub eadem Data, videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com. Staff.*
*Eſcaetori Regis in Com. Warr.*
*Eſcaetori Regis in Com. Derb.*
*Eſcaetori Regis in Com. Salop. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*

Camerario ſuo Ceſtriæ, Salutem.

Vobis Mandamus quòd, per Breve noſtrum ſub Sigillo noſtro Comitatûs noſtri Palatini Ceſtriæ prædicti debitè conficiendum, Eſcaetori noſtro Comitatûs prædicti detis in Mandatis, quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis in Balliva ſua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo jure cujuſlibet.

Teſte ut ſupra.

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Coventr. & Lich. prædicto quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad prædictum Epiſcopatum Coventren. & Lich. pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Articuli, in Tractatu Undecimi Februarii* 1542. *concluſo, contra Franciſcum cum Turcha Confœderatum, de Guerra Indicenda & Francia Invadenda, ſub Manu Regis conſignati.*

HENRY R.

Ann. D. 1543. *An.* 34. *H.* 8. *Bibl. Cotton. Galba B.* 10.

INPRIMIS, cum hii Duo Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Principes de repetendo & redintegrando vetere Amore & Amicitiâ deliberârint, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quòd occaſione præteritarum Amicitiarum ſive Fœderum, aut etiam occaſione Violationis eorumdem, nichil poſthac ab alterutro eorum in alterum dici aut allegari queat quod Sinceritatem Amicitiæ, præſentibus Fœderibus, inter eos pactæ atque conventæ, impedire, præjudicio eſſe, aut eam quovisſmodo interrumpere poſſit.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quòd ab hac Die ſit bona, ſincera, vera, integra, perfecta & firma Amicitia, Liga, Confœderatio, Pax & Unio per Terram Mare & Aquas dulces, futuris temporibus perpetuò duraturæ, inter dictos Dominos noſtros, eorumq; Hæredes & Succeſſores, Regna, ... rum,

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quòd neutra Partium prædictarum præſtabit Auxilium Conſilium vel Favorem notoriis Hoſtibus vel Inimicis alterius Partis, tam per Terram Mare quàm per Aquas dulces invadere volentibus, in quibuſcumque Regnis, Patriis, Terris, Civitatibus ac Dominiis ubicumque ſitis, nec per ſua Regna, Patrias, Terras, Civitates ac Dominia, modò id ſciverit, Introitum aut Ingreſſum permittet, vel ad hoc Favorem præſtabit directè vel indirectè quoviſmodo.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quòd neutra Partium prædictarum Rebellem vel Rebelles, Perfugum vel Perfugos alterius Partis in ejus Regna, Patrias, Dominia, Terras, Portus aut Diſtrictus aut eorum aliquem recipiet, nec Eis aut eorum alicui in eiſdem vel eorum aliquo aut alio quocumque in Loco, etiam extra eorum Regna, Patrias, Dominia, Terras, Portus aut Diſtrictus Auxilium, Conſilium, Hoſpitium, Gentes armorum, Naves, Pecunias vel Victualia præſtabit aut miniſtrabit, nec ab alio aut aliis quibuſcumque in ejus Regna, Patrias, Dominia, Terras, Portus, aut Diſtrictus recipi, nec Eis aut eorum alicui in eiſdem Auxilium, Conſilium, Favorem, Hoſpitium, Gentes Armorum, Naves, Pecunias, vel Victualia dari præſtari miniſtrari aut concedi permittet, ſed expreſsè & cum Effectu contradicet obſtabit, & impedimentum realiter præſtabit; & ſi altera Partium prædictarum, aliquem vel aliquos ſuum vel ſuos fuiſſe vel eſſe Rebellem vel Rebelles, Profugum vel Profugos, & in alterius Regna, Patrias, Dominia, Terras, Portus, aut Diſtrictus aut eorum aliquem receptum eſſe vel receptos, aut ibidem latitare aut ſe tenere, per Literas ſuas alteri ſignificaverit & declaraverit, tunc Pars illa quæ hujuſmodi Literas receperit, vel cui taliter ſignificatum aut declaratum fuerit, hujuſmodi Rebellem vel Rebelles, Profugum vel Profugos, ſtatim & quamprimum commodè poterit, aut ad ſummum intra Menſem a Die ſignificationis prædictæ proximè & continuè numerandum, tenebitur dicto Rebelli vel Rebellibus, Profugo vel Profugis præcipere & mandare, vel præcipi & mandari facere, ut extra ſua Regna, Dominia, Patrias, & Terras, & eorum quodlibet recedat & exeat recedant & exeant, &, ſi infra Quindecim Dies a Die hujuſmodi Præcepti non receſſerit & exierit receſſerint & exierint, tenebitur Illum & Illos illicò proſcribere & bannire ſub Pœna Capitali, & talem Proſcriptionem ſive Bannum Contemnentem vel Contemnentes eadem Pœnâ effectualiter puniet ſeu puniri faciet.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quòd caſu quo Invaſio aliqua, ſive Invaſiones factæ fuerint in Regna, Dominia, Patrias aut Provincias, aut in aliquam Partem eorumdem per alterutrum dictorum Principum jam Poſſeſſorum & in præſenti Articulo expreſſorum & ſpecificatorum, ſive adverſus alterutrum Principum Hæredum eorum Curatorum ſive Adminiſtratorum, videlicet in Regna Angliæ & Hiberniæ, Inſulas de Wight, Jerneſey, Gerneſey & Man Angliæ adjacentes, Caſtrum & Comitatum de Guyſnes, Villas de Calais & Barwicke cum Marchiis earumdem, nunc per Sereniſſimum *Angliæ Regem* poſſeſſa, ſive Regna Hiſpaniarum, aut Provincias Brabantiæ, Flandriæ, * Hollandiæ, Sellandiæ, Hannoniæ, Artoiſiæ, Lemburgiæ, Lucenburgiæ, Namurci, Friſiæ, Patriarum Dureſſell Trajecti & Mechliniæ, per *Cæſarem* nunc poſſeſſa, Eo Caſu Auctores, Fautores, Supportatores talis Invaſionis ſive talium Invaſionum, & ille etiam qui Sumptus univerſos aut partem Sumptuum ſuppeditabit aut Gentem dabit, aut Arma Munitiones ſive Naves ad hujuſmodi Invaſionem ſive Invaſiones miniſtrabit, & ipſi etiam Invadentes habebuntur reputabuntur, & ipſo facto erunt cum ſuis Subditis, dictis Duobus Principibus Comunes Inimici & Hoſtes, & eo Nomine uterque Princeps Subditis eorum Intercurſum & Commercium cum ſuis Subditis interdicet & prohibebit, nec cum ſuis Subditis converſari ſinet. * XIV. 770.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quòd quo Caſu in Regnum Angliæ, ſive aliquam Inſularum de Wight, Jerneſey,

Digitized by Google

Quadraginta a tempore Requiſitionis ut præfertur numerandos, præſtabit & dabit pro auxiliaribus Copiis illum Numerum Peditum qui Communi æſtimatione Stipendiorum, habitâ etiam ratione Sagorum Commeatûs & Armorum ipſis Militibus dari ſolitorum, primi Tribuni quoque Centuriorum & Quinquagenariorum qui de more plura Stipendia ſinguli merent, *Septingentis Aureis Gallicis* unoquoque *Aureo* valente *quadraginta Solidis Turonenſibus* in ſingulos Dies, bonâ fide conduci poſſent: Et ultra Conventum eſt, ut ſit in optione Principis Auxilium & Subſidium ex vi hujus Tractatûs petere volentis, utrum Equites ipſos & Pedites qui diurnis Stipendiis *Septingentorum Aureorum*, ut præfertur, communi æſtimatione conduci poſſint, an ipſos *Septingentos Aureos* in Pecunia numerata præſtandos petere velit, & ſi Pecunia loco Militum ab alterutro dictorum Principum Hæredum aut Succeſſorum ſuorum petita fuerit, tenebitur Princeps requiſitus curare atque efficere ut Summa Pecuniæ ad Rationem prædictam, quæ in Menſes ſingulos, unoquoque Menſe viginti octo Dies continente, competit, ante finem primi Menſis qui poſt elapſos Quadraginta Dies a tempore Requiſitionis ſtatim cedere incipiet, in ea Provincia præſens ſit, & Principi requirenti Numeretur, quam in requiſitione dixerit & nominaverit Princeps qui petierit, & ante finem ſecundi Menſis ea Summa quæ in ſecundum Menſem competit, & ſic deinceps de Tertio & Quarto Menſe, niſi forte ante excurſum & exitum dictorum IV. Menſium, Princeps invaſus a Defenſione ſui quacumque ex Cauſa * deſtiterit, quo caſu, &
*XIV. 771. Solutio Pecuniarum ceſſare, & ſi quid forte amplius quàm pro Expeditionis tempore ſolutum fuerit, id omne tamquam indebitum reddi Principi ſolventi & reſtitui debebit: Et præterea Conventum eſt quòd, ſive Milites ſive Pecunia numerata pro auxiliaribus Copiis juxta vim formam & effectum præſentis Tractatûs petantur, non tenebitur Princeps requiſitus hujuſmodi Auxilia ſive Subſidia ferre & ſuſtinere ultra IV. Menſes uno eodemque Anno, ſingulo Menſe Dies Viginti octo continente ab incipiente, ita quòd ſolummodò Quatuor Menſibus integris continuis ſive diſcontinuis ſingulis Annis, ſi res ita exigat ad hujuſmodi Auxilia ferenda cenſeatur Obligatus is Princeps qui ſecundùm formam præſentis Tractatûs fuerit requiſitus; Quod tamen ita intelligendum eſt, ut quandocumque ante Quatuor Menſes finitos Hoſtis qui invaſerit Expulſus fuerit, & Princeps qui requiſierat Arma eâ causâ ſuſcepta depoſuerit, quo Caſu auxiliares Copiæ incipient minus neceſſariæ eſſe, ſtatim ab eo tempore, ſive Pecunia ſive Milites pro Subſidio dati fuerint, onus auxilii ferendi ceſſare debeat, Illud tamen Pactione ſpeciali adjectum ſit, ut, ſi Princeps qui Auxilia ex forma præſentis Tractatûs petierat, Hoſtem illum qui tum invaſerat, & poſt data Auxilia retroceſſerat in ejus Ditionem & Dominia, Armis proſequi & illum invadere voluerit, eo caſu, Subſidiis auxiliaribus ab alio Principe datis ad Invaſionem hujuſmodi faciendam, uſque ad expletum & decurſum Quatuor Menſium ſpatium uti poterit, ſi verò Quatuor Menſibus jam finitis, illa Auxilia Militum ab altero Principum vi hujus Tractatûs data, apud Se retinere, & in uſum aut Defenſionis aut Offenſionis exercere, alter Princeps qui, videlicet, requiſierat, voluerit, benè ei liceat id facere, dummodò ea eis Stipendia de ſuo numeret quæ in præſenti Tractatu deſcribuntur, ita quòd ad dictas Expenſas apud Principem requirentem ultra Quatuor in uno Anno Menſes non ſint, ſed finitis & expletis Quatuor Menſibus redeant ad ſua, ad Expenſas verò Requirentis ſi ea retinere voluerit, etiam poſt dictos Quatuor Menſes præteritos ex præſenti Conventione valeant retinere: Cæterùm ne alteruter horum Principum in Auxiliis præſtandis nimis oneretur, Conventum & Concordatum eſt, ut neuter Princeps ad Bina Auxilia ex hoc Articulo uno eodemque tempore præſtanda teneatur, ſed ſi quis horum

cet, amplius Subſidiorum Auxiliarium non aſtringatur aut * te- *XIV.
neatur præſtare, quàm tunc commode facere potent, Conſidera- 772.
tâ temporis & locorum oportunitate, Rerumque ſuarum Statu, qua in re Principis conſcientia ſic interpellati onerabitur, quantum vero ad Expenſas & Stipendia Militum aut Navium Armatarum attinet, illa taxabuntur & moderabuntur, habito reſpectu ad Forum Victualium quod in Partibus illis ubi Milites prædicti degent aut militabunt & Naves exercebuntur tunc temporis continget, ſecundum Locorum & Temporum Sterilitatem & Ubertatem, qui quidem Milites & Naves armatæ Ei cui ſic concedentur fideliter ſervient quamdiu eos duxerit retinendos, & eiſdem Stipendia ut præfertur fideliter perſolverit.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, ſi, durantibus Pace & Amicitiis, aliquid contra vires & effectus eorumdem, per Terram Mare vel Aquas dulces, per aliquos ipſorum Principum Hæredum & Succeſſorum, Vaſſallos, Subditos aut Alligatos, aut eorum Alligatorum Hæredes ſeu Succeſſores in his Amicitiis comprehendendos, Subditos vel Vaſſallos, fuerit attentatum, actum aut geſtum, Nichilominus hæc Pax & Amicitia in ſuis viribus & effectu permanebunt, & pro ipſis Attemptatis ſolummodo punientur Ipſi attemptantes & dampnificantes & non alii.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quotienſcumque contigerit Subditos dicti *Regis Angliæ* a Subditis præfati *Domini Imperatoris*, vel Subditos præfati *Domini Imperatoris* a Subditis præfati Domini *Regis Angliæ* quoquomodo lædi vel damnificari, non debeant propterea per Literas Repriſaliarum Marcæ vel Contramarcæ, aut alia Mandata quæcunque, debitis Admonitionibus & Summonitionibus non præcedentibus, qui Damna non intulerint, ad Petitionem Damnificatorum, vel alio modo in Perſonis & Bonis arreſtari, aut quoviſmodo impeti aut moleſtari, nec Guerra ob id fieri vel moveri debeat, ſed per Principes unius aut alterius partis Attemptata ipſa debite reparabuntur & in priorem Statum reponentur, hujuſmodique Literæ Repriſaliarum Marcæ & Contramarcæ & ſimilia Mandata quæcumque, niſi prædictis Admonitionibus quoad Partes, & Summonitionibus quoad Principes Præcedentibus & legitime factis, deinceps omnino ceſſent, & ſi aliter concedantur, pro nullis habeantur.

ITEM, quia multi Hæreticæ Pravitatis Contagione infecti, cupientes Libros ſuos hæreticos famoſos aut ſeditioſos, in vernaculas multarum Gentium Linguas transferre, atque eâ ratione Hæreſes ſuas in Seductionem Plebis imperitæ divulgare, Libros ſuos hujuſmodi non in Regione illa in cujus Linguam ſunt translati, ſed in Externa Regione Imprimi facientes, & ſi quando ibi deprehenſi fuerint, eoſdem Libros hæreticos famoſos aut ſeditioſos non eſſe contendunt, quod ibi diſcerni non poteſt propter ignorantiam Linguæ, & poſtea eoſdem importatos in ea Regione diſſeminant in cujus Lingua ſint impreſſi, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod nullus Liber in Lingua Anglicana vel imprimatur, vel per Bibliopolas aut Alios quoſcumque vendatur, in Terris Illuſtriſſimo *Imperatori* Subjectis, & ſimiliter nullus Liber in Lingua Teutonica vel imprimatur, vel per Bibliopolas aut alios quoſcumque vendatur in Regno Angliæ, & ſi contra factum fuerit, omnes hujuſmodi Libri ubicumque aut in quorumcumque Manibus ſive Impreſſorum ſive Bibliopolarum, ſive aliorum quorumcumq; Manibus inventi fuerint, ſtatim capiantur & publice comburantur, Impreſſoreſque eorumdem, atque Impenſas eis ad Impreſſionem ſuppeditantes, & ſimiliter Venditores eorumdem quicumque, Carceribus mancipari, tam gravi Mulcta plectantur ut de cætero talia committere non audeant in futurum.

ITEM, pro communi Bono hujus Pacis Ligæ & Amicitiæ, & ut Subditi utriuſque Principum prædictorum mutuis Commerciis con-

Digitized by Google

Hoſte communi de Treugis & Induciis temporalibus ſeorſum & ſeperatim, altero Principe non conſulto, paciſci & convenire, ita tamen ut ultra Duos Menſes hujuſmodi Induciæ non contineant aut durent, intra quos alter alterum ea de re certiorem facere poſſit & debeat, nec ad alia Loca Terras & Provincias pertineant & extendantur quam ad ea Loca ubi Obſidio facta fuerit, aut hujuſmodi Periculum imminere videbitur.

Item, ut hujuſmodi Fœdus majori ſtabilimento firmetur, Actum extitit & Conventum quod inter dictos Principes ſit mutua Intelligentia, & in Rebus agendis mutuus Conſenſus, ita quod dicta *Cæſarea Majeſtas*, ac Ipſe Sereniſſimus *Angliæ Rex* deinceps a Data Præſentium, ſine ipſorum mutuo utriuſque Conſenſu, nequaquam tractabunt ſeu inibunt cum *Gallorum Rege*, ſeu alio quovis Principe ſeu Potentatu, ſeu cum quavis alia Perſona, aliquod Fœdus, ſeu aliquam Ligam vel Amicitiam, ſub quibuſvis verborum formis, in præjudicium præſentis Fœderis, vel propter quod directe vel indirecte præſenti Fœderi præjudicium generari poſſit, quinimmo ſi quæ Fœdera per alteram dictarum Majeſtatum hactenus cum aliis inita fuerint ſeu impoſterum fieri contigerit, quæ huic Fœderi quomodolibet contrariari ſeu præjudicare viderentur, voluerunt & volunt hujuſmodi Fœdus Ligam & Amicitiam & arctiorem Conjunctionem tanti eſſe roboris & effectus, ut cæteris omnibus Contractibus, Capitulationibus, Tractatibus, & Fœderibus contrariantibus præferatur, & perpetuo firmum remaneat & ſtabile.

Item, quia in prioribus Fœderibus inter ipſos Principes initis multi hinc inde comprehenſi fuerunt, aliqui tanquam principaliter contrahentes, aliqui etiam tanquam eorumdem Sereniſſimorum Principum ſeu alterius Confœderati & Amici, ideo ne per indirectum præſens Fœdus violari poſſit, & ut omnis Calumniæ ſeu Cavillationis cauſa tollatur, Actum extitit & Conventum quod in hoc præſenti Fœdere, nullus penitus incluſus ſeu comprehenſus cenſeatur, ſive principaliter ſive ut Confœderatus, niſi communi conſenſu ipſorum Duorum Principum, ac per quemlibet ipſorum fuerit de cætero concorditer nominatus incluſus & admiſſus, nec poſſit alter ipſorum quempiam habere ſeu nominare Confœderatum qui ſit alterius ipſorum Hoſtis ſeu Inimicus, vel qui cum altero ipſorum aliquam habeat Controverſiam ſeu Querelam, aut a quo alter ipſorum Principum quicquam petere ſeu aliter recuperare prætendat, verum quantum ad hoc præſens Fœdus cæteris omnibus ut præfertur derogare cenſeatur.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quod uterque Princeps in Verbo Regio promittet, atque inter Sacra Miſſæ Sollennia per Sacroſancta Dei Evangelia jurabit, ſe omnes & ſingulos Articulos, Conventiones, Promiſſiones, Pacta in præſenti Fœdere comprehenſa, fideliter, bona fide, inviolabiliter obſervaturos, eo etiam adjecto, ut niſi id fecerit atque præſtiterit, fecerint atque præſtiterint eorum Hæredes & Succeſſores, pro quibus etiam ſpondere quiſque Princeps intelligetur & expreſſe declarabitur, tum Deo tum Hominibus habeantur inviſi atque etiam notati, & etiam uno eodemque tempore quo dictum Sacramentum præſtabunt, expreſſe promittent & paciſcentur, quemadmodum etiam Nos, Nomine eorum ex Mandato ſpeciali in hoc dato, promittimus & convenimus quod Regna, Dominia, Provinciæ, Terræ in hoc præſenti Fœdere comprehenſa & nominata, cum omnibus & ſingulis Civitatibus, Caſtris, Pagis, Villis, ac omnibus & ſingulis in eiſdem commorantibus, ac ſub Ypotheca expreſſa Bonorum eorumdem mobilium & immobilium quocunque locorum apprehendantur, ad Præſentium obſervationem obligata & aſtricta cenſeantur, ita quod Hæredes, Succeſſores,
* XIV. 774. Adminiſtratores, Occupatores prædictorum * Regnorum Dominiorum ac Provinciarum præſentia Fœdera ad Conſervationem eorumdem, a veris & juſtis Poſſeſſoribus ac Dominis realiter contracta, ac Pactorum Vi, Jure, Titulo & Poſſeſſione eorumdem ex ſpeciali Conventione conjuncta & cohærentia, tanquam debita hincinde Jura agnoſcant præſtent & inviolabiliter obſervent, videlicet, ut qui, ex Perſona alterius horum Illuſtriſſimorum Principum nunc apud Gallorum Regem verſantur, aut alios in eam Cauſam ſpecialiter mittendos & deſtinandos, ex parte & Nomine utriuſque Principis) communiter & conjunctim, eidem *Gallorum Regi* dici exponi & declarari, ac deſuper Reſponſum peti curabunt, & efficient Mandata in eam verborum formam concepta quæ ſequitur,

Primum, *conquerentur* Turcham, *Chriſtiani Nominis & Religionis ſæviſſimum Hoſtem, illius Amicitia fretum, in Fines Chriſtianos auſum irrumpere, & eo Incitamento majora in Communem omnium Perniciem moliri, itaque admonebunt ut deſiſtat ab omni Intelligentia cum* Turcha, *Revocet ſuos quos habet cum eo Oratores, & Nomen* Turchæ, *ut par eſt, habeat Inimicum; Satisfaciet Reipublicæ Chriſtianæ de omni Damno & Intereſſe ea occaſione illata, quod illo ſollicitante & procurante*, Turcha *in Chriſtianorum Ditionem invaſerit: Reſtituat Oppidum Marannia* Regi Romanorum: *Reſarciat* Cæſari *Expenſas & Damna quæ ſuſtinuit in Amiſſione Caſtri novi quod* Turchæ, *auxiliaribus Copiis Duodecim Triremium* Regis Gallorum, *expugnant: Abſtineat a Bello contra* Cæſarem, *ut poſſit commodius & tutius vacare Defenſioni Reipublicæ Chriſtianæ: Refundat Germanis Damna & Intereſſe quæ in Defenſione* Turchæ *paſſi ſunt: Rependat & ſolvat Sereniſſimo* Angliæ Majeſtati *quæ ei ex Pactis retro debentur & iniquiſſime detinentur, ac de Securitate Solutionis perpetuæ annuæ Penſionis Prædiis & Poſſeſſionibus datis ſatisfaciat:*

Et ulterius Conventum eſt quod, ſi alteruter horum Principum aliquid amplius a *Gallorum Rege* petere velit quam ſuperius eſt expreſſum, id ei liberum & permiſſum cenſeatur, dummodo Voluntatem ſuam diſerte & aperte de eo declaraverit ante Ratificationem præſentis Tractatus.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, ſi *Gallorum Rex*, conſcius Rerum male geſtarum, perterritus, & formidine imminentis illius cervicibus vindictæ Manu tam valida & potenti inferendæ, quam ex communi in Eum Conjunctione conjicere debeat & timere, de Pace & Concordia agere maluerit, & in Conditiones honeſtas conſentire, neuter dictorum Illuſtriſſimorum Dominorum noſtrorum poſt hæc Fœdera percuſſa de Pace & Concordia ſeperatim tractabit, ſed quæ alterutri dicta aut propoſita fuerint invicem communicabunt, & communibus Conſiliis reſpondebunt, nec aliter in ulla Fœdera, * Pacta, Con- * XIV. 775.
ventiones, Treugas, Inducias, aut Prorogationes Treugarum ſive Induciarum cum eodem *Gallorum Rege* conveniet concordabit aut paciſcet eorum alter, quam de communi & mutuo Conſenſu eorumdem, & donec ac quouſque utrique eorum de iis quæ ſpeciatim exprimuntur, fuerit ab eodem *Rege Gallorum* ſatisfactum, videlicet, Sereniſſimæ *Angliæ Majeſtati* rependerit ac ſolverit quæ Ei juſtiſſime ex Pactis retro debentur & iniquiſſime detinentur, & quo certius pendatur Penſio perpetua ejuſq; Solutio poſthac in tuto futura ſit, *Gallorum Rex* tradet in Poſſeſſionem Sereniſſimi *Angliæ Regis* totum Comitatum de Poynte cum Oppidis Bulloniæ & Territorio Montrelli, Tirivanni, & Arde, cum Terris Villis & Oppidulis adjacentibus finibus & limitibus dicti Comitatûs de Poynte, & Territoriis Bulloniæ terminandis, quæ Oppida Bulloniæ, Montrelli, Tirwanni & Arde, cum reliquis Oppidulis adjacentibus, & totum Comitatum de Poynte, ea Lege Conditione ac Pacto tradet Sereniſſimæ *Angliæ Majeſtati Gallorum Rex*, ut eadem Majeſtas ac ſui Succeſſores Angliæ Reges illa Oppida Comitatum & Territoria pro ſuis poſſideant ab omni Feodo libera & ſoluta, ea tamen Conditione adjectâ, ut ex Emolumento Annuo eorumdem, perpetuæ Annuæ Penſioni plene putetur ſatisfactum, & hæc pro parte Sereniſſimi *Angliæ Regis:*

Et Illuſtriſſimo *Cæſari* Ducatum Burgundiæ, & quæ proximo Articulo pro parte *Cæſaris* deſcribuntur.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, ſi *Rex Gallorum* in has Pacis Conventiones conſentire noluerit, aut poſt ceptum de hiis Colloquium per Decem Dies protrahere tempus & moras quærere perrexerit, eo Caſu, dicti Illuſtriſſimi Domini noſtri Bellum eidem *Gallorum Regi* communiter indicent, &

eum

Digitized by Google

capi, devinci, aut alio quovis modo diminui (quod Deus avertat) tenebitur ille Principum prædictorum cujus Exercitus vel Claſſis ſic, ut præfertur, caſu capietur ſeu diminuetur, illum ſive illam, intra Menſem, vel quamprimum bona fide fieri poterit, inſtaurare ſupplere & de novo reficere, & ad perfectum Numerum ſuperius limitatum realiter & cum effectu reſarcire & reparare, ſine omni dolo, fraude, dilatione, aut alia excuſatione quacunque, ad quem vero modum & formam ſpecialiter ſe gerent, quid primum & potiſſimum attentabunt, cujus in re exequenda Imperio alteruter
* XIV. 776. Admirallus parebit, id * ſtatuendum erit quod in Re præſenti utriq; Admirallo de Conſilio Principum ſuorum videbitur expedire.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, poſt Bellum *Regi Gallorum*, ut præfertur, Indictum, dicti Illuſtriſſimi Principes de communi Conſenſu, & quo Tempore & Loco eis videbitur expedire, dummodo tamen Biennium non exceſſerit, per ſe aut ſuos Locumtenentes juſto Exercitu, videlicet, quilibet eorum cum numero *Viginti Millium* Peditum & Quinque Millium Equitum, aut numero minori prout de Conſilio & Conſenſu utriuſque Principis convenerit, Regnum Franciæ aut alias Terras per *Gallorum Regem* occupatas, ſimul uno eodemque Tempore invadent, in ipſa autem Invaſione uterque Princeps Hoſti communi nocere vim omnem quam illo Exercitu poterit inferre, Civitates, Oppida, Caſtra, Territoria eidem auferre bonâ fide conabitur, & pro viribus tentabit, & hoſtilem Aggreſſionem quoad poterit, & dum ibi ſit proſequetur, nec per Quatuor Menſes integros ab illa Invaſione deſiſtent, niſi aut Manu cum Hoſte infeliciter conſertâ, Morbove aut Fame compulſi retrocedere & ab Invaſione deſiſtere cogantur, ipſorumve Principum communi Conſenſu ut antea diſcedere liceat fuerit Conventum.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod quoties Sereniſſimus *Angliæ Rex* per ſe aut ſuum Locumtenentem, cum Exercitu Viginti Millium Peditum & Quinque Millium Equitum, aut, etiam cum numero minori, ſi de eo cum *Cæſare* ſpeciali Pacto, ut proximo Articulo dictum eſt, convenerit, Regnum Franciæ invadet, *Cæſar* tenebitur & obligabitur præſentes propriis Impendiis Duo Millia Peditum Lanskenetorum & Duo Millia Equitum Hominum Valentium & ad Militiam bene inſtructorum ita conducere & parare ac parata habere, ut Exercitui Sereniſſimi *Angliæ Regis* quamprimum transfretaverit adjungantur, & Stipendiis *Cæſaris*, ſub Imperio tamen & Ductu Ducis Exercitus Sereniſſimi *Regis Angliæ*, tamdiu militabunt quoad idem Exercitus in Partibus illis ut redeat domum dimiſſus & diſſolutus fuerit.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod quoties Sereniſſimus *Angliæ Rex* ejuſve Locumtenens ad Invadendum Regnum Franciæ cum Exercitu transfretaverit, & per Patrias, Terras, Dominia, Civitates, Villas, atque Oppida, Portus Maris aut Aquas dulces dicto Illuſtriſſimo *Imperatori* jam ſpectantia, ire equitare & exercitum ducere voluerit, toties idem Illuſtriſſimus *Cæſar*, non ſolum liberum Tranſitum Acceſſum & Receſſum per hujuſmodi Locos abſque fraude, dolo, impedimento ſeu reſiſtentia concedet dabit & permittet, ſed etiam eidem Sereniſſimo *Angliæ Regi* ſic tranſire, Exercitum ducere, & Mare trajicere volenti, Naves ad hoc aptas, Currus, Equos, Plauſtra, Vehicula, Commeatus, ac omnis generis Victualia, necnon Arma quæcunque & Tormenta bellica tanto Exercitui neceſſaria, dabit & ſubminiſtrabit ac cum effectu dari & ſubminiſtrari faciet, Sumptibus tamen & Impenſis dicti Sereniſſimi *Angliæ Regis* ex bono & æquo moderandis; promittit inſuper idem Illuſtriſſimus *Imperator* quod Sereniſſimus *Angliæ Rex* quoties hujuſmo-



### *Commiſſio Imperatoris ad Confirmandum Tractatum ſupradictum. Dat. 12. Apr. 1543.*

### *De Poteſtatibus, pro Arctiori Amicitia cum Rege habenda; Approbatio Imperatoris.*

Charles, par la Divine Clemence, *Empereur des Romaines* Ann. D.
*touſjours Auguſte*, &c. a tous qui ces Preſentes veront Salut. 1543.
Comme ſoient eſte tenus propos, enter les Ambaſſadeurs & Mi- An. 34.
niſters de Treſcheirer & Treſaime bon Freer & Coſen le *Roy* H. 8.
*d'Angliter* & lez noſtres, de plus eſtroite Amitie & Confedera- Bibl.
tion, & Nous a faicte entendre le dit *Seigneur Roy* qu'il y eſtoit Cotton.
du tout enclyen & affectionee, comme de ſa parte le Nous a Galba
declaire encores dernierement *l'Eveſque de Londres* ſon Ambaſſa- B. 10.
deur devers Nous, veullant en ce ſincerement correſpondre, ſuivant l'Amitie que de tous temps eſte entre feurent de bon Memoire noz Predeceſſeurs & les Siens Luy & Nous,

Confiant entiremente par longe experiens dez Loyaltie, Fidelitie, Prudens, Sens, & Diſcretion de noſtre Chier & Foyall Counſelour & Maiſtre aux Requeſts ordinarie de noſtre Hoſtell, Meſſire *Euſtace Champnis* noſtre Ambaſſadeur d'envers le dit *Seigneur Roy*, icelluy avons Commis & Deputie Committons & Deputons par ceſtes, noſtre Procureur Mandataire pour avec le dit *Seigneur Roy* & lez Siens, Moyener, Capituler, Conclnier, Arreſter, & Paſſer la dite plus eſtroicte Amitie firme & durablement pour touſjours, entre Nous noz Enfans & Succedans de Nous & d'eux, Lye & les Siens,

Et aux ſi Tractier de Defenſion & Offenſion ſoit generall ou particuler Approver, Declarer, Amplier & Reſtraindre les Traictes paſſes ſi & come & avec tellez Paicts, Moyens, Conditions, & Seurtes qu'il verra eſtre raiſonnables & convenir a ceſte effecte,

Et pour tout ce qui fera Accorde & Capitule Nous Obligier & nos Hoirs & Succeſſeurs, & nos Royalmes & Paiis, tant generalement que ſpeciallment, & de faire en tout ce qui deſſus le Circumſtances & Dependences tout ce qui a noſtre Ambaſſadeur & Procurer ſemblera expediente, oyres qu'il y aye Choſes qui Requiſſent Mandement & Pouvoire plus ample expres & ſpeciall,

Promectans en Parolle d'Empreur & Roy avoyr Firme Eſtable & Agreable a touſjours tout ce que par noſtre Ambaſſadeur & Procurer ainſi le dite ſera Beſoigne, Faicte, Convente, Accorde, Capitule & Paſſe es Choſes Subjects, & ce que y peult attoucher & concerner, & en bailler, ſy meſtier eſt, noz Lettres Patentes de Ratification toutez lez foyes que requis en ſerons.

En Teſmoigne des quelles Choſes Nous avons Signes ceſtes de noſtre main & a icelles faicte apprendre noſtre Grand Siell.

Donne en noſtre *Ville de Vallidoly* le 2. Jour de May, l'An de
Grace 1542. & * de noz Regnes, aſcavoire de Sainct Empire le * XIV.
vingt & troiſieſme, des Eſpaignes des deux Secills & tous aultres, 778.
le vingt & huicteſme.

Ainſi ſubſcript,

Charles.

Et au reply de l'Inſtrumente,

*Par l'Ordinance de ſa Majeſtie.*

*Henricus Octavus*, Dei gratiâ *Angliæ Franciæ*, &c. Salutem.

M No-

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum Gratum & Firmum habituros quæcumque dicti Commiſſarii conjunctim, & Duo eorum diviſim, in Præmiſſis aut aliquo Præmiſſorum fecerint, ipſaque Ratificabimus, nec contra ea ullo unquam tempore veniemus ſed inviolabiliter obſervari curabimus.

In cujus rei Teſtimonium his Literis noſtris Manu noſtrâ ſignatis Sigillum noſtrum apponi fecimus.

Dat. apud noſtrum *Palatium de Weſtm.* viceſimo quinto Octobris, Anno Regni noſtri Triceſimo quarto.

Sic ſignat.

HENRY R.

Sic ſubſcript.

GODSALVE.

Cumque eo Tractatu inter cætera etiam ſpecialiter Cautum & Conventum ſit quòd, tam Nos quàm Sereniſſimus & Illuſtriſſimus *Rex Angliæ*, infra Quindecim Dies poſtquam alter noſtrûm ab altero vel ejus Nomine requiſitus fuerit, teneamur hujuſmodi Pacta, Conventiones, & Fœdera Ratificare & Confirmare, & Nos pro dicta Ratificatione & Confirmatione facienda, per Reverendum in Chriſto Patrem *Edmundum*, Permiſſione Divinâ, *Epiſcopum Londonienſem*, dicti Sereniſſimi & Illuſtriſſimi *Regis* apud Nos Legatum Oratorem & Commiſſarium, vigore Commiſſionis ſibi factæ, cujus etiam Tenor inferiùs deſcribitur, ſedulò & diligenter & debita cum inſtantia fuerimus requiſiti,

Nos attendentes dictam Requiſitionem eſſe juſtam & honeſtam, ac Pactis Conventionibus & Concluſionibus prædictis conſonam & conformem, volenteſque ea omnia quæ ad Nos attinent in hac parte debitè perficere & adimplere, ad Dei Omnipotentis, Beatæque & Intemeratæ virginis glorioſæ Mariæ, Omniumque Sanctorum Gloriam & Honorem, Reipublicæ Chriſtianæ, Regno-
* XIV 779. rumque * & Dominiorum noſtrorum Utilitatem Commodum & Emolumentum, eundem Tractatum, & omnia & ſingula in eo qualitercumque contenta, quatenus Nos Hæredes & Succeſſores noſtros aliquo modo concernant aut concernere poſſit, ex noſtra certa Scientia meraque purâ, ſyncerâ, liberâ, ſpontaneâ & deliberatâ Voluntate, omnibus melioribus modo, via, ſt        , formâ, jure aut causâ quibus melius & efficacius facere poſſimus aut debemus, ad omnem Juris & Facti effectum qui exinde aliquo modo ſequi poterit aut debet, pro Nobis Hæredibus, &c. noſtris Acceptavimus & Admiſimus, Laudavimus, Approbavimus, Confirmavimus, Emologavimus, Rata & Grata habuimus, ac Tenore Præſentium Acceptamus, Admittimus, Laudamus, Approbamus, Confirmamus, Emologamus, Rataque & Grata habemus, ac in ea omnia realiter & de facto Conſenſimus & Conſentimus, noſtroſque verum plenum & indubitatum Conſenſum Aſſenſum & Voluntatem eiſdem omnibus & ſingulis dedimus præſtitimus & adhibuimus, damus præſtamus & adhibemus, omneſque & ſingulos Defectus & Omiſſiones Solennitatum, ſi quæ forſan aliquo modo in prædictis ex Parte noſtra ſeu Commiſſarii noſtri antedicti interceſſerint, quantum ad Nos Hæredes vel Succeſſores noſtros attinet, ſupplendos fore, ſupplemus, & pro ſuppletis haberi volumus & habemus,

Promittentes & Pollicentes nichilominus in verbo Cæſareo & Regio, Fideq; Chriſtiani & Catholici Principis, prout etiam ſic Tenore Præſentium Promittimus & Pollicemur quòd Præmiſſa omnia & ſingula ſic acta, geſta, facta, conventa, pacta, concordata vel concluſa, & inde quomodolibet ſequuta Volumus, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris Rata, Grata, Firma & Stabilia perpetuò habere & tenere, nec eiſdem aut eorum alicui ullo unquam tempore de Jure vel de Facto contradicere contrafacere vel in aliquo contravenire, ſed firmiter & inviolabiliter conſtanter ſyncerè perfectè & plenariè obſervare ad-

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, [illegible] ta & Firma perpetuò habituros.

In quorum Fidem & Teſtimonium his Literis Manu noſtrâ ſubſcriptis Sigillum noſtrum appoſuimus.

Dat. in *Regia noſtra Weſtm.* xv. Die Menſis Februarii ab Incarnatione Chriſti Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo ſecundo, & Regni noſtri Anno Triceſimo quarto.

*Sic ſubſcriptum,*

HENRY.

*Et in Calce Literarum,*

GODSALVE.

* In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Te- * XIV. 780.
ſtimonium Sigillum noſtrum Magnum præſentibus appendi fecimus & mandavimus, & eaſdem Manu noſtrâ ſubſcripſimus.

Dat. in *Molendino Regio* Die ultimâ Menſis Martii, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo tertio, Imperii noſtri viceſimo tertio, & Regnorum noſtrorum viceſimo octavo.

CHARLES.

---

### *De Licentia Eligendi.*

REX Dilectis ſibi in Chriſto *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtrienſis, Salutem. Ann. D. 1543. An. 34. H. 8. Pat. 34. H. 8. p. 8. m. 26.

Cum Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Richardi ultimi Epiſcopi* ibidem, jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos alium vobis in Epiſcopum & Paſtorem veſtrum eligendi Licentiam Tenore Præſentium duximus concedendam,

Mandantes quod talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Eccleſiæ veſtræ prædictæ Neceſſarius, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xv. Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Cuſtodia Temporalium, pro Epiſcopo Roſſen.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1543. An. 35. H. 8. Pat. 35. H. 8 p. 13. m. 16.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, Pardonavimus Remiſimus & Relaxavimus, ac per Præſentes Pardonamus Remittimus & Relaxamus *Nicholao Epiſcopo Roffenſi*, alias dicto *Nicholao Hethe Epiſcopo Roffenſi*, ſeu quocumque alio Nomine, Cognomine, ſeu Additione Nominis aut Cognominis, Loci, Officii, ſive Dignitatis idem Epiſcopus cenſeatur nuncupetur aut vocetur, aut ante hæc tempora cenſebatur nuncupabatur aut vocabatur, omnes & ſingulos Infractiones Intrationes Ingreſſus in omnia & ſingula Dominia, Maneria, Terras, Tenementa, Redditus, Rectorias, Capellas, Temporalia, Juriſdictiones, & cætera Hæreditamenta & Poſſeſſiones quæcumque quæ fuerunt *Johannis Hulſey* nuper *Epiſcopi Roffenſis*, ultimi Prædeceſſoris prædicti nunc *Epiſcopi Roffenſis* in jure Epiſcopatus Roffenſis, aut aliquo alio modo, & quæ per ſive poſt Mortem ipſius *Johannis Hulſey* nuper *Epiſcopi Roffenſis* ad Manus noſtras devenerunt ſeu devenire debuerunt, ratione Va-

Digitized by Google

Necnon Damus ac per præſentes Concedimus *præfato Nicholao nunc Epiſcopo Roffen.* omnia & omnimoda Fines, Amerciamenta, Deperdita, & Exitus, per ipſum *Nicholaum nunc Epiſcopum Roffen.* foriſfacta, aut verſus ipſum habita ſeu adjudicata ante Quartum decimum Diem Aprilis Anno Regni noſtri Triceſimo quarto,

Habenda Percipienda & Retinenda omnia & ſingula prædicta, Exitus, Reventiones, Firmas, Redditus, Emolumenta, Proficua, Fines, Amerciamenta, Deperdita, & Exitus foriſfactos, eidem *Nicholao nunc Epiſcopo Roffen.* tam per Manus ſuas proprias quam per Manus nunc & nuper Vicecomit. Eſcaetorum, Ballivorum, Firmariorum, Tenentium, ſive Occupatorum eorumdem Præmiſſorum ſive eorum alicujus, de Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis aut Hæredibus noſtris reddendo ſolvendo ſeu faciendo.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxii. die Aprilis.

---

### *De Regio Aſſenſu.*

Ann. D. REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Metropolitano, ejuſve in Abſen-
1543. tia Vicario in Spiritualibus Generali, Salutem.
*An.* 35. Cum,
*H.* 8. Vacante nuper Eccleſia noſtra Cathedrali Ciceſtrienſi, per
*Pat.* 35. Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Ricardi ultimi Epi-*
*H.* 8. *p.* 2. *ſcopi* ejuſdem ad Epiſcopatum Coventrienſem & Lichfeldenſem,
*m.* 5. *Decanus & Capitulum* ibidem, Licentiâ primitus a Nobis per Ipſos, alium eligendi in eorum Epiſcopum & Paſtorem, petitâ pariter & obtentâ, Prædilectum & Fidelem Sacellanum noſtrum *Georgium Daye* in eorum Epiſcopum & Paſtorem canonice elegerunt & nominaverunt, ſicut per eorum Literas Nobis miſſas plenius liquet,

Vobis ſignificamus quod dictæ quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, humilibus eorum mediantibus Supplicationibus, noſtrum Regium adhibemus Favorem & Aſſenſum, & eundem *Electum* apud Nos Recommendatum habemus,

Quocirca Vobis Mandamus quod cætera omnia, quæ per Vos ad Confirmationem Ejuſdem dicto Epiſcopatui fieri conſueverunt, ſecundum Leges & Statuta Regni noſtri Angliæ in hac parte edita & proviſa, cum favore & diligentiâ facere velitis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Commiſſio Reginæ Scotorum ad Tractandum de Pace.*

Ann. D. MARIA, Dei Gratiâ, *Regina Scotorum*, Univerſis & ſingu-
1543. lis, ad quorum notitias præſentes Literæ pervenerint, Salu-
*An.* 35. tem.
*H.* 8. Quum Voluntati Divinæ, ut ejus Laudi & Honori Religioſè
*Ex Au-* ſerviatur, nichil magis placere videatur quam inter Reges & Ip-
*togr.* ſorum Regna atque Subditos Pacem & Concordiam cum ſummâ Tranquillitate alere & fovere, & præſertim inter illos qui Sanguinis & Patriarum vicinitate ſunt conjuncti,

Nos igitur,

De Fidelitatibus Induſtriis & providis Circumſpectionibus Dile-



capiendis, componendis, celebrandis, & habendis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Componendi, Paciſcendi, ac finaliter & integre Finiendi & Concludendi, Treugas antehac initas Innovandi & Prorogandi, hujuſmodique Pacem & Concordiam atque Treugas & Guerrarum Abſtinentias, Ligas, Amicitias, Fœdera, Affinitates, & Alligantias, & Confœderationes, aliaſque Pactiones & Conventiones de novo Componendi, Paciſcendi, Firmandi, Statuendi, & pro perpetuo Roborandi, prout dictis noſtris Commiſſariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis, & Nunciis, ſeu Ipſorum Quatuor Tribus vel Duobus conjunctim videbitur expedire,

Ac etiam de & ſuper omnibus & ſingulis Contentionibus, Quæſtionibus, Cauſis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, una cum ſuis Circumſtantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus atque Connexis, quæ inter Nos & dictum Illuſtriſſimum Principem & Avunculum noſtrum *Henricum Angliæ Regem, &c.* Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vaſallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes noſtros & ſuos prædictos hincinde Indiſcuſſa dependent aut pendere prætenduntur ſive noſcuntur, Tractandi, Conveniendi, Componendi & ea Reformandi,

Necnon quoſcunque Subditos noſtros Malefactores, Homicidas, Fures, Latrones, juxta Leges & Conſuetudines Marchiarum Regni noſtri Scotiæ debite puniri Promittendi,

Necnon Rebelles dicti Conſanguinei & *Avunculi noſtri* in Regnum noſtrum Fugientes, certis modo & formâ eidem Avunculo noſtro aut ſuo ſufficienti Deputato tradendos & deliberandos, Annuendi & Conſentiendi,

Necnon Leges Statuta & Ordinationes pro punitione hujuſmodi Malefactorum de novo Statuendi Condendi & Ordinandi, ac cuicunque Privilegio tam Juris quam Facti ſub quocunque verborum ſerie conceſſo vel concedendo, alicui Capitulo Tractatus, qui inter *Nos, noſtrumque Tutorem* & Gubernatorem Nomine noſtro, & dictum *noſtrum Avunculum*, noſtroſve aut ſuos Commiſſarios, Initus fuerit, concordatus atque concluſus, quovis modo Derogatorio, palam expreſſe & in vim pacti, Nomine noſtro & dicti noſtri Tutoris & Gubernatoris, Renunciandi,

Ac etiam Securitates, Cautiones, Promiſſa, Obligationes, Litteras, & Scripta ſigillata pro præmiſſorum complemento, Nomine noſtro & dicti noſtri Conſanguinei & Gubernatoris, Promittendi & Deliberandi, ac Juramentum in Animam noſtram Præſtandi,

Conſimiliaque Securitates, Cautiones, Promiſſa, Obligationes, & Juramentum a præfato Sereniſſimo Principe ejuſve Commiſſario ſimiliterque Exigendi Stipulandi & Recipiendi,

Univerſaque & ſingula, quæ per præfatos Commiſſarios, Procuratores, Oratores, Deputatos, & Nuncios noſtros * Ipſorum- * XIV.
que Quatuor Tres vel Duos conjunctim appunctuata, conventa, 783.
concluſa & concordata fuerint, Vallandi Roborandi & Aſſecurandi, per Fidei Interpoſitionem & Juramentum in Animam noſtram præſtandum, necnon de & ſuper hujuſmodi Appunctuatis & Concluſis, cæteriſque omnibus & ſingulis Præmiſſa qualitercumque concernentibus, quæ cum præfato Illuſtriſſimo Principe ſeu ejus Commiſſariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis prædictis appunctuata concordata & concluſa fuerint, Litteras validas & efficaces pro parte noſtra Tradendi & Deliberandi,

Litteraſque alias conſimilis effectus & vigoris ex altera parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia alia Præmiſſa & Præmiſſorum ſingula concernentia Faciendi Exercendi & Expediendi, Ita & eodem modo ſicut Nos Ipſæ faceremus & facere poſſemus ſi in propria Perſona noſtra, vel per dictum noſtrum Conſanguineum Tutorem & Gu-

 ber-

Digitized by Google

1543. An. 35. H. 8. Ex Autogr. quorum Notitiam præſentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Quia mittimus impræſentiarum ad Excellentiſſimum Potentiſſimum & Sereniſſimum Principem *Henricum*, eadem gratia, *Regem Angliæ*, Dilectos & Fideles noſtros Conſanguineos & Conſiliarios,

*Willielmum Comitem de Glencarne*, Dominum Kilmawris, &c.

*Georgium Douglas* Illuſtris Domini & noſtri Conſanguinei *Archibaldi Comitis Anguſiæ* Domini Douglas, &c. Fratrem Germanum,

*Willielmum Hamiltoun* de Sanquhare,

*Jacobum Lermouth* de Balcomy,

Equites,

Et Magiſtrum *Henricum Balnavis* de Halhill noſtrum Secretarium,

Noſtros Commiſſarios Procuratores & Oratores pro Pace Amicitiâ & Concordiâ inter *Nos* & dictum Sereniſſimum Principem *Avunculum noſtrum*, noſtra Regna & Subditos habendis ineundis & confirmandis, prout in Litteris noſtris & Commiſſione eis deſuper conceſſis plenius continetur,

Verum, ut hujuſmodi Pax Concordia & Amicitia, necnon Treugæ & Guerrarum Abſtinentiæ, Confœderationes, Pactiones & Conventiones ſecurius & firmius longiori Tempore & inviolabiliter obſerventur & teneantur;

Nos de Conſenſu & Aſſenſu Chariſſimi Conſanguinei noſtri *Jacobi Comitis Araniæ*, Domini Hammiltoun, &c. Tutoris noſtri & Regni Gubernatoris, cum Conſenſu etiam & Aſſenſu Trium Regni noſtri Statuum in Parliamento noſtro deſuper habito Facimus Conſtituimus & Ordinamus per Præſentes, præfatos *Willielmum Comitem de Glencarne*, *Georgium Douglas*, *Willielmum Hammiltoun*, *Jacobum Leremouth*, Equites, & *Magiſtrum Henricum Balnavis* noſtrum Secretarium, noſtros veros & indubitatos Commiſſarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos & Nuncios,

• XIV. 784. * Dantes & Concedentes ipſis, ac eorum Quatuor Tribus vel Duobus conjunctim, noſtram Poteſtatem & Mandatum ſpeciale & generale, pro Nobis & Nomine noſtro, cum præfato Illuſtriſſimo Principe Avunculo noſtro *Angliæ Rege*, & Sereniſſimo etiam Principe *Edwardo Principe Valliæ* ejus Filio & apparenti Hærede, ſuiſve Commiſſariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis & Nuncius, ad hoc plenam Poteſtatem & Auctoritatem ſufficientem habentibus, de & ſuper Sponſalibus & Matrimonio inter Nos ab una, & dictum Sereniſſimum Principem *Edwardum Principem Walliæ*, *&c.* ab altera Partibus, Deo annuente contrahendis, Communicandi, Aviſandi, Tractandi, Appunctuandi & finaliter concludendi, ac de & ſuper Re Uxoria & Sponſalibus per verba de futuro, ſeu Matrimonio per verba de præſenti, inter *Nos* & dictum *Dominum Edwardum*, prout commodius, firmius, melius & convenientius de Jure fieri poterit & debebit, verba Sponſalia de futuro, per ipſum *Principem Edwardum*, aut dictum Excellentiſſimum Principem *Angliæ Regem*, ejuſve Commiſſarios, Procuratores, Oratores, Deputatos & Nuncios, Nomine dicti *Principis Edwardi*, proferri Petendi, & noſtris ex parte & Nomine eadem cum Ipſo Principe Proferendi, Conſentiendi, Dicendi, Pronuntiandi, Recitandi & Accepandi, prout inter dictum Illuſtriſſimum Principem, ejuſque Filium, eorumque Commiſſarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios ac dictos noſtros Commiſſarios, Ambaſſiatores, Deputatos & Nuncios fuerit conventum & concluſum, eademque Sponſalia & Matrimonium per verba de futuro vel de præſenti, quantum fieri poſſit, cum dicto Domino *Principe Edwardo* Nomine & ex parte noſtris realiter & cum effectu Celebrandi Contrahendi & Perficiendi;

Ac cum ipſo Illuſtriſſimo Principe *noſtro Avunculo ejuſque Filio*, ſuiſve Commiſſariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis de Dote Dotalitio & Donatione propter Nuptias: Necnon de Auro cæteriſque rebus pretioſis in hac parte promiſſis ſeu promittendis,

Promittentes etiam in Verbo Regio, &c. ſu dicti noſtri Tutoris & Gubernatoris, Nos Ratum & Gratum Firmum atque Stabile pro perpetuo habituras quicquid & quæcunque per dictos noſtros Commiſſarios, Oratores, Ambaſſiatores, Legatos, Procuratores, & Nuncios, aut eorum Quatuor, Tres vel Duos in ſolidum acta, geſta, pollicita, procurata, ſtabilitave fuerint in Præmiſſis, & quolibet Præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium Magnum Sigillum noſtrum, una cum Sigillo dicti noſtri Conſanguinei Chariſſimi *Jacobi Comitis Araniæ*, *&c.* noſtri Tutoris & Regni Gubernatoris Præſentibus Manu ſuâ ſubſcriptis, ex Ordinatione * Dominorum Trium Regni noſtri Statuum, qui ad hoc ſuum dederunt Conſenſum & Aſ- • XIV. 785.
ſenſum, eſt appenſum, apud *Edinburgh* Quarto Die Menſis Maii, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo tertio, & Regni noſtri primo.

JAMES G.

*Sigillis avulſis.*

---

*De Cuſtodia Temporalium Ciceſtr.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1543. An. 35. H. 8. Pat. 35. H. 8. p. 2. m. 5.

Sciatis quòd,

Cum Sedes Epiſcopalis Ciceſtrenſis, per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Ricardi nuper Epiſcopi* ibidem in Epiſcopum Coventrenſem & Lichfeldenſem, vacaverit,

Nos, de Gratia noſtra ſpeciali ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes Damus & Concedimus Reverendo in Chriſto Patri *Georgio nunc Epiſcopo Ciceſtrenſi*, Cuſtodiam omnium Temporalium ejuſdem Epiſcopatûs, necnon omnium Caſtrorum, Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Reddituum, Servitiorum, ac aliorum Poſſeſſionum quorumcumque eidem Epiſcopatui qualitercumque pertinentium ſive ſpectantium, ac omnes Exitus, Redditus, Reventiones, & Proficua omnium & ſingulorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ, a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia,

Habenda & Percipienda tam per Manus ſuas quam per Manus nunc Receptorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, Firmariorum, & aliorum Occupatorum Temporalium prædictorum, ac omnium & ſingulorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ, ad Uſum priorum *ipſius nunc Epiſcopi* abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis reddendo ſolvendo ſeu faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, nono Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutionibus Temporalium Ciceſtr.*

REX Eſcaetori ſuo in Comitatibus Surriæ & Suſſexiæ, Salutem. Ann. D. 1543. An. 35. H. 8. Ibid.

Cum Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus* totius Angliæ Primas, vacante nuper Epiſcopatu Ciceſtrenſi, per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Ricardi Sampſon* ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccle-

ſiæ

1543. An. 35. H. 8. Ex Autogr. Nos,

*Willielmus Comes de Glencarne* Dominus de Kyimawrys, &c.

*Georgius Douglas* Illuſtris Domini *Archibaldi Comitis Anguſiæ* Domini Dowglas Frater Germanus,

*Willielmus Hammilton* de Sanquhare,

*Jacobus Lermouth* de Balcomy,

Equites,

Et Magiſter *Henricus Balnavis* de Halhill, Illuſtriſſimæ *Mariæ Reginæ Scotiæ* Secretarius,

Oratores, Procuratores, Ambaſſiatores, & Commiſſarii a dicta Illuſtriſſima & Nobiliſſima Principiſſa *Maria Regina Scotiæ*, de Conſenſu & Aſſenſu Illuſtris Viri *Jacobi Comitis de Arania* Regni Scotiæ, durante Minore Ætate dictæ Reginæ Gubernatoris & Tutoris ipſius Reginæ, unà cum Auctoritate Trium Statuum Parliamenti dicti Regni Scotiæ, ad hæc deputati,

Cum Illuſtribus & Præclariſſimis Viris,

*Thomâ Audeley Milite Domino Audeley de Walden* Cancellario Angliæ,

*Thomâ Duce Norfolciæ* Angliæ Theſaurario,

*Stephano Wintonienſi & Thoma Weſtmonaſterienſi*, Epiſcopis,

*Willielmo Domino Seint John* Chambelano Hoſpitii Domini noſtri Regis,

Et *Johanne Gage* Præclariſſimi Ordinis Garterii Milite Contrarotulatore Hoſpitii Domini noſtri Regis,

Commiſſariis & Deputatis ab eodem Invictiſſimo & Potentiſſimo Principe *Henrico Octavo*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Rege Fidei Defenſore* ac in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniæ Supremo Capite*, Domino noſtro Metuendiſſimo, ad Infraſcripta ſufficientem Poteſtatem & Auctoritatem habentibus, Communicavimus Tractavimus & Convenimus ac Concluſimus Articulos Pacta & Conventiones quæ ſequuntur.

Inprimis, Conventum Concordatum & Concluſum eſt inter Nos Oratores & Commiſſarios prædictos, Nominibus quibus ſupra, quòd inter dictum Illuſtriſſimum & Potentiſſimum Principem *Angliæ Regem*, & dictam Sereniſſimam Principiſſam *Reginam Scotiæ*, eorum Hæredes & Succeſſores, Regna, Patrias, Dominia, Terras, & Loca quæcumque eorundem, necnon Vaſſallos, Ligeos, Homines, Subditoſque ſuos quoſcumque præſentes & futuros, tam Eccleſiaſticos quàm Seculares, cujuſcumque Gradûs, Præeminentiæ, Status & Conditionis exiſtant, ſit bona, realis, ſincera, vera, integra, & firma Pax, Amicitia, Liga, Confœderatio, Unio & Intelligentia per Terram, Mare, Aquas dulces, & ubique Locorum, a Data Præſentium inconcuſsè & inviolabiliter obſervandæ & perpetuò duraturæ, durante Vitâ utriuſque Principum prædictorum, ac per unum Annum integrum poſt Mortem alterius eorum primùm Morientis.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quòd, durante Termino prædicto, neuter dictorum Principum movebit per Se aut Subditos ſuos, aut per alios quoſcumque moveri faciet procurabit aut permittet Guerram, Bellum, Hoſtilitates, Inimicitias quaſcunque per Terram, Mare, Aquas dulces, Portus, Littora Maris, aut alia Loca quæcumque adverſus alterum dictorum Principum, eorumve Subditos, Ligeos, Vaſallos aut Confœderatos, nec quicquam aliud aget, faciet, tractabit vel attemptabit, aut ab aliis agi, fieri, tractari vel attemptari procurabit permittet aut conſentiet, quocumque in loco, aut occaſione ſive prætextu quibuſcumque, quod in Injuriam Dampnum vel Moleſtiam alterius Principum prædictorum, eorumve aut eorum alterius Terra- cludendis ſive confirmandis, cum quibuſcumque Perſonis cujuſcumque Gradus, Status, Honoris, Conditionis ſive Dignitatis exiſtant.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quod neuter dictorum Principum, eorumve aut eorum alterius Subditi, prætextu occaſione aut ratione ullius Sententiæ ſive Cenſuræ Eccleſiaſticæ, quæ in aut contra alterutrum Principum prædictorum, eorumve aut eorum alterius Regna, Terras, Dominia, aut Subditos ante tempus hujus intimi Contractus Pacis & Confœderationis, utcumque de Jure vel ab Homine lata interpoſita vel promulgata eſt, aut quæ impoſterum quacumque de Cauſa, per quemcumque Judicem cujuſcumque Auctoritatis, Honoris, Præeminentiæ aut Dignitatis exiſtat, fieri interponi aut promulgari continget, aut ratione prætextu ſive occaſione alterius cujuſcumque Rei Cauſæ ſive Materiæ dictum perpetuæ Pacis Fœdus, aut aliquem Articulum in eodem comprehenſum violabit diminuet, violabunt diminuent aut diſſolvent; ſed omnia & ſingula Articulos & Capitula præſentis Contractus, juxta verum tenorem, vim, formam & exigentiam eorundem, inconcuſſe inviolabiliter & bona fide obſervabunt: Quodque utraque Pars Partium prædictarum, quarum Nomine & Auctoritate contrahimus, infra Tres Menſes poſt Datam Præſentium, coram Notariis & Teſtibus ad id ſpecialiter vocatis & requiſitis, necnon in præſentia Oratorum ſive Oratoris ad id videndum & requirendum per eoſdem aut eorum alterum deſtinandi ſive deſtinandorum, omnibus & ſingulis Privilegiis, Diſpenſationibus, Cauſis, Rationibus, Prætextibus & Occaſionibus, ac etiam aliis quibuſcumque Juris aut Facti Remediis in genere vel in ſpecie, ipſis aut eorum alteri de Jure vel ab Homine, ſub quacumque Verborum ſerie conceſſis ſive concedendis, perinde ac ſi ſpecialiter & nominatim eſſent hic inſerta, per quæ effectus Præſentium quomodolibet impediri poſſit, Lege aut Canone, quibus cavetur quod Generalis Renunciatio Privilegii Exceptionis vel alterius Beneficii futuri non valeat, in aliquo non obſtante, palam publice expreſſe & in Scriptis, ex certa Scientia & in vim Pacti renunciabit, prout Nos Oratores & Commiſſarii prædicti, Nominibus eorum quorum Auctoritate contrahimus, palam publice & in vim Pacti in his Scriptis, omnibus & ſingulis hujuſmodi Privilegiis, Diſpenſationibus, & cæteris Præmiſſis per præſentes Renunciamus.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, dictis Pace & Amicitiâ durantibus, neuter Principum prædictorum quoviſmodo receptabit cuſtodiet aut retinebit, nec a Subditis ſuis receptari cuſtodiri vel retineri permittet aliquos Rebelles ſive Proditores dictorum Principum, aut eorum alterius, de Crimine Læſæ Majeſtatis ſuſpectos, nec * hujuſmodi Rebellibus ſeu * XIV.
Proditoribus, qui in aliquem Locum Obedientiæ Principum præ- 788.
dictorum ſeu alterius eorum declinaverit, quoquo modo dabit ſeu præſtabit Conſilium, Auxilium, Favorem, Subſidium aut Aſſiſtentiam, ſed infra Viginti Dies, poſtquam per Litteras ipſius Principum prædictorum cujus hujuſmodi Rebelles ſive Proditores extiterint, alter ex Principibus hujuſmodi qui requiſitus fuerit Eos omnes & ſingulos Litterarum hujuſmodi Requiſitionis Latori, aut alii ad hoc in hujuſmodi Litteris nominato ſive Deputato bonâ fide tradet reſtituet & deliberabit, tradive reſtitui & deliberari faciet.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quod dictis Pace & Amicitiis durantibus, neuter Principum prædictorum quovis modo receptabit, nec a Subditis ſuis eorum alter receptari permittet, aliquos Homicidas, Fures, Latrones, aut

Principum vim habebunt Litterarum Salvi Conductus, eruntque ſufficientis Roboris ut Ligei & Subditi in eiſdem nominati, cujuscumque fuerint Dignitatis Status aut Præeminentiæ, liberi tutique in ſuum Regnum redire poterint, etiamſi Princeps ipſe interpellatus Litteras ſuas Salvi Conductus tradere noluerit aut recuſaverit, Litteris nichilominus Salvi Conductus ante hæc tempora conceſſis ſuo robore duraturis.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quod Homicidæ, Fures, Larrones, & alii Malefactores quicumque utriuſque Regnorum prædictorum durantibus dictis Pace & Amicitiis modo & forma ſequentibus puniantur, videlicet, ſi contingat de cætero aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos *dictæ Reginæ Scotiæ*, aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos *dicti Regis Angliæ*, infra Marchiam Scotiæ vel Limites Marchiarum Angliæ violenter interficere, Gardianus Marchiarum prædictarum Scotiæ, ejus Deputatus vel Deputati, cum omni Cura & Diligentia, omni Favore poſtpoſito, ac dolo fraude & ſiniſtrâ Machinatione quibuſcumq; in hac parte ceſſantibus, proſequentur & quilibet proſequetur, ut talis Interfector ſeu Interfectores capiantur & ducantur ad Diætam per Gardianos utriuſque Marchiarum vel per eorum Deputatos appunctuandam, ubi ſi per Leges Marchiarum legittime convincantur vel aliquis eorum convincatur, tunc Gardianus Marchiarum Scotiæ talem Interfectorem vel Interfectores, ut ſupra Convictum vel Convictos, Gardiano Marchiarum Angliæ liberabit ſeu liberari faciet; qui Gardianus Marchiarum Angliæ ipſum Homicidam vel Homicidas, ſic ut ſupra convictum vel convictos & ſibi conſignatos, pro hujuſmodi Homicidio ultimo Supplicio condempnabit: Et ſi contingat de cætero aliquem
* XIV. 789. vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *Regis * Angliæ*, aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dictæ *Reginæ Scotiæ* infra Marchias Angliæ vel Limites Marchiarum Scotiæ violenter interficere, Gardianus Marchiarum dictarum Angliæ vel ejus Deputatus vel Deputati, cum omni Cura ac Diligentia, omni Favore poſtpoſito, ac dolo fraude & ſiniſtrâ Machinatione in hac parte ceſſantibus, proſequentur & quilibet proſequetur, ut talis Interfector ſive tales Interfectores capiantur, ac ducantur ad Diætam per Gardianos utriuſque Marchiarum vel per eorum Deputatos appunctuandam, ubi ſi per Leges Marchiarum legittime convincantur aut aliquis eorum convincatur, tunc Gardianus Marchiarum Angliæ talem Interfectorem vel Interfectores, ut ſupra Convictum vel Convictos, Gardiano Marchiarum Scotiæ liberabit ſeu liberari faciet, qui Gardianus Marchiarum Scotiæ ipſum Homicidam vel Homicidas, ſic ut ſupra Convictum vel Convictos & ſibi conſignatos, pro hujuſmodi Homicidio ultimo Supplicio damnabit.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quod Naves, Nautæ, Mercatores, aut alii Subditi utriuſque Principum prædictorum, per Terram Mare & Aquas dulces euntes, converſantes, navigantes, Naufragium paſſuri, vel permanentes, tractentur & recipiantur prout melius tractari & recipi conſueverunt in temporibus aliarum Treugarum & Pacis, priùs inter *Angliæ & Scotiæ Reges* & eorum Regna initarum & concluſarum, & præcipue quod recipiantur & tractentur juxta vim formam & effectum Tractatus Treugarum concluſarum inter quondam Potentiſſimos, bonæ & præclaræ Memoriæ, *Edwardum Quartum & Jacobum* tunc *Angliæ & Scotorum Reges*, de data primi Diei Menſis Junii, Anno Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo quarto.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quod ſi aliquis ex Subditis alterius Principum prædictorum quicquam Deprædatus fuerit, ſeu attemptaverit infra Marchiam aut Terram alterius Partis Partium prædictarum, & poſt Deprædationem illam ſic attemptatam fugiendo revertatur ad Marchiam vel ad Terram illius Partis cujus eſt Subditus, licebit illi contra quem ſic attemptatum fuerit, in recenti, vel infra Sex Dies computandos a tempore Delicti ſic attemptati vel commiſſi, Auctoritate præſentis

[illegible]
permanebunt toto tempore prædicto, ita quod neque Potentiſſimus *Rex Angliæ* per Se, aut ſuos Inhabitantes Villam ſeu Caſtrum hujuſmodi, Bellum ſeu Guerram, Inſultum aut Obſidionem dictæ Sereniſſimæ *Reginæ Scotiæ* ſuiſve Ligeis aut Vaſſallis, neque Sereniſſima *Regina Scotiæ* per Se, aut per alios Ligeorum * Subditorum aut Vaſſallorum ſuorum, Guerram Inſultum aut Obſidionem * XIV. 790.
in ipſis Locis, aut Incolis eorundem faciet quovis modo, pendente tempore Pacis Amicitiæ & Confœderationis prædictarum.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, ſi aliquis Ligeorum unius vel alterius Principum prædictorum reparaverit ædificaverit ſeu, ut vulgariter dicitur, impoſuerit *le Fiſhe Garthe* de Eske, aut rumpat vel diſtruat eundem, pro non Attemptato reputabitur; Et nihilominus alia Attemptata quæcumque reparabuntur, ſic quod Reparatio aut Diſtructio dictæ *le Fiſhe Garthe* non impediet Reformationem aliorum Attemptatorum, nec introducet Ruptionem præſentis Pacis Amicitiæ ſeu Confœderationis.

Item, Conventum & Concordatum eſt, quod Fugitivi Scotiæ qui devenerunt Ligei *Regis Angliæ* debent ligari ex parte Anglorum ad obſervandum Articulos præſentis Pacis Amicitiæ & Confœderationis, & quod Attemptata per eos ſuper Subditos *Reginæ Scotiæ* debent eodem modo reformari, quo reformabuntur Attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*, idem per omnia obſervandum ex parte Sereniſſimæ *Reginæ Scotiæ* ſi qui Angli ante hæc tempora Ligei *Reginæ Scotorum* devenerint quovis modo.

Item, Conventum & Concluſum eſt quod, ſi aliquis Subditus alicujus Principis Principum prædictorum, qui paſſus Rapinam vel Spolium a Subdito alterius eorundem, propria auctoritate ſuâ propter hanc Spoliationem Priſas vel Diſtructiones Perſonarum vel Bonorum fecerit, eo ipſo cadat a Cauſa ſua, & nihilominus ſecundum Delicti exigentiam punietur.

Item, Conventum & Concluſum eſt quod quanquam præſens Pax, Unio, Liga & Intelligentia captæ & initæ ſunt modis & formis ut ſupra, attamen non dicentur nec reputabuntur omnino Generalis ſive Generales, nec ſe extendent ad Inſulam *de Lundey* in Regno Angliæ, nec ad Dominium *de Larne* in Regno Scotiæ, ſed Dominium & Inſula prædicta intelligentur nullo modo in hac Pace Amicitia & Confœderatione comprehenſa.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, ſi eiſdem Amicitia & Confœderatione durantibus aliquid contra eoſdem vel aliquem Partem earundem, per Terram ſive per Mare fieri vel attemptari contingat, propterea non erunt nec cenſebuntur Ruptæ Infirmatæ vel Adnullatæ præſentes Pax, Amicitia, Liga, & Confœderatio, ſed nichilominus in ſuo robore permanebunt, & Attemptata hujuſmodi debite reformabuntur.

Item, Conventum Concordatum & Concluſum eſt, quod in præſenti Tractatu comprehendantur, videlicet,

Pro Parte Sereniſſimi *Regis Angliæ*,

*Carolus Imperator*,
*Rex Romanorum*,
*Societates Mercatorum Hanzæ Teutonicæ*,

Pro Parte vero Illuſtriſſimæ *Reginæ Scotiæ*,

*Carolus Imperator*,
*Chriſtianiſſimus Francorum Rex*,
*Rex Romanorum*,
*Rex Daciæ*,
*Dux Geldriæ*,
*Dux Holſatiæ*,
*Marcio Brandiburgenſis*,
*Societas Mercatorum Hanzæ Teutonicæ*,

Nec-

Digitized by Google

infra Duos Menſes a Data Præſentium, præſens Tractatus jurabitur confirmabitur & ratificabitur utrinque modo ſequente, videlicet, pro parte Illuſtriſſimi *Angliæ Regis* ſub Magno Sigillo ſuo & Subſcriptione, una cum Juramenti ex more præſtatione; pro parte vero *Regni Scotiæ* Ratificatio Confirmatio, & Juramentum Nomine totius Regni præſtandum, auctoritate Trium Regni Statuum tranſigentur, una cum Conſenſu *Gubernatoris*, ac Litteris Tenorem hujus Tractatus ad Verbum continentibus, ſub Sigillo dictæ Illuſtriſſimæ Principiſſæ *Mariæ*, factis & ſigillatis.

*Sequuntur Tenores Commiſſionum*,

*Maria*, Dei gratia, *Regina Scotorum*, *&c. ut ſupra* 4 *Die Maii.*

*Henricus Octavus*, Dei gratia, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Rex* Fidei Defenſor & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ ſupremum Caput, Prædilecto & Fideli Conſiliario noſtro *Thomæ Audeley* Prænobilis Ordinis Garterii Militi *Domino Audeley de Walden* Cancellario noſtro, ac Chariſſimo Conſanguineo noſtro *Thomæ Duci Norffolchiæ* Theſaurario noſtro Angliæ, Necnon Reverendis in Chriſto Patribus *Stephano Wintonienſi & Thomæ Weſtmonaſterienſi*, Epiſcopis, ac Dilectis & Fidelibus noſtris *Willielmo Domino Saynt John* Camerario Hoſpitii noſtri, & *Johanni Gage* dicti Hoſpitii noſtri Contrarotulatore dicti Prænobilis Ordinis Garterii noſtri Milite, Salutem.

Sciatis quod Nos, de Fidelitate, Prudentiâ, Integritate, Circumſpectione & Induſtria veſtrum plurimum confidentes, Aſſignamus Vos, Quinque, Quatuor, & Tres veſtrum conjunctim noſtros Oratores Commiſſarios & Deputatos,

Dantes & Concedentes Vobis, Quinque, Quatuor, & Tribus veſtrum, noſtram Poteſtatem ac Mandatum ſpeciale & generale, pro Nobis & Nomine noſtro, cum Oratoribus Commiſſariis & Nunciis Excellentiſſimæ Principiſſæ, & Chariſſimæ, Proneptis noſtræ, *Mariæ Reginæ Scotiæ* ad hoc plenam & ſufficientem Poteſtatem habentibus, de & ſuper Sponſalibus per verba de futuro, ſive de Matrimonio per verba de præſenti, inter Præclariſſimum Principem *Edwardum* Filium noſtrum Primogenitum & Hæredem noſtrum apparentem, & dictam Excellentiſſimam Principiſſam *Mariam Scotiæ Reginam*, Deo annuente contrahendis, ac de Dote Dotalitio & Donatione propter Nuptias, eaque Qualitate & Quantitate, Terminis, Locis & Modis Solutionum, ac de ſalva Cuſtodia Perſonæ *prædictæ Reginæ*, quomodo, quibus in Locis, & per quos fieri debet, quamdiu & quanto tempore erit duratura; Et pro Perſona *prædictæ Reginæ*, ad certum Terminum per Nos concludendum, Deliberanda; ac de & ſuper Statu Regimine & Gubernatione dicti Regni Scotiæ durante Minori Ætate *dictæ Reginæ:* necnon pro firma & perpetua Pace, Concordia, Treuga & Guerrarum Abſtinentiis, Amicitiis, Confœderationibus, ac mutuis & Amicabilibus Communicatione & Intercurſu Mercium & Mercandizarum, inter *Nos* & dictam Excellentiſſimam Principiſſam *Mariam Reginam Scotiæ* Proneptem noſtram Chariſſimam, Hæredes & Succeſſores utriuſque noſtrum, Regina, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vaſſallos, Confœderatos, Amicos & Adhærentes noſtros & ſuos quoſcumque, hincinde, Deo annuente, contrahendis, Communicandi, Aviſandi, Tractandi, Componendi, Appunctuandi, Concordandi, Paciſcendi & Concludendi,

Cæteraque omnia alia & ſingula Faciendi Gerendi & Exercendi quæ in Præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet
* XIV. 792. oportuna, & quæ tanti Negotii qualitas cum ejuſdem * circumſtantiis & annexis exigit & requirit,

Promittentes in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum Firmum

*Tractatus Concluſionis Matrimonii inter Principem Edwardum Filium Premogenitum Henrici Octavi & Mariam Reginam Scotiæ.*

UNIVERSIS & ſingulis, ad quorum Notitias præſentes Litteræ Indentatæ pervenerint, Notum ſit & manifeſtum, quod Nos, Ann. D. 1543. An. 35. H. 8. Ex Autogr.

*Willielmus Comes de Glencarne*, Dominus de Kylmawris, &c.

*Georgius Douglas* Illuſtris Domini Archibaldi Comitis Anguiſiæ Domini Douglas Frater Germanus,

*Willielmus Hamiltoun* de Sanquhare,

*Jacobus Lermouth*, de Balcomy,

Equites,

Et Magiſter *Henricus Balnavis* de Hallhyll Illuſtriſſimæ *Mariæ Reginæ Scotiæ*, Secretarius,

Oratores, Procuratores, Ambaſſiatores, & Commiſſarii, a dicta Illuſtriſſimâ & Nobiliſſimâ Principiſſa *Maria Regina Scotiæ*, de conſenſu & aſſenſu Illuſtris Viri *Jacobi Comitis de Arania* Regni Scotiæ (durante minore Ætate dictæ Reginæ) Gubernatoris, & Tutoris ipſius Reginæ, una cum Auctoritate Trium Statuum Parliamenti dicti Regni Scotiæ, ad hæc deputati, cum Illuſtribus Præclariſſimis Viris.

*Thoma Audeley* Milite *Domino Audeley de Walden*, Angliæ Cancellario,

*Thoma Duce Norfolciæ*, Angliæ Theſaurario,

*Stephano Winton.* & *Thoma Weſtm.* Epiſcopis,

*Willielmo Domino Saint John*, Chambelano Hoſpitii Domini noſtri Regis,

Et *Johanne Gate*, Præclariſſimi Ordinis Garterii Milite, Contrarotulatore Hoſpitii dicti Domini noſtri Regis,

Commiſſariis & Deputatis ab eodem Invictiſſimo & Potentiſſimo Principe *Henrico Octavo*, Dei gratia, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Rege Fidei Defenſore & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremo Capite*, Domino noſtro Metuendiſſimo, ad Infraſcripta ſufficientem Poteſtatem & Auctoritatem habentibus, Communicavimus Tractavimus & Convenimus, ac concluſimus Articulos Pacta & Concluſiones quæ ſequuntur,

IMPRIMIS, Convenimus, & Concordavimus, ac Nomine eorum quorum ſpeciali mandato auctoritatem ad Infraſcripta ſufficientem habemus, Promittimus & Spondemus, quod Illuſtris & Nobilis Princeps *Edwardus Filius* Primogenitus & Hæres proximus apparens & Indubitatus Invictiſſimi & Potentiſſimi Principis *Henrici Octavi*, Dei gratia, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, adhuc Ætate Minor nec dum Sexennis habebit,
ducet & accipiet in Uxorem, ac Animis * maturis & convenien- * XIV. 793.
tibus Maritali affectu tractabit Illuſtrem & Nobilem Principiſſam *Mariam Reginam Scotiæ*, jam etiam Minorem, nec dum primum ætatis ſuæ Annum egreſſam, quemadmodum eadem Illuſtris & Nobilis Principiſſa *Maria* illis iiſdem Temporibus convenientibus habebit nubet & pro Marito accipiet eundem Illuſtrem & Nobilem Principem *Edwardum*, quam quidem Copulam Conjugalem, ſimul cum effectuali & reali Conſummatione ejuſdem, utraque Pars jam Contrahentium & Paciſcentium procurabit ſolicitabit ac viis & modis omnibus quibus poterunt præſtare conabuntur, nec facient, dicent, allegabunt aut committent, nec quoad poſſunt ab aliis fieri, dici, allegari aut committi ſinent aut permittent quod dictæ Copulæ Conjugali ad perfectionem & complementum perducendæ aut nocere, aut ullo Impedimento eſſe queat, quodque etiam a die hujus Tractatus ratificati confirmati, & Obſidum quem-

ad-

Digitized by Google

Donationem propter Nuptias dicta Illuſtris & Nobilis Principiſſa *Maria Regina Scotiæ*, virtute hujus pacti & conventionis, Jus ac Titulum habere cenſeatur, ut illud gaudere tenere ac poſſidere, durante vitâ ſuâ naturali, poſſit & debeat.

ITEM, quum Tres Status Regni Scotiæ certos ejuſdem Regni Barones conſtituerunt qui tutam & ſalvam Cuſtodiam dictæ Illuſtriſſimæ & Nobilis Principiſſæ *Mariæ*, dum adoleverit ipſa, curent & præſtent, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, quamdiu dicta Illuſtris *Maria* Regina intra Regnum Scotiæ fuerit commorata, & quouſque ex vi hujus Fœderis in Angliam deduci & exhiberi debeat, dicti Regni Scotiæ Barones ad id deſignati Curam illam cuſtodiendi Corporis dictæ Illuſtris Principiſſæ *Mariæ* habeant, Illamque ejuſmodi locis ac illo Satellitio cuſtodiendam curent, quæ ad Sanitatem conferre, & ad Tutelam expedire videbuntur; dummodo tamen a Præſcripto Parliamenti in eâ parte edito non recedant.

Et nichilominus etiam illud a Nobis Conventum eſt, ut quo melius Educationi dictæ Illuſtriſſimæ Dominæ *Mariæ* conſulatur, & in hâc tenellâ Ætate ut Corpori Salubria ſic etiam Moribus fingendis Decentia & commode & tempeſtive adhibeantur, Invictiſſimus *Angliæ Rex*, vi præſentis Pacti & Conventionis in hoc ſpecialiter editi, poterit pro Arbitrio, quum ei ita viſum fuerit, Nobilem aut Generoſum quemvis Anglum natum in Regnum Scotiæ deſtinare, qui comitatus ſuâ Uxore, aut aliâ Nobili Generoſive Muliere ſive Mulieribus una cum earum Pediſſequis & Familiâ, modo numerum Vicenarium univerſim omnes non
* XIV. 791. exceſſerint, ad Regnum * Scotiæ quum acceſſerit, in ædes & Familiam dictæ Illuſtriſſimæ Dominæ *Mariæ Reginæ* recipi & admitti debeat, & tam ipſe, quam ejus Uxor & aliæ Nobiles & Generoſæ Fœminæ ac Mulieres, liberum Acceſſum Temporibus & Horis omnibus convenientibus ad Præſentiam ipſius Illuſtriſſimæ Principiſſæ Mariæ habeant, tanquam Perſonæ ad hoc Auctoritatem habentes, ut ſalubri Dietæ, & rectæ Morum Inſtitutioni dictæ Illuſtriſſimæ Principiſſæ *Mariæ* intendant & proſpiciant, qui quidem Nobilis ſive Generoſus, & ſuas, & Univerſæ Familiæ ſuæ, Expenſas omnes ſuo Ære pendat atq; diſſolvat, nec eas ibi aut miniſtrari aut refundi quoquo modo expectet.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, quamprimum dicta illuſtris Principiſſa *Maria* Decimum Annum ætatis impleverit & Undecimum attigerit, ſtatim intra Menſem proxime ſequentem deducetur in Confinia Villæ Berwikæ, atque ibi illis exhibebitur quos Invictiſſimus *Angliæ Rex*, ſi vixerit, aut Illuſtris Princeps *Edwardus* eo deſtinaverit, ut Eam quo par erit Honore excipientes, Illam & obſervent honorifice & aſſidue comitentur, quoad Eam vel ad Illuſtriſſimi Regis vel Illuſtris Principis Præſentiam perduxerint, ut fuerit conſtitutum:

Proviſo ſemper quod, ante diſceſſum dictæ Illuſtriſſimæ Dominæ *Mariæ* ex Scotia, Contractus Matrimonii, verbis ab Eccleſiâ receptis & probatis, interventu Procuratorum utrinque mittendorum ſpeciale Mandatum ad hoc habentium, tranſigatur & fiat, ita quod Procuratorum hujuſmodi miniſterio Illuſtriſſimi Principes *Edwardus* & *Maria* proferentes mutuo & eloquentes invicem Verba ad Matrimonium apta, cenſeatur Contractus Matrimonii eo modo legitime inter ipſos tranſactus & celebratus, quemadmodum interim in eorum Infantia virtute præſentis Conventionis inter Parentes & Tutores jure & legitime interveniſſe cenſeatur.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, infra Duos Menſes poſt Datam præſentis Tractatus, ex parte Regni Scotiæ tradentur, ſeu deliberabuntur intra Fines Regni Angliæ, Gardiano ſive Locumtenenti Invictiſſimi *Angliæ Regis*, &c. illi, viz. quem ſua Majeſtas ad hoc aſſignaverit, Sex Nobiles Regni Scotiæ, quorum Duo ad minimum Comitis, aut Comitum ipſorum certi proximi apparentes & indubitati Hæredes, Quatuor vero Barones, aut Baronum ipſorum certi proximi apparentes & in- eodem Regno Scotiæ approbatæ.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, ſi poſt acceſſum Illuſtriſſimæ Dominæ *Mariæ* in Angliam & Matrimonium cum Illuſtriſſimo Principe * *Edwardo* Conſummatum * XIV. 795.
contigerit (quod Omen Deus avertat) eundem Illuſtriſſimum Principem prole necdum ab Illuſtriſſima Principiſſa *Maria* ſuſceptâ, nec procreatâ, hâc Vitâ decedere; eo Caſu dicta Illuſtriſſima Principiſſa *Maria* liberam habeat facultatem & poteſtatem in Regnum Scotiæ redire pro arbitrio & placito & Innupta & Indeſponſa, abſque ullo Impedimento aut Obſtaculo Invictiſſimi *Angliæ Regis*, ſuorum Succeſſorum aut Subditorum in diverſum objiciendo.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod; quo tempore ipſa Illuſtris Principiſſa *Maria* in Regnum Angliæ ex præſenti Conventione deducetur, Nobilis Vir *Jacobus Comes Arraniæ* Regni Scotiæ Gubernator, qui eo Nomine tum Fructus Regni interim percipiet, tum Bonis dictæ *Reginæ* ſe intromittet, tam ipſe quam Hæredes & Succeſſores ſui eo Tempore, per Illuſtriſſimum *Angliæ Regem* & Illuſtrem Principem *Edwardum* liberabuntur & exonerabuntur, ac quieti reddentur de Fructibus receptis, & Bonis omnibus mobilibus quibus dictus Gubernator ſe intromiſerat: Reſervata tantummodo ex hiis Bonis mobilibus quæ tum ſupererunt Parte aliqua & Portione convenienti, quæ ad inſtruendam Perſonam dictæ Illuſtriſſimæ Principiſſæ *Mariæ* in Angliam pro Honore ſuo deducendæ neceſſario requiretur.

ITEM, Conventum Concordatum & Concluſum eſt quod, infra Duos Menſes a Datâ Præſentium, præſens Tractatus jurabitur confirmabitur & ratificabitur utrinque modo ſequenti, videlicet, pro parte Illuſtriſſimi *Angliæ Regis* ſub Magno Sigillo ſuo & Subſcriptione, una cum Juramenti ex more præſtatione; pro parte vero *Regni Scotiæ* Ratificatio, Confirmatio, & Juramentum Nomine totius Regni præſtandum, auctoritate Trium Regni Statuum tranſigentur, una cum Conſenſu *Gubernatoris*, ac Litteris Tenorem hujus Tractatus de Verbo ad Verbum continentibus, ſub Sigillo Illuſtriſſimæ Principiſſæ *Mariæ*, factis & ſigillatis.

*Sequuntur Tenores Commiſſionum.*

*Mari*, Dei gratiâ, *Regina Scotorum*, &c. *ut ſupra 4 Die Maii.*

*Henricus Octavus*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Rex* Fidei Defenſor & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ ſupremum Caput, Prædilecto & Fideli Conſiliario noſtro *Thomæ Audeley* Prænobilis Ordinis Garterii Militi *Domino Audeley de Walden* Cancellario noſtro, ac Chariſſimo Conſanguineo noſtro *Thomæ Duci Norfolchiæ* Theſaurario noſtro Angliæ, Necnon Reverendis in Chriſto Patribus *Stephano Wintonienſi & Thomæ Weſtmonaſterienſi* Epiſcopis, ac Dilectis & Fidelibus noſtris *Willielmo Domino Saynt John* Camerario Hoſpitii noſtri, & *Johanne Gage* dicti Hoſpitii noſtri Contrarotulatori dicti Prænobilis Ordinis Garterii noſtri Militi, Salutem.

Sciatis quod Nos, de Fidelitate, Prudentia, Integritate, Circumſpectione & Induſtriâ veſtrum plurimum conſidentes, Aſſignamus Vos, Quinque, Quatuor, & Tres veſtrûm conjunctim noſtros Oratores Commiſſarios & Deputatos,

Dantes & Concedentes Vobis Quinque, Quatuor, & Tribus veſtrûm, noſtram Poteſtatem ac Mandatum ſpeciale & generale, pro Nobis & Nomine noſtro, cum Oratoribus Commiſſariis & Nunciis Excellentiſſimæ Principiſſæ & Chariſſimæ Proneptis noſtræ, *Mariæ Reginæ Scotiæ* ad hoc plenam & ſufficientem Poteſtatem habentibus, de & ſuper Sponſalibus per verba de futuro, ſive de Matrimonio per verba de præſenti, inter Præclariſſimum Principem *Edwardum* Filium noſtrum Primogenitum & Hæ-

Digitized by Google

Sic ſubſcript.

GODSALVE.

In quorum omnium & ſingulorum Fidem & Teſtimonium, Nos Oratores ſupradicti huic præſenti Tractatui Manibus noſtris ſubſcripto Sigilla noſtra appoſuimus.

Dat. *apud Grenewich*, Primo Die Menſis Julii, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo tertio.

W. ERLE OF GLENCARN.
GEORGE DOUGLAS,
WILLIAM HAMILTON,
JAMES LERMONETH,
HENRICUS BALNAVIS,

*Sub Sigillis prædictorum Commiſſariorum cera rubea pendentibus a duplicibus caudis pergamenæ.*

---

*Super Redemptionibus Priſonariorum.*

Ann. D. 1543. *An.* 35. *H.* 8. *Ex Autogr.*

TO ALL AND SINGULAR, to whome thieſe Preſentes ſhall come, be it knowne and manifeſt that we,
*Thomas Lorde Audeley of Walden*, Chauncellour of Englande,
*Thomas Duke of Norffolk*, Treaſourer of Englande,
*Stephen Biſhopp of Wincheſtre*,
*Thomas Biſhop of Weſtmynſter*,
*William Lorde Saynt John*, Lorde Chamberlain of the Kingis Heighnes mooſt Honorable Houſehold,

And *John Gage* Knight, Controller of the ſame, Auctoriſed and Deputed by our mooſt Excellent and mooſt Dread Soveraign Lorde *Henry th'Eight*, by the Grace of God, *King of England, Fraunce and Irelande, Defendor of the Faithe*, and in Earth immediatly under Chriſt of the Churche of England and Ireland Supreme Hed,

Have,

With the Noble Honourable and Worſhipfull Parſonage *William Erle of Glencarne*, Lorde of Kilmawrys, &c.

*George Douglas* Brother to *Archibalde Erle of Anguiſhe*, Lorde Douglas,

*William Hamiltoun* of Sanquhare,

*James Lermouth* of Balcomy,

Knightes,

And Maiſter *Henry Balnavis* of Halhil Secretarie to the Quene of Scotlande,

Being Deputed and Auctoriſed Commiſſioners, Proctours, Oratours, and Ambaſſadours of the Excellent Princes *Mary Quene of Scotland*, with th'Adviſe and Conſent of the Noble Lorde *James Erle of Arreyn* Governour of the Realm of Scotlande during the ſaid Quene's Minoritie, and the Auctoritie of Thre States of the Realme of Scotlande,

Commenced, Treated, Agreed, and Concluded this Article following,

That whereas the ſaide Ambaſſadours of Scotland have made Sute and Requeſt unto the *Kingis mooſt Excellent Majeſty*, that it woulde pleaſe his Highnes to Diſchardge by Ranſom the Priſoners of Scotlande hereafter named, We his Heighnes Commiſſioners before named, upon Knowleage of his Majeſtis Pleaſour,



Scotland ſhal be delivered, at the ſame tyme the Priſoners of Scotlande, geving in Bonde by Obligation for the Payment of there Rawnſome at convenyent Daies, with there oune Promiſe to yelde themſelf Priſoners if they breke theire ſaid Daies of Payment, with a Writing allſo of the Governour of Scotlande conteyning his Promiſe to upholde and mainteigne the ſaide Bandes and Promiſes; This doon, the Priſoners of Scotlande ſhall be at that Day and from thens forwarde accompted free of the Captivitie; Provided alway that th'Engliſhmen Priſoners in Scotlande be uſed in all thingis after the ſame ſorte, meaning oonly in this Couvenante ſuche Priſoners Engliſhmen as were taken by the *King of Scottis* Lief or ſithens, and were or be ſpecially deteigned as notable Priſoners.

And in Witneſſe of this Covenant and Agreament either Partie have ſubſcribed and ſealed thieſe Indentures alternatively.

Writen the firſt Daye of July the Yere of our Lorde a Thouſaunde five Hundreth Fortie and three.

ERLE OF GLENCARN.
GEORGE DOUGLAS.
WILLIAM HAMMYLTON.
JAMES LERMONETH.
HENRICUS BALNAVIS.

*Sub Sigillis prædictorum Commiſſariorum de Cera rubea pendentibus a duplicibus caudis Pergamenæ.*

---

*De Creatione in Comitem Clanreckard.*

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Ann. D.
Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Juſticiariis, Præpo- 1543.
ſitis, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus ad quos, &c. *An.* 35.
Salutem. *H.* 8.

Regalis Dignitatis Faſtigium felicibus auſpiciis nedum ornare *Pat.* 35.
ſed augere confidimus, dum inter Perſonas Diſcretas & Strenuas *H.* 8. *p.* 6.
Honorum Culmina diſpenſamus, credimus namque noſtram Co- *m.* 34.
ronam Regiam tanto plurimis micare Gemmis & precioſis coruſcare Lapidibus, quanto Viris virtuoſis, præſertim Nobilibus Conſilio præpollentibus, in partem Solicitudinis Regiæ ad Faſtigia Honorum evocatis, ad Directionem Boni publici roboratis.

Cum itaque *Willicus Baruck* alias *Macwilliam*, in Regno noſtro Hiberniæ natus, Genere & Sanguinis Ingenuitate Nobilis, noſtrum Imperium & Poteſtatem, ut par eſt, agnovit, ac ſuum Majorumque ſuorum Errorem profeſſus, a noſtra Clementia Veniam ſupplex impetravit, dignum putavimus quem claris & inſignibus Honoris Titulis pro noſtra Munificentia illuſtraremus,
ac * ipſum proinde *Willicum Baruck* aliàs *Makwilliam* in COMI- * XIV.
TEM CLANRECKARD & BARONEM DE DUNKELLYN in præ- 798.
dicto Regno noſtro Hiberniæ, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, Erexímus Præfecimus & Creavimus, ac per Præſentes Erigimus Præficimus & Creamus, & ei Nomen, Statum, Stilum, Titulum, Honorem, & Dignitatem *Comitis Clanreckard* & *Baronis de Dunkellyn*, cum Loco & Suffragio in Parliamentis in prædicto Regno noſtro Hiberniæ tenendis, ſicut & eodem modo quo illi *Comites* & *Barones* ejuſdem Regni noſtri Hiberniæ habent ſeu habere conſueverunt, cum omnibus aliis & ſingulis Preeminentiis, Honoribus, cæteriſque quibuſcumque hujuſmodi Statui *Comitis* & *Baronis* pertinentibus ſive



ſpectan-

imperpetuum,

Et, præterea ex conſideratione prædicta Damus & Concedimus per Præſentes, pro Nobis & Hæredibus noſtris, præfato *Willico* unum Annuitatem ſive Annualem Redditum *Triginta Librarum* ſolvendarum extra Scaccarium noſtrum Regni noſtri Hiberniæ per Manus Theſaurarii noſtri & aliorum Officiariorum noſtrorum ibidem, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Paſchæ per æquales Portiones,

Ac ulterius Damus & Concedimus præfato *Willico* totum illud Monaſterium de *Via nova* Clonfortenſis Diœceſis in Regno noſtro Hiberniæ prædicto, cum omnibus Meſuagiis, Terris, Tenementis, Redditibus, Reverſionibus, & Servitiis, ac aliis Hæreditamentis univerſis, quibuſcumque nominibus cenſeantur, eidem Monaſterio ſpectantibus ſive pertinentibus, necnon omnes & ſingulas Advocationes noſtras & Donationes quarumcumque Rectoriarum, Vicariarum, Cantariarum, Capellarum, & Præbendarum quarumcumque in Clanreckard & Dunkellyn prædictis quæ de Dono & Patronatu noſtris exiſtunt, ac etiam Tertiam Partem Primorum Fructuum omnium & ſingularum Rectoriarum, Capellarum, & Præbendarum prædictarum totiens quotiens vacari contigerint; ſalvis ſemper Nobis & Hæredibus noſtris Duabus Partibus dictorum Primorum Fructuum,

Habenda & Tenenda omnia prædicta Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa, Monaſterium, ac cætera ſingula Præmiſſa cum eorum Pertinentiis, Proficuis & Commoditatibus univerſis (Exceptis & Reſervatis inde Præexceptis & Prærefervatis) præfato *Willico* & Hæredibus Maſculis de Corpore ſuo legittime procreatis & procreandis, Tenenda de Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris per Servitium Militare, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris reddendo ſolvendo vel faciendo præter Servitium prædictum; ſalvis etiam & omninò reſervatis omnibus & ſingulis * Archiepiſcopis, Epiſcopis,
* XIV. 799.
& aliis Ordinariis in quorum Diœceſe ſive Juriſdictione prædicta Monaſterium, Eccleſiæ, Rectoriæ, Vicariæ, Cantariæ, Capellæ, & Præbendæ ſint, omnibus Procurationibus, Indempnitatibus, & aliis Debitis & Proficuis inde debitis & conſuetis; & hoc abſque Fine ſeu Feodo, &c.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.
Hiis Teſtibus, &c.
In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Primo Die Julii.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Creatione in Comitem Tomon.*

Ann. D. 1543. An. 35. H. 8. Pat. 35. H. 8. p. 6. m. 33.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, &c. Salutem. Regalis Dignitatis Faſtigium felicibus auſpiciis nedum ornare ſed augere confidimus, dum inter Perſonas Diſcretas & Strenuas Honorum Culmina diſpenſamus, credimus namque noſtram Coronam Regiam tantò pluribus micare Gemmis & precioſis coruſcare Lapidibus, quantò Viris virtuoſis præſertim Nobilibus Conſilio præpollentibus, in partem Solicitudinis Regiæ ad Faſtigia Honorum evocatis, ad Directionem Boni Publici roboratis.

Cumque itaque *Mauerus Obreen*, in Regno noſtro Hiberniæ Natus, Genere & Sanguinis Ingenuitate Nobilis, noſtrum Imperium & Poteſtatem, ut par eſt, agnovit, ac ſuum Majorumque ſuorum Errorem profeſſus, a noſtra Clementia Veniam Supplex impetraverit, dignum putavimus quem claris & inſignibus Honorum Titulis pro noſtra Munificentia illuſtraremus, ac ipſum proinde *Maurum Obreen* in COMITEM TOMON in prædicto Regno noſtro Hiberniæ, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris Ereximus Præfecimus & Creavimus, ac per

[illegible] bus, Præeminentiis, Prærogativis, Commoditatibus, & cæteris Præmiſſis eidem ſpectantibus, præfato *Mauro Obreen* ac Hæredibus Maſculis de Corpore ſuo legittime procreatis.

Et, quia creſcente Status Celſitudine ex conſequente neceſſario creſcunt Sumptus & Onera grandiora, & ut idem *Maurus Obreen* pro termino Vitæ ſuæ Statum prædicti *Comitis Tomon*, ac idem *Maurus Obreen* & Hæredes ſui Maſculi prædicti Statum prædicti *Baronis de Inſykwyne*, melius decentius & honorificentius, ac Onera ipſius incumbentia manutenere & ſupportare valeant,

* De uberiori Gratia noſtra, Dedimus & Conceſſimus, ac per * XIV. 800.
præſentes Damus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus noſtris, præfato *Mauro Obreen* omnia & ſingula illa Caſtra, Dominia, Maneria, Terras, Tenementa, Monaſteria Suppreſſa, & omnia eis ſpectantia, Redditus, Reverſiones, & Servitia, Advocationes Eccleſiarum, Capellarum, & Cantariarum, Feoda Militum, & alia Hæreditamenta quæcumque quibuſcumque nominibus cenſeantur, quæ præfatus *Maurus Obreen* jamdudum habuit & tenuit, habet ſeu tenet in *Tomon* prædicta, ultra Aquam ſive Rivulum de Shenon, in prædicto Regno noſtro Hiberniæ,

Ac etiam Damus & Concedimus pro Nobis & Hæredibus noſtris præfato *Mauro Obreen* omnes & ſingulas Advocationes & Patronatus noſtras quarumcumq; Eccleſiarum, Rectoriarum, Vicariarum, Cantariarum, & Capellarum noſtrarum in Patria & Provincia noſtra de *Tomon* prædicta, ultra prædictam Aquam ſive Rivulum de *Shenon* prædictum exiſtentium,

Exceptis tamen & Reſervatis Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris omnibus & ſingulis Donationibus, Advocationibus, & Juribus Patronatus Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum, ac omnibus & ſingulis Regalitatibus & Juribus Regalibus quibuſcumque in *Tomon* prædicta,

Habenda & Tenenda omnia prædicta Caſtra, Dominia, Maneria, Terras, Tenementa, Monaſteria, & cætera ſingula Præmiſſa cum eorum Proficuis, Emolumentis, & Commoditatibus quibuſcumq; (Exceptis inde Præexceptis) præfato *Mauro Obreen*, & Hæredibus Maſculis de Corpore ſuo legittime procreatis, Tenenda de Nobis & Hæredibus noſtris per Servitium Militare, abſq; Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris reddendo ſolvendo vel faciendo, præter Servitium prædictum, & hoc abſque Fine ſeu Feodo magno vel parvo, Nobis in Hanaperio noſtro, ſeu alibi ad uſum noſtrum proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.
Hiis Teſtibus, &c.
In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Greenwiche* primo die Julii.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Conatio Obreen, de Creatione in Baronem.*

Ann. D. 1543. An. 35. H. 8. Ibid.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, &c. Salutem. Cum præteritorum magnifica Geſta Principum, ſaltem qui ſua induſtriâ atque Virtute Famam Nobis reliquere immortalem, ad mentem revocamus, nichil prudentius, nil verâ Laude dignius pro proſpero & felici ipſorum Statu, Salute, ſecuroq; Succeſſu eos feciſſe arbitramur, quam quod Fideles, Diligentes, Strenuoſque ſuos Servientes & Miniſtros, Facultatibus ad Regimina ſummos Honores & Magiſtratus provehere dignati ſunt.

Nos itaque eorum Veſtigia imitantes, præclara Obſequia Probatiſſimi Viri Subditi *Conatii Obreen* in Regno noſtro Hiberniæ nati, cum ſumma Probitate Induſtria & Fide præſtita, matura deliberatione conſiderantes, ipſum *Conatium Obreen* BARONEM

DE

*Conatio* pro termino Vitæ ſuæ,

Et,

Quia creſcente Status Celſitudine, ex conſequente neceſſario creſcunt Sumptus & Onera grandiora, & ut idem *Conatus Obreen* & Hæredes Maſculi ſui prædicti Statum prædicti *Baronis de Ibrackayn* melius decentius & honorificentius, ac Onera ipſius incumbentia manutenere & ſupportare valeant,

In cujus, &c.

Teſta Rege apud *Grenewiche* Primo Die Julii.

*Per ipſum Regem.*

FINIS TOMI XIV. EDITIONIS LONDINENSIS.

* XV. 1.

** Literæ Diſpenſative.*

Ann. D. 1543. *An.* 35 *H.* 8. *Pat.* 35. *H.*8. *p.*7. *m.* 16.

REX, &c. Reverendo in Chriſto Patri *Georgio Ciceſtrenſi Epiſcopo*, Salutem.

Volentes, ex variis cauſis Nos in ea parte moventibus, uberioris Gratiæ & Favoris Noſtri erga te ſpecimen exhibere, ex certa Scientia & mero Motu noſtris tibi (cum quo alias ante Conſecrationem tuam vivæ vocis noſtræ oraculo plene diſpenſavimus in hac parte) concedendum duximus & concedimus ut tu, qui in *Epiſcopum Ciceſtrenſem* electus & conſecratus jam exiſtis, & *Præpoſituram Collegii* noſtri Regalis *Beatæ Mariæ & Sancti Nicholai in Cantabrigia* legitime obtines in præſenti, a tempore quo Munus Conſecrationis tuæ Pontificalis prædictæ recepiſti, & realem ac pacificam Poſſeſſionem Eccleſiæ Cathedralis & Epiſcopatus Ciceſtrenſis antedicti adeptus es, dictam Præpoſituram uſque ad & in ſex Annos extunc ſequentes incluſive, una cum Eccleſia Cathedrali & Epiſcopatu prædicto in Commendam retinere poſſis, illorumque Fructus Redditus & Proventus percipere atque in tuas & Eccleſiæ ac Epiſcopatus hujuſmodi Uſus & Utilitatem reſpective convertere, atque a Collegio noſtro & Præpoſitura antedictis, etiam ultra tempus ex Statuto dicti Collegii tibi ac Præpoſito ibidem cuicumque præſcriptum, abeſſe libere & licite valeas & poſſis, ex certa ſcientia & mero Motu prædictis diſpenſamus; dicti Collegii noſtri Statutis etiam Juramento firmatis, atque aliis in contrarium editis Ordinationibus non obſtantibus quibuſcumque;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Poteſtate commiſſa.*

Ann. D. 1543. *Pat.* 35. *H.* 8. *p.* 16. *m.* 24. * XV. 2.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cum Nos, ad Requiſitionem Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Principis *Caroli Imperatoris*, *&c.* Fratris & Conſanguinei noſtri chariſſimi, juxta vim formam & effectum cujuſdam Tractatus Amicitiæ inter Nos initi, factam, Copias Auxiliares & Subſidia Bellica ad Defenſionem & Tuitionem & ab hoſtili Incurſione Liberationem Patriarum & Dominiorum dicti * cariſſimi Fratris & Conſanguinei noſtri in interiori Germania tranſmittamus,

Sciatis quod Nos, de Fide Probitate & in Re militari Experientia, dilecti & fidelis Conſiliarii noſtri *Johannis Wallop* Militis & Caſtri noſtri & Comitatus de Guyſnes Capitanei confidentes, eundem *Johannem Wallop* dictarum Copiarum Auxiliariarum & Subſidiorum Bellicorum *Capitaneum Principalem & Ductorem* fecimus & conſtituimus per Præſentes,

Dantes & concedentes eidem *Capitaneo & Ductori* Milites a nobis conſcriptos, ac illi a nobis commiſſos, cum omni Apparatu in eas Partes & Loca Dominiorum prædictorum, aut etiam in Patrias & Dominia Hoſtis communis, ſub Signis & Vexillis noſtris conducendi, ad quæ eos ſic conducere ex parte dicti chariſſimi *Fratris & Conſanguinei noſtri* fuerit requiſitus,

Necnon Bellum aut Prælium cum Hoſte dicti chariſſimi *Fratris & Conſanguinei noſtri* quocumque committendi, & alia quæcumque Manu militari faciendi & exequendi, quæ ad Patriarum & Dominiorum illorum Conſervationem & Tuitionem, ac Hoſtis infeſtantis Expulſionem & Profligationem, ac in Terras ejuſdem Invaſionem procurantis, videbuntur pro tempore expedire.

Damus præterea Auctoritatem dicto *Johanni Wallop* quoſcumque Milites in ejus Militiam aſcriptos criminoſos, delinquentes, immorigeros, aut quocumque modo inobedientes & rebelles, pro criminis aut delicti modo & qualitate, quibuſcumque pœnis pro admiſſis merito temperandi, etiam uſque ad pœnam Mortis incluſivè ſæviendi, animadvertendi, puniendi, caſtigandi,

Ac etiam Milites benemeritos Inſigniis & Honore militari, ſi ita viſum fuerit, donandi, & Gradu ac Titulo Ordinis Equeſtris condecorandi, & generaliter omnia & ſingula faciendi & exercendi quæ ad Gubernationem dictarum Copiarum fuerint opportuna.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* ſeptimo die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Commiſſione.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1543. *Pat.* 35. *H.* 8. *p.* 1. *m.* 41.

Cum Nos,

Ad Requiſitionem illuſtriſſimi & potentiſſimi Principis *Caroli Romanorum Imperatoris*, *&c.* Fratris & Conſanguinei noſtri cariſſimi, juxta vim formam & effectum cujuſdam Tractatus Amicitiæ inter Nos initi, factam,

Copias Auxiliares & Subſidia bellica, ad defenſionem & tuitionem & ab hoſtili incurſione liberationem Patriarum & Dominiorum

*noque nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi, in Fidem & Teſtimonium Veritatis omnium & ſingulorum præmiſſorum.*

Willielmus Og'll *Not. Pub.*

*Sub Magno Sigillo prædictæ Reginæ de Cera alba pendente à duplici cauda pergamenæ.*

---

*Confirmatio Tractatus Pacis.*

Ann. D. 1543. *Ex Autogr.* MAria, Dei Gratiâ, *Regina Scotorum* univerſis & ſingulis ad quorum notitias præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Quum nuper,

Per Commiſſarios, Procuratores, Ambaſſiatores, Legatos, Deputatos & Nuncios noſtros, per cariſſimum Conſanguineum noſtrum *Jacobum Comitem Araniæ* Dominum Hammiltoun, &c. Regni noſtri Protectorem & Gubernatorem, & per Tres Regni noſtri Status ſufficienter auctorizatos ab una parte, Oratoreſque & Commiſſarios Excellentiſſimi Illuſtriſſimi ac Potentiſſimi Principis *Henrici Octavi*, Dei Gratiâ, *Regis Angliæ, &c.* Avunculi noſtri chariſſimi, ab altera parte,

Bona, realis, ſincera, vera, integra, & firma Pax, Amicitia, Liga, Confœderatio, Unio, & Intelligentia per Terram, Mare Aquaſque dulces, & ubique Locorum, inter Nos & dictum chariſſimum Avunculum noſtrum, noſtraque Regna, Subditos, Vaſſallos, Ligeoſque noſtros, tractatæ, concordatæ, initæ & concluſæ ſint, prout per Inſtrumentum Tractatus Conventionis & Concluſionis hujuſmodi plenius liquet & apparet, cujus verus Tenor de verbo in verbum ſequitur, & eſt talis,

Univerſis, *&c. ut ſupra de Dat. primo die Julii.*

* XV. 6. Hinc eſt quod Nos *Maria Regina* * antedicta, cum aviſamento conſenſu & auctoritate dicti noſtri Tutoris & Gubernatoris, & Trium Regni noſtri Statuum, cupientes ut hujuſmodi Pax, Amicitia, Liga & Confœderatio inter Nos & dictum Avunculum noſtrum chariſſimum, noſtroſque Subditos conſolidentur & coaleſcant, Tractatum, Conventionem, Ligam Confœderationem ſuperius deſcriptos, atque omnia & ſingula Capitula & Articulos in eiſdem comprehenſa laudamus, auctorizamus, ratificamus, confirmamus, & pro laudatis, auctorizatis, ratificatis, approbatis & confirmatis, auctoritate & conſenſu prædictis, habemus & haberi volumus per Præſentes, omnibuſque & ſingulis Privilegiis, Diſpenſationibus, Cauſis, Rationibus, Prætextibus, Occaſionibus, & aliis quibuſcunque Juris & Facti Remediis in genere vel in ſpecie, nobis de Jure ſive ab Homine quacunque Verborum ſerie conceſſis ſeu concedendis, aut alio quocunque modo competentibus ſive competituris, perinde ac ſi ſpecialiter & nominatim hîc eſſent inſerta, per quæ Effectus dicti Tractatus aut alicujus Articuli ſive Capituli in eodem comprehenſorum quomodolibet poſſet impediri, Lege aut Canone quibus cavetur quod Generalis Renunciatio Privilegii Exceptionis vel alterius Beneficii futuri non valeat, in aliquo non obſtantibus, palàm publicè & expreſsè, de conſenſu & auctoritate dicti noſtri Tutoris & Gubernatoris & Trium Regni noſtri Statuum, ex eorum certa Scientia in vim Pacti & in his Scriptis renunciamus.

Inſuper præfatus *Tutor* noſter *& Gubernator* per ſacra Dei Evangelia præſentia, nomine totius Regni noſtri, & cum Auctoritate Trium Statuum ejuſdem, reverenter & corporaliter tacta, jurat, & bonâ fide promittit, quod omnia & ſingula Puncta Articulos & Capitula in præſcripto Tractatu Conventione & Con-

*Sacrâ Apoſtolicâ Auctoritate Notarius, quia Præmiſſis Ratificationi, Approbationi, Confirmationi, Renunciationi, Promiſſioni, & Juramenti præſtationi, cæteriſque Præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur ſub Anno Domini, Indictione, Menſe & Die prædictis, in Æde Salutiferæ Crucis prope Oppidum Edinburgi, per Nobilem Dominum* Jacobum Araniæ Comitem *Dominum Hamiltoun, &c. Sereniſſimæ Dominæ* Mariæ Reginæ Scotorum; *necnon in præſentia Oratoris Illuſtriſſimi* Regis Angliæ, *&c. & Teſtium præſcriptorum ad præmiſſa vocatorum & requiſitorum agerentur & fierent, una cum Notariis hic mecum ſubſcribentibus præſens perſonaliter interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi pariter & audivi: Ideo ad Mandatum dicti Domini Tutoris & Gubernatoris, hoc præſens Inſtrumentum Magno Sigillo dictæ ſereniſſimæ Dominæ noſtræ Reginæ munitum, ſubſcripſi, Signoque & Nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in Fidem & * Teſtimonium omnium & ſingulorum Præmiſſorum,* * XVI. 7.

Jacobus Scot *Notarius.*

*Et ego* Johannes Wallace *Clericus Glaſguen. Diœc. Publicus Sacrâ Apoſtolica Auctoritate Notarius, quia, &c.*

Johannes Wallace.

*Et ego* Johannes Gybſone *Artium Magiſter Clericus Glaſguen. Publicus ſacra Auctoritate Apoſtolica Notarius, quia, &c. Signoque & Nomine ac Cognomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in Fidem & Teſtimonium Veritatis omnium & ſingulorum Præmiſſorum.*

Johannes Gibſon *Not. Publicus.*

*Et ego* Willielmus Ogill *Clericus Sancti Andreæ Diœc. Publicus Sacra Apoſtolica Auctoritate Notarius, quia, &c. Signoque & Nomine ac Cognomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi, in Fidem & Teſtimonium Veritatis omnium & ſingulorum Præmiſſorum.*

Willielmus Ogill *Notarius Publicus.*

*Sub Magno Sigillo de Cera alba pendente a duplici cauda pergamenæ.*

---

*De Creatione Connacii O-Nele in Comitem Tyrone.*

REx Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Juſticiariis, Præpoſitis, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus ſuis ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1543. *Pat. 35. H.8. p. 1. m. 11.*

Regalis Dignitatis Faſtigium felicibus auſpiciis nedum inſignire ſed augere confidimus, dum inter Perſonas diſcretas & ſtrenuas Honorum culmina diſpenſamus; credimus namque noſtram Coronam Regiam tanto plurimis micare Gemmis & precioſis coruſcare Lapidibus, quanto Viris virtuoſis, præſertim Nobilibus Conſilio præpollentibus, in partem Solicitudinis Regiæ ad Faſtigia Honorum evocatis, ad Directorium Boni Publici roboratur.

Cumque itaque *Connacius O-Nele*, in Regno noſtro Hiberniæ natus, Genere & Sanguinis Ingenuitate Nobilis, noſtrum Imperium & Poteſtatem, ut par eſt, agnovit, ac ſuum majorumque ſuorum Errorem profeſſus à noſtra Clementia Veniam Supplex impetravit, dignum putavimus quem claris & inſignibus Honorum Titulis pro noſtra Munificentia illuſtraremus, ac ipſum proinde



Con-

Digitized by Google

* XV. 8. ſentes damus & conceſſimus, pro Nobis & Hæredibus noſtris, præfato *Connacio* omnia & ſingula illa Caſtra, Dominia Maneria, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones & Servitia, Advocationes Eccleſiarum, Feoda Militum, & alia Hæreditamenta quæcumque, quibuſcumque nominibus cenſeantur, quæ præfatus *Connacius* jamdudum habuit & tenuit in Tyrone prædicto, in prædicto Regno noſtro Hiberniæ,

Habenda & gaudenda omnia prædicta Caſtra, Maneria, Dominia, Terras, Tenementa ac cætera ſingula Præmiſſa, cum eorum Proficuis Emolumentis & Commoditatibus quibuſcumque præfato *Connacio* & Aſſignatis ſuis pro termino Vitæ ſuæ, tenenda de Nobis & Hæredibus noſtris, per Servitium Militare, remanere inde poſt Deceſſum ipſius *Connacii* præfato *Mathæo* & Hæredibus Maſculis de Corpore ſuo exeuntibus, tenenda de Nobis & Hæredibus noſtris per Servitia prædicta.

Quoniam autem Comitis Dignitati convenire putamus ut, qui ejuſdem Dignitatis à Patre aut alio Parente Succeſſionem proximam expectet, aliquo inferioris Dignitatis Titulo decoretur, de Gratia noſtra ſpeciali mero Motu & Scientia noſtris, prædictum *Mathæum*, cui poſt Mortem dicti *Connacii* Patris ſui, in dicto *Comitatu* Succeſſionem eidem *Mathæo* & Hæredibus ſuis Maſculis de Corpore ſuo legitime procreatis habendam dedimus, Honore *Baronatus de Doncannon* in Regno noſtro Hiberniæ prædicto decoramus, ac ipſum *Baronem de Doncannon* erigimus & præficimus, ac volumus etiam & concedimus quod, poſt Mortem dicti *Connacii*, Hæres Maſculus de Corpore dicti *Mathæi* legitimè procreatus, qui Succeſſionem in dicto Comitatu velut proximior Gradu exſpectet, & pro Hærede Apparente juxta præſentem Conceſſionem habeatur, *Baro de Doncannon*, durante Vitâ ejus qui prædictam Dignitatem *Comitis* obtinet, perpetuis futuris temporibus vocetur & appelletur; & hoc abſque Fine ſeu Feodo ſolvendis in Hanaperio noſtro ſeu alibi, &c.

Eo quod expreſſa mentio, &c.

Hiis Teſtibus,

Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primate & Metropolitano,

Ac prædilecto & fideli Conſiliario noſtro *Thoma Audeley* Milite Domino Audeley de Welden Cancellario noſtro Angliæ:

Ac Præcariſſimis Conſanguineis noſtris,

*Thoma Norffolciæ* Comite Mareſcallo ac Theſaurario noſtro Angliæ,

Et *Carolo Suffolciæ* Magno Magiſtro Hoſpitii noſtri ac Domino Preſidente Concilii noſtri,

Ducibus:

Cariſſimiſque Conſanguineis noſtris,

*Willielmo Suthampton* Cuſtode Privati Sigilli noſtri,

Et *Roberto Suſſexiæ* Magno Camerario noſtro Angliæ,

Comitibus:

Ac Dilectis & Fidelibus Conſiliariis noſtris,

*Johanne Ruſſel* Milite Domino Ruſſell Magno Admirallo noſtro Angliæ

Et *Willielmo Poulet* Milite Domino Seynt John Magiſtro Wardorum noſtrorum,

Baronibus:

Necnon,

*Thoma Wriotheſley*,

Et *Radulpho Sadler*, Primariis Secretariis noſtris,

Militibus;

Et aliis.

Dat. per Manum Regis apud Honorem ſuum de *Greneswiche* primo Die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

Præſentes damus & conceſſimus

*gæ Bajuli* aliàs dictum *Virgarium*, ad portandum Virgam coram Nobis aut Locumtenente noſtro ad Feſtum Sancti Georgii infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſour in Comitatu Berks ſeu alibi,

Habendum & occupandum Officium illud præfato *Philippo* per ſe in propria Perſona ſua, aut per ſufficientem Deputatum ſuum, ad Terminum Vitæ ejuſdem *Philippi*:

Dedimus etiam & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Philippo* pro Officio prædicto modo & formâ præmiſſis exercendo, quoddam Vadium ſive Feodum Duodecim Denariorum Sterlingorum per Diem, ac omnia alia Vadia, Proficua & Advantagia eidem Officio pertinentia ſive ſpectantia, in tam amplis modo & formâ prout *Antonius Knyvet*, aut aliquis alius ſive aliqui alii Officium prædictum exercendo habuit ſive percepit, habuerunt ſeu perceperunt in eodem, habendum & annuatim percipiendum prædictum Vadium ſive Feodum Duodecim Denariorum Sterlingorum per diem eidem *Philippo* durante Vitâ ſuâ, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, annuatim de Theſauro noſtro ad dictam Receptam ſolvendum; aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, ſive Reſtrictione in contrarium ante hæc tempora factis ordinatis ſive proviſis in aliquo non obſtantibus;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Honorem de Ampthill*, tertio Die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Prebenda conceſſa.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1543. Pat. 35 H. 8. p. 5. m. 23.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac intuitu caritatis, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus dilecto Capellano noſtro *Johanni Donne* Sacræ Theologiæ Bacalaureo, Canonicatum & Præbendam in Capella noſtra Sancti Stephani Prothomartiris infra Palatium noſtrum Weſtmonaſterienſe, modo per Mortem Magiſtri *Hering* Legum Doctoris ultimi Incumbentis ibidem vacantem, & ad noſtram Donationem pleno Jure ſpectantem,

Habendum tenendum & gaudendum prædictum Canonicatum & Præbendam præfato *Johanni Donne* durante Vitâ ſuâ naturali, unà cum omnibus & omnimodis Proficuis Commoditatibus & Emolumentis præfato Canonicatu & Præbendæ qualitercumque ſpectantibus ſive pertinentibus quibuſcumque.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Ampthill* nono die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *De Officio Conſulis conceſſo.*

* XV. 10. Ann. D. 1543. Pat. 35. H. 8. p. 10. m. 24.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon certis de Cauſis & Conſiderationibus Nos ſpecialiter moventibus, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus dilecto Nobis *Nicholao de Nicholais* Civi & Mercatori Lucenſi Officium ſive Lo-

Digitized by Google

Ann. D. 1543. *Ex Autogr.* IN *Dei Nomine Amen.* Per præſens Publicum Inſtrumentum cunctis appareat evidenter & notum ſit, quod Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio, & Regni illuſtriſſimi & Potentiſſimi in Chriſto Principis & Domini noſtri Domini *Henrici Octavi*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, ac in Terra ſub Chriſto Supremi Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniæ Capitis, Anno triceſimo quinto, Menſis vero Novembris die decimo ſeptimo, in quadam interiori alta Camera infra Caſtrum de Hertleburye Wigornienſi Diœceſe notoriè ſitum & ſituatum, in noſtrorum Notariorum Publicorum ſubſcriptorum ac Teſtium inferius nominatorum præſentiis, conſtitutus perſonaliter Reverendus in Chriſto Pater Dominus *Johannes*, permiſſione divinâ, *Wigornienſis*, ut aſſeruit, *Epiſcopus*, quaſdam Reſignationem, Dimiſſionem, Renunciationem & Ceſſionem Epiſcopatus ſui antedicti, in Scriptis ſimul conceptas & redactas, fecit legit & interpoſuit, eundemque Epiſcopatum ſuum reſignavit, cæteraque fecit & exercuit ſub eo qui ſequitur verborum tenore,

*In Dei Nomine Amen*,

Coram vobis publicis & auctenticis Perſonis ac Teſtibus fidedignis hic Præſentibus, ego *Johannes*, permiſſione divina, *Wigornienſis Epiſcopus*, ex certis Cauſis veris juſtis & legitimis me & animum meum ad hoc moventibus, cupiens & affectans me ab Onere, Cura & Regimine dicti Epiſcopatus mei penitus exui & exonerari, eundem Epiſcopatum meum Wigornienſem, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, in Sacratiſſimas Manus Sereniſſimæ Regiæ Majeſtatis *Henrici Octavi*, Dei Gratiâ, *Angliæ*
• XV. 11. * *Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, ac in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniæ Capitis Supremi, non Vi aut Metu coactus, neque Dolo vel Fraude ad hoc inductus, neque aliquâ aliâ Machinatione ſiniſtrâ circumventus, ſed ex mea certa Scientia, Animoque deliberato, ac ſpontaneâ Voluntate liberè, purè, ſimpliciter & abſolutè reſigno, & eundem Epiſcopatum cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis re & verbo vacuum dimitto, Jurique, Titulo & Poſſeſſioni meis in dicto Epiſcopatu meo præhabitis & hactenus in eodem mihi competentibus renuncio eiſque cedo, & ab eiſdem totaliter & expreſsè recedo in his Scriptis, humiliter ſupplicans Excellentiſſimæ *Regiæ Majeſtati* prædictæ quatenus hanc meam Reſignationem admittere, meque à Cura & Regimine dicti Epiſcopatus exonerare dignetur intuitu Charitatis;

Et rogo vos Dominos Notarios Publicos de & ſuper Præmiſſis unum vel plura Publicum vel Publica Inſtrumentum ſive Inſtrumenta mihi conficere, ac vos Teſtes hic Præſentes Teſtimonium perhibere:

Super quibus omnibus & ſingulis præfatus Reverendus Pater reſignans Nos Notarios Publicos ſubſcriptos ſibi unum vel plura Publicum ſeu Publica Inſtrumentum ſive Inſtrumenta conficere rogavit & requiſivit.

Acta fuerunt hæc omnia & ſingula, prout ſupra ſcribuntur & recitantur, ſub Annis Domini & Regni Regis, Menſe, Die & Loco ſuperius recitatis,

Præſentibus tunc ibidem,

Venerabilibus Viris,
*Thoma Bagard* Legum Doctore,
*Waltero Bl unte* Armigero,
Et *Ricardo Ewer* in Sacra Theologia Bacchalaureo, Herefordenſi- *& requiſitus.*

Ad imum Signi,

*Convertantur retrorſum qui volunt in Mala.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

REX dilectis nobis in Chriſto *Decano* & *Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Wigorniæ, Salutem. Ann. D. 1543. *Pat. 35. H. 8. p. 11. m. 4.*

Cum Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, per liberam & ſpontaneam Reſignationem in manus noſtras Reverendi in Chriſto Patris *Johannis Bell* ultimi Epiſcopi ibidem, jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, nos alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam per Præſentes duximus concedendam,

* Mandantes quod talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo devotus, Eccleſiæ noſtræ prædictæ neceſſarius, nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat. • XV. 12.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Walden* decimo quarto die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Ad Epiſcopum Oxonien.* ¶ ¶

REX Reverendo in Chriſto Patri *Roberto*, Permiſſione divinâ, *Oxonienſi Epiſcopo* ejuſve in Abſentia Vicario ſuo in Spiritualibus Generali, Salutem. Ann. D. 1544. *Pat. 35. H. 8. p. 14. m. 18.*

Ad Decanatum Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Oxoniæ, qui de Patronatu & Collatione noſtra pleno Jure exiſtit, modo, per Mortem naturalem *Johannis London.* ultimi Decani ibidem, vacantem, & ad noſtram Præſentationem ſpectantem, dilectum Capellanum noſtrum *Richardum Cox* Clericum vobis præſentamus,

Rogantes quatenus præfatum *Richardum* ad Decanatum prædictum admittere, ipſumque Decanum in eodem inſtituere, cum omnibus ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Walden* primo die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Litera Regis de Significavit.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1544. *Ibid. p. 4. m. 23.*

Vacante nuper Eccleſiâ noſtrâ Cathedrali Wigorniæ, per liberam & ſpontaneam Reſignationem in Manus noſtras ultimi Incumbentis ejuſdem, *Decanus* & *Capitulum* Eccleſiæ noſtræ prædictæ, prius licentiâ à nobis per eos alium elegendi in eorum Epiſcopum ac Paſtorem petitâ pariter & obtentâ, Reverendum in Chriſto Patrem *Nicholaum Heth* dudum *Epiſcopum Roffenſem* in eorum Epiſcopum & Paſtorem canonicè elegerunt ac nominaverunt,

Digitized by Google

• XV. 13. que in • Chriſto Principi & Domino noſtro *Henrico Octavo*, Dei gratia, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regi Fidei Defenſori*, ac in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniæ Supremo Capiti, totam prædictam Eccleſiam Collegiatam ſive Collegium noſtrum Sanctæ Trinitatis de Weſtburye ſuper Trym ſupradictum, ac totum Situm, Fundum, Circuitum, & Præcinctum ejuſdem,

Necnon omnia & ſingula Maneria, Dominia, Meſuagia, Gardina, Curtilagia, Toſta, Terras, Tenementa, Prata, Paſcua, Paſturas, Boſcos, Redditus, Reverſiones, Servitia, Molendina, Paſſagia, Feoda Militum, Warda, Maritagia, nativos Villanos cum eorum Sequelis, Communias, Libertates, Francheſias, Juriſdictiones, Officia, Curias Letas, Hundreda, Viſ. Franc. Pleg. Ferias, Mercata, Parcos, Warenna, Vivaria, Stagna, Aquas, Piſcarias, Vias, Chimina, vacuos Fundos, Advocationes, Nominationes, Præſentationes, & Donationes Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Cantariarum, Hoſpitalium & aliorum Eccleſiaſticorum Beneficiorum quorumcumque, Rectorias, Vicarias, Cantarias, Penſiones, Portiones, Annuitates, Decimas, Oblationes, ac omnia & ſingula Emolumenta, Proficua, Poſſeſſiones, Hæreditamenta, & Jura noſtra quæcumque, tam infra dictum Comitatum Glouceſtriæ quam infra Comitatus Wigorniæ Warwic. & Berks, & infra Civitates Briſtolliæ & Wigorniæ, ſeu alibi infra Regnum Angliæ & Principatum Walliæ & Marchias earumdem, eidem Eccleſiæ Collegiatæ ſive Collegio, Maneriis, Dominiis, Terris & Tenementis noſtris, & cæteris Præmiſſis quoquo modo ſpectantia appendentia, ſive incumbentia,

Ac omnimoda Cartas, Evidentias, Scripta & Munimenta noſtra dictæ Eccleſiæ Collegiatæ ſive Collegio, Maneriis, Dominiis, Terris & Tenementis, ac cæteris Præmiſſis, cum ſuis Pertinentiis, ſeu alicui inde Parcellæ, quoquo modo ſpectantia ſive concernentia, ac omnia Bona & Catalla dictæ Eccleſiæ Collegiatæ ſive Collegio noſtri, tam realia quam perſonalia, Debita & Jura quæcumque,

Habenda tenenda & gaudenda dictam Eccleſiam Collegiatam ſive Collegium, Situm, Fundum, Circuitum, & Præcinctum prædicta, necnon omnia & ſingula Maneria, Dominia, Meſuagia, Tenementa, Rectorias, Penſiones & cætera Præmiſſa, cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis, præfato Illuſtriſſimo Principi & *Domino noſtro Regi* Hæredibus & Aſſignatis ſuis imperpetuum;

Cui in hac parte, ad omnem Juris effectum qui exinde ſequi poterit aut poteſt, Nos, & dictam Eccleſiam Collegiatum ſive Collegium noſtrum, ac omnia Jura nobis qualitercumque acquiſita, ut decet, ſubjicimus & ſubmittimus,

Dantes & concedentes, prout per Præſentes damus & concedimus eidem *Regiæ Majeſtati* Hæredibus & Aſſignatis ſuis omnem & omnimodam plenamque & liberam Facultatem Auctoritatem & Poteſtatem Nos, & dictam Eccleſiam Collegiatam ſive Collegium noſtrum, una cum omnibus & ſingulis Maneriis, Terris & Tenementis, Redditibus, Reverſionibus & Servitiis, ac ſingulis Præmiſſis cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis quibuscumque, diſponendi, & pro ſuo liberæ Regiæ Voluntatis libito, ad quoſcumque Uſus Majeſtati ſuæ placentes alienandi, donandi, convertendi ac transferendi, hujuſmodi Diſpoſitiones, Alienationes, Donationes, Converſiones & Tranſlationes prædictas, per dictam Majeſtatem ſuam quoviſmodo fiendas, extunc ratificantes, necnon ratas & gratas ac perpetuo firmas nos habituros promittimus per præſentes;

Et, ut præmiſſa omnia & ſingula ſuum debitum ſortiri valeant effectum, Electionibus inſuper Nobis & Succeſſoribus noſtris, necnon omnibus Querelis, Provocationibus, Actionibus, Litibus & Inſtantiis, aliiſque quibuſcumque Remediis, Juris & Beneficiis, nobis forſan & Succeſſoribus noſtris in ea parte, prætextu Diſpoſitionis, Alienationis, Tranſlationis & Converſionis prædictarum, ac cæterorum Præmiſſorum qualitercumque com-

Dei gratia, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regi Fidei Defenſori*, ac in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniæ Supremo Capiti*, totam dictam Domum ſive Hoſpitale noſtrum, ac Scitum Ambitum & Præcinctum ejuſdem, necnon omnia & ſingula Maneria, Dominia, Meſuagia, Gardina, Curtilagia, Toſta, Terras & Tenementa, Prata, Paſcua, Paſturas, Boſcos, Subboſcos, Redditus, Reverſiones, Servitia, Molendina, Paſſagia, Feoda Militum, Warda, Maritagia, nativos villanos cum eorum Sequelis, Communias, Libertates, Francheſias, Juriſdictiones, Officia, Curias Letas, Hundreda, Viſ. Franc. Pleg. Ferias, Mercata, Parcos, Warennas, Vivaria, Aquas, Piſcarias, Vias, Chimina, vacuos Fundos, Advocationes, Nominationes, Præſentationes & Donationes Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Cantariarum, Hoſpitalium & aliorum Eccleſiaſticorum Beneficiorum quorumcumque, Rectorias, Vicarias, Cantarias, Penſiones, Portiones, Annuitates, Decimas, Oblationes, ac omnia & ſingula Emolumenta, Proficua, Poſſeſſiones, Hæreditamenta, & Jura noſtra quæcumque, tam infra dictam Civitatem Briſtolliæ & Comitatus Glouceſtriæ & Somerſetiæ, quam infra Regnum Angliæ Walliæ & Marchias eorumdem, eidem Domui ſive Hoſpitali quoquomodo ſpectantia, pertinentia, appendentia ſive incumbentia,

Ac omnia Cartas, Evidentias, Scripta, Munimenta noſtra eidem Domui ſive Hoſpitali, Maneriis, Terris, Tenementis & cæteris Præmiſſis cum Pertinentiis, ſive alicui inde Parcellæ quoquo modo ſpectantibus ſive concernentibus,

Habenda & gaudenda dicta Domum ſive Hoſpitale, ac Scitum, Fundum, Circuitum, & Præcinctum ejuſdem, necnon omnia & ſingula Maneria, Terras, Tenementa, Rectorias, Vicarias, Penſiones & cætera Præmiſſa, cum omnibus & ſingulis ſuis Pertinentiis, præfato Invictiſſimo Principi ac Domino noſtro *Regi Henrico Octavo* Hæredibus & Aſſignatis ſuis imperpetuum,

Cui in hac parte, ad omnem Juris effectum qui exinde ſequi poterit aut poteſt, Nos, & dictam Domum ſive Hoſpitale, ac omnia Jura nobis qualitercumque acquiſita, ut decet ſubjicimus & ſubmittimus.

Dantes & concedentes, prout per Præſentes damus & concedimus eidem Invictiſſimo Regi *Henrico Octavo* & Hæredibus & Aſſignatis ſuis, omnem & omnimodam plenam & liberam Facultatem & Auctoritatem & Poteſtatem Nos, dictam Domum ſive Hoſpitale, una cum omnibus & ſingulis Maneriis, Terris & Tenementis, Redditibus, Reverſionibus & Servitiis, & ſingulis Præmiſſis, cum ſuis Juribus & Pertinentiis quibuſcumque, diſponendi, & pro ſuo liberæ Regiæ Voluntatis libito, ad quoſcumque Uſus Majeſtati ſuæ placentes, alienandi, donandi, convertendi & transferendi, hujuſmodi Diſpoſitiones, Alienationes, Donationes, Converſiones & Tranſlationes per dictam Majeſtatem ſuam quoquo modo fiendas extunc ratificandas, ratas & gratas ac pro perpetuo firmas Nos habituros promittimus per Præſentes,

Et, ut Præmiſſa omnia & ſingula ſuum debitum ſortiri valeant effectum, Electionibus inſuper Nobis & Succeſſoribus noſtris, necnon omnibus Querelis, Provocationibus, Appellationibus, Actionibus, Litibus & Inſtantiis, aliiſque Remediis & Beneficiis, nobis forſitan & Succeſſoribus noſtris in ea parte, prætextu Diſpoſitionis, Alienationis, Tranſlationis & Converſionis prædictarum, & cæterorum Præmiſſorum qualitercumque competentibus & competituris, omnibuſque Erroris, Metûs, Ignorantiæ, vel alterius Materiæ ſive Diſpoſitionis • Exceptionibus, Objectioni- • XV. 15.
bus & Allegationibus prorſus ſemotis & depoſitis, palam publice & expreſſe, ex certa Scientia noſtra Animiſque ſpontaneis Renunciavimus & ceſſimus, prout per Præſentes renunciamus & cedimus & ab eiſdem recedimus in hiis Scriptis,

Et Nos præfati *Magiſter & Socii ſive Confratres* dictæ Domus ſive Hoſpitalis Sancti Johannis Baptiſtæ, Præcinctum, Scitum, Manſionem & Eccleſiam ac omnia & ſingula Materia, Dominia,

Digitized by Google

Advocationes, Nominationes & Præſentationes Eccleſiarum, Capellarum, Cantariarum & aliorum Eccleſiaſticorum Beneficiorum quorumcumque, Penſiones, Portiones, Annuitates, Decimas, Oblationes, Eleemoſinas, ac omnia & ſingula Emolumenta & Proficua, Poſſeſſiones Hæreditamenta & Jura dictæ nuper Domus ſive Hoſpitalis quæcumque in Comitatibus Somerſetiæ & Glouceſtriæ & Civitate Briſtolliæ, & alibi infra Regnum Angliæ Walliæ & Marchias ejuſdem ſcituata jacentia ſeu exiſtentia, ac omnimodas Cartas, Evidentias, Scripta & Munimenta, dictæ nuper Domui ſive Hoſpitali, Maneriis, Terris & Tenementis, ac cæteris Præmiſſis cum Pertinentiis quoquo modo pertinentia ſive concernentia, ac omnia Bona & Catalla nuper dictæ Domus ſive Hoſpitalis, tam realia quam perſonalia, Debita & Jura quæcumque, habenda & tenenda dicto *Domino Regi* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis imperpetuum.

In cujus rei Teſtimonium nos præfati *Thomas Powell* & *Johannes Smythe* præſentibus Sigilla noſtra appoſuimus.

Dat. ſeptimo die Martii, Anno Regni dicti Domini Regis ſupradicti triceſimo quinto ſupradicto.

Omnibus Chriſti Fidelibus ad quos præſens Scriptum noſtrum Indentatum pervenerit, *Tho. Recorne* Præpoſitus Collegii ſive Capellæ Sanctæ Elizabethæ Filiæ quondam Regis Hungariæ, fundatæ in Prato Sancti Stephani quod eſt ante Portam Caſtri ſive Palatii Epiſcopi Wyntonienſis de Wolneſey prope Civitatem Wintoniæ, ac Capellani & Clerici ejuſdem in Comitatu Southamptoniæ Wintonienſis Diœceſis, Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos præfatos *Præpoſitum Capellanos & Clericos*, unanimi conſenſu & aſſenſu noſtris, Animis deliberatis, certa Scientia & mero Motu noſtris, ex quibuſdam Cauſis juſtis & rationabilibus Nos Animas & Conſcientias noſtras ſpecialiter moventibus, ultro ſponte & voluntarie dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes damus, concedimus, reddimus, deliberamus & confirmamus Illuſtriſſimo Invictiſſimoque in Chriſto Principi & Domino noſtro Domino *Henrico Octavo*, Dei gratia, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regi Fidei Defenſori*, & in Terris *Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniæ* * *Supremo Capiti*, totum dictum Collegium ſive Capellam noſtram, ac totum Scitum, Fundum & Præcinctum ejuſdem Collegii ſive Capellæ Sanctæ Elizabethæ prædictæ, necnon omnia & ſingula Maneria, Dominia, Meſuagia, Gardina, Curtilagia, Tofta, Terras & Tenementa noſtra, Prata, Paſcua, Paſturas, Boſcos, Subboſcos, Redditus, Reverſiones, Servitia, Molendina, Paſſagia, Feoda Militum, Warda, Maritagia, nativos Villanos cum eorum Sequelis, Communias, Libertates, Franchelias, Juriſdictiones, Officia, Curias Letas, Hundreda, Viſ. Franc. Pleg. Ferias, Mercata, Parcos, Warenna, Vinaria, Aquas, Piſcarias, Vias, Chimina, vacuos Fundos, Advocationes, Nominationes, Præſentationes & Donationes Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Cantariarum, Hoſpitalium & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, Rectorias, Cantarias, Vicarias, Penſiones, Portiones, Annuitates, Decimas, Oblationes & omnia & ſingula Emolumenta, Proficua, Poſſeſſiones, Hæreditamenta & Jura noſtra quæcumque, tam infra dictum Comitatum Southamptoniæ quam alibi infra Regnum Angliæ, eidem Collegio ſive Capellæ quoquo modo ſpectantia, pertinentia, appendentia ſive incumbentia,

* XV. 16.

Ac omnes Cartas, Evidentias, omniaque Scripta & Munimenta noſtra dicto Collegio ſive Capellæ, Maneriis, Terris & Tenementis, ac cæteris Præmiſſis cum Pertinentiis, ſeu alicui inde Parcellæ, ac omnia Bona Jocalia & Res quaſcumque eidem Collegio ſive Capellæ quoquo modo ſpectantia, pertinentia ſive concernentia,

Habenda tenenda & gaudenda dictum Collegium ſive Capellam, Scitum, Fundum, Circuitum & Præcinctum prædicti Col-



ciavimus & ceſſimus, prout per Præſentes renunciamus & ceſſimus & ab eiſdem recedimus in hiis Scriptis.

Et nos prædicti *Præpoſitus Capellani* & *Clerici* ac Succeſſores noſtri, dictum Collegium ſive Capellam, Præcinctum, Scitum, Manſionem & Eccleſiam Collegii ſive Capellæ prædictæ, ac omnia & ſingula Maneria, Dominia, Meſuagia, Gardina, Curtilagia, Tofta, Prata, Paſcua, Paſturas, Boſcos, Subboſcos, Terras, Tenementa, ac omnia & ſingula Præmiſſa cum ſuis pertinentiis univerſis, præfato *Domino Regi* Hæredibus & Aſſignatis ſuis, contra omnes Gentes warrantizabimus imperpetuum per Præſentes.

In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium, nos præfati *Præpoſitus Capellani & Clerici* Sigillum noſtrum commune præſenti Scripto noſtro indentato appoſuimus.

Dat. in Collegio ſive Capella prædicta, decimo ſeptimo Die Menſis Martii, Anno Regni ſupradicti Illuſtriſſimi Regis *Henrici Octavi* triceſimo quinto.

---

## * *Pro Paulo Briſtoll. Epiſcopo.*

* XV. 17.
Ann. D. 1544.
Pat. 35. H. 8. p. 15. m. 24.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dediſſe conceſſiſſe & confirmaſſe, ac præſenti Scripto noſtro dare concedere & confirmare Reverendo in Chriſto Patri *Paulo Briſtolliæ Epiſcopo* primam & proximam Advocationem Donationem & liberam Diſpoſitionem cujuſcumque Canonicatus ſive Præbendæ in Eccleſia noſtra Cathedrali Briſtolliæ primo & proximo vacaturæ, ac plenam & integram Collationem hujuſmodi Canonicatus ſive Præbendæ pro prima & proxima Vacatione tantum, ita quod bene licebit Reverendo Patri & Aſſignatis ſuis Canonicatum ſive Præbendam prædictam ſic ut præmittitur primo & proximo, per Mortem, Reſignationem, Ceſſionem, Privationem, ſive quocumque alio modo vacaturam, alicui Perſonæ idoneæ vere & actualiter conferre, una cum Hoſpitio, Manſione, Juribus, Præeminentiis & Pertinentiis univerſis, ultimo Canonico ſive Præbendario in hujuſmodi Canonicatu ſive Præbenda Incumbenti aſſignatis & ſpectantibus, necnon Literas Collationis ſive advocationis, ad hoc ſufficientes & in Jure validas facere ſigillare & tradere, *Decanoque & Canonicis* dictæ Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Briſtolliæ pro hujuſmodi Perſonæ Receptione Admiſſione & Inſtallatione reſcribere,

Cæteraque omnia & ſingula circa præmiſſa neceſſaria facere & exequi, pro hujuſmodi prima & proxima Vacatione tantum, adeo plene & integre ſicut nos ipſi faceremus & exequeremur ſi præſens hæc noſtra Conceſſio facta non fuiſſet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo tertio Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Conceſſione pro Epiſcopo Wigornienſi.*

Ann. D. 1544.
Pat. 35. H. 8. p. 11. m. 4.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod, certis Conſiderationibus Nos ſpecialiter moventibus, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, conceſſimus, & per Præſentes concedimus dilecto Conſiliario noſtro *Nicolao Heith* nuper *Roffenſi Epiſcopo*, & nunc

... orum Officiariorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* xxii. die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Conceſſione pro Epiſcopo Wigorn. ad tenendum in Commendam.*

Ann. D. 1544. Pat. 35. H. 8. p. 10. m. 24.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, utramque *Poteſtatem* nobis a Deo traditam, *Secularem* videlicet & *Eccleſiaſticam*, exercentes, Motu proprio ac ex certa Scientia noſtra conceſſimus & licentiam dedimus, ac per Præſentes concedimus & licentiam damus dilecto & fideli Conſiliario noſtro *Nicolao Heith nuper Roffenſi Epiſcopo*, nunc *in Wigornienſem Epiſcopum* rite & legittime electo, quod idem *Nicholaus*, a Feſto Nativitatis Domini ultimo præterito ante datam Præſentium, uſque in & ad idem Feſtum Nativitatis Domini, quod erit in Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo Rectoriam de Shorham cum Capella de Otford annexa, & Rectoriam de Cleve in Comitatu Kantiæ, quas modo obtinet ſeu poſſidet, una cum ſuis Juribus Juriſdictionibus & Pertinentiis univerſis, cujuſcumque Taxæ ſeu Valoris annui illarum Fructus Redditus & Proventus exiſtant, una cum dicto Epiſcopatu Wigornienſi ac ſuis Juribus Juriſdictionibus & Pertinentiis univerſis, cujuſcumque etiam Taxæ ſeu Valoris annui illius Epiſcopatus Fructus Redditus & Proventus exiſtant, in *Commendam*, non obſtante dicti Epiſcopatus Wigornienſis ſuſceptione & Adminiſtratione, illarum quoque Rectoriarum ac etiam Epiſcopatus prædicti Fructus Redditus & Proventus percipere, atque in ſuum & ſuorum Uſum & Utilitatem convertere & applicare, libere & licite valeat & poſſit, abſque Impedimento noſtro vel Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, aut aliorum quorumcumque aliquali;

Ordinationibus aut conſtitutionibus Eccleſiaſticis, necnon Actis ſive Statutis in Parliamentis noſtris quomodolibet editis ſeu impoſterum edendis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscumque,

Eoque etiam non obſtante quod expreſſa, ac de verbo in verbum mentio hujuſmodi Ordinationum Conſtitutionum & Statutorum, ac etiam veri annui Valoris, Fructus Redditus & Proventus earumdem Rectoriarum, Capellarum annexarum, & Epiſcopatus, aliorumque Donorum ſeu Conceſſionum prælibato *Nicolao Heith* ante hac per Nos quoſcumque alios quomodolibet factorum ſeu conceſſorum, necnon præmiſſorum certitudo hic factæ non exiſtant, aut aliquibus aliis Rebus Cauſis ſeu Materiis non obſtantibus quibuſcumque; quæ omnia Obſtantia pro expreſſis, ad omnem juris effectum, atque in maximum dicti *Nicholai* Commodum & Beneficium ad præmiſſa, haberi volumus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* xxii. die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

... *tui adjacentibus.*
*Eſcaetori Regis in Com. Warr.*
*Eſcaetori Regis in Com. Midd.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu *Wigornienſi* quod eidem *electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad prædictum Epiſcopatum *Wigornienſem* pertinent Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Commiſſio ad Tractandum, per Comites de Levenax & de Glencarne.*

BE it kend till all Men by thir preſent Lettres, We *Matthew Erle of Levenax*, Lord Derrule, and *William Erle of Glencarne*, To have made conſtitute and ordainit, and be yir Preſentis makis conſtitutis and ordainis oure Welebelovitis *Hew Cunnygabame*, and *Thomas Biſchop* oure Secretaire, oure verray lauthful and undowtit Procuratoris and Commiſſionaris; Ann. D. 1544. Ex Autogr.

Geving and granting and committing to our ſaidis Procuratoris and Commiſſionaris conjunctlie and ſeveralie, our ful plane Power expres bidding and command and charge for Ws and our Names and Behalfis, to convene with ane Rytht Noble Lord my *Lord Whartonn*, Lord Wardane of the Weſt Merchis of Yngland, and Sir *Robert Bowys*, Knyght, Commiſſionaris for the Rytht Hie, Rytht Excellent, Noble and Mythry Prence the *Kingis Majeſty of Yngland* at Carliſle, or at quhatſumever Place within Yngland and thair to reſſeve, diſpute, grant, conclude and end in all Beſines Actions or Materis to be diſſyrit of Ws be the Kingis Majeſte, and thame as Commiſſionaris foreſaid, and ſic like in our Petitions geven in Memoriall to thir our ſaidis Procuratoris and Commiſſionaris to be had of his Hienes,

Then began the Winde and Raine ſuch Storme as haſe not been ſeen, blowing doun Pavylyons and Tents in the Felde, and dyvers Shippes lying in the Havens Mouth broken in peces and bruſid, and muche Viſtuell deſtroyed by reaſon thereof;

There came the ſame night unto the *Kings Campe* from *Hardeloe* the *French Kings* Ambaſſadeurs aforenamed, their Tents and Pavylyons appointed for them were blown dounde to the grounde, and the ſame night alſo wheare they ſupped the Tents fell doune on their Heds, in ſo muche that the next daye, after that they had ſpoken with the *Kings Majeſtie*, they went and lay within the

* XV. 57. * Toun of *Boulloigne* by the Kings Commandement, with dyvers of the Counſeill with them; the Storme durynge evry daye, with Wynde and Raine and foule Wether, tyll the Thurſdaye the xxv. *daye of Septembre*, the daye of their departinge.

Thurſdaye (*the eighteenth of Septembre*) the *Kings Majeſtie* made his Entrie into the *Toune of Boulloigne* from the Campe, whe-

ment at *Caleys* many of the *Duke of Norffolks* Army and my *Lord Prive Sealls* and others died of the Flyx:

Tueſdaye (*the vii. of October*) *the Dolphin* came with his Army ſecretly in the night to have ſtollen the *Toune of Boulloigne*, and certen of them entred the Toun of *Bas Bullon* apparelled with theirs Shirts over all, becauſe they would be knowen, and cried Bowes; and the People, hirenge the *Larum*, reſorted unto them, thinking that they had bein Friends for becauſe they cried Bowes; and then ſlewe bothe Men Women and Children that they might come by, and went to the Shippes to have ſpoiled them; but they were kylled and ſlain all them that approched the Shippes to no ſmall nombre; and after that our Capitaine Sir *Thomas Poynyngs*, with other, ſett upon them, and ſlew to the Num ; and with that *the Dolphin* recuilled and fledd back with no ſmall Loſſe;

And then *the Dolphin*, ſeing he could not prevaile there, he went to *Guyſnes*, and aſſaulted thereaboutes and burned certein Villages, and loſt dyvers of his Capitains and their Men,

And ſo he, with dyvers of his Company went to *Hammek Thrnpyke*, and there was taken and ſlaine to the nombre of *xl.* and at *Guyſnes* ſlaine and taken to the number of

And the Fryday, and Saterday *xi October* dyvers Carts taken of Vytells of the *Dolphin*, whereof was viii. laden with Wyne, and the other Vytells ſpoyled and Wagenners ſlain, and the viii. Wagens with all the Horſes brough to *Bulleyn*.

The Sonday *the xii. day of Octobre* was appointed to meet at the *Toune of Calleys* the *Emperors Ambaſſadors* with the *Olde Legure*, and *Monſieur de Courser*, and the *Buſhope of Camberſey*, and the *French King's Ambaſſadors*, the *Buſhope of Parrys*, *Cardynall Bellay*, with other, to conclude a Peaſe, the ſame daye arryved from the *Kings Majeſtie th'Erle of Hertford* Lorde Greate Chamberlein, and Sir *William Paget* Secretary.

---

### * *Commiſſio ſpecialis pro Magiſtro Rotulorum.* * XV. 58.

Ann. D. 1544. Pat. 36. H. 8. p. 8. m. 51. dorſ.

REX dilectis & fidelibus Conſiliariis ſuis *Roberto Southwell* Militi Cuſtodi ac Magiſtro Rotulorum Cancellariæ noſtræ, & *Johanni Tregunwell* Armigero uni Magiſtrorum Cancellariæ noſtræ prædictæ, ac dilectis ſibi *Johanni Olyver* Clerico & *Antonio Bellaſys* Clerico Magiſtris ejuſdem Cancellariæ noſtræ, Salutem.

Quia prædilectus & fidelis Conſiliarius noſter *Thomas Wriotheſley* Miles *Dominus Wriotheſley*, Cancellarius noſter Angliæ, noſtris arduis Negotiis ex mandato noſtro continuè intendens, in eiſdem adeo verſatur quod, ad ea quæ in Curia Cancellariæ noſtræ, in Cauſis & Materiis inter diverſos Ligeos & Subditos noſtros ibidem pendentibus tractanda, audienda, diſcutienda & terminanda ſint & fieri debeant, ad præſens non ſufficiat,

Volentes proinde, in ejuſdem Cancellarii noſtri Abſentia, omnibus & ſingulis Ligeis & Subditis noſtris quibuſcumque, quaſcumque Materias ſuas in Curia Cancellariæ noſtræ prædictæ proſequentibus, plenam & celerem Juſtitiam exhiberi, ac de Fidelitatibus & providis Circumſpectionibus veſtris plenius confidentes,

Aſſignavimus vos tres & duos veſtrûm ac, Tenore Præſentium, damus vobis tribus & duobus veſtrûm plenam Poteſtatem & Auctoritatem audiendi & examinandi quaſcumque Materias Cauſas & Petitiones coram nobis in Cancellaria noſtra, inter quoſcumque Ligeos & Subditos noſtros, nunc pendentes & impoſterùm ibidem exhibendas & pendendas, & eaſdem Materias Cau-

*Per ipſum Regem.*

### *Literæ executoriæ pro Collegio beatæ Mariæ & Omnium Sanctorum Lincoln. in Univerſitate Oxon.*

Ann. D. 1544. Pat. 36. H. 8. p. 5. m. 4. * XV. 59.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod, cum Dominus *E. nuper Rex Angliæ Quartus*, nono die Februarii, Anno Regni ſui primo, per Literas ſuas Patentes, de Gratia ſua ſpeciali, & ad Honorem illibatæ Virginis Matris Jeſu Chriſti & omnium * Sanctorum, conceſſerit & Licentiam dederit, pro Se & Hæredibus ſuis quantum in ipſo Rege fuit, *Cuſtodi ſive Rectori & Scolaribus Collegii beatæ Mariæ & omnium Sanctorum Lincolniæ in Univerſitate Oxon.* & Succeſſoribus ſuis, quod Ipſi, abſque Feodo ſeu Fine præfato nuper Rege vel Hæredibus ſuis inde capiendo, Terras, Tenementa & Redditus ad Valorem *Quinquaginta Librarum* per Annum, quæ de ipſo nuper Rege non tenebantur in Capite perquirere potuiſſent, Habenda & Tenenda ſibi & Succeſſoribus ſuis imperpetuum; ſtatuto de Terris & Tenementis ad Manum Mortuam non ponendis edito, aliis quibuſcumque Statutis ſive Ordinationibus in contrarium editis non obſtantibus; dum tamen per Inquiſitiones inde debitè capiendas, & in Cancellariam præfati Regis vel Hæredum ſuorum ritè retornatas, compertum eſſet quod id fieri poſſet abſque Dampno ſeu Præjudicio ipſius nuper *Regis* vel Hæredum ſuorum vel aliorum quorumcumque, prout in Literis prædictis inter alia pleniùs continetur,

Nos, Volentes Conceſſionem prædictam effectum debitum mancipari, Conceſſimus & Licentiam Dedimus pro Nobis & Hæredibus, quantum in nobis eſt, Dilectis & Fidelibus noſtris *Richardo Lyſter* Militi & *Michaeli Lyſter* Militi quod Ipſi Manerium de Smeton cum pertinentibus, ac Viginti Meſuagia, Trescentas Acras Terræ, Centum Acras Prati, Ducentas Acras Paſturæ, Centum Acras Jampnorum & Bruerorum, & Centum Solidorum Reddituum cum pertinentiis in parva Smeton, Acworthe, Arakenhill & Ragby in Comitatu Eborum, quæ de Nobis non tenentur in Capite, & quæ ad *Decem & Octo Libras Treſdecim Solidos & Quatuor Denarios* extenduntur per Annum, prout per quandam Inquiſitionem inde, coram *Carolo Jackſon* Armigero nuper Eſcaetore noſtro in Comitatu prædicto, de Mandato noſtro captam, & in Cancellariam noſtram retornatam eſt compertum, dare potuiſſent & aſſignare nunc *Cuſtodi ſive Rectori & Scolaribus Collegii*, beatæ Mariæ & Omnium Sanctorum Lincoln. in Univerſitate Oxon.

Habenda & Tenenda eiſdem *Cuſtodi ſive Rectori & Scolaribus*, ac Succeſſoribus ſuis, in Subventionem Suſtentationis ipſorum *Cuſtodis ſive Rectoris & Scolarium*, & Succeſſorum ſuorum imperpetuum, in Valorem *Decem & Octo Librarum Treſdecim Solidorum & Quatuor Denariorum*, in parte Satisfactionis prædictarum Quinquaginta Libratarum Terrarum & Tenementorum prædictorum per Annum,

Et eiſdem *Cuſtodi ſive Rectori & Scolaribus*, ac Succeſſoribus ſuis quod Ipſi Manerium prædictum, ac dicta Meſuagia, Terras, Prata, Paſturas, ac cætera Præmiſſa cum pertinentiis à præfatis *Richardo & Michaele* recipere poſſint, & tenere Sibi & Succeſſoribus ſuis ſicut prædictum eſt, Tenore Præſentium ſimiliter Licentiam Dedimus ac Damus ſpecialem,

Nolentes quod præfati *Richardus & Michael* vel Hæredes ſui, aut præfati *Cuſtos ſive Rector & Scolares* vel Succeſſores ſui prædicti, ratione Præmiſſorum, per Nos vel Hæredes noſtros, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites, Ballivos, Officiarios & Miniſtros noſtros quoſcumque futuris temporibus impetantur, inquietentur, moleſtentur in aliquo ſeu gravetur;

### *De Licentia Eligendi.*

REX Dilectis Nobis in Chriſto *Decano & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Eborum, Salutem. Ann. D. 1545. Pat. 36. H. 8. p. 2. m. 5.

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, per Mortem ultimi Archiepiſcopi ibidem, jam ſit paſtoris ſolatio deſtituta, Nos alium vobis Eligendi in Archiepiſcopum & Paſtorem Licentiam per Præſentes duximus concedendam;

Mandantes quod talem vobis eligatis in Archiepiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Eccleſiæ noſtræ prædictæ Neceſſarius, vobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Greenewiche*, Quinto Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

### *De Significavit.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati, ac Reverendis in Chriſto Patribus *Thomæ Weſtmonaſterienſi Epiſcopo* & *Georgio Ciceſtrenſi Epiſcopo*, Salutem. Ann. D. 1545. Ibid.

Sciatis quod Electioni nuper factæ in Eccleſia noſtra Cathedrali Eboracenſi, per mortem Bonæ Memoriæ, *Edwardi Lee ultimi Archiepiſcopi ibidem*, de Reverendo in Chriſto Patre *Roberto Landavenſi Epiſcopo*, in Archiepiſcopum & Paſtorem Loci illius, Regium Aſſenſum adhibuimus & per Præſentes adhibemus & Favorem; & hoc vobis & cuilibet veſtrûm Tenore Præſentium ſignificamus,

Mandantes vobis, quatenus præfatum *Robertum*, ſic ut præfertur in *Archiepiſcopum Eboracenſem Electum*, Confirmare, ac Pallium ſibi dare, Ipſumque Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere quæ veſtris in hac Parte incumbunt Officiis Paſtoralibus, juxta formam Statuti inde nuper editi & proviſi, velitis cum Favore.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxii. Die Januarii.

*Per ipſum Regem.*

### *De Reſtitutionibus Temporalium.*

REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Eborum Salutem. Ann. D. 1545. Ibid.

Vacante nuper Archiepiſcopatu Eboracenſi, per Mortem naturalem Bonæ Memoriæ *Edwardi Lee ultimi Archiepiſcopi ibidem*,

*Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Eboracenſis, Licentiâ noſtrâ primitus petitâ pariter & obtentâ, Reverendum in Chriſto Patrem ac Dilectum & Fidelem Conſiliarium noſtrum, *Robertum* dudùm *Landavenſem Epiſcopum* in eorum Archiepiſcopum & Paſtorem elegerunt & nominaverunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem,

Ipſumque *Robertum* a dicto Epiſcopatu Landavenſi in Archiepiſcopatum Eboracenſem Tranſtulimus, ac Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus* totius Angliæ Primas, & Reverendi in Chriſto Patres *Thomas Weſtmonaſterienſis Epiſcopus* & * *Georgius Ciceſtrenſis Epiſcopus* Electionem illam con- * XV. 61.

Digitized by Google

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Pro Archiepiſcopo Eborum Licentia viſitandi.*

Ann. D. 1545. Pat. 36. H.8.p.13. m. 21.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm Reverendiſſimus in Chriſto Pater *Robertus Eborum Archiepiſcopus* Angliæ Primas & Metropolitanus, quem Cura ſuſcepti Regiminis Gregis Dominici ſibi commiſſi impellit, ut extirpando Vitia & Virtutes plantando quantum cum Deo poterit, ſuæ Viſitationis Metropoliticæ Miniſterium diligenter impendat, Provinciam ſuam Eborum, Clerumque & Populum ejuſdem Provinciæ ſuæ, tam in Eccleſiis Cathedralibus Collegiis Hoſpitalibus, quam in ſingulis ejuſdem Provinciæ Decanatibus ubilibet conſtitutis, Jure Metropolitico, juxta ſui Officii debitum viſitare, Crimina Delicta & Exceſſus, ad Correctionem & Reformationem Curiæ Chriſtianitatis pertinentia, inibi comperta & præſentata corrigere & reformare,

Nos, tam ſanctum & divinum Inſtitutum in Domino commendantes, juxta Æquitatem & Juſtitiæ rationem Favorem noſtrum benevolum eidem in Præmiſſis præbere cupimus,

Sciatis igitur quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris conceſſimus & licentiam dedimus, ac per Præſentes concedimus & licentiam damus, pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, præfato Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Roberto Archiepiſcopo Eborum*, ad faciendum ordinandum & celebrandum Sinodos, Capitula generalia, Viſitationes, & alias Congregationes Cleri & populi infra dictam Diœceſim & Provinciam Ebor. Clerumque & Populum eorundem actualiter viſitandum, & eundem Clerum & Populum ad Viſitationes quaſcumque generales vel ſpeciales convocandum & congregandum, ac omnem & omnimodam Juriſdictionem ſpiritualem & eccleſiaſticam, Archiepiſcopis dictæ Eccleſiæ Metropoliticæ Eborum de Jure, Conſuetudine, Statutiſque noſtris Angliæ, aut Prærogativâ ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis qualitercumque competentem ſive pertinentem, gerendum excercendum & expediendum, atque Penſiones, Portiones, Procurationes, Sinodalia, Subſidia, & alia Emolumenta quæcumque ad dictum

* XV. 62. Archiepiſcopatum * qualitercumque pertinentia, aut per Clerum Diœceſis Eborum ſingulis Archiepiſcopis Eborum in primo eorumdem ingreſſu debita ſeu præſtari ſolita & conſueta, exigendum, levandum, colligendum & recipiendum, ac in Uſus ſuos proprios convertendum;

Ita quod idem *Archiepiſcopus* per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive Deputatos ſuos, ad omnia & ſingula in Præmiſſis facienda & excercenda liberè procedere poſſit & valeat, abſque impedimento moleſtatione ſeu gravamine noſtri vel Hæredum noſtrorum, Juſticiariorum Eſcaetorum Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum vel Hæredum noſtrorum quorumcumque; aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione, ſive Reſtrictione inde in contrarium ante hæc tempora factis editis ordinatis ſeu proviſis non obſtantibus:

Mandamus autem, Tenore Præſentium, omnibus & ſingulis Ducibus Comitibus Baronibus Militibus, Juſticiariis Vicecomitibus Ballivis Conſtabulariis Miniſtris & Fidelibus noſtris, quatenus eidem *Archiepiſcopo*, Commiſſariiſque Deputatis Officialibus Regeſtrariis & Miniſtris ſuis, in & circa Viſitationem hujuſmodi, aliaque Præmiſſa, ac cætera omnia & ſingula eadem qualitercum-



De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii quod dilectus & fidelis Serviens noſter *Thomas Cawerden* Miles unus Generoſorum Privatæ Cameræ noſtræ nobis antehac multipliciter impendit, ac impoſterùm impendere intendit, Ibid p.14. m. 17.

Dedimus & conceſſimus, prout per Præſentes damus & concedimus, eidem *Thomæ Officium Magiſtri Jocorum Revelorum & Maſcorum* omnium & ſingulorum noſtrorum vulgariter nuncupatorum Revells & Masks, ipſumque *Thomam Cawerden Magiſtrum Jocorum Revelorum & Maſcorum noſtrorum* prædictorum facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum gaudendum occupandum & exercendum Officium prædictum præfato *Thomæ Cawerden* per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive Deputatos ſuos, a ſextodecimo die Martii ultimo præterito ante Datam Præſentium, pro Termino Vitæ ſuæ, cum omnibus Domibus Manſionibus Regardis Proficuis Juribus Libertatibus & Advantagiis eidem Officio quovis modo pertinentibus ſive ſpectantibus, vel tali Officio pertinere ſive ſpectare debentibus;

Et inſuper, de uberiori Gratia noſtra dedimus & conceſſimus, * XV. 63.
ac per * Præſentes damus & concedimus, *eidem Thomæ Cawerden* pro Excercitio & Occupatione Officii prædicti, Vadium & Feodum *Decem Librarum Sterlingorum* per Annum habendum & percipiendum ſibi vel Aſſignatis ſuis, a dicto ſextodecimo Die Martii ultimo præterito pro Termino Vitæ ſuæ, ad Receptam Scaccarii noſtri, de Theſauro noſtro, per Manus Theſaurarii vel Camerariorum noſtrorum pro tempore exiſtentium, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Paſchæ per æquales Portiones annuatim ſolvendum;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, undecimo Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Officio Clerici Monſtrationis Almanorum conceſſo.*

Ann. D. 1545. Pat. 36. H. 8. p. 13. m. 25.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in Conſideratione veri & fidelis Servitii quod dilectus Serviens noſter *Nicholaus Taphoren* ante hæc tempora Nobis impendit & impoſterùm impendere intendit,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, eidem *Nicholao Taphoren* Officium *Clerici Monſtrationis Equitum & Pedeſtrium Almanorum*, qui nobis in Guerris noſtris impoſterùm deſervient, ac ipſum *Nicholaum Taphoren Clericum Monſtrationis Equitum & Pedeſtrium Almanorum prædictorum* facimus ordinamus creamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum & exercendum dictum Officium præfato *Nicholao Taphoren* durante Beneplacito noſtro, unà cum omnibus & ſingulis Feodis Vadiis Regardis Proficuis Commoditatibus Advantagiis & Emolumentis quibuſcumque eidem Officio quoviſmodo pertinentibus ſive ſpectantibus;

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra, in conſideratione veri & fidelis Servitii, quod prædictus Serviens noſter *Nicholaus Taphoren* ante hæc tempora nobis impendit, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, eidem *Nicholao Taphoren* quendam annualem Redditum *Quadraginta Librarum* legalis Monetæ Angliæ,

ibidem pro tempore exiſtentium, ſingulis Annis de tempore in tempus ſolvendam;

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra certa Scientia & mero
* XV. 64. Motu noſtris prædictis, damus, & per Præſentes concedimus * præfato *Angelo de Marianis* tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas dicta Annuitas & qualibet inde Parcella, a Feſto Natalis Domini ultimo præterito hucuſque inter ſe attingunt, habendas & percipiendas, eidem *Angelo*, de Theſauro noſtro, ad prædictam Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum prædictorum;

Eo quod expreſſa mentio, &c.
In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Pardonatione ſpeciali.*

Ann. D. 1545. Pat. 36. H. 8. p. 11. m. 32.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac per Præſentes pardonamus remittimus & relaxamus *Roberto Warde* de Oxonia in Comitatu Oxoniæ Magiſtro in Artibus, aliàs dicto *Roberto Warde* nuper de Hemeſley in Comitatu Eborum Yoman, ſeu quocumque alio Nomine vel Cognomine aut Additione Nominis vel Cognominis idem *Robertus Warde* cenſeatur vel nuncupetur, omnia & omnimoda Proditoria Verba & Colloquia per ipſum *Robertum Warde*, cum quacumque Perſonâ & quibuſcumque Perſonis, contra Regiam Majeſtatem noſtram facta habita prolata ſeu perpetrata, contra Nos proditoriè ducendo allegando arguendo & ratiocinando Nos minimè fore *unicum Supremum Caput in Terra Eccleſiæ noſtræ Anglicanæ*, nec habere & gaudere annexum & unitum Imperiali Coronæ noſtræ hujus Regni noſtri Angliæ Dignitatem Titulum & Stilum Honorem Præeminentiam Juriſdictiones Privilegia Auctoritatem Immunitatem Commoda Commoditates & Dignitates noſtræ Supremitatis ejuſdem Eccleſiæ noſtræ Angliæ,

Necnon omnia & ſingula Proditoria Verba Loquitiones & Proditiones, & facta habita prolata loquuta ſive perpetrata, concernentia, & aliquo modo tangentia Dignitatem Titulum & Stilum dictæ noſtræ *Supremitatis Eccleſiæ noſtræ Anglicanæ*, ac omnia Concelamenta omnium & omnimodorum Proditoriorum Verborum & Colloquiorum habitorum, loquutorum ſive perpetratorum per aliquem alium præfato *Roberto Warde* vel in ejus Auditu ſive Notitia, necnon omnia & omnimoda Proditoria Verba Ratiocinia & Colloquia per ipſum *Robertum Warde* cum quacumque Perſona ſive quibuſcumque Perſonis habita loquuta prolata ſeu conceſſa, concernentia ſeu tangentia Nos, *Dominationem Gubernationem ſive Statum hujus Regni noſtri Angliæ*, & quaſcumque *Prophecias*,

Ac inſuper omnia & omnimoda Proditoria Verba Colloquia & Ratiocinia per ipſum *Robertum Warde* proditoriè habita facta perpetrata cum quibuſcumque Hominibus expreſſè directè vel indirectè, vel ſuper aliqua Prætenſa contra *Primatiam noſtram* per ipſum *Robertum Warde* facta habita prolata ſeu perpetrata, necnon omnia Proditoria Concelamenta omnium & quorumcumque Verborum proditoriorum per eundem *Robertum Warde* facta habita prolata ſeu perpetrata, licet ipſe de Præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum indictatus appellatus impetitus rectatus convictus attinctus adjudicatus impriſonamentatus vel aliquo modo condemnatus exiſtit, aut indictari appellari impetiri rectari convinci attingi adjudicari vel aliquo modo condemnari contigerit in futurum,

Ac etiam omnes & ſingulas Utlagarias in ipſum *Robertum War-*

tionem Reverendiſſimi in Christo Patris *Roberti Archiepiſcopi Eborum* ultimi Incumbentis ibidem, ad humilem Supplicationem Dilectorum Nobis *Præſidentis & Capituli* Eccleſiæ Cathedralis Landavenſis, eiſdem, per Literas noſtras Patentes, Licentiam conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum Loci prædicti & Paſtorem, ac iidem *Præſidens & Capitulum*, prætextu Licentiæ noſtræ prædictæ, Dilectum Nobis in Christo *Antonium Kytchin* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ſibi elegerint in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas ſuas Patentes communi Sigillo ſuo ſigillatas, nobis inde directas, pleniùs apparet, m. 1.

Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini firmiter vobis mandantes, quatenus præfatum *Anthonium Kytchyn* Landaven. electum, & Electionem prædictam confirmare, & eundem *Anthonium Kytchyn in Epiſcopum Landavenſem* conſecrare, ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis inveſtire, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statuti inde editi & proviſi, velitis diligenter cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo Die Aprilis.

---

*De Surſum Redditionibus Religioſorum.*

Ann. D. 1545. Clauſ. 36. H. 8.

ROBERTUS *Peterſon* Clericus *Canonicus ac Decanus* Eccleſiæ Collegiatæ Rectoriæ ſive Decanatûs *de Southmallyng* juriſdictioni immediatæ Domini *Archiepiſcopi Cantuarienſis* infra Comitatum Suſſexiæ , *Wilhelmus Leby* Clericus Rector Eccleſiæ de Ryngmer *Canonicus* ſive *Præbendarius* prædictæ Eccleſiæ Collegiatæ Decanatûs de Southmallyng prædicta, necnon Clericus Rector Eccleſiæ ſuæ Capellæ de Southeram *Canonicus* ſive *Præbendarius* prædictæ Eccleſiæ Decanatûs de Southmallyng, ac *Johannes Leff* Clericus Rector Eccleſiæ de Framfeld *Canonicus ſive Præbendarius* Eccleſiæ Collegiatæ Decanatûs ſupradicti de Southmallyng, & ejuſdem loci *Collegii ſive Decanatûs Pœnitentiarii Capellani Sacriſtæ & Clerici* aliàs dicti *Decanus Præbendarius Canonicus* ſive *Rector* Eccleſiarum ſupradictarum Collegii ſive Decanatûs de Southmallyng in Comitatu Suſſexiæ ſupradicto quocumque Nomine cenſeantur nuncupentur ſive nominentur, omnibus Chriſti Fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, Salutem.

Sciatis quod Nos præfati, &c.

In quorum Teſtimonium Nos præfati Decanus Præbendarii Canonici Pœnitentiarii Capellani Sacriſtæ & Clerici huic præſenti Scripto noſtro Nomina noſtra Manibus propriis ſubſcripſimus, Sigillumque noſtrum commune appoſuimus.

Dat. apud *Southmallynge* prædicta in Domo noſtra Capitulari ibidem decimo die Martii, Anno prædicti invictiſſimi Principis & Domini noſtri Regis *Henrici Octavi* triceſimo ſexto.

Et MEMORANDUM *quod Die & Anno ſupraſcriptis, præfati* Decanus & Capitulum *venerunt coram dicto Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtmonaſterium*, * *& recognoverunt Scriptum* * XV,
*prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.* 66.

Omnibus, &c.

*Thomas Wriotheſley* Miles *Dominus Wriotheſley* ac Cancellarius Angliæ Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis me, &c. hoc ſcripto meo confirmâſſe illuſtriſſimo Domino meo Domino *Henrico Octavo*, Dei Gratiâ, *Angliæ Fran-*

Omnibus, &c.
*Thomas*, Permiſſione Divinâ, *Cantuarienſis Archiepiſcopus* totius Angliæ Primas & Metropolitanus, Salutem, &c.
Noveritis me præfatum *Archiepiſcopum* certis de cauſis & conſiderationibus me & Eccleſiam meam Chriſti Cantuarienſem ſpecialiter moventibus, dediſſe conceſſiſſe, & hoc præſenti Scripto meo, pro me & Succeſſoribus meis, dare & concedere illuſtriſſimo Domino meo *Henrico Octavo*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regi Fidei Defenſori, & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremo Capiti* totam illam Advocationem Donationem Præſentationem liberam Diſpoſitionem & Jus Patronatûs Rectoriæ Eccleſiæ de Harrowe ad Montem aliàs dictæ Harrowe on the Hill in Comitatu Middleſexiæ, &c.
In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto meo Sigillum meum appoſui.

Dat. apud *Weſtm.* decimo octavo die Novembris, Anno Regni dicti Domini *Henrici Octavi* triceſimo ſexto.

Et Nos *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Chriſti Cantuarienſis unanimi Conſenſu & Aſſenſu noſtris omnia & ſingula Præſentibus annexa contenta ſcripta & ſpecificata prout ſcribuntur & recitantur, quantum in Nobis eſt, Auctoritate noſtra ratificamus approbamus & confirmamus per Præſentes.
In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum commune præſentibus apponi fecimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari viceſimo primo Die Menſis Novembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto.

Omnibus, &c.
*Georgius Hennage* Clericus *Magiſter ſive Cuſtos Collegii & Domus Eleemoſinariæ Sanctæ Trinitatis de Tatteſhall* in Comitatu Lincolniæ, & ejuſdem Loci *Capellani* aliàs dicti *Magiſter ſive Gardianus & Capellani ſive Conſocii* Collegii & Domûs Eleemoſinariæ de Totteſhall aliàs Tatterſhall in dicto Commitatu Lincolniæ Salutem, &c.
* XV. 67. * Noveritis, &c.
In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium Nos præfati Magiſter ſive Cuſtos & Capellani Sigillum noſtrum commune Præſentibus appoſuimus.

Dat. in *Collegio* noſtro prædicto quarto Die Februarii, Anno Regni ſupraſcripti Illuſtriſſimi Regis *Henrici Octavi* triceſimo ſexto.

Et Memorandum *quod quarto Die Februarii & Anno ſupradictis, præfati* Magiſter & Conſocii *Collegii ſive Domus de Tatteſhall, venerunt coram Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & recognoverunt Cartam prædictam ac omnia & ſingula in eadem contenta in forma ſupradicta.*

Omnibus, &c.
*Willielmus Frankelyn* Clericus *Magiſter Hoſpitalis Sancti Egidii de Kepire* juxta Dunolmiam in Com. Dunolmiæ, & ejuſdem Hoſpitalis *Socii ſive Confratres*, Salutem.
Noveritis, &c.
In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto Nos præfati *Magiſter & Socii ſive Confratres* Hoſpitalis prædicti Sigillum noſtrum commune dicti Hoſpitalis appoſuimus.

Omnibus, &c.
*Edwardus Bowdon* Clericus in Artibus Magiſter, *Magiſter ſive Præpoſitus Collegii de Wye* in Comitatu Kantiæ, ejuſdem loci *Socii ſive Capellani*, Salutem.
Noveritis, &c.
In cujus rei Teſtimonium Præſentibus Sigillum noſtrum commune appoſuimus.

Dat. decimo nono Die Menſis Januarii, Anno Regni dicti Domini *Henrici Octavi*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris* ac in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis* triceſimo ſexto.

Omnibus, &c.
*Willielmus*, Permiſſione Divinâ, *Norwicenſis Epiſcopus* & *Johannes Pierſon* Cuſtos ſive Capellanus Eccleſiæ Cantariæ ad Altare beatæ Mariæ in Eccleſia Sancti Andreæ de Brundiſhe in Comitatu Suffolciæ Salutem in Domino ſempiternam.
Sciatis, &c.
In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ noſtræ Sigilla noſtra appoſuimus.

Dat. viceſimo quinto Die Menſis Julii, Anno Regni Invictiſſimi Domini Regis *Henrici Octavi* ſupradicti triceſimo ſexto.

Et Memorandum *quòd xxviii. Die Julii Anno ſupraſcripto, prædicti* Epiſcopus * *&* Johannis Pyerſon *venerunt coram* * XV. 68.
*Domino Rege in Cancellaria ſua in propriis Perſonis ſuis, & recognoverunt Cartam prædictum ac omnia & ſingula in eadem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c.
*Ricardus Fulmerſton* de Thetford in Com. Suff. Armiger ac verus & indubitatus Patronus Cantariæ ad Altare beatæ Mariæ in Eccleſia Sancti Andreæ de Brundiſhe in Comitatu prædicto Salutem in Domino ſempiternam.
Cùm Reverendus in Chriſto Pater *Willielmus*, Permiſſione Divinâ, *Norwicenſis Epiſcopus & Johannes Pyerſon* Cuſtos ſive Capellanus, &c.
In cujus rei Teſtimonium Præſentibus Sigillum meum appoſui.

Dat. ſecundo Die Auguſti Anno Regni dicti Domini Regis *Henrici Octavi* triceſimo ſexto ſupradicto.

Et Memorandum *quod decimo nono Die Auguſti Anno ſupraſcripto, prædictus* Richardus Fulmerſton *venit coram Domino Rege in Cancellaria ſua in propria Perſonis ſua, & recognovit Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eadem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c.
*Ricardus Edon Cuſtos Collegii Sancti Georgii de Sudbury* in Comitatu Suff. & ejuſdem Loci *Capellani* Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis, &c.
In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium utrique Parti hujus Cartæ noſtræ indentatæ Sigillum noſtrum commune appoſuimus.

Dat. apud *Sudburye* prædicta nono die Menſis Decembris, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, & Anno Regni dicti Regis nunc *Henrici Octavi* triceſimo ſexto.


Et

Digitized by Google

Prænobilis Ordinis Garterii Militi *Domino Wriotheſley* ac Domino Cancellario Angliæ, totam illam Advocationem, Donationem, liberam Diſpoſitionem, ac Jus Patronatûs mei Rectoriæ Eccleſiæ Parochialis de Bowdon magna in Comitatu Leyceſtriæ, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti ſcripto meo ſigillum meum appoſui.

Dat. primo Die Maii, Anno Regni *Henrici Octavi*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, tricesimo ſeptimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis*, *venit præfatus* Edwardus Gryffyn *coram dicto Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & recognovit Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c.

*Henricus Marchio Dorſetiæ* Dominus Ferrers de Growby, Haryngton, Bonvyle & Aſkeley, Salutem, &c.

* XV. 69. * Noveritis me, &c. conceſſiſſe Egregio Viro *Thomæ Wriotheſley* Prænobilis Ordinis Garterii Militi *Domino Wriotheſley* ac Domino Cancellario Angliæ, totam illam Advocationem, Donationem, liberam Diſpoſitionem, ac Jus Patronatûs mei Rectoriæ Eccleſiæ Parochialis de Iſfercombe aliàs dictæ Ilfracombe in Comitatu Devoniæ, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti ſcripto meo ſigillum meum appoſui.

Dat. primo Die Octobris, Anno Regni Domini *Henrici Octavi*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, triceſimo ſeptimo.

Et Memorandum *quòd Die & Anno prædictis*, *venit præfatus* Henricus Marchio Dorſetiæ *coram dicto Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & recognovit Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Sciant, &c.

Ego *Thomas Wriotheſley* Prænobilis Ordinis Garterii Miles *Dominus Wriotheſley* ac Cancellarius Angliæ, tradidi, &c. Excellentiſſimo & Invictiſſimo Principi Domino meo Domino *Henrico Octavo*, Dei Gratiâ, &c. Rectoriam meam Impropriatam de Southmymes in Comitatu Middleſexiæ, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ meæ Sigillum meum ad arma appoſui.

Dat. ſecundo Die Maii, Anno Regni Regis ſupradicti triceſimo ſeptimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno prædictis venit prædictus* Thomas Dominus Wryotheſley *in propria Perſona ſua coram Domino Rege in Cancellaria ſua, & recognovit Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c.

*Willielmus Staunford* Generalis Attornatus Excellentiſſimi & Invictiſſimi Principis Domini noſtri Domini *Henrici Octavi*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, &c. Salutem, &c.

Noveritis, &c. remiſiſſe relaxâſſe ac omnino pro Me & Hæredibus meis quietum clamâſſe prædicto *Domino Regi* in ſua plena & pacifica Poſſeſſione totum Jus Statum Titulum & Intereſſe mea quæ habeo aut unquam habui de & in Rectoria Impropriata de Southmymes in Comitatu Middleſexiæ, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ meæ Sigillum meum appoſui.

*in forma prædicta.*

Omnibus, &c.

*Johannes*, Permiſſione Divinâ, *Exonienſis Epiſcopus*, Salutem.

Sciatis me, &c. confirmâſſe Excellentiſſimo Principi & Domino noſtro *Henrico Octavo*, &c. Advocationem Donationem liberam Diſpoſitionem, & Jus * Patronatûs Rectoriæ & Eccleſiæ de Faryngdon in dicto Comitatu Suthamptoniæ, &c. * XV. 70.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto meo Sigillum meum appoſui.

Dat. viceſimo ſeptimo Die Aprilis, Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Henrici Octavi* triceſimo ſeptimo.

Et Nos *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Petri Exon. quantum in hac parte ad Nos attinet, Præmiſſis omnibus & ſingulis conſenſum pariter & aſſenſum præbentes, præſens Scriptum & omnia in eo contenta præfato Excellentiſſimo Principi & Aſſignatis ſuis ſecundùm vim formam & effectum Præſentium acceptamus approbamus ratificamus, ac etiam in omnibus pro Nobis & Succeſſoribus noſtris per Præſentes confirmamus.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum commune præſentibus eſt appenſum.

Dat. in *Domo noſtra Capitulari* Eccleſiæ Cathedralis prædictæ ſecundo die Menſis Junii Anno ſupradicto.

Et Memorandum *quod ſecundo Die Junii Anno præſenti venerunt prædictus* Epiſcopus Exon. *apud Clyſt Epiſcopi, ac prædicti* Decanus & Capitulum *in Domo ſua Capitulari Exon. coram Dilectis & Fidelibus Regis* Thoma Dennys & Hugone Pollarde *Militibus*, *Virtute Brevis dicti Domini Regis de Dedimus Poteſtatem eiſdem* Thomæ & Hugoni *directi & in Filaciis Cancellariæ ejuſdem Domini Regis de hoc Anno reſidentis, ac prædictus* Epiſcopus *Scriptum prædictum, & prædicti* Decanus ac Capitulum *Confirmationem Scripti prædicti recognoverunt necnon omnia & ſingula in eiſdem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c.

*Willelmus*, Permiſſione Divinâ, *Bathon. & Wellen. Epiſcopus*, Salutem.

Sciatis, &c. Advocationes & Jura Patronatuum Eccleſiarum quarumcumque ac alia Jura & Hæreditamenta mea quæcumque in Wyke prædicta in dicto Comitatu Glouceſtriæ, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto meo Sigillum meum appoſui.

Dat. apud *Manerium noſtrum de Wyveliſcombe* in Com. Somerſ. viceſimo die Menſis Junii, Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Henrici Octavi* triceſimo ſeptimo.

Et nos *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Andreæ Wellen. præfatas Literas & Contenta in eiſdem omnia & ſingula rata habentes & grata, ipſas & ipſa quantum in nobis eſt, de noſtri communi conſenſu pariter & aſſenſu pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, ſecundùm omnem vim formam & effectum earumdem ratificamus approbamus & per Præſentes confirmamus.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. *in Domo noſtra Capitulari* viceſimo tertio die Menſis Junii, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, & Anno Regni ſupradicti Illuſtriſſimi in Chriſto Principis & Domini noſtri Domini *Henrici Octavi*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra Ec-

Digitized by Google

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati *Decanus & Capitulum* Sigillum noſtrum commune præſentibus appoſuimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari viceſimo primo Die Martii, Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Henrici Octavi* triceſimo ſexto.

Omnibus, &c.
*Edmundus*, Permiſſione Divinâ, *Epiſcopus Londoniæ*, ac *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Pauli Londoniæ, Salutem in Domino ſempiternam.
Sciatis, &c. confirmâſſe & invictiſſimo & excellentiſſimo Principi Domino noſtro *Henrico Octavo*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ, &c.* totum illud Campanile, Structura & Ædificium vulgariter nuncupatum Jheſus Steple Scituatum & exiſtens infra Parochiam Sanctæ Fidis in Civitate London, &c.
In cujus rei Teſtimonium tam ego *præfatus Epiſcopus* quàm Nos præfati *Decanus & Capitulum* huic præſenti Cartæ noſtræ Sigilla noſtra ſeparalia appoſuimus.

Dat. viceſimo ſeptimo Die Menſis Martii, Anno Regni prædicti Domini Regis *Henrici Octavi*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris* ac in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis* triceſimo ſeptimo.

Et Memorandum *quod Die & Anno ſupradictis, præfatus* Epiſcopus, *ac* Decanus & Capitulum *Eccleſiæ prædictæ, venerunt coram Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtmonaſterium, & recognoverunt Cartam prædictam, ac omnia & ſingula in eadem contenta in forma ſupradicta.*

Omnibus, &c.
Ego *Thomas Magnus Cuſtos ſive Gardianus Gardianati Collegii ſive Cantariæ beatæ Mariæ de Subthrope* in Comitatu Notingham. Salutem in Domino ſempiternam.
* Sciatis, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto meo Sigillum meum appoſui.

Dat. decimo ſeptimo Die Aprilis, Anno Regni *Henrici Octavi*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis, & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, triceſimo ſexto.

---

¶¶ *De Arriatione facienda.*

Ann. D. 1545. Pat. 37. H. 8. p. 2. m. 22. REX prædilecto & fideli Conſiliario ſuo *Thomæ Wriotheſley* Militi Domino Wryotheſley Cancellario Angliæ Prænobilis Ordinis Garterii Militi, ac Chariſſimo Conſanguineo ſuo *Henrico Comiti Arundell* dicti prænobilis Ordinis Garterii Militi, prædilectoque & fideli Conſiliario ſuo *Willielmo Domino Seynt John* Camerario Hoſpitii ſui dicti Prænobilis Ordinis Garterii Militi, necnon dilecto & fideli ſuo *Anthonio Broun* Militi Magiſtro Equorum ſuorum ac dicti Prænobilis Ordinis Garterii Militi, Salutem.
Sciatis quòd Nos,
De Fidelitatibus Strenuitatibus Induſtriis & providis Circumſpectionibus veſtris plurimùm confidentes, aſſignavimus vos, ac vobis conjunctim & diviſim, Tenore Præſentium, Poteſtatem & Auctoritatem damus & committimus, ad omnes & ſingulos Ligeos & Subditos noſtros infra Comitatus noſtros Surriæ Suſſexiæ Suthamptoniæ Wilteſiæ Oxon. & Berks, tam infra Liberta-

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Aprilis.

Conſimilis Commiſſio hujuſmodi effectûs directa Perſonis ſupraſcriptis.

Teſte, &c.

Conſimilis Commiſſio hujuſmodi effectûs directa *Johanni Comiti Oxon. & Thomæ Darcy* Militi in *Com. Eſſex*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quarto Die Maii.

Conſimilis Commiſſio hujuſmodi effectûs directa *Thomæ Domino Wentworthe & Thomæ Darcy* Militi in *Com. Suff.*

Teſte ut ſupra.

Conſimilis Commiſſio hujuſmodi effectûs directa *Richardo Longe* Militi in *Com. Kanc.* videlicet, a Depford Strand uſque Pontem Roſſen.

Teſte ut ſupra.

Conſimilis Commiſſio hujuſmodi effectûs directa *Thomæ Cheyney* Prænobilis Ordinis Garterii Militi, & *Thomæ Seymour* Militi in *Com. Kanc.* videlicet, à Ponte Roſſen. uſque ad Villam ſuam Dovorriæ.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſeptimo Die Maii.

---

*De Arraiatione & Capitaneo verſus Partes Boreales.*

REX chariſſimo conſanguineo ſuo *Edwardo Comiti Hertfordiæ* magno Camerario Angliæ Prænobiliſque Ordinis ſui Garterii Militi, Salutem. Ann. D. 1545. Ibid. m. 20.
Sciatis quòd Nos,
De veſtra Fidelitate Prudentia Strenuitate & Induſtria Diligentiaque & Experientia, ac Integritate plurimum confidentes, aſſignavimus vos noſtrum *Locumtenentem & Capitaneum Generalem* verſus Partes Boreales, ac vobis Poteſtatem & Auctoritatem, Tenore Præſentium, damus & committimus omnes & ſingulos Ligeos & Subditos noſtros infra Comitatus noſtros Eborum, Epiſcopatum Dunolm. Cumbr. Weſtmerl. Kendall. Northumbr. Lancaſtr. Notingh. Derb. Salop. and Staff. Civitatem noſtram Ebor. & Com. ejuſdem, Villam noſtram de Kyngeſton ſuper Hull & Com. ejuſdem, & Villam noſtram Novi Caſtri ſuper Tynam & Com. ejuſdem, tam infra Libertates quàm extra Inhabitantes ad Guerram habiles, convocandi & congregandi, ac eos arraiandi & triandi, ipſoſque juxta eorum gradus & facultates benè & defenſibiliter armari & muniri faciendi,
Et ad Mouſtra ſive Monſtrationes eorumdem in locis magis congruis, juxta ſanam diſcretionem veſtram, de tempore in tempus capiendum & ſupervidendum.
Necnon ad Ligeos & Subditos noſtros prædictos Arraiatos Triatos & * Armatos, tam Homines ad Arma, ac Homines armatos, & Sagittarios, & alios Homines equites & pedites defenſibiles, vobiſcum, in Reſiſtentiam & Debellationem Scotorum & aliorum eis Adhærentium, quoties opus fuerit ducendum & duci faciendum, * XV. 73.
Necnon Terram Scotiæ, cum dictis Subditis noſtris, ſic ut prædictum eſt arraiatus de tempore in tempus prout opus fuerit,
tam

Digitized by Google

& Querelas omnium & ſingulorum de Exercitu & Armata prædicta exiſtentium & futurorum audiendi & terminandi,

Necnon ſalvos Conductus generales & ſpeciales, ubique locorum per Terram, quibuſcumque Perſonis, ex cauſis vos ſpecialiter moventibus, per Literas veſtras ſub Sigillo veſtro conficiendas, de tempore in tempus quotiens & quando vobis placuerit, promittendi concedendi & donandi, cæteraque faciendi & perimplendi quæ, pro bono Regimine Exercitûs & Armatæ prædictæ, juxta ſanam Diſcretionem veſtram fuerint facienda;

Et ideò vobis mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, ac ea faciatis & expleatis cum effectu:

Damus autem univerſis & ſingulis Ducibus Comitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Majoribus Vicecomitibus Ballivis Conſtabulariis Locatenentibus Officiariis Miniſtris Marinariis Souldiariis aliiſque Ligeis & Subditis noſtris prædictis, ac aliis quibuscumque quorum intereſt in hac parte, Tenore Præſentium ſub Fide & Ligeantia quibus nobis tenentur, firmiter in Mandatis, quod in Præmiſſis faciendis intendant aſſiſtant & auxilientur pariformiter & tam firmiter ſicut nobis aſſiſterentur & auxiliarentur, ſi ibidem perſonaliter & præſentes eſſemus,

Volumus enim quòd tam vos, quàm omnes & ſinguli Ligei noſtri & Subditi prædicti per Vos in forma prædicta Congregati, de omnimodis Foriſfacturis Dampnis & Pœnalitatibus quibus prætextu aliquorum Statutorum Actum & Proclamationum, ante hæc tempora in contrarium inde factorum & editorum, ratione Præmiſſorum, incurrere aut cadere poſſint aut poſſitis, penitùs exonerati ſint & ſitis per Præſentes.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo Die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

• XV. 74. *** *De Reſtitutionibus Temporalium.***

Ann. D. 1545. Pat. 37. H. 8. p. 5. m. 14.

REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Reverendiſſimus in Christo Pater *Thomas*, Permiſſione Divinâ, *Cantuarienſis Archiepiſcopus* totius Angliæ Primas, vacante nuper Epiſcopatu Landavenſi, per Tranſlationem Domini *Roberti* ultimi Epiſcopi ibidem ad Archiepiſcopatum Eboracenſem *Præſidens & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Landavenſis, Licentiâ noſtra Regiâ prius petitâ pariter & obtentâ dilectum Sacellanum noſtrum *Anthonium Kechyn* in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerint & nominaverint,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem,

Confirmaverit, ac ipſum *Anthonium* Epiſcopum Landavenſem conſecraverit, ac ipſum prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis inveſtiverit, ſicut per Literas ipſius Archiepiſcopi Nobis inde directas plenè liquet,

Noſque, Confirmationem & Conſecrationem illas acceptantes, Fidelitatemque ipſius Electi & Confirmati, Nobis pro Temporalibus Epiſcopatûs prædicti debitam, cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideò tibi præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, octavo Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

aut in Familiaribus aut in Servitio quovis ejus fuerint, unquam apud me Commendationem nunquam defuturam, Nobiſque in omnibus Rebus illos ſemper fautoribus uſuros; vellem equidem Majora quædam *Majeſtati veſtræ* polliceri; verumtamen quoniam id, ſive illius amplitudo, ſive Locorum etiam, quibus disjuncti ſumus, intervallum admittitur, vix poſſe videtur, quicquid Officii Studii Operæ promittere poſſum id *Majeſtati veſtræ* bonâ fide polliceor: ſiqua vero ſeſe unquam offeret occaſio libentiſſimè præſtabo; valeat *Majeſtas veſtra*.

*Florentiæ* octavo Die Junii 1545.

E. M. V.

DUX FLORENTIÆ.

Dorſ.

*Sereniſſimo & Glorioſiſſimo Principi Domino Henrico Regi Angliæ & Franciæ ac Domino Hyberniæ, &c. Benefactori meo Singulariſſimo.*

---

*** *Pro Roberto Epiſcopo Oxon. de Ratificatione Libertatum.*** • XV. 75.

Ann. D. 1545. Pat. 37. H. 8. p. 2. m. 36.

HEnry the Eight, &c. to the right Reverende Father in God, our right Truſtie and Welbeloved *Robert Biſhoppe of Oxforde*, Greating.

Whereas in the late Surrender of the Cathedralle Churche of Oxforde made by you and the *Deane and Chapiter* of the ſame at our requeſt and commaundement, uppon certeyne Cauſes Us moving to tranſlate the ſame into a more convenient Place within our Citie of Oxford, you emongs other things have alſo yeldyde uppe and ſurrendred into our hands all your Juriſdiction apperteinnge to you by reaſon of the ſame,

We nevertheles, not minding therby to aboliſh or abridge your Juriſdiction in any parte Graunted by us to you and your Succeſſours in the firſt Erectyon of your Biſhoppericke ther,

Have gyven and graunted, and by thes Preſentes do gyve and graunte unto you full Power and Auctoritie, as well to practiſe exerciſe and execute, either by your ſelf or any other your Officer or Officers, all maner of Juriſdiction Power and Auctoritie appertienyng to your Biſhoppericke, within the Dioceſis of Oxforde, as alſo to procede to the deliveraunce of ſuche convicte Perſone or Perſones as are nowe committed or hereafter ſhall be committed to your Warde and Cuſtodye, and to the Conſecration of Churches and Churchyards within the ſaid Dioceſis, as the cauſe and neceſſitie therein ſhall requere, in as ample wyſe and maner as you heretofore have done, or any other Biſhoppe in his Dioceſis wythin this our Realme may do, by vertue of any Graunte or Grauntes made by us unto them or any of them in that behalfe; the Statute of Mortmayne, or any other Statute or Statutes made to the contrarye therof in any wyſe notwithſtandinge.

In witnes whereof, &c.

Witnes the King at *Weſtm.* the ninth Day of June.

*Per ipſum Regem.*

*De*

Digitized by Google

Et quoſcumque Inobedientes & Contravenientes inveneritis caſtigandum & incarcerandum, atque incarceratos ſolvendum deliberandum,

• XV. 76. * Cæteraque faciendum & perimplendum quæ, pro bono Regimine Armatæ & Exercitûs prædicti, juxta ſanam Diſcretionem veſtram ſint facienda.

Et ideò vobis mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis ac ea faciatis & expleatis cum effectu;

Damus autem univerſis & ſingulis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Majoribus Vicecomitibus Ballivis Seneſcallis Conſtabulariis Capitaneis Vicecapitaneis Soldariis, ac aliis Officiariis Miniſtris & Subditis noſtris quibuſcumque, tam infra Libertates quam extra, Tenore Præſentium, firmiter in mandatis quòd vobis, in Præmiſſis faciendis & exequendis, intendentes ſint aſſiſtentes & auxiliantes pariter & obedientes in omnibus diligenter.

In cujus rei, &c. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis Archangeli proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud *Grenewyche* decimo quarto Die Junii.

Conſimilis Commiſſio hujuſmodi effectûs dirigenda præchariſſimo Conſanguineo & Conſiliario ſuo *Carolo Duci Suffolciæ* Domino Præſidenti Concilii ſui ac Magno Magiſtro & Seneſcallo Hoſpitii ſui in *Com. Kanc. Suſſex. Sur. Sutht. Wilteſ. Berkſ. Oxon. Midd. Buks. Wygorn.* & *Heref.* ac infra Civitatem *Londoniæ*, tam infra Libertates quàm extra, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

In cujus rei, &c. ut ſupra.

Teſte Rege ut ſupra.

Conſimilis Commiſſio hujuſmodi effectûs dirigenda prædilecto & fideli Conſiliario ſuo *Johanni Ruſſell* Militi Domino Ruſſell Cuſtodi Privati Sigilli ſui, tam infra *Comitatus Dorſ. Somerſ. Devon. Cornub.* & *Glouc.* quàm infra *Principalitatem Southwalliæ* & *Northwalliæ*, & Marchias ejuſdem, tam infra Libertates quàm extra, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

In cujus rei, &c. ut ſupra.

Teſte ut ſupra.

---

*Pro Thoma Archiepiſcopo Cantuarienſi de Licentia ad Retinendum.*

Ann. D. 1545. Ibid. m. 19. REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, pro Nobis & Hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Licentiam ſpecialem quòd ipſe deinceps annuatim quolibet Anno, durante Vitâ ipſius *Archiepiſcopi*, ad Placitum ipſius *Archiepiſcopi* impunè & abſque aliquo Deperdito ſeu Foriſfactura Nobis aut Hæredibus noſtris habendis ſeu fiendis, dare poſſit viginti Liberaturas Panni, vel ſub eodem Numero, talibus Perſonis non exiſtentibus manualibus Servientibus aut manuali Servienti ipſius *Archiepiſcopi*, nec Ballivis vel Ballivo, Receptoribus ſeu Receptore, aut alio Officiario ipſius *Archiepiſcopi* quibus illas Liberaturas de dicto Archie-



In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xix. Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Poteſtate commiſſa ſuper Erectione Epiſcopatuum & Diſtributione Eleemoſynarum.*

HEnry the Eight, &c. to our right Truſtie and right Welbeloved Countaillours *Thomas*, by the Sufference of God *Biſſhop of Weſtminſter* Dean of oure Chappell, *Nicholas*, by the Sufferaunce of God, *Biſſhopp of Worceſtre* our Aulmener, *George*, by the Sufferaunce of God, *Biſſhopp of Chicheſtre* Aulmener to our moſt dere and welbiloved Wef *the Quene*, and Syr *Edward North* Knight Chauncellour of th'Augmentations of the Revenues of our Crowne, and to all others which hereafter ſhall be *Deans of our Chappell*, our *Aulmeners* to our Wiefes *the Quenes*, and *Chauncellours of our Court of th'Augmentations* of the Revenues of our Crowne, and to every of them, Gretynge. Ann. D. 1545. Pat. 37. H 8. p. 9. m. 25.

Where We of late have erectyd and founded the Cathedrall Churches and Colleges of Canterbury Rocheſter Weſtminſter Wincheſter Briſtowe Glouceſtre Worceſtre Cheſtre Burton uppon Trent Carlill Dureham Thornton Peterburrough and Eley,

INPRIMIS, cùm in Tractatu Pacis perpetuæ nuper, inter Oratores Illuſtriſſimorum & Potentiſſimorum Principum *Franciſci Francorum Regis* Chriſtianiſſimi, &, Feliciſſimæ Memoriæ, *Henrici Octavi Regis Angliæ* defuncti, de data die 7. Menſis Junii, Anno Domini 1546, *juxta Camp in Conſinibus Guiſnarum & Ardres* concluſo, inter cætera conventum & concluſum extiterit, quòd à die ejuſdem Tractatûs uſque ad Feſtum Sancti Michaelis Arch. quòd erit in Anno Dom. 1554, non licebit alterutri dictorum Potentiſſimorum Principum in Comitatu Boloniæ aliquam novam Fortificationem inchoare, benè tamen licebit unicuique eorum Munitiones ſeu Fortificationes jam inchoatas perficere & abſolvere; Quandoquidem Quæſtiones aliquot utrinque ſubortæ ſunt, an Fortificationes ſive Munitiones apud Montem vulgo vocatam *Monct Saint Eſtienne*, aut apud Opidulum illud vocatum *le Portet*, ſive apud Montem vocatum *la Pointe* è Regione In-
* XV. 136. troitûs Portûs Bolonienſis, * tempore datæ dicti Tractatûs ceptæ ſive inchoatæ fuerint, an non? Affirmantibus Conſiliariis ac Miniſtris præfati *Chriſtianiſſimi Francorum Regis* Fortificationes in ſingulis locis prædictis, tempore datæ prædicti Tractatûs inchoatas fuiſſe, & ob id perfici & abſolvi poſſe; Sereniſſimi vero *Angliæ Regis* Miniſtris & Conſiliariis id plane negantibus: ſimiliter an Fortificationes ſive Munitiones apud *le Boulenberg*, *Blacknes*, & *Novum Portum* aliàs dictum *Ambleteux*, dicto tempore præfati Tractatûs ceptæ ſive inchoatæ fuerint, an non? Affirmantibus Miniſtris & Conſiliariis dicti Sereniſſimi *Angliæ Regis* Fortificationes in ſingulis locis prædictis tempore ejuſdem Tractatûs inchoatas fuiſſe, & ob id jam perfici & abſolvi poſſe; Chriſtianiſſimi vero *Francorum Regis* Miniſtris ac Conſiliaribus id omnino negantibus;

Nos Oratores Commiſſarii & Deputati prædicti, ad tollendam deinceps omnem dubitandi Occaſionem, ac ut Pax iſta nuper feliciter concluſa faciliùs in multa Secula duret & obſervetur & perſeveret, concluſimus convenimus & paciſcimur, quòd bene licebit tam dicto Sereniſſimo *Angliæ Regi le Bolenbergh*, *Blacknes & Novum Portum* aliàs dictum *Ambleteux* liberè munire & fortificare, quam dicto *Chriſtianiſſimo Regi* Montem prædictum vo-

[illegible] tem conſtituat; ita ut tam Oppidum ſive Villa Boloniæ, unà cum Portu* Bolonienſi, quam alia omnia Oppida Villæ Caſtra Munitiones Terræ Flumina Portus, &c. & Loca quæcunque Comitatûs Bolonienſis citra dictum Flumen, Fontemque ac Caput ejuſdem Fluminis ſic ut præfertur, tam in dicto Tractatu deſcripta, quàm nunc etiam declarata, ad dictum Sereniſſimum *Angliæ Regem* Hæredes & Succeſſores ſuos, durante Termino in præfato Tractatu ſpecificato, cum omnibus Fructibus Emolumentis & Utilitatibus eorum integrè ſpectent & pertineant juxta tenorem dicti Tractatûs.

ITEM, quandoquidem quæſtio nuper ſuborta eſt, an Turris illa ſive Eccleſia ſive Capella ſit, quam vocant *le Clothier de Bourcin*, à Militibus ſive Subditis dicti Sereniſſimi *Angl. Regis* nunc poſſeſſa, ex Comitatu Bolonienſi ſit, ac infra Limites ſupradictos Comitatûs Bolonienſis contineri & comprehendi debeat, an non? aſſerentibus præfati *Chriſtianiſſimi Regis* Conſiliariis ſive Miniſtris dictam Turrim ex Comitatu Bolon. non eſſe, & ob id ad dictum *Chriſtianiſſimum Regem* ſuum, tanquam Comitatûs Guiſnarum partem ſive parcellam ſpectare ſive pertinere; Sereniſſimi vero *Angl. Regis* Conſiliariis ac Miniſtris id plane negantibus, ac è contra affirmantibus dictam Turrim ex Comitatu Bolonienſi, ac infra Fines & Limites ſupradictos eſſe, & ob id ad Potentiſſimum *Angliæ Regem* Dominum ſuum ſpectare & pertinere;

Nos Oratores Commiſſarii & Deputati prædicti, quoniam hæc tota quæſtio facti eſt, cujus Probatio faciliùs in Partibus ultramarinis quàm hic citra Mare habere poſſit, convenimus & concluſimus quòd, tam ſupradicta quæſtio quam quæſtiones aliæ Limites * ſupradictos tangentes ſive concernentes, ſi qui tales occurre- * XV.
rint, per Commiſſarios a dictis Principibus, infra duos Menſes 137.
proximos ad hoc deputandos, diſcutientur & finientur, a quibus quidem Commiſſariis, ſi per antiqua Documenta, aliaſve legittimas Probationes quaſcunque, inventum & diffinitum fuerit dictum Locum ſive *Turrim de Bourcin* ex Comitatu Guiſnarum, ſive ex ea parte Comitatûs Bolon. eſſe quæ ad dictum *Chriſtianiſſimum Regem* ex Fœdere & Tractatu prædicto ſpectare & pertinere debet, tunc & in eo caſu, immediatè poſt Sententiam ſive Diffinitionem hujuſmodi, tenebuntur Milites & Subditi quicunque præfati Sereniſſimi *Angliæ Regis* Poſſeſſionem ejuſdem Loci ac Turris liberam & vacuam dicto *Chriſtianiſſimo Regi* relinquere, & ſic de Facto immediatè relinquent.

ITEM, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd præſens Tractatus a dictis Illuſtriſſimis Principibus, infra quadraginta dies poſt datam hujus Tractatûs ratificabitur & confirmabitur, ac in Literas eorum Patentes magnis eorum Sigillis muniendas, & per eoſdem manibus ſuis propriis ſubſcribendas redigetur: ipſaſque Literas Confirmatorias ſubſcriptas ut præfertur & ſigillatas, uterque Princeps alterius Principis Oratori ſive Commiſſario, Oratoribus ſive Commiſſariis, ad hoc Auctoritatem habenti ſive habentibus, invicem tradet realiter & cum effectu; ac præfatus *Chriſtianiſſimus Rex* requiſitus in præſentiâ Oratoris ſive Commiſſarii, Oratorum ſive Commiſſariorum, a dicto Sereniſſimo *Angliæ Rege* ad hoc Poteſtatem habentis ſeu habentium, ſe omnia & ſingula prædicta quatenus eum concernunt perimpleturum tactis Sacroſanctis Die Evangeliis jurabit.

ITEM, cùm prædictus Sereniſſimus *Angliæ Rex* adhuc ſit in minore Ætate conſtitutus, quâ ex re forſan in futurum ſuper validitate & efficacia præſentis Tractatûs nonnulla Dubia oriri poſſent, ut ea Dubia è medio tollantur, ac omnis Diſputationis ſcrupulus quantum fieri poteſt removeatur; conventum concordatum & concluſum eſt, quòd Illuſtriſſimus ac Clariſſimus Princeps *Edwardus Dux Somerſet* ejuſdem Sereniſſimi *Angliæ Regis* Avunculus, ac Perſonæ ſuæ Gubernator, Regnorumque & Dominiorum ejuſdem Protector, nomine Protectoris quo fungitur, cæterique ejuſdem Sereniſſimi *Angliæ Regis* Conſiliarii infra terminum præfatum 40. dierum, omnia & ſingula in hoc Tractatu contenta, per Literas ſuas Patentes, ſuis Sigillis ſigillatas ac Manibus propriis ſubſcriptas ratificabunt auctoriſabunt & confirmabunt, illaque omnia ſe fideliter obſervaturos & perimpleturos, & fideliter obſervari realiterque perimpleri a dicto Sereniſſimo *Angliæ Rege*, & per eun-

Digitized by Google

illuſtriſſimæ memoriæ, Pater noſter prædictus adhuc ſuperſtes eſſet, hinc inde ſubortæ ſunt, tam de & ſuper Capite & Fonte Fluminis prædicti, ac de & ſuper Limitibus prædictis, quàm de & ſuper Fortificationibus quibuſdam infra Comitatum Bolonienſem; pro quarum Quæſtionum Deciſione, ac ampliori in ea parte Declaratione & Explanatione Tractatûs præfati, Illuſtriſſimæ memoriæ, Pater noſter antedictus prædilectos & fideles Conſiliarios ſuos *Thomam Seymour* Militem nunc *Dominum Seymour de Sudeley* magnum Admirallum noſtrum Angliæ, *Georgium Broke* Militem *Dominum Cobham* Villæ noſtræ Caleſiæ & Merchiarum ejuſdem Deputatum, & *Edwardum Wotton* Militem dictæ Villæ & Merchiarum Theſaurarium, Commiſſarios Deputatos & Procuratores ſuos fecit & ordinavit, prout per Literas ſuas Patentes, magno Sigillo ſuo ſigillatas, ac manu ſua propriâ ſubſcriptas, nonnulliſque dicti cariſſimi Fratris ac Conſanguinei noſtri Commiſſariis ſive Oratoribus, pro Quæſtionum prædictarum Deciſione & Explanatione Tractatûs prædicti etiam convenientibus tunc oſtenſas pleniùs apparebat; quandoquidem Procuratores ſive Commiſſarii, tam Patris noſtri præcariſſimi, quàm Fratris noſtri cariſſimi prædicti, licet de præfatis Quæſtionibus ſæpiùs communiter egerint, & amicè tractaverint, nichil tamen certum ab eiſdem in ea parte definitum fuerat;

Sciatis quòd Nos, cupientes Pacem illam perpetuam ac firmam Amicitiam, quæ Patri noſtro cum præfato Fratre noſtro cariſſimo pro majore Vitæ ſuæ parte communis fuit, ſanctéque & arctè hincinde inter eoſdem culta & obſervata noſtris etiam temporibus inviolabiliter obſervari, de aviſamento & conſenſu præchariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri, *Edwardi Ducis Somerſet*, Perſonæ noſtræ Gubernatoris, & Regnorum Dominiorumque noſtrorum Protectoris, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, de Fidelitate Circumſpectione Probitate & Induſtria dilectorum Conſiliariorum noſtrorum, *Johannis Ruſſell* Militis Ordinis noſtri Garterii Domini Ruſſel, Privati noſtri Sigilli Cuſtodis, ac chariſſimi Conſanguinei noſtri *Johannis Comitis Warwici* Vicecomitis Liſle Baronis de Tyas & Somerey, magni Camerarii Angliæ, & Ordinis Garterii prædicti Militis, *Thomæ Seymour* ejuſdem Ordinis Garterii Militis, Domini Seymour de Sudeley, magni Admiralli noſtri Angliæ, & *Willielmi Paget* etiam prædicti Ordinis Garterii Militis, Secretarii noſtri Primarii, plurimùm confidentes,

Ipſos quatuor conjunctim, & eorum tres aut duos diviſim, noſtros veros & indubitatos Commiſſarios Procuratores Factores & Deputatos facimus Conſtituimus & Ordinamus per Præſentes,

Dantes & concedentes eiſdem quatuor conjunctim & tribus aut eorum duobus diviſim, Poteſtatem generalem & Mandatum ſpeciale, pro Nobis & Nomine noſtro, cum Commiſſario ſive Commiſſariis, Procuratore ſive Procuratoribus, Nuncio ſive Nunciis dicti Illuſtriſſimi & *Chriſtianiſſimi Principis*, ſufficientem in hac parte Poteſtatem habentibus, tam de & ſuper Fonte & Capite Fluminis prædicti, ac quatenus idem Flumen Nobis & dicto Fratri noſtro Chariſſimo commune eſſe debeat, quàm de & ſuper Fortificationibus ac Reparationibus quibuſcunque infra Comitatum Bolonienſem tractandi paciſcendi concordandi & concludendi ſub illis Pactis Formis Modis Conventionibus & Conditionibus quæ illis meliùs videbuntur expedire,

Necnon alia omnia & ſingula faciendi exercendi & expediendi quæ in Præmiſſis, vel circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, licet Mandatum de ſe exigant magis ſpeciale, quàm Præſentibus eſt expreſſum;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos rata grata & firma habituros quæcunque dicti Commiſſarii noſtri conjunctim, ſive eorum tres aut duo diviſim, fecerint in Præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum.

[illegible] ſint, notum ſit quod Nos [illegible] 1547.
*Dominus & Baro de la Garde* Illuſtriſſimi ac Potentiſſimi Principis *Franciſci Francorum Regis* Chriſtianiſſimi Camerarius ordinarius, Triremium ſuarum Capitaneus Generalis, ac Capitaneus & Gubernator de Eſtappez, & *Odetus de Selva* dicti Chriſtianiſſimi Principis in magno Concilio ſuo Conſiliarius, ac ejuſdem apud Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem *Edwardum Sextum Angliæ Regem, &c.* Orator ſive Ambaſſiator reſidens, dicti Chriſtianiſſimi Regis Oratores Commiſſarii Deputati Procuratores ac Nuncii ſpeciales pro conſervandâ & confirmandâ, ac etiam imperpetuùm ſtabiliendâ bonâ verâ & ſincerâ Pace atque integrâ fideli & fraternâ Amicitiâ, quæ nuper inita concluſa jurata & perfecta eſt, inter dictum *Chriſtianiſſimum Regem*, ac Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem *Henricum Octavum Regem Angliæ, &c.* nuper defunctum, ac ut Pax illa feliciter concluſa feliciùs in multa ſecula duret & perſeveret, atque arctioris Unionis Confœderationis & Intelligentiæ vinculo connectatur & corroberetur, cum Egregiis Illuſtribus & Nobilibus Viris *Johanne Domino Ruſſel* Prænobilis Ordinis Garterii Equite Aurato, ac Cuſtode Privati Sigilli dicti Illuſtriſſimi ac Potentiſſimi Principis *Edwardi Sexti Regis Angliæ, &c.* *Johanne Comite Warwici* Vicecomite Liſle Barone de Malpas & Somerey Ordinis prædicti Equite Aurato, Domino de Baſſet & Tyaſſe, Magno Camerario Angliæ, *Thoma Domino Seymour de Sudley* dicti Ordinis Equite Aurato, Magno Admirallo Angliæ, ac *Guillielmo Paget* etiam Ordinis prædicti Equite Aurato, ac dicti Regis Angliæ Primario Secretario, dicti Sereniſſimi Regis Angliæ Oratoribus Commiſſariis Deputatis Procuratoribus ac Nunciis ſpecialibus, ad hoc ſufficientem Auctoritatem ac ſpeciale mandatum habentibus, ad Dei laudem & honorem, bonam veram ſinceram fidelem firmam & indiſſolubilem Concordiam & Amicitiam, Unionem Ligam Confœderationem & Intelligentiam, per Terram Mare Aquas dulces, Portus Maris, & ubique locorum inviolabiliter & perpetuis temporibus duraturam, ſub infraſcriptis Conditionibus & Modis Pacti ſumus concordavimus & concluſimus, atque Authoritate Commiſſionum noſtrarum, quarum Tenores inferiùs inſeruntur, per Præſentes convenimus concordamus & concludimus prout ſequitur.

Ex Autogr.

Inprimis, pro arctiori & certiori Confirmatione & Corroboratione Pacis & Amicitiæ quæ eſt inter præfatos Sereniſſimos ac Potentiſſimos Reges & Principes, quæ quidem nuper inita tractata & concluſa eſt *ſub Tentoriis in Agro prope Villam vocatam Camp* in confinibus Guinarum & Ardres, *Die Septimâ* Menſis Junii Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, conventum concordatum & concluſum eſt quòd, pro Tuitione Conſervatione & Defenſione Perſonarum dictorum Illuſtriſſimorum Principum, Statuum Regnorum Patriarum Terrarum Dominiorum Civitatum Oppidorum Villarum Caſtrorum & Territoriorum ſuorum, tempore Concluſionis hujus Fœderis vel Tractatûs ab uno aut altero eorum poſſeſſorum, contra omnes Invaſores & Hoſtiles Aggreſſores, etiam Principes Potentatus Communitates quoſcunque vel quaſcunque & quocunque dignitatis Gradu præfulgeant, vel aliâs cujuſcunque Statûs Gradûs & Conditionis exiſtant, & quocunque Conſanguinitatis aut Affinitatis Vinculo connectantur, qui Regna Patrias Terras Dominia Civitates Oppida Villa Caſtra & Territoria & Loca quæcunque, per alterum prædictorum Principum ut * dictum eſt poſſeſſa, * XV. 140.
viâ Facti hoſtiliter invaſerit vel aggreſſus fuerit, invaſerint ſeu aggreſſi fuerint, ſeu Bellum aut Guerram facere aut movere præſumpſerit vel attentaverit, præſumpſerint vel attentaverint, aut Injuriam vel Damnum alteri Principum prædictorum, ejuſve Incolis Subditis ſive Habitatoribus infra eorumdem dicta Regna Patrias Terras Dominia Civitates Opida Villas Caſtra Territoria

dictorum Potentiſſimorum Regum ſic, ut prætertur, invaſo aggreſſo aut perturbato, alter non invaſus invaſores ſeu Aggreſſores nullo modò adjuvabit Concilio Favore aut Auxilio quocunque Gentium, Armorum, ſive Pecuniarum neque illis Opem vel Favorem directè vel indirectè per ſe nec per alium præſtabit, neque permittet Subditos ſervire in Bello dictis Invaſoribus aut Aggreſſoribus, vel externos Milites quoſcunque ſive per ſe ſive per alium conducet aut ſtipendiabit, eorumve opera gratis etiam ſive oblata utetur in Favorem dictorum Invaſorum ſeu Aggreſſorum, etiamſi ipſis Invaſoribus aut Aggreſſoribus dictus Princeps non Invaſus ad talia ſit vel fuerit obligatus Tractatu, Ligâ, Confœderatione, Conſanguinitate, vel Affinitate, aut alio quocunque Neceſſitudinis & Amicitiæ Vinculo.

ITEM, Conventum & concordatum eſt quòd, per præſentem Ligam ſive Confœderationem, nullum omnino Præjudicium generetur aut factum intelligatur Pactis Conditionibus, & Conventionibus quas dictus Sereniſſimus *Angliæ Rex* cum Potentiſſimo Principe *Carolo Romanorum Imperatore*, habere prætendit per Tractatum de Datâ *undecimâ Die Menſis Februarii* Anno Domini, ſecundùm computationem Eccleſiæ Anglicanæ, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, tam pro Tuitione & Defenſione Regnorum, Terrarum, Dominiorum, ac Patriarum in dicto Tractatu ſpecificatorum; viz. pro Parte *dicti Imperatoris* Regnorum *Hiſpaniarum* Provinciarum *Brabantiæ*, *Flandriæ*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, *Hannoniæ*, *Bredeardiæ*, *Arthoiſiæ*, *Limburgiæ*, *Luxemburgiæ*, *Namurci*, *Friſiæ*, Patriarum *D'overiſel*, *Trajecti* & *Mechliniæ*, quam pro Offenſione, ſi Regna Terræ Dominia aut Patriæ prædictæ de facto per quemcunque Invaſæ fuerint; Quæ quidem Pacta Conditiones & Obligationes in ſuo ſtatu robore & effectu remanent ac remanere & inviolatæ eſſe debent, præſenti Tractatu ſive aliquâ ejus parte in aliquo non obſtante.

Conventum ſimiliter & concordatum eſt quòd, per præſentem Ligam ſive Confœderationem, nullum omnino Præjudicium generetur aut Factum intelligatur Tractatibus Conditionibus & Conventionibus quas prædictus *Rex Chriſtianiſſimus* habere prætendit cum *Scotis* quæ quidem in ſuo ſtatu robore & * effectu remanent, præſenti Tractatu ſive aliquâ ejus parte in aliquo non obſtante.

* XV. 141.

ITEM, Conventum concordatum & concluſum eſt quòd, per præſentem Tractatum Ligæ defenſivæ ſeu Confœderationis, nullum Præjudicium factum intelligatur dicto Tractatui Pacis perpetuæ de Die 7. *Menſis Junii*, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, à quo receſſum aut cui derogatum nullo modò ſit intelligatur aut videatur, quin potiùs omnia & ſingula contenta in eodem Tractatu ejuſve omnibus & ſingulis Articulis in ſuo pleno robore eſſentiâ & effectu rata firma integra & inviolabilia erunt permanebunt & obſervabuntur, ſunt permanent & obſervantur per Præſentem Tractatum ſive Confœderationem.

ITEM, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd præſens Tractatus à dictis Illuſtriſſimis Principibus, infra quadraginta dies poſt datam hujus Tractatûs ratificabitur & confirmabitur, ac in Literas eorum Patentes magnis eorum Sigillis muniendas, ac per eoſdem manibus ſuis propriis ſubſcribendas redigatur, ipſaſque Literas Confirmatorias ſubſcriptas ut præfertur & ſigillatas, uterque Princeps alterius Principis Oratori ſive Commiſſario, Oratoribus ſive Commiſſariis, ad hoc Auctoritatem habenti ſive habentibus, invicem tradet realiter & cum effectu; ac præfatus *Chriſtianiſſimus Rex* requiſitus in præſentiâ Oratoris ſive Commiſſarii, Oratorum ſive Commiſſariorum, à dicto Sereniſſimo *Angliæ Rege* ad hoc Poteſtatem habentis ſive habentium, ſe omnia & ſingula prædicta quatenus eum concernunt perimpleturum tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis jurabit.

ITEM, cùm prædictus Sereniſſimus *Angliæ Rex* adhuc ſit in minore Ætate conſtitutus, quâ ex re forſan in futurum ſuper

Salutem.

Cùm nuper, poſt grave & diutinum Bellum, inter, feliciſſimæ ac pientiſſimæ memoriæ, Regem Dominum ac Patrem noſtrum Præchariſſimum & Illuſtriſſimum ac Potentiſſimum Principem *Franciſcum Francorum Regem* Chriſtianiſſimum, Fratrem Amicum & perpetuum Confœderatum noſtrum Chariſſimum, tandem ad honorificas quaſdam Pacis Conditiones Dei Optimi maximi Clementiâ id operante deſcenſum ſit, ac ſubinde Tractatus quidem perpetuæ Pacis inter Patris noſtri, ac dicti Chariſſimi Fratris noſtri Oratores concluſus fuerit, per quem quidem Tractatum licet communi Concordiæ Amicitiæ & Paci tam noſtris quàm Regnorum Dominiorum & Subditorum, tum noſtrorum tum dicti Fratris noſtri Chariſſimi, benè conſultum & proviſum ſit, quandoquidem prout nos eundem Tractatum decrevimus inviolabiliter obſervare, ita etiam eundem à dicto Fratre noſtro Chariſſimo ſanctè obſervatum iri minimè dubitemus;

* Sciatis tamen quòd Nos, cupientes etiam de & ſuper novis arctioris Amicitiæ & Neceſſitudinis Fœderibus, ac de & ſuper Liga Defenſiva cum eodem Fratre noſtro Cariſſimo tractare & concludere, de aviſamento & conſenſu præchariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri, *Edwardi Ducis Somerſet*, Perſonæ noſtræ Gubernatoris, & Regnorum Dominiorumque noſtrorum Protectoris, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, de Fidelitate ſingulari, rerum Prudentiâ & Induſtria dilectorum Conſiliariorum noſtrorum, *Johannis Ruſſel* Ordinis noſtri Garterii Militis Domini Ruſſel, Privati noſtri Sigilli Cuſtodis, ac chariſſimi Conſanguinei noſtri *Johannis Comitis Warwici* Vicecomitis Leſle Baronis de Tyas & Somerey, magni Camerarii Angliæ, & Ordinis Garterii prædicti Militis, *Thomæ Seymour* ejuſdem Ordinis Garterii Militis, Domini Seymour de Sudeley, magni Admiralli noſtri Angliæ, & *Guillielmi Paget* etiam prædicti Ordinis Garterii Militis, Secretarii noſtri Primarii, plurimùm confidentes,

* XV; 142.

Ipſos quatuor conjunctim, & eorum tres aut duos diviſim, noſtros veros & indubitatos Commiſſarios Deputatos Nuncios & Procuratores ſpeciales, aſſignamus facimus conſtituimus & ordinamus per Præſentes,

Dantes & concedentes eiſdem quatuor conjunctim & tribus aut eorum duobus diviſim, plenam Authoritatem Poteſtatem generalem & Mandatum ſpeciale, pro Nobis & Nomine noſtro, cum Legato vel Legatis, Oratore ſive Oratoribus, Deputato vel Deputatis dicti Illuſtriſſimi & *Chriſtianiſſimi Principis*, ſufficientem ad hoc Authoritatem & Poteſtatem habentibus, tam de & ſuper veteris Amicitiæ noſtræ finibus latiùs proferendis & propagandis, ac novis inſuper arctioris Amicitiæ & Neceſſitudinis Ligis habendis ineundis ac celebrandis, inter Nos & dictum chariſſimum Fratrem noſtrum Hæredes & Succeſſores, necnon Regna Terras Dominia Patria Subditos Vaſſallos noſtros & ſuos quoſcunque, quam de & ſuper Liga defenſiva & mutuis Defenſionibus invicem præſtandis, tractandi & capitulandi,

Necnon alia omnia & ſingula faciendi exercendi & expediendi quæ in Præmiſſis, vel circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, licet Mandatum de ſe exigant magis ſpeciale, quam Præſentibus eſt comprehenſum;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio, quòd omnia & ſingula quæ per eoſdem Conſiliarios Commiſſarios & Procuratores noſtros conjunctim, ſive eorum tres aut duos diviſim, facta fuerint in Præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum, rata grata & firma habituri ſimus & obſervaturi.

In cujus rei Teſtimonium, hiis Litteris Patentibus, manu noſtra ſignatis, Sigillum noſtrum Magnum apponi fecimus.

Datum apud *Palatium noſtrum de Weſtm.* quarto die Menſis Martii, Anno Regni noſtri primo.



Digitized by Google

not declyne nor ceaſſe ſtyll to dewyſe practyſe and do all thyngis that I can untyll the ſaid Mariag do tak effectuall End and Accompliſchment; and to this effect I am content to deliver to his Majeſteis Lieutenent, or any other quhom *his Majeſte*, *Lord Protectour* and Prevy Counſall pleaſe, ſent to that purpoiſe in Scotland, my Caſtell of Brothtycroig, wyht the Fyſchyngis and Pertinentis therto pertenyng, and ſall aſſyſt unto thame in fortyfeing and ſtrengthyng therof, and in lykewiſe ſall aſſiſt witht my Kyn and Freindis to ther Ayd, and ſuple for the recovering of the ſaid Towne of Sainct Jhonſtown, quhylk being obtaned and recovered I ſhall wyth my Kyn and Freindis remane and keep the ſaid Town, to the *Kingies Majeſties* behuf and my Soveraigne Lady his Spouſe, from all their Ennemeis and myn, and is content that his Majeſteis Lieutennent take the pryncipall Strentht of the ſaid Town in his Handis callit the Spey Towr, ſtanding upone the Water of Tay; and I dyſir *his Majeſte*, *Lord Protectour* and Counſall to tak Conſideratione of my Fyſchyngis of Brothtycraig qulylk payis me by Zear of Penny mail *tua hundretht Markis Scottis Money*, beſydis the keeping of the ſaid Caſtell, and make me recompanie therof other in Money or Landis accordanly; and all thir thingis above writing concernyng my Party I ame content to perform accomplyaſhe and fullfylle to *his Grace*, *Lord Protectour* and Counſall fayfullye and trewlye.

In wytneſs hereof I haif ſubſcrivit ther Artycles wyth my Hand *at the Caſtell of Sanct Andres*, xi. day of March, the Zear of God 1546 Year, efter the Calculatione ot the Kyrk of Scotland, befor this Wytneſſis,

*Norman Leſly* Maſter of Rothes;
*James Kyrckaldy* of Grand,
Maſter *Henry Balnawes* of Hallhyll;
*Alexander Qubytlaw* of New Grang.

PATRYK LORD GRAY.

---

## *De Officio Medici Regis conceſſo.*

Ann. D. 1547. REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Pat. 1. E. 6. p. 4. m. 36. Sciatis quòd Nos,

Bona & laudabilia Servitia, per dilectum Servientem noſtrum *Thomam Wendy* Armigerum antehac Patri noſtro, bonæ memoriæ, nuper *Regi Angliæ* Invictiſſimo impenſa merito contemplantes,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Thomæ Wendy* unam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ,

Necnon ordinamus & conſtituimus eundem *Thomam Wendy* MEDICUM NOSTRUM, ac Officium Medici noſtri ei damus & concedimus per Præſentes,

Habendam percipiendam & gaudendam dictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum*, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito durante vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro, ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos; viz. ad Feſta Natalis Domini, Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones,



ſideration how thingis heretofore Couvenuted and Concluded, by the Auctorite of the *ſad Quene*, the Governour, Counſall and Parliament of Scotland, have been neclected Wittingly, and injuſtly violated to the great Derogation of every Commune Auctorite and the Slander of Princes and Gouvernours, We can not deny, but by all Reaſone muſt confeſſe, that unleſſe our ſad Soverain Lady be delyvered into the Hands of the *Kingis Majeſte* that now is, to be Brought up and educated togithers by his ſade Uncle and otheris of the Privy Counſall, the ſad Mariage notwithſtanding any Promeſſe that have or can be, is never likele to tak effecte, whereby the occaſione now ſent by God evidentlie for the Determination of a perpetual Peax, Unite, and hartlie naturale Love betwene both the Realmes being pretermitted, the ſemblable is never like to enſwe hereafter, and ſo ſhall both Statis their Realmes and Subjectis contynue, to the Diſpleaſure of Almyghty God, the Deſtruction of themſelfis and their Countres, and to the eternal Condemnation of the Workers of the ſame, in Herered, Rancour, Malice, and Vengeance the one againſt the other:

We therefore the ſade *Norman Leſley* Maiſter of Rotheſſe, *James Kyrkcaldy* of Grang, Maiſter *Henry Balnaves* of Halhill, *David Monypenny* of Pitinvlye, and *William Kyrkcaldy* Sone and Heyre to the ſade Lard of Grang, do Couvenante Promeſſe and Bynde our ſelfis and every of Ws by theſe Preſentes, to trawell by all the meanes we can to the uttermoſte of our Wittes and Powers, and do all maner thingis by our ſelfis and by our Friendis that we can, that our *ſade Maiſtres* may be delyvered into the Handis of the *Kingis Majeſte* as ſone as may be conveniently that now is to the effecte aforeſad; And ſhall not declyne nor ceaſſe ſtill to deviſe practiſe and do all thingis that we can until the ſad Mariage do take effectual end and accompliſhment; And aſſone as the ſad Mariage takkes effecte, or howſone it ſhall chance or fortune the *Kingis Majeſte* to gett or obtene our ſade *Soverane Lady* into his Handes, other by appointment, or other ways by force, We and every of Ws do ſpecially Promeſſe Couvenante and Bynde our ſelfis to delyver, into the Handes of ſuch as ſhall be ſent frome the *Kingis Majeſte* that now is with Commiſſione for that purpoiſe under his Great Seale, the Caſtell of Sanct Andrewes, with all the Artillery Victuoles and other Munitione for the Warr within the ſame; And in this meyn tyme we ſhall do nothing that can or may be prejudiciall to the other Appointement made betwene the *Kingis Majeſte*, the *Lord Protectour* Privy Counſall and Ws, but ſhall wſe ws not onlye in the ſure keping of the ſaid Caſtell, but alſo in all other thingis for the accompliſhement and bryngin of theſe Matteris to effecte, concernyng the Mariage, and otheris the *Kingis Majeſties* Affares in this Realme of Scotland, as ſhall be thought expedient to his Hieghnes, the Lorde Protectour and Privy Counſall to commande and * gyve ws in charge to the uttermoſt of our Power; his * XV. 145.
Majeſte the ſade Lord Protectour, and Privy Counſal keping and performyng all thingis on the other parte promeſed by thyme unto ws, conforme to the Articles and Contract made thereupone accordanlye;

And alſo at ſuch tyme as the *Kingis Majeſte* that now is ſhall ſend any Force for the Recovery into his Handis of our ſad Maiſtres to the effect aforſade, we ſhall not only by our ſelfis and our Frendes Ayd and Aſſiſt the ſad Force, ſo ſent by him, witht Men Victuales and all other kyndes of Ayd, Socour, Counſall, and Aſſiſtance for the Recovery into the Handes of the *Kingis Majeſtes* Lieutennent, that ſhall be ſent at any tyme, of our ſade Maiſtres to the effecte aforſade; but alſo for the Fortefying of all and every ſuche Place or Places as the ſade Lieutennent ſhall think convenient at his being in Scotland to have Fortefied for



Digitized by Google

ſentes Damus & Concedimus Dilecto Nobis in Chriſto *Richardo Cox* Clerico Sacræ Theologiæ Profeſſori, Magno Elimoſinario noſtro in Augmentum Elimoſinæ noſtræ, tam omnia & ſingula Bona Debita & Catalla quorumcumque Perſonarum Felonum de Se, & cujuſlibet Perſonæ Felonis de Se, quàm omnia & ſingula Deodanda infra Regnum noſtrum Angliæ ac Walliam & Marchias ejuſdem, necnon infra Villam noſtram Caleſii & Marchias ejuſdem, & infra Villas noſtras ſuperiorem & inferiorem Boloniæ & Comitatus earumdem, tam infra Libertates quam extra, inventa ſeu invenienda, foriſfacta ſeu foriſfacienda, quæ Nobis nunc pertinent, vel unquam poſt Viceſimum Primum Diem Februarii ultimò ante Datam præſentium prætenſu quovifmodo pertinuerunt ac pertinere debuerunt, & deinceps quamdiu ipſum *Richardum* Elimoſinarium noſtrum fore contigerit pertinuerint vel contigerint ullo modò,

Et volumus & Concedimus eidem *Elimoſinario noſtro* quòd bene liceat ei ac Deputatis & Servientibus ſuis, omnia hujuſmodi Bona Debita & Catalla Felonum de Se & Deodanda, ubicumque inveniri poterint, tam infra Libertates quàm extra, ut præfertur, Seiſire, levare, recuperare, & colligere; Aſſignantes præfatum *Richardum* Elimoſinarium noſtrum, & Deputatum ſuum ac Deputatos ſuos, ad Inquirendum de tempore in tempus, viis & modis quibus melius ſcire poterit ſive poterint, de hujuſmodi Bonis Debitis & Catallis Felonum de Se, & Deodandis, ac de eadem Seiſendo, Capiendo, Recuperando, & Levando per Se, ſive Deputatos ſuos ſufficientes, ubicumque infra Regnum noſtrum Angliæ prædictum, ac Walliam prædictam & Marchias ejuſdem, & Villam noſtram Caleſii & Marchias ejuſdem, necnon infra Villas noſtras Boloniæ prædictæ & Comitatum earumdem, fuerint inventa, tam infra Libertates quàm extra, & ipſa ſic Levata Recuperata & Collecta, per Se ubi meliùs videbitur, pro Nobis in Elimoſinam diſtribuenda, abſque Compoto ſeu Ratiocinio Nobis Reddendo ſeu Faciendo,

* XV. 146. * Mandantes & præcipientes univerſis & ſingulis Majoribus Vicecomitibus Ballivis Coronatoribus & Conſtabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris, tam infra Libertates quam extra, & eorum cuilibet, Tenore Præſentium, quòd præfato Elimoſinario noſtro, ac Deputatis ſive Servientibus ſuis, in Executione Præmiſſorum ſupportantes ſint & intendentes, auxiliantes & defendentes ſub Periculo quòd incumbit.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Decimo ſexto Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Poteſtatibus, in Hybernia exequendis.*

Ann. D. 1547. *Ibid. m. 21. dorſ.*

REX, &c. prædilectis Conſiliariis ſuis *Antonio Seyntleger* Sacri Ordinis Garterii Militi, uni Generoſorum Cameræ noſtræ Privatæ, & in Regno noſtro Hiberniæ Deputato, necnon *Richardo Rede* Militi ejuſdem Regni Cancellario, ac Reverendo in Chriſto Patri Domino *Edwardo Mydenſi Epiſcopo* à Conſiliis noſtris, Salutem.

Cùm Regibus quidem omnibus Chriſtianam Fidem profeſſis à Deo Optimo Maximo omnis Juris dicendi Poteſtas collata ſit, nobis tum, qui Fidei Defenſoris peculiari quodam Titulo utimur, maximè præ cæteris Curæ eſſe debet, ut non ſolùm Orthodoxa Fides inter noſtros Subditos integerimè colatur & obſervetur, verum etiam ut Juſtitia unicuique ex æquo tribuatur, à noſtra tamen Regali Munificentia putamus non abhorrere Juris ſeveritatem alicujus piæ Relaxationibus ſubſidio pro Temporum & Perſonarum qualitate, prout & ſecundum Deum videbitur expedire, nonnunquam Diſpenſationum & Facultatum gratioſis Largitionibus vel temperare vel mulcere,

Hinc eſt quòd nos, qui Eccleſiæ tum Anglicanæ tum Hiberni-

Summas Feoda Vadia Regarda & Proficua, quot qualia & quanta pro eiſdem Facultatibus, pro natura & qualitate cujuſlibet eorumdem, in Libro quodam Taxationis deſuper confecto, manibus Dominorum Conſiliariorum Privati Concilii noſtri in Anglia ſignato, & cuilibet Facultati ſpecificè in ſcripto & annotato, à Subditis noſtris infra Regnum noſtrum Hiberniæ commorantibus, eiſdem Facultatibus pro cauſæ exigentia uti frui cupientibus & volentibus, perſolvenda & numeranda, & per vos ad manus Clerici noſtri moderni, & cujuſlibet alterius Clerici noſtri Facultatum pro tempore exiſtentis in Regno noſtro Angliæ juxta & ſecundùm modum formam & diſpoſitionem Statuti Regni noſtri Angliæ inde editi & proviſi in * varias & limitatas Partes diſtribuenda & eroganda, Nobiſque & noſtris Miniſtris, necnon & dicto Reverendiſſimo Cantuarienſi Archiantiſtiti, ejuſque Officiario Commiſſario, viz. Regiſtrario & Actuario, in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ per vos annuatim fideliter & integrè perſolvenda numeranda & ſatisfacienda; reſervatâ tamen vobis & veſtris in hac parte deputatis vel deputandis Miniſtris ſemiparte omnium & ſingulorum Emolumentorum Facultatum hujuſmodi vobis veſtriſque applicanda uſibus; quam de liberalitate & munificentia noſtris Regiis harum ſerie damus concedimus & gratioſè elargimur; * XV. 143.

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, decimo quarto Die Martii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *De exequendis per Commiſſarios in Hybernia.*

Ann. D. 1547. *Ibid. m. 24. d.*

REX, &c. dilectis & fidelibus ſuis *Antonio Seyntleger*, Ordinis ſui Garterii Militi uni Generoſorum Privatæ Cameræ ſuæ ac Deputato ſuo Regni ſui Hiberniæ,

*Richardo Rede* Militi Cancellario ſuo ejuſdem Regni ſui Hiberniæ,

*Willielmo Brabazon*, Militi Vicethesaurario ſuo Regni ſui prædicti,

*Thomæ Lutrell* Militi Capitali Juſticiario Comunis Banci Regni ſui prædicti,

*Jacobo Bathe*, Capitali Baroni de Scaccario ſuo Regni ſui prædicti,

Et *Thomæ Coſacke*, Militi Magiſtro Rotulorum Cancellariæ ſuæ Regni ſui prædicti, Salutem.

Sciatis quod Nos, de Fidelitatibus & providis Circumſpectionibus veſtris plenè confidentes, de aviſamento & conſenſu cariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſet* Gubernatoris Perſonæ noſtræ & Regnorum Dominiorumque noſtrorum Protectoris, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, aſſignavimus vos, ac Tenore Præſentium damus vobis ſex quinque quatuor vel tribus veſtrûm (quorum te præfatum *Anthonium Seyntleger* Deputatum noſtrum unum eſſe volumus) plenam Poteſtatem & Auctoritatem faciendi peragendi & exequendi ea omnia & ſingula quæ in Articulis & Inſtructionibus Præſentibus annexis exprimuntur & ſpecificantur; juxta formam tenorem & effectum eorumdem Articulorum & Inſtructionum,

Et quicquid in Præmiſſis feceritis nos inde & de toto Facto veſtro in ea parte Nobis in Cancellariam noſtram Regni noſtri Hiberniæ prædicti, in Scriptis in Pergameno, ſub Sigillis veſtris ſex quinque quatuor vel trium (quorum te præfatum *Anthonium* Deputatum noſtrum unum eſſe volumus) indilatè reddatis certiores; remittentes nobis hoc Breve unà cum Inſtructionibus prædictis.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto Die Martii.

*Per ipſum Regem.*

Su-

Digitized by Google

candi & venire faciendi, ac ipſos & eorum quemlibet de & ſuper eorum Factis Criminibus & Delictis examinandi,

Ac quoſcumque Teſtes & Probationes requiſitas & neceſſarias recipiendi & admittendi, ipſoſque ad Veritatem in ea parte dicendam Pœnis & Multis aliiſque modis licitè aſtringendi & compellendi, Veritateque compertâ ad Judicium ſecundùm Legem & Conſuetudinem Mareſcalciæ hactenus infra Regnum noſtrum prædictum uſitatam (vocatam *Martial Law*) procedendi, ac eos quos coram vobis aut dicto Mareſcallo in abſentia veſtra aut mandato veſtro reos & culpabiles inveneritis, per Incarcerationes aut ad pœnas mortis & membrorum, ſeu alias pœnas & punitiones, Juſtitiâ id exigente, adjudicandi & condempnandi, ac debitè Executioni demandandi,

Cæteraque omnia & ſingula faciendi & perimplendi quæ in Præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna,

Damus autem univerſis & ſingulis Comitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Capitaneis Vicecapitaneis Vicecomitibus Majoribus Ballivis Seneſcallis Conſtabulariis & aliis Officiariis & Miniſtris noſtris quibuſcumque tenore Præſentium firmiter in mandatis quod eidem *Deputato noſtro*, ac *dicto Mareſcallo* in abſentia vel mandato dicti Deputati noſtri, in Executione Præmiſſorum, de tempore in tempus, prout opus fuerit, intendentes auxiliantes pariter & obedientes ſint in omnibus prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud

*Per ipſum Regem.*

---

*De Officio Medici Regis conceſſo.*

Ann. D. 1547. *Pat.* 1. *E.* 6. *p.* 4. *m.* 37.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod Nos,

Grata & laudabilia Servitia, per dilectum Servientem noſtrum *Thomam Bille* hactenus, tam præcariſſimo Patri noſtro, feliciſſimæ memoriæ, *Henrico Octavo* quam nobis impenſa, meritò contemplantes, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex aſſenſu cariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Prænobilis Ordinis Garterii Militis Regnorumque & Dominiorum noſtrorum quorumcumque Protectoris, ac Perſonæ noſtræ Regiæ Gubernatoris, necnon de cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, nobis per Teſtamentum & ultimam Voluntatem dicti Patris noſtri dudum Regis jam defuncti aſſignatorum, unanimi conſenſu,

Conſtituimus & ordinavimus eundem *Thomam Bille* MEDICUM noſtrum, ac Officium Medici noſtri eidem *Thomæ* damus & concedimus per Præſentes, necnon Vadia & Feoda *Centum Librarum* legalis monetæ noſtræ Angliæ per Annum, pro exercitio & occupatione Officii prædicti,

Habendum occupandum & gaudendum Officium prædictum prædicto *Servienti noſtro* durante Vitâ ſuâ, ac habendas & percipiendas dictas *Centum Libras annuas*, à Feſto Natalis Domini ultimo præterito durante vitâ ſuâ, ut prædicitur, de Theſauro noſtro, ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum ejuſdem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos uſuales, viz. ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, Sancti Johannis Baptiſtæ, divi Michaelis Archangeli & Natalis Domini, per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Proficuis Emolumentis Commoditatibus & Advantagiis dicto Officio pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & formâ ac aliqua alia Perſona, ſive aliquæ aliæ Perſonæ, dictum Officium antehac occupavit habuit aut percepit, habuerunt aut perceperunt in & pro Exercitio ejuſdem;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

Aliquo Statuto, &c.

In cujus rei, &c.

Sciatis quod nos, cupientes Fœdera Ligas & Amicitias cum dicto Illuſtriſſimo & Chriſtianiſſimo Principe defuncto contractas & concluſas, inviolatas perpetuò conſervare, de aſſenſu præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſet* Theſaurarii Angliæ Perſonæ noſtræ *Gubernatoris* Regnorumque & Dominiorum noſtrorum *Protectoris*, ac aliorum Conſiliariorum noſtrorum, de Fide Probitate Integritate & Diligentia dilecti Conſiliarii noſtri *Nicolai Wotton* Legum Doctoris Eccleſiarum Metropoliticarum Cantuarienſis & Eboracenſis *Decani*, & apud Illuſtriſſimum ac Potentiſſimum Principem *Henricum nunc Francorum Regem* Chriſtianiſſimum Fratrem Amicum & perpetuum Confœderatum noſtrum præchariſſimum Ambaſſiatores noſtri, reſidentis, quamplurimùm confidentes, eundem, *Nicolaum* Procuratorem noſtrum, Legatum Oratorem & Commiſſarium fecimus conſtituimus ac ordinavimus, facimus conſtituimus ac ordinamus per Præſentes,

Dantes & concedentes eidem Conſiliario noſtro Poteſtatem Auctoritatem & Mandatum generale & ſpeciale, pro Nobis & Nomine noſtro, Illuſtriſſimum & Potentiſſimum Principem *Henricum Francorum Regem*, Chriſtianiſſimum antedictum, adeundi & conveniendi, ipſumq; ad præſtandum Corporale Juramentum de obſervando & perimplendo omnia & ſingula in eiſdem Tractatibus, & in eorum quolibet diviſim concluſa, quatenus eum concernunt, requirendi, atq; Chariſſimum Fratrem Amicum & perpetuum Confœderatum noſtrum ſic jurare videndi & intereſſendi,

Literas inſuper ratificatorias Tractatuum antedictorum in debitâ forma confectas, manuque propriâ dicti Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Principis ſignatas, & Magno ſuo Sigillo ſigillatas, juxta vim & effectum Articulorum deſuper in præfatis Tractatibus concluſorum, ſibi tradi & deliberari petendi requirendi & recipiendi,

Inſtrumentum ſive Inſtrumenta publicum ſive publica, aucteriticum ſive auctentica, ſuper Præmiſſis omnibus & ſingulis, fieri Nomine noſtro rogandi petendi & requirendi,

Ac generaliter omnia alia & ſingula gerendi faciendi exercendendi & expediendi quæ in Præmiſſis vel circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodo libet oportuna;

Promittentes bonâ Fide ac in Verbo Regio, nos ratum gratum & firmum habituros totum & quicquid dictus Commiſſarius noſter fecerit in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium, his Literis noſtris manu noſtrâ ſignatis, Magnum noſtrum Sigillum apponi fecimus.

Dat. &c. *Greneuuici* Aprilis mileſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo.

---

* *De Officio Typographi, in Latino Græco Hebraicoque Sermone conceſſo.* * XV. 150.

Ann. D. 1547. *Pat.* 1. *E.* 6. *p.* 7. *m.* 50.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod Nos.

De Gratia noſtra ſpeciali, & ex aſſenſu cariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Regnorum & Dominiorum noſtrorum *Protectoris* ac Perſonæ noſtræ Regiæ *Gubernatoris*, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum unanimi Conſenſu,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus dilecto Subdito noſtro *Reginaldo Wolff* Officium TYPOGRAPHI ac BIBLIOPOLÆ noſtri in Latino Græco Hebraicoque Sermone, necnon licentiam & auctoritatem non ſolùm imprimendi & excudendi omnes & ſingulos Libros Latinos Græcos Hebraicos, cujuſcumq; generis fuerint, verùm etiam Grammaticas Græcas ſive Latinas, quamvis Anglico Sermone intermixtas impoſterùm,

Necnon Cartas Mappas cæteraque hujuſmodi quæ Nobis, ac Regionibus noſtris, in dictis Linguis & Sermonibus utilia aut neceſſaria impoſterùm aliquo tempore eſſe poterunt, verùm etiam

 ad

Digitized by Google

excudere ſeu imprimere, vel excudi ſeu imprimi facere, nec eadem, per alium quemcumq; præter prædictum *Reginaldum*, impreſſa aut excuſa alicui Perſonæ vendere ſeu vendendo exponere, ſub Pœnâ Foriſfacturæ & Deperditionis Librorum cæterorumque prædictorum, quos vel quæ ſic vendiderit aut vendendo expoſuerit, ac ulterius incurrendi in graviorem noſtri Offenſionem;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo nono Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Pardonatione pro Archiepiſcopo Eborum.*

Ann. D. 1547. *Ibid. p. 9. m.* • XV. 151.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, & ex aviſamento & conſenſu cariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum Protectoris, necnon cæterorum • Conſiliariorum noſtrorum, *pardonavimus, remiſimus & relaxavimus*, ac per Præſentes *pardonamus, remittimus, & relaxamus* Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Roberto Eborum Archiepiſcopo* Præſidenti Conſilii noſtri in Partibus Borialibus, quocumque Nomine ſive Cognomine idem *Robertus* cenſeatur, ſive cenſeri illi contingeret in futurum, omnes & omnimodas Eſcapia Libera & Voluntaria, ſeu alias quaſcumque Evaſiones *Rogeri Smyth* Barbour, *Gregori Gerneter* Yeoman, *Willielmi Benſon* Taylour, & *Willielmi Coyle* Laborer, ſeu quibuſcumque Nominibus vel Cognominibus ſive Additionibus Nominum aut Cognominum iidem *Rogerus*, *Georgius*, *Willielmus & Willielmus* cenſeantur vel cognoſcantur, aut eorum quilibet nominetur ſeu nuncupetur, in Priſona ſua infra Civitatem noſtram Eborum nuper detenti ut Clerici convicti ſive attincti, ac omnes & omnimodas Foriſfacturas, Impriſonamenta, Pœnas corporales & pecuniarias, Fines & Amerciamenta quæcumque, prædicta Eſcapia & Evaſiones tangentes ſive concernentes, aut Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoviſmodo pertinentes ſive ſpectantes, ita tamen quod ſtet recto in Curia ſi quis verſus eum loqui voluerit de Præmiſſis, ſeu aliquo Præmiſſorum;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo tertio Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Salvo Conductu pro Johanne Hume, Domino de Coldamknolls.*

Ann. D. 1547. *Pat. 1. E. 6. p. 6. m. 24.*

E*Dwardus Sextus*, Dei gratiâ, &c. univerſis & ſingulis Admirallis, Capitaneis, Caſtellanis, & eorum Locatenentibus, Cuſtodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus Majoribus Ballivis Conſtabulariis ac aliis Officiariis & Miniſtris noſtris quibuſcumque, tam per Terram quàm per Mare & Aquas dulces ubilibet conſtitutis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quod certis Conſiderationibus Nos moventibus, ac de aviſamento & conſenſu Præchariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Gubernatoris Perſonæ noſtræ ac Regnorum & Dominiorum noſtrorum quorumcumque Protectoris, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, ac in Protectionem Tuitionem & Defenſionem noſtras ſpeciales *Johannem Hume Dominum de Coldamknolls* in Scotia, in Regnum noſtrum Angliæ, cum Sex Perſonis in Comitiva ſua vel infra, & totidem Equis, necnon

beant & gerant, abſque quicquam quod in noſtrum Præjudicium ſive Contemptum, aut Populi noſtri prædicti Dampnum ſeu Gravamen cedere valeat faciendo vel attemptando;

Proviſo etiam quod ſi contingat aliquem ipſorum præſentem ſalvum Conductum noſtrum infringere, nolumus tamen alicui dictum ſalvum Conductum noſtrum minimè infringenti aliquod Dampnum ſeu Præjudicium aſcribi ſeu inferri, ſed Illi vel Illis dumtaxat præſentem ſalvum conductum noſtrum infringenti vel infringentibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, octavo Die Junii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Majore & Civitate Londoniæ, de Indempnitate.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1547. *Pat. 1. E. 6. p. 6. m. 15.*

Cùm noſtri Nobis cum primis Chari & Obedientes Subditi *Henricus Hoberthorn* Miles Major Civitatis noſtræ Londoniæ, & ejuſdem *Civitatis Communitas ac Cives*, ad contemplationem noſtram ſpecialem & Requiſitionem, ac pro Nobis & Debito noſtro, per quoddam Scriptum ſuum Obligatorium, Sigillo ſuo communi ſigillatum, continens Summam *Centum viginti novem millium ſeptingentorum & quinquaginta Florenorum Carolinorum* (quolibet Floreno Carolino valente Viginti Patars Monetæ Flandrenſis) quibuſdam *Antonio Fugger* & ejus Nepotibus, teneantur & firmiter obligentur,

Quæ quidem Summa *Centum viginti novem millium ſeptingentorum & quinquaginta Florenorum Carolinorum* (quolibet Floreno Carolino valente Viginti Patars Monetæ Flandrenſis) eiſdem *Antonio* ejuſve Nepotibus Hæredibus, Factoribus, ſive Procuratoribus, prædictum Scriptum Obligatorium ſecum afferentibus, ultimo Die Menſis Martii, qui erit in Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo *Antuerpiæ* eſt ſolvenda, prout per idem Scriptum Obligatorium, gerentem Datam *Viceſimo primo Die Menſis Julii*, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo pleniùs apparet,

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, ac de conſilio & aſſenſu Præcariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum Protectoris, & aliorum Conſiliariorum noſtrorum, Conceſſimus & Promiſimus, ac per Præſentes Concedimus & Promittimus, pro Nobis Hæredibus Succeſſoribus & Executoribus noſtris, præfatis *Majori & Communitati ac Civibus* & Succeſſoribus ſuis, ac Nos Hæredes Succeſſores & Executores noſtros, eiſdem *Majori & Communitati ac Civibus* & Succeſſoribus ſuis, *Majori & Communitati ac Civibus* ejuſdem Civitatis pro tempore exiſtentibus, per Præſentes has Literas noſtras Patentes, ac in Verbo Regio Obligamus, quod Nos, Hæredes Succeſſores & Executores noſtri, ipſos eoſdem *Majorem & Communitatem ac Cives* & Succeſſores ſuos omnes & ſingulos, eorumque perſonas, Terras, Poſſeſſiones & Bona quæcumque, tam citra Mare quàm ultra Mare, ac tam Civitatis prædictæ quàm Civium ejuſdem, tam præſentium quàm futurorum, tam de & pro prædicta Summa *Centum viginti novem millium ſeptingentorum & quinquaginta Florenorum Carolinorum* (quolibet Floreno Carolino valente Viginti Patars Monetæ Flandrenſis) & pro qualibet inde Parcella, quàm de & pro omnimodis Dampnis, Pœnis, Pœnalitatibus & Oneribus quæ, aliquo modo vel occaſione eiſdem *Majori & Communitati ac Civibus* aut Succeſſoribus ſuis, ratione prædicti Scripti Obligatorii, ob defectum Solutionis prædictæ Summæ in eodem Scripto Obligatorio ſpecificatæ, ſurgent creſcent aut evenient, aut ſurgere creſcere vel quovis modo evenire poterunt in futurum, verſus præfatos *Antonium* & ejus Nepotes ac Hæredes & Executores ſuos,

Digitized by Google

Ann. D. 1547. Ibid. m. 5. REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati.

Vacante nuper Eccleſiâ noſtrâ Cathedrali Lincolniæ, per Mortem naturalem Domini *Johannis ultimi Epiſcopi* ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ noſtræ prædictæ, prius Licentiâ à nobis per eos, alium eligendi in eorum Epiſcopum & Paſtorem, petitâ pariter & obtentâ, Reverendum in Chriſto Patrem *Henricum Holbeche* dudum Epiſcopum Roffenſem, in ipſorum Epiſcopum ac Paſtorem canonicè elegerunt & nominaverunt, ſicuti per eorum Literas quas vobis mittimus Præſentibus interclusas pleniùs liquet, vobis *ſignificamus*, per adviſamentum & conſenſum præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſ.* Perſonæ noſtræ Gubernatoris & Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum quorumcumque Protectoris, necnon & cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, quod dictis quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, humilibus eorum mediantibus Supplicationibus, noſtrum Regium adhibuimus Favorem pariter & Aſſenſum, & *eundem Electum* apud vos commendatum habemus,

Quocirca vobis mandamus quod cætera omnia quæ per vos, ad Confirmationem & Conſecrationem ejuſdem in dicto Epiſcopatu fieri conſueverunt, ſecundùm Leges & Statuta Regni noſtri Angliæ in hac parte edita & proviſa, cum favore & diligentia facere velitis.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium.*

---

*De Rege Armorum conſtituto.*

Ann. D. 1547. Ibid. p. 4. m. 42. REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm novum non ſit aut ſupervacuum, ſed neceſſarium & dignè antiquitus uſitatum, inter cæteros Officiarios & Miniſtros quos Principum lateribus, pro eorum Magnificentia atque Gloria, adhærere decet, eorum præſertim, quibus Officiis Armorum Cura committitur, copiam habere, ut nec tempus Bellorum neque Pacis abſque convenientibus & aptis Miniſtris præterire poſſit,

Idcirco vobis notum facimus quod, non ſolum ex plurimorum Fidelium noſtrorum quibus in ea parte fidem plenariam adhibemus relatu, verùm etiam per Rerum geſtarum experientiam quam nos ipſi habemus de Fidelitate Circumſpectione Induſtria atque bona Diligentia dilecti & fidelis Servientis noſtri *Gilberti Dethik* aliàs *Richmond*, ob ſagacitatem & ſolertiam ſatis in eo quas reperimus exploratas, conſiderantesque ejuſdem *Gilberti* continuato Servitio, meritò Munere id poſcente, ipſum, in * REGEM ARMORUM & Principalem Heraldum Partium Borealium Regni noſtri Angliæ, ex Gratia noſtra abundante, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, de aviſamento & conſenſu præchariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum Protectoris, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, ereximus fecimus conſtituimus ordinavimus & creavimus, ac per Præſentes erigimus facimus conſtituimus ordinamus & creamus,

* XV. 154.

Eique Nomen impoſuimus, & per Præſentes imponimus NORREY, quod, cum Stilo Titulo Liberatura & Præeminentia, hujuſmodi Officio convenientibus & concordantibus, ac ab antiquo conſuetis, eidem damus & concedimus, ac ipſum in eiſdem realiter coronavimus & inveſtivimus, coronamuſque & inveſtimus, per Præſentes,

H[illegible]endum gaudendum occupandum & exercendum Officium illud, ac Nomen Stilum Titulum & Præeminentiam prædicto eidem *Gilberto* pro termino Vitæ ſuæ, cum omnibus Juribus Pro-

ſive proviſis non obſtantibus;

Et ulterius, de ampliori Gratia noſtra, de aviſamento prædicto, damus & per Præſentes concedimus *præfato Gilberto* alias *Norrey* tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas dictæ *Viginti Libræ* per Annum, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito huculſque ſe extendunt & attingunt, habendas eidem *Gilberto* ex Dono noſtro, per manus Theſaurarii & Camerariorum prædictorum, de Theſauro noſtro prædicto, abſque Computo ſeu aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris proinde reddendo ſolvendo ſeu faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſexto Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *De Reſtitutione Temporalium pro Epiſcopo Lincoln.* * XV. 155.

REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Lincolniæ, Salutem. Ann. D.

Vacante nuper Epiſcopatu Lincolniæ, per Mortem natu- 1547.
ralem Domini *Johannis ultimi Epiſcopi* ibidem, ad Epiſcopatum Pat. 1.
Lincolnienſem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Lin- E. 6. p.
colniæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, dilectum no- 1. m. 5.
bis *Henricum Holbeche*, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt, cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, per Adviſamentum & Conſenſum præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris & Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum Protectoris, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs inde ei reſtituimus;

Et ideo tibi præcipimus quod *præfato Electo* Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo nono Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com Bed.*
*Eſcaetori Regis in Com. Buk.*
*Eſcaetori Regis in Com. Notyngham.*
*Eſcaetori Regis in Com. Hertf.*
*Eſcaetori Regis in Com. Rotel.*
*Eſcaetori Regis in Com. Cantebr.*
*Eſcaetori Regis in Com. Hunt.*
*Eſcaetori Regis in Com. Leyc.*
*Eſcaetori Regis in Com. Norht.*
*Eſcaetori Regis in Com. Oxon.*
*Dilecto & fideli ſuo* Henrico Hobelthorne *Militi Majori Civitatis ſuæ Londoniæ ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Dilecto & fideli ſuo* Majori Civitatis ſuæ Lincolniæ *ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Lincolniæ prædicto, quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad

præ-

Digitized by Google

* XV. 156.

galis Servitii, tam dicto præcariſſimo Patri noſtro quam nobis, per dictum *Johannem Dominum Ruſſell*, antehac multipliciter impenſi, & quod nobis * impendere non deſiſtit, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Johanni Ruſſell* Prænobilis Ordinis Garterii Militi Domino Ruſſell, Cuſtodiam ſive Officium Cuſtodis Privati Sigilli noſtri, ac ipſum *Johannem Dominum Ruſſell* CUSTODEM PRIVATI SIGILLI noſtri prædicti facimus ordinamus & conſtituimus & deputamus per Præſentes,

Habendum occupandum & gaudendum exercendum & cuſtodiendum Officium illud, unà cum omnibus & ſingulis Proficuis Commoditatibus Præeminentiis Auctoritatibus & Advantagiis quibuſcumque eidem Officio quoquomodo debitis conſuetis pertinentibus ſive ſpectantibus, præfato *Johanni Domino Ruſſell* quamdiu nobis placuerit,

Dedimus etiam & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Johanni Domino Ruſſell*, in & pro dicto Officio exercendo *Viginti Solidos Sterlingorum per Diem*, pro quolibet Die quo ipſe Officium illud exercuit & occupavit aut exercebit & occupabit, & pro Solutione & Contentatione eorumdem *Viginti Solidorum per Diem*; viz. pro quolibet hujuſmodi Die quo idem *Johannes Dominus Ruſſell*. Officium illud exercuit & occupavit aut exercebit & occupabit, quæ ſe attingunt ad *Treſcentas Sexaginta quinque Libras* in toto per unum Annum integrum,

*Octoginta & decem Libras* inde habendas & annuatim percipiendas eidem *Johanni Ruſſell* de omnibus Cuſtumis & Subſidiis noſtris, & de eorum quolibet & qualibet inde Parte, in Portu Villæ noſtræ *de Pole* in Comitatu noſtro Dorſetiæ, ac in ſingulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus provenientibus & creſcentibus proventuris & creturis, per manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum & Subſidiorum, aut eorum alicujus pro tempore exiſtentis,

Et *Ducentas Libras* per Annum habendas & annuatim percipiendas præfato *Johanni Domino Ruſſell*, pro exercitio Officii prædicti, de parva Cuſtuma noſtra in Portu Civitatis *noſtræ Londoniæ* proveniente & creſcente, proventura & cretura, per Manus Cuſtumariorum ejuſdem Cuſtumæ & eorum cujuſlibet pro tempore exiſtentis,

Et *quinquaginta ſex Libras treſdecem Solidos & quatuor Denarios*, habendos & annuatim percipiendos eidem *Johanni Domino Ruſſell*, de omnibus Cuſtumis & Subſidiis noſtris, ac de eorum quolibet & qualibet inde parte, in Portu Villæ noſtræ *Briſtolliæ* in Comitatu Villæ noſtræ Briſtoliiæ, & in ſingulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumiæ & Subſidii, ac eorum cujuſlibet pro tempore exiſtentis,

Ac etiam *decem & octo Librarum ſex Solidorum & octo Denariorum*, reſiduos de prædictis *treſcentis ſexaginta & quinque Libris per Annum*, habendos & annuatim percipiendos *præfato Johanni Domino Ruſſell*, de omnibus & omnimodis Cuſtumis & Subſidiis noſtris, ac de eorum quolibet in Portubus Villarum noſtrarum *de Plymmouth & Fowey* in Comitatibus Devoniæ & Cornubiæ, & in ſingulis Portubus & Locis eiſdem Portubus ſive eorum alicui adjacentibus provenientibus & creſcentibus, proventuris & creturis, per manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorumdem Cuſtumarum & Subſidiorum, & eorum cujuſlibet pro tempore exiſtentis,

Habendas levandas & annuatim percipiendas *prædictas novaginta Libras* de Cuſtuma & Subſidio in Portu Villæ noſtræ *de Pole*, *ducentas Libras* de Parva Cuſtuma in Portu Civitatis noſtræ *Londoniæ*, *quinquaginta & ſex Libras treſdecim Solidos & quatuor Denarios* in Portu Villæ noſtræ *Briſtolliæ*, *& decem & octo Libras ſex Solidos & octo Denarios* de Cuſtumis & Subſidiis in Portubus Villarum noſtrarum de *Plymmouthe & Fowey*, in Solutionem & Satisfactionem prædictarum *treſcentarum ſexaginta & quinque Librarum* per Annum præfato *Johanni Domino Ruſſell*, per manus ſeparalium Cuſtumariorum, ſive Collectorum eorumdem ſepara-

---

*De Officio Magni Admiralli Angliæ Hyberniæ Walliæ Caleſiæ & Boloniæ, conceſſo.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1547.

Sciatis quod Nos, Pat. 1. E. 6. p. 7. m. 47.

Ob certas Cauſas & Conſiderationes Nos ſpecialiter moventes, ac in Conſideratione boni & fidelis Servitii Nobis, per prædilectum & fidelem Conſiliarium noſtrum *Thomam Dominum Seymour* Præclari Ordinis Garterii noſtri Militem *Baronem Seymour de Sudeley* ante hæc tempora facti & impenſi,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento aſſenſu & conſenſu præcariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Regiæ Gubernatoris atque Regnorum & Dominiorum Protectoris, atque cæterorum Conſiliariorum noſtrorum unanimi Aſſenſu, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Thomæ Domino Seymour de Sudeley* Officium MAGNI ADMIRALLI noſtri *Angliæ Hiberniæ Walliæ Caleſii & Bowlloigne*, & Marchiarum noſtrarum earumdem, *Normanniæ Gaſconiæ & Aquitanniæ*, ac ipſum *Thomam Dominum Seymour* Militem *Baron Seymour de Sudeley* MAGNUM ADMIRALLUM noſtrum *Angliæ Hiberniæ Walliæ Caleſiæ & Bowlloigniæ*, ac Marchiarum noſtrarum earumdem, *Normanniæ Gaſconiæ & Aquitanniæ* necnon PRÆFECTUM GENERALEM Claſſis & Marium noſtrorum fecimus conſtituimus & ordinavimus, ac per Præſentes facimus conſtituimus & ordinamus;

Et ulterius ſciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento aſſenſu & conſenſu prædictis, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Thomæ Domino Seymour* Militem *Baroni Seymour de Sudeley* magno Admirallo noſtro Angliæ & Præfecto Claſſium & Marium noſtrorum prædictorum, omnia & omnimoda Juriſdictiones Auctoritates Libertates Officia Feoda Proficua vadia Emolumenta Wrecca Maris & Maris ejecta Regarda Advantagia Commoditates & Præheminentias quæcunque, eidem Officio Magni Admiralli noſtri Angliæ & Hiberniæ, ac aliorum Locorum & Dominiorum prædictorum qualitercumque ſpectantia & pertinentia ſive incumbentia, vel aliquo modo ab antiquo & præantea debita ſive conſueta,

Necnon tam Bona & Catalla quorumcumque Proditorum Piratorum Homicidiorum & Felonum quorumcumque, infra noſtram Juriſdictionem Admirallitatis noſtræ Angliæ inferiùs limitatam, Delinquentium; ac Bona debita & Catalla omnium & ſingulorum eorum manutenentium acceſſariorum conſulentium auxiliantium vel aſſiſtentium quorumcumque,

Atque etiam Bona Debita & Catalla quorumcumque Perſonarum Felonum de ſe, & cujuſcumque Perſonæ Felonis de ſe, infra prædictam noſtram Juriſdictionem Admiralitatis noſtræ Angliæ prædictæ, quoviſmodo ſeu qualitercumque ad mortem devenientium, ubicumque Bona debita vel Catalla hujuſmodi, aut aliqua Parcella eorumdem, per Mare * Aquam vel Terram, infra Regna noſtra prædicta ſeu Dominia noſtra eorumdem, tam infra Libertates quam extra, fuerint inventa ſeu invenienda, foriſfacta ſive foriſfacienda, vel exiſtentia quæcumque; * XV. 158.

Et præterea, tam Bona Debita & Catalla quorumcumque aliorum Proditorum Felonum Homicidarum ubique locorum delinquentium, ac Bona Debita & Catalla eorum Manutenentium Acceſſariorum Conſulentium Auxiliantium ſeu Aſſiſtentium, quàm etiam Bona Debita & Catalla quorumcumque Fugitivorum Convictorum Attinctorum Dampnatorum Utlagatorum vel in exigendam pro prædictis Feloniis, Homicidis vel Murdris, ſeu aliquâ aliâ quacumque offenſâ aut Debito, qualitercumque poſitorum ſive ponendorum,

Necnon & Bona Waviata Flotezon Jetſon Lagon Shares Theſau-

gliæ prædictæ, tenta ſive tenenda, præſentata ſeu præſentanda, aſſidenda afferenda foriſfacienda vel adjudicanda, quàm etiam Amerciamenta Exitus Fines Perquiſitiones Mulctas & Pœnas pecuniarias quæcumque, ac foriſfacturas quarumcumque Recognitionum coram dicto *Magno Admirallo noſtro Angliæ* ejuſve Locumtenente Viceadmirallo Deputato vel Deputatis, ac aliis Juſticiariis noſtris ſeu Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum Admiralitatis noſtræ Angliæ prædictæ, vel tribus eorumdem, ad omnia prædicta Felonia Roberiis Murdra Homicidia Confœderationes ac alias Offenſas Tranſgreſſiones Contemptus Meſpriſiones Spoliationes & Malefacta, infra Juriſdictionem noſtram maritimam commiſſa ſive committenda, audiendum & terminandum, per Literas noſtras Commiſſionis Patentes vel per Literas Commiſſionis Patentes Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, juxta Statutis inde editis & conſuetis Curiæ principali Admiralitatis noſtræ Angliæ, factæ & fiendæ, aſſignatis ſive aſſignandis, contingentia ſeu impoſita, aut imponenda vel infligenda, ſive aliquo modo aſſidenda afferenda foriſfacienda ſeu adjudicanda, aut aliquo modo occaſione Præmiſſorum Nobis vel Hæredibus ſeu Succeſſoribus noſtris, in ea parte, qualitercumque debita ſive debenda quæcumque, eademque omnia & ſingula petendum exigendum levandum capiendum recipiendum & obtinendum ac liberè diſponendum,

* XV. 159. * Habendum gaudendum occupandum & exercendum dictum Officium *Magni Admiralli* noſtri Angliæ Hiberniæ Walliæ Callegiæ & Bulloigne, & Marchiarum earumdem, Normanniæ Gaſcoigniæ & Aquitaniæ, ac *Præfecti Generalis* Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum, eidem *Thomæ Domino Seymour* Militi *Baroni Seymour de Sudeley*, pro Termino Vitæ ſuæ, per ſe vel per ſufficientem Deputatum ſive Deputatos ſuos ſufficientes, unà cum omnibus & ſingulis Præmiſſis, & Rebus aliis quibuſcumque eidem Officio *Magni Admiralli noſtri* Angliæ quoviſmodo pertinentibus devenientibus incumbentibus ſive ſpectantibus, ſeu præantea ab antiquo debitis vel conſuetis, abſque Compoto ſeu aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris proinde reddendo ſolvendo ſeu faciendo; aliquibus Statutis Actibus Ordinationibus aut Reſtrictionibus in contrarium factis editis ordinatis vel proviſis, aut aliquâ aliâ re materiâ ſeu causâ quacumque in aliquo non obſtantibus.

Et inſuper, ex uberiori Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de Adviſamento Conſenſu & Aſſenſu Concilii noſtri prædicti conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Thomæ Domino Seymour* Militi *Baroni Seymour de Sudeley* Magno Admirallo noſtro Angliæ ac Præfecto Claſſis & Marium noſtrarum prædictarum, pro Occupatione & Exercitio dicti Officii magni Admiralli noſtri Angliæ prædicti, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *ducentarum Marcarum* legalis Monetæ Angliæ, unà cum omnibus & ſingulis cæteris Præmiſſis,

Habendam levandam & percipiendam dictam Annuitatem ſive annualem Redditum *ducentarum Marcarum* legalis monetæ Angliæ, præfato *Thomæ Domino Seymour* Militi *Baroni Seymour de Sudeley* magno Admirallo noſtro Angliæ & Præfecto Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum & Aſſignatis ſuis, pro termino Vitæ ſuæ, ad quatuor Anni terminos; viz. ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, æquis Portionibus annuatim ſolvendam per manus Theſaurarii Curiæ Augmentationum Coronæ noſtræ pro tempore exiſtentis; primâ verò Solutione Annuitatis hujuſmodi incipienda ad Feſtum Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ante datam Præſentium.

Et præterea, de uberiori Gratia noſtra, ac ex certa Scientia & Admiralitatis prædictæ in eadem Curia noſtra Audiendi & Terminandi, cum plena Poteſtate & Auctoritate noſtris Inhibendi, Prohibendi, & ſuperſedere Faciendi & Mandandi omnibus & ſingulis quibus in ea parte qui fuerint Inhibendi, Superſedendi vel Prohibendi, quòd Ipſi aut eorum aliquis pendentibus in dicta Curia noſtra hujuſmodi Appellationibus ſive Nullitatibus, Querelis, Negotiis indiſcuſſis, ulteriùs in ea parte procedere minimè attemptent nec attemptet, ſub Pœnis arbitrio dicti *Magni Admiralli* noſtri in ea parte limitandis ſeu interponendis.

Necnon Querelas omnium & ſingulorum Contractuum, Conventionum ac Cautarum & Negotiorum Civilium & Maritimorum, ultra Mare perficiendorum vel ultra Mare Contractorum, ac in hoc Regno noſtro Angliæ vel dicto Regno noſtro Hiberniæ, vel in aliquo alio Dominio noſtro eorumdem perimplenda ſeu perficienda, qualitercumque emergentes ſeu contingentes, ac etiam Cognitionem omnium & ſingulorum quæ ad Officium *Magni Admiralli noſtri Angliæ* & *Præfecti Generalis* Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum, vel Juriſdictionem noſtram maritimam noſtræ Admiralitatis Angliæ prædictæ quoviſmodo tangunt, ſeu aliquo modo concernunt, ſeu ab antiquo pertinere debuerunt aut debent;

Et generaliter ad Cognoſcendum & Procedendum in omnibus & ſingulis aliis Cauſis Litibus Criminibus Delictis, Exceſſis Querelis injuriis Malefactis Trangreſſionibus Regratariis Forſtatiis & Negotiis maritimis quibuſcumque, per Regna noſtra & Loca prædicta, infra Juriſdictionem noſtram maritimam Admiralitatis noſtræ prædictæ, per Mare vel Aquam aut Ripas ſeu Littora eorumdem quorumcumque factis, commiſſis, perpetratis, aut emergentibus.

Etiam cum Poteſtate & Auctoritate Recognitiones quaſcumque pro Conventionibus ſeu Debitis quibuſcumque capiendi, eaſque executioni ponendi & exequi faciendi & mandandi;

Necnon Naves Perſonas Res Bona Merces & Mercimonia quæcumque, pro Præmiſſis & eorum quolibet, ac aliis Cauſis quibuſcumque ea concernentibus, ubicumque locorum fuerint reperta ſeu inventa, per Regna ſeu Dominia noſtra prædicta, infra Libertates vel extra, ac etiam pro aliis Conventionibus Cauſis ſeu Debitis quibuſcumque qualitercumque contractis ſive emergentibus, dummodò Bona ſeu Perſona Debitoris reperiantur infra Juriſdictionem Admiralitatis noſtræ prædictæ, juxta Leges noſtras civiles & maritimas, ac Conſuetudines Curiæ Principalis noſtræ Admiralitatis Angliæ prædictæ ab antiquo uſitatas, realiter Arreſtandi & arreſtari faciendi & mandandi, ipſaſque & ipſa cum ſuis emergentibus, dependentibus, incidentibus annexis & connexis Cauſis & Negotiis quibuſcumque, juxta Leges & Conſuetudines prædictas, aliiſque viis modis & mediis omnibus & ſingulis, quibus idem *Magnus Admirallus* noſter & *Præfectus Generalis* Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum meliùs ſciverit aut poterit, audiendi examinandi Diſcutiendi & fine debito terminandi, ac Perſonas quaſcumque in ea parte, prout Caſus exiget, in dicta Curia Admiralitatis noſtræ Angliæ prædictæ, coram dicto *Magno Admirallo* noſtro Angliæ ſeu ejus Deputato ſive Deputatis quocumque, comparere & reſpondere, cum cujuslibet Cohertionis temporalis alteriuſque Pœnæ & Multæ Poteſtate, juxta Leges & Conſuetudines prædictas compellendi, ac Juſtitiam faciendi & miniſtrandi, etiam Juris Ordine ſervato, ſeu Velo levato, ſine ſtrepitu & figura Judicii, ſolâ Facti & Rei veritate inſpectâ Procedendi,

Necnon ad Inquirendum per Sacramentum proborum & legalium Hominum, tam infra Libertates quam extra, de omnibus & ſingulis quæ, jure Statutorum, Ordinationum vel Conſuetudinum Curiæ noſtræ Principalis noſtræ Admiralitatis Angliæ



Digitized by Google

per Aquam occupata ſive exercita, & Occupatores eorundem, juxta dicta Statuta & Ordinationes Regni noſtri Angliæ prædictæ, in contrarium edita & proviſa, Puniendum, Corrigendum & Reformandum;

Et inſuper, tam Naves & Naviculas Guerrinas quàm quaſcumq; alias Naves & Naviculas ſeu Vaſa quæcumque, pro quibuſcumque Viagiis & Negotiis noſtris, vel Expeditione eorumdem, necnon Navigeros ſive Pilotas, ac Navium Magiſtros Nautas Naucleros Vibrellatores ſive Bombardiatores & Marinarios, ac alias Perſonas quaſcumque, pro Navibus & Naviculis ſeu Vaſibus, hujuſmodi aptos & idoneos, de tempore in tempus, quotiens neceſſe fuerit, ubiq; locorum infra Regna & Dominia noſtra prædicta, tam infra Libertates quàm extra, congregandum delegandum retinendum capiendum arreſtandum deputandum & aſſignandum, abſq; interruptione ſeu impedimento per quemcumq; alium in contrarium fiendo, cum plena Juriſdictione & Poteſtate ad Exequendum omnia alia & ſingula quæ in ea parte per *Magnum Admirallum* noſtrum & *Præfectum Generalem* Claſſis & Marium, jure fieri debent poſſint vel ſolent expedire, vel neceſſe fuerit expedienda ſeu exequenda, & prout eidem *Magno Admirallo* noſtro Angliæ & *Præfecto* Claſſis Marium noſtrorum prædictorum, de tempore in tempus magis expediens viſum fuerit.

Conceſſimus præterea & dedimus de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, ac per Præſentes, de aviſamento & aſſenſu prædictis, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Thomæ Domino Seymour* Militi *Baroni Seymour de Sudeley Magno Admirallo* noſtro Angliæ & *Præfecto Generali* Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum, ut hujuſmodi Officium Magni Admiralli noſtri Angliæ ac Præfecti Generalis Claſſis & Marium noſtrorum, ac omnia & ſingula eidem Officio pertinentia & ſpectantia, per Regna & Dominia noſtra prædicta & quodlibet eorundem, meliùs & commodiùs exequi & perimplere valeat & poſſit, plenam poteſtatem & Auctoritatem, quotiens opus & neceſſe fuerit ad nominandum præficiendum ordinandum aſſignandum faciendum & conſtituendum Locumtenentem ſive Locumtenentes, Judicem ſive Judices, Viceadmirallum ſive Viceadmirallos, Commiſſarium ſive Commiſſarios, Præſidentem ſive Præſidentes, Regiſtrarium ſive Regiſtrarios, ac omnes & omnimodos alios Officiarios & Miniſtros ſub ſe neceſſarios & oportunos, pro prædicto Officio & Exercitio ejuſdem in Locis prædictis exercendo etiam idoneos, pro Termino Vitæ cujuſlibet Officiarii & Miniſtri hujuſmodi duraturos, deputandum & præficiendum, vel ad Beneplacitum dicti *Magni Admiralli* noſtri Angliæ prædicti deputandum & aſſignandum ad omnia & ſingula Præmiſſa vice & loco ſuis facienda & expedienda,

Statutaque ſive Ordinationes quaſcumq; in Officio noſtro Admiralitatis Angliæ prædictæ ſtatuendum & concedendum totiens opus fuerit, ac ea quæ fuerint repellendum.

Necnon hujuſmodi Officiarios & Miniſtros ac eorum quemlibet, ab hujuſmodi Officiis & Exercitio eorumdem, juxta juris & æquitatis exigentiam, ac dictæ Curiæ Principalis Admiralitatis noſtræ Angliæ prædictæ Conſuetudines amovere & expellere, ac alium ſive alios eorum loco ſeu locis, modo præmiſſo, ad ejus Beneplacitum, vel pro Termino Vitæ ſubſtituere ordinare facere & deputare poſſit, totiens ſibi placuerit & magis expediens videbitur:

Et inſuper de uberiori Gratia noſtra volumus & per præſentes concedimus, quod hujuſmodi Officiarii & Miniſtri habeant &
• XV. 162. percipiant omnia & ſingula * Vadia, Feoda Proficua Advantagia & Commoditates quæcumque, eiſdem Officiariis & eorum cuilibet, juxta Conſuetudinem Curiæ Principalis noſtræ Admiralitatis Angliæ prædictæ, ab antiquo debita & conſueta, abſque Compoto ſive aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris proinde reddendo ſolvendo vel faciendo:

Et ulterius de uberiori Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scien-

Cognitionem prædictam non concernunt nec reſpiciunt, dictus *Magnus Admirallus noſter Angliæ* & *Præfectus* Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum, vel ejus Officiarii ſeu Miniſtri, nullam habeant Cognitionem nec Juriſdictionem, ſeu quod hujuſmodi Contractus Placita & Querelæ, ac omnia alia infra dictum Regnum noſtrum Angliæ facta, quæ nullo modo ſunt maritima, aut quæ vel Juriſdictionis noſtræ maritimæ, ſeu Deciſionis aut Cognitionis ejuſdem, ſuperiùs limitatæ, per communem Legem dicti Regni noſtri Angliæ trierentur & terminentur, & non coram dicto *Magno Admirallo noſtro Angliæ* prædicto, nec ejus Locatenentibus Judicibus Viceadmirallis Commiſſariis Præſidentibus aut Deputatis, nec eorum aliquo:

Volumus tamen, & per Præſentes concedimus quod præfatus *Thomas Dominus Seymour Miles Baro Seymour de Sudeley Magnus Admirallus noſter Angliæ*, & *Præfectus* Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum, & ejus Locumtenens ſive Locumtenentes, ac cæteri ejus Officiarii & Miniſtri prædicti habeant Cognitionem & Deciſionem de Wrecco Maris magno ſive parvo, ac de morte ſubmerſione & viſu Corporum mortuorum quarumcumque Perſonarum, in Mare vel Fluminibus publicis, Portubus, Aquis dulcibus, ſeu Crecis quibuſcumque, infra Fluxum Maris vel Aquæ ad Plenitudinem, per dicta Regna noſtra & Dominia prædicta, ac Juriſdictionem Admiralitatis noſtræ prædictæ, qualitercumque interfectorum ſive ſubmerſorum, aut interficiendorum ſive murdratorum vel murderandorum, aut aliquo alio modo ibidem ad mortem devenientium, necnon & per Juriſdictionem Admiralitatis noſtræ prædictæ;

Cuſtodiis ac conſervatis Statutis de Wreccis Maris & de Officio Coronatorum, annis tertio & quarto *Edwardi Primi*, atque Statuto de Bonis ſpoliatis ſuper Mare venientibus in hoc Regnum noſtrum Angliæ, anno viceſimo ſeptimo *Edwardi Tertii*, Progenitorum noſtrorum quondam Regum Angliæ, reſpectivè editis & proviſis, atque Cognitione de mahemio in locis prædictis infra Fluxum Maris & Aquæ ad Plenitudinem contingente, cum Poteſtate puniendi Delinquentes in ea parte quoſcumque, juxta Juris exigentiam & Conſuetudinem Curiæ Admiralitatis noſtræ prædictæ;

* Eo quod expreſſa mentio de vero Valore annuo aut Certitu- • XV.
dine Præmiſſorum ſive eorum alicujus, aut de aliis Donis ſive 163.
Conceſſionibus, per Nos ſeu aliquem Prædeceſſorum Progenitorum noſtrorum, præfato *Thomæ Domino Seymour Militi Baron Seymour de Sudeley Magno Admirallo noſtro* & *Præfecto Generali* Claſſis & Marium noſtrorum antedictorum, ante hæc tempora factis, in præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione præſentibus Literis noſtris Patentibus, ſeu alicui Parti ſive Clauſulæ in eiſdem expreſſis vel incertis, repugnantibus Derogatoriis aut Contrariis quibuſcumque, in contrarium factis editis ordinatis ſive proviſis, ſeu aliquâ aliâ re materiâ vel cauſâ quacumque in aliquo non obſtantibus:

Mandantes ac firmiter & ſtrictè, tenore Præſentium, præcipientes, atque per dictum *Magnum Admirallum noſtrum* ex parte noſtra præcipi & mandari volentes, univerſis & ſingulis Proceribus Dominis Juſticiariis Majoribus Vicecomitibus Capitaneis Seneſcallis Ballivis Cuſtodibus Gaolorum & Carcerum noſtrorum quorumcumque, & Conſtabulariis cæteriſque Miniſtris ac fidelibus Subditis & Ligeis noſtris quibuſcumque, & eorum cujuſlibet, tam infra Libertates quam extra, quod præfato *Thomæ Domino Seymour Militi Baroni Seymour de Sudeley Magno Admirallo noſtro Angliæ* & *Præfecto Generali* Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum, ac Officiatiis Deputatis & Miniſtris ſuis quibuſcumque & eorum cujuſlibet, in prædicto Officio Admiralitatis noſtræ aſſignatis ſive aſſignandis, circa Executionem Præmiſſorum, intendentes auxiliantes faventes pariter & obedientes ſint, ac quod mandatis & præceptis quibuſcumque, ſibi vel eorum alicui, per dictum *Thomam Dominum Seymour Militem Baronem Seymour de Sudeley Magnum Admirallum noſtrum Angliæ* ac *Præfectum Generalem*

Digitized by Google

Ann. D. 1547. Ibid. m. 4. REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati, Salutem.

Vacante nuper Eccleſiâ noſtrâ Cathedrali Roffenſi, per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Henrici ultimi Epiſcopi* ibidem ad Epiſcopatum Lincolnienſem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ noſtræ prædictæ, priùs Licentiâ à nobis per eos, alium eligendi in eorum Epiſcopum & Paſtorem, petitâ pariter & obtentâ, dilectum Capellanum noſtrum, *Nicholaum Rydley* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in ipſorum Epiſcopum ac Paſtorem canonicè elegerunt ac nominaverunt, * ſicuti per eorum Literas, quas vobis mittimus Præſentibus incluſas, pleniùs liquet,

* XV. 164.

Vobis, ex aſſenſu & conſilio prædilectorum & fidelium Conſiliariorum noſtrorum ad præſens circa Perſonam noſtram attendentium, *ſignificamus*, quod dictæ quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, humilibus eorum mediantibus Supplicationibus, noſtrum Regium adhibuimus Favorem pariter & Aſſenſum, & *eundem Electum* apud vos recommendatum habemus,

Quocirca vobis mandamus quod cætera omnia quæ per vos, ad Confirmationem & Conſecrationem ejuſdem in dicto Epiſcopatu fieri conſueverunt, ſecundùm Leges & Statuta Regni noſtri Angliæ in hac parte edita & proviſa, cum favore & diligentia facere velitis,

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*De Reſtitutione Temporalium pro Epiſcopo Roffen.*

Ann. D. 1547. Ibid. REX Eſcaetori ſuo in Comitatu Kantiæ, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Roffenſi, per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Henrici ultimi Epiſcopi* ibidem ad Epiſcopatum Lincolnienſem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Roffenſis prædictæ, licentia noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, dilectum Capellanum noſtrum, *Nicholaum Ridley* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, ex conſilio & aſſenſu prædilectorum & fidelium Conſiliariorum noſtrorum ad præſens circa Perſonam noſtram attendentium, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs inde ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideo tibi præcipimus quod *præfato Electo*, Temporalia prædicta, cum pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com. Surr.*
*Eſcaetori Regis in Com. Cantebr.*
*Eſcaetori Regis in Com. Suff.*
*Eſcaetori Regis in Com. Norff.*



And that *He* further shall have and do enjoy in our ſaide Courte of Parliament in all Seſſions, all ſoche other Privilegies, Preemynences, Prerogatyves and Liberties in all things, and to all entents and effects, as, by any Lawes or Statutes heretofore made, or otherwiſe, any the Uncles by Father or Mother ſide to any of our moſt Noble Progenitours, or any Protectour of their Realms and Dominions being in the Minoritie of Yeres as *We* be, have had uſed or enjoyed, or ought to have had uſed or enjoyed in their Cours of Parliament; the Statute, concerning placing of the Lords in the Parliament Chamber and other Aſſemblies and Conferencys of Counſaill, made in the one and thirtieth Yere of the Reigne of our moſt dere Father, of moſt famous Memorye, *Kinge Henry the Eight*, or any other Statute, *&c.* notwithſtandyng, *&c.*

That expreſſe mencyon, *&c.*

In Witnes whereof, *&c.*

Witnes Our ſelff at *Weſtminſter*, the thirde Daye of Novembre.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*De Duabus Vicariis & Duabus Prebendis, pro Nicholao Roffenſi Epiſcopo.*

REX, &c. Omnibus ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1547.

Sciatis quòd Nos, ex certa Scientia & mero Motu noſtris, de Pat. 1.
Conſilio & Aſſenſu Præchariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis* E. 6. p. 3.
*Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris ac Regnorum Domi- m. 16.
niorum Subditorumque noſtrorum Protectoris, & cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, Conceſſimus & Licentiam dedimus, ac per Præſentes Concedimus & Licentiam damus Reverendo in Chriſto Patri *Nicholao Roffenſi Epiſcopo*, quòd idem *Nicholaus*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito ante Datam Præſentium, uſque ad Feſtum Nativitatis Domini, quod erit in Anno Domini *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo*, Duas Vicarias; videlicet, de Hern in Diœceſe Cantuarienſi, & de Soham in Diœceſe Norwycenſi, unà cum Duabus Præbendis; videlicet, in Eccleſia Chriſti Cantuarienſi, & in Eccleſia Weſtmonaſterienſi, cum eiſdem Privilegiis quibus, dum noſter erat ordinarius Capellanus, gaudebat, & ſingulas ſupradictas Vicarias & Præbendas poſſidebat, unà cum ſuis Juribus & Juriſdictionibus & Pertinentiis univerſis, cujuſcumque etiam Taxæ ſeu Valoris Annui illius Epiſcopatûs Fructus Redditus & Proventus exiſtant, in *Commendam*, non obſtante dicto Epiſcopatu, habeat & poſſideat ac Fructus, Redditus & Proventus earumdem percipere, atque in ejus & ſuorum Uſum & Utilitatem convertere & applicare liberè & licitè valeat ac poſſit, abſq; impedimento noſtro vel Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, aut aliorum quorumcumque, aliquibus Ordinationibus aut Conſtitutionibus Eccleſiaſticis, necnon Actis ſive Statutis in Parliamento antehac quomodolibet editis ſeu impoſterùm edendis, in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque, eo etiam non obſtante quòd expreſſa, ac de verbo in verbum, mentio hujuſmodi Ordinationum Conſtitutionum & Statutorum, ac etiam veri Annui Valoris, Fructûs, Redditûs & Proventûs earundem Vicariarum & Præbendarum, & Epiſcopatûs, aliorumq; Donorum ſeu Conceſſionum prælibato *Nicholao* antehac per Nos, ſeu quoſcumq; alios, quomodolibet factorum ſeu conceſſorum, necnon Præmiſſorum certitudo hic facta non exiſtant, aut aliquibus aliis Rebus



Cau-

Digitized by Google

Ac totum Manerium meum de Lydington, ac Parcum meum de Lydington in Comitatu Rutlandiæ cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis,

Ac etiam totum illud Dominium & Manerium meum de Spaldewike, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis in Comitatu Huntingdoniæ,

Et totum illud Dominium & Manerium meum de Bekleſwade, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, in Comitatu Bedfordiæ,

Ac etiam omnia illa Dominia & Maneria mea de Farundon, Balderton, Codington, Wynthorpe, Morelande & Newarke, ac omnia illa Bailivatum, Hundredum, Wapentagium, Burgum, & Tolnetum mea de Newarke, ac totum Caſtrum meum de Newarke, cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, in Comitatu Notinghamiæ, ac omnia illa Molendina mea, & Piſcarias meas, ac alia Hæreditamenta mea in Newarke in dicto Comitatu Notinghamiæ, modo vel nuper in tenura ſeu occupatione *Antonii Foſter*,

Ac etiam totum illud Manerium meum de Haghton & Lowthe, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, in Comitatu Lincolniæ,

Ac etiam omnia & ſingula Meſuagia Domos & Ædificia, Horrea Stabula Columbaria Ortos Pomeria Gardina Stagna Vivaria & Aquas Piſcarias Piſcationes Terras Tenementa Molendina Prata Paſcua Paſturas Communias Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Boſcos Subboſcos Redditus Reverſiones Servitia Curias Letas Viſ. Francipleg. Catalla Waviata Extrahuras, Catalla Felonum & Fugitivorum, liberas Warrennas Warda Maritagia Eſcaetas Relevia Heriotta Fines Amerciamenta Nundinas Mercata Tolneta Cuſtumas, ac omnia alia Jura Juriſdictiones Francheſias Libertates Privilegia Proficua Commoditates Emolumenta Poſſeſſiones & Hæreditamenta mea quæcumque cum Pertinentiis, ſcituata jacentia & exiſtentia in Dorcheſter Ipwell Southſtoke Copredy Wardington Cotes Newthrop Cethrop & Burton, in dicto Comitatu Oxoniæ, ac in Kyldesbye, in dicto Com. Northt. ac in Leiceſtre Thurmaſton Sewerſtone Knyghton & Asfordbye, in dicto Com. Leiceſtr. ac in Lidington in dicto Com. Rutland. & in Spaldewike in dicto Com. Hunt. ac in Bykeleſwade in dicto Com. Bedf. ac in Farundon Balderton Codington Winthorpe Moreland Newarke & Newarke Northgate, in dicto Com. Noting. & in Com. Lincoln. ac alibi ubicumque in eiſdem Comitatibus, dictis Dominiis, Maneriis, Ballivatis, & cæteris Præmiſſis ſeu eorum alicui, aut alicui eorumdem Parcellæ quoquomodo ſpectantia vel pertinentia, aut ut Membra vel Parcellæ eorumdem Dominiorum Maneriorum Ballivatorum ac cæterorum Præmiſſorum, aut eorum alicujus, aut alicujus inde Parcellæ, ante hæc habita cognita accepta dimiſſa locata occupata uſitata ſeu reputata exiſtentia, necnon omnia & ſingula alia Maneria Meſuagia Terras Tenementa Prata Paſcua Paſturas Communias Parcos Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Boſcos Subboſcos Redditus Reverſiones Servitia Curias Letas Viſ. Francipleg. Catalla Waviata Extrahuras liberas Warrenas ac omnia alia Jura Juriſdictiones Francheſias Libertates Privilegia Proficua Commoditates * Emolumenta & Hæreditamenta mea quæcunque, in Dorcheſter Ipwell Southſtoke Cropredye Wardyngton Newthrop Cetrope Burton Kyldesbye Lydington Leyceſtre Thurmaſton Seweſtorne Knyghton Asfordby Spaldewyke Bykleſwade Farundon Falderton Codington Winthorp Moreland Newarke, Newarke Northgate, Baghton & Lowth in Comitatibus prædictis, dicto Epiſcopatui meo Lincolnienſi quoquomodo unita annexa ſpectantia pertinentia vel incumbentia, aut ut Parcellæ Poſſeſſionum noſtrûm ſeu Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs ante hæc habita cognita accepta uſitata ſeu reputata exiſtentia, aut quæ *ego præfatus Epiſcopus* in jure ſeu ratione vel prætextu ejuſdem Epiſcopatûs habeo teneo gaudeo ſeu poſſideo, aut quoquomodo habere tenere gaudere vel poſſidere debeo, *XV, 167.

Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, & Anno Invictiſſimi & Illuſtriſſimi in Chriſto Principis & Domini noſtri *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, primo.

Et Memorandum *quod decimo tertio Die Octobris, Anno Regni* Edwardi Sexti, *Dei Gratiâ*, Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris, *ac in Terra* Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis, *primo*, *venit* Johannes Taylyer *Clericus Decanus Eccleſiæ Cathedralis beatæ Mariæ Lincoln. & Capitulum dictæ Eccleſiæ coram nobis* Georgio Seynctpoll *&* Vincentio Grantham *Armigeris in Eccleſia prædicta, & recognoverunt quandam Cartam huic præſent. annex. de Confirmatione & Ratificatione de certis Maneriis Terris & Tenementis infra Regnum Angliæ dicto Domino Regi per ipſos fact. & omnia in dicta Carta content. eſſe eorum fact. & per ipſos cum Sigillo ſuo Capitulari ſigillat. & petunt quod prædicta Carta ſit in Rotulis Cancellariæ Angliæ ad opus & uſum dicti Domini Regis irrotulata.*

*In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Certificationi Sigilla noſtra appoſuimus.*

Omnibus Chriſti Fidelibus, ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Radulphus Jacſon* Clericus, *Magiſter* Hoſpitalis *Henrici nuper Regis Angliæ Septimi de Savoye* in Comitatu Middleſexiæ, & *Capellani* perpetui ejuſdem Hoſpitalis, Salutem in Domino ſempiternam.

Sciatis Nos præfatos *Magiſtrum & Capellanos* unanimi aſſenſu & conſenſu noſtris, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati *Magiſter & Capellani* huic præſenti Scripto noſtro Sigillum noſtrum commune appoſuimus.

Dat. decimo die Junii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio.

* Et Memorandum *quod Die & Anno ſupraſcripto*, *XV. *prædicti* Radulphus Jacſon *Clericus* Magiſter Hoſpitalis de Savoye, 168. *&* Capellani Hoſpitalis, *venerunt coram Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma ſupradicta.*

Omnibus Chriſti Fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Willielmus*, Permiſſione Divinâ, *Norwicenſis Epiſcopus*, verus & Indubitatus Patronus Hoſpitalis Sancti Egidii in Norwico, & *Nicholaus Shaxton* nuper Epiſcopus Sarum, ac *Magiſter ſive Cuſtos* illius Hoſpitalis, & ejuſdem *Hoſpitalis Confratres*, Salutem in Domino Sempiternam.

Sciatis Nos præfatos *Epiſcopum* Patronum antedictum, ac *Magiſtrum* ſive *Cuſtodem & Confratres*, *&c.*

In quorum Teſtimonium Nos præfati *Willielmus Epiſcopus Norwicen.* Patronus prædictus Sigillum noſtrum Præſentibus appoſuimus.

Dat. in *Manerio noſtro de Hulmo*, ſexto menſis Martii, Anno Regni *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, ac in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Capitis Supremi* primo, ac in Teſtimonium omnium & ſingulorum Præmiſſorum prædictorum, Nos præfati *Nicholaus Shaxton Magiſter ſive Cuſtos* Hoſpitalis prædicti, & ejuſdem Loci *Confratres*, Sigillum noſtrum Commune appoſuimus Præſentibus.

Dat. in *Domo noſtra Capitulari* Hoſpitalis prædicti ſexto die menſis Martii, Anno Regni dicti Sereniſſimi Domini noſtri Regis primo.

Et

Digitized by Google

*forma ſupradicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus Teſpyn* Clericus Cantariſta ſeu Capellanus Cantariæ de Stanforde le Hope in Com. Eſſex. aliàs dictæ Cantariæ in Stanforde le Hope in Com. Eſſex, *Willielmus Garlonde* Generoſus, *Willielmus Gatton* Generoſus, & *Robertus Pake* Yoman, Salutem in Domino ſempiternam.
Noveritis nos præfati *Willielmum*, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto noſtro Sigilla noſtra appoſuimus.

• XV. 169. • Dat. xvi. Die Nov. Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edw. Sexti*, primo.

Et Memorandum *quod Viceſimo quinto Die Novembris, Anno prædicto, præfati* Willielmus Teſpyn *Clericus*, Willielmus Garlond, Willielmus Gatton, & Robertus Pake, *venerunt coram dicto Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus Frankelyn* Clericus, *Decanus* liberæ Capellæ Regiæ Sancti Georgii Martiris infra Caſtrum de Windeſor. in Com. Berks, & ejuſdem Loci *Canonici*, Salutem.
Sciatis Nos præfatos *Decanum & Canonicos*, &c.
In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto noſtro Sigillum noſtrum commune appoſuimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari, quartodecimo Die Februarii, Anno Regni prædicti Domini Regis *Edwardi Sexti*, Primo.

Et Memorandum *quòd decimo quarto Die Februarii, Anno ſupradicto, præfatus* Willielmus Frankelyn *Clericus venit coram dicto Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & Recognovit Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus Chriſti Fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Willielmus Kyngeſmyll* Clericus Sacræ Theologiæ Profeſſor, *Decanus* Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Winton & ejuſdem Loci *Capitulum*, Salutem.
Sciatis quod Nos præfati *Decanus & Capitulum* ex unanimi aſſenſu & conſenſu, &c.
In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ noſtræ Sigillum noſtrum commune apponi fecimus.

Dat. Viceſimo Die Junii Anno Regni dicti Domini noſtri Regis *Edwardi Sexti* Primo.

Et Memorandum *quod Sextodecimo Die Auguſti, Anno præſenti, præfati* Decanus & Capitulum, *apud Wynton. in Domo ſua Capitulari, venerunt coram* Johanne Cokke *Armigero*, & Johanne Baſſett *Armigero, virtute Commiſſionis Domini Regis eiſdem* Johanni & Johanni *conjunctim & diviſim directæ, & Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

*Meneven.* præditus eſt, quàm propter hoc quod, juxta Salvatoris noſtri Elogium, judicamus illum Virum imprimis dignum eſſe, ut ſuper multa conſtituatur qui ſuper pauca fuerat fidelis,
Ex Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento & conſenſu præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatoris*, ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum quorumcumque *Protectoris*, cæterorumque Conſiliariorum noſtrorum,
Contulimus dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes conferimus damus & concedimus, præfato Reverendo Patri *Willielmo nunc Meneven. Epiſcopo*, prædictum Epiſcopatum Bathon. & Wellen. ac eundem *Willielmum* in Epiſcopum Bathon. & Wellen. transferimus, per Præſentes, ac ipſum *Willielmum* Epiſcopum Bathon. & Wellen. ac Diœceſanum Bathon. & Wellen. prædictæ nominamus facimus ordinamus creamus & conſtituimus per Præſentes,
Habendum tenendum occupandum & gaudendum prædictum Epiſcopatum Bathon. & Wellen. eidem *Willielmo* durante Vitâ ſuâ naturali, una cum omnibus Dominiis Maneriis Terris Tenementis Hæreditamentis Poſſeſſionibus & Juribus, tam Spiritualibus quam Temporalibus, ac cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Emolumentis Auctoritatibus Juriſdictionibus & Præeminentiis quibuſcumque, eidem Epiſcopatui Bathon. & Wellen. quoquo modo ſpectantibus pertinentibus ſive incumbentibus,
Eo quòd expreſſa mentio, &c.
In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, tertio die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Conceſſione ad Vitam.*

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1548.
Sciatis quòd Nos, *Ibid.* m. 40.
De Gratia noſtra ſpeciali, certa Scientia & mero Motu noſtris, de aviſamento & aſſenſu præcariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris Regnorumque Dominiorum & Subditorum noſtrorum quorumcumque Protectoris, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum,
Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dilecto nobis *Petro Martiri Virmigli* Florentino, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Quadraginta Marcarum* legalis Monetæ noſtræ,
Habendam & gaudendam ac annuatim percipiendam dictam Annuitatem ſive annualem Redditum præfato *Petro* & Aſſignatis ſuis, durante Beneplacito noſtro, per manus Cuſtodis ſive Clerici Hanaperii Cancellariæ noſtræ pro tempore exiſtentis, de Exitibus & Reventionibus ejuſdem Hanaperii, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones annuatim ſolvendam;
Et ulterius damus & concedimus præfato *Petro Martiri* tot & tantos Denariorum Summas, ad quot & quantas dicta Annuitas ſive annualis Redditus *Quadraginta Marcarum*, pro uno Dimidio



Digitized by Google

ventionum Emolumentorum Commoditatum & Poſſeſſionum quorumcumque, eiſdem Rectoriis ſeu earum alicui quoquo modo ſpectantium ſive pertinentium, ac omnium aliarum Decimarum in *Bradleigh* in dicto Comitatu Somerſetiæ quondam Parcellarum Poſſeſſionum nuper *Monaſterii de Glaſtonbury* in dicto Comitatu Somerſetiæ, ac Eccleſiarum & Rectoriarum de *Corſton Compton Dandon* & *Caſtell Cary* in eodem Comitatu Somerſetiæ, ac Advocationum & Jurium Patronatuum Eccleſiarum illarum, ac omnium Terrarum Glebarum Pentionum Portionum Decimarum Oblationum ac aliorum Proficuorum Reventionum & Emolumentorum quorumcumque, eiſdem Rectoriis ſeu earum alicui ſpectantium vel pertinentium, quondam Parcellarum Poſſeſſionum nuper *Prioratus de Bathe* in dicto Comitatu Somerſetiæ, per, Excellentiſſimum Principem & Dominum noſtrum, Dominum *Edwardum Sextum*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ* & *Hiberniæ Regem Fidei Defenſorem*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremum Caput*, michi & Succeſſoribus meis imperpetuùm dandarum concedendarum & confirmandarum, quam pro aliis bonis & rationabilibus Cauſis & Conſiderationibus me ad præſens ſpecialiter moventibus,

Dediſſe conceſſiſſe, & hoc præſenti Scripto meo confirmâſſe præfato *Domino Regi Edwardo Sexto*, omnia Dominia & Maneria mea de *Claverton Hampton Lydeyard Compton magna* & *Compton parva* in dicto Comitatu Somerſetiæ,

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Poculchurch*, ac totum Hundredum meum de *Poculchurch* in Comitatu Glouceſtriæ,

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Chard* & Burgum meum de *Chard* in dicto Com. Somerſetiæ.

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Weſterleigh* in Com. Glouc.

Ac Maneria mea de *Chedder de Hewyſſhe* in dicto Com. Somerſ. cum eorum Juribus Membris & Pertinentiis univerſis,

Ac totum illud Meſſuagium meum vocatum *Bathe Place* quondam vocatum *le Mynerjes* in Parochia Sancti Botholphi extra Algate London.

Ac totum Scitum quondam Hoſpitalis *Sancti Johannis Wellen.* in dicto Com. Somerſ.

Ac omnes illas Firmas meas & Hæreditamenta mea de *Wedſtowne* & *Pynkeſmore* in Wedſtowne & Pynkeſmore, ſeu alibi in dicto Com. Somerſ.

Ac totam Rectoriam meam de *Everecrehe* & Advocationem & Jus Patronatûs Vicariæ Eccleſiæ Parochialis de Evercreche in dicto Com. Somerſ.

Ac omnia & ſingula Meſuagia Terras Tenementa Molendina Prata Paſturas Boſcos Subboſcos Communias Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Aquas Piſcarias Redditus Reverſiones Servitia Curias Letas Viſ. Franc. Pleg. Parcos Warrennas & Advocationes Eccleſiarum, ac omnia alia Poſſeſſiones Reventiones & Hæreditamenta mea quæcumque in *Claverton Hampton Lydeyard Compton magna Compton parva Charde Chedder* & *Hewyſſhe* in dicto Com. Somerſ. & in *Poculchurch* & *Weſterleigh* in dicto Com. Glouc. ac alibi ubicumque, dictis Dominiis & Maneriis de *Claverton Hampton Lydeyerd Compton magna Compton parva Poculchurch Charde Weſterleighe Chedder* & *Hewyſſhe*, ac dicto *Hundredo de Poculchurch*, ac dicto *Burgo de Charde*, ſeu eorum alicui quoquomodo ſpectantia vel pertinentia, aut ut Membra vel Parcellæ eorumdem Dominiorum & Maneriorum ac Hundredi & Burgi, ſeu eorum alicujus, antehac habita cognita accepta ſeu reputata exiſtentia,

Ac omnia alia Meſuagia Terras Tenementa Molendina Prata Paſturas Boſcos Subboſcos Communias Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Aquas Piſcarias Redditus Reverſiones Servitia Curias * Letas Viſ. Franc. Pleg. Parcos liberas Warennas & Advocationes Eccleſiarum, ac omnia alia Poſſeſſiones & Hæreditamenta mea quæcumque, in *Claverton Hampton Lodeyard Compton magna Compton parva Charde Chedder Hewyſſhe Axbridge Stoke Gifford Civitate Bathon.* in dicto Com. Somerſ. & in *Poculchurche* & *Weſterleigh* in dicto Com. Glouc. ac in *Parochia Sancti Botolphi* extra Algate London. ac in *Towerſtrete Old Fiſſheſtrete* & in *Pater noſter Rowe* in Civitate London.

* XV. 172.

cæterorum Præmiſſorum ſuperius expreſſorum & ſpecificatorum, ac per Præſentes, ut præfertur, datorum & conceſſorum cum Pertinenſiis, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque provenientia ſive creſcentia,

Habenda eidem *Domino Regi* abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde michi præfato *Epiſcopo* quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto meo Sigillum meum appoſui.

Dat. viceſimo die Maii, anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edwardi Sexti* ſecundo.

Et nos *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Andreæ Wellen. Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem Scripto expreſſa & ſpecificata, quantùm pertinet ad prædictum *Epiſcopum* in Præmiſſis, pro nobis & Succeſſoribus noſtris ratificamus approbamus & confirmamus per Præſentes;

Salvis ſemper nobis & Succeſſoribus noſtris toto Jure Titulo & Intereſſe quæ ad præſens habemus, de & in Eccleſiis Rectoriis ac Advocationibus Eccleſiarum & Vicariarum de *Cheddre* & *Lydearde Epiſcopi* in Com. Somerſ. ac Rectoriæ & Advocationis *Vicariæ de Poculchurch*, in Com. Glouc. ac omnibus aliis Terris Tenementis & Francheſiis noſtris in Villis ſeu Parochiis in dicto Scripto dicti *Epiſcopi* expreſſis & ſpecificatis, exiſtentibus.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus comune Sigillum noſtrum appoſuimus.

Dat. in *Domo noſtra Capitulari*, viceſimo primo die Maii, anno Regni dicti Domini *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, ſecundo.

Et MEMORANDUM *quod*, *tam* præfatus Epiſcopus *quam præfati* Decanus & Capitulum, *viceſimo ſeptimo die Septembris*, *Anno ſuproſcripto*, *venerunt coram*, Willielmo Hartgill *Commiſſionario dicti* Domini Regis, *in Domo Capitulari* Decani & Capituli Wellen. *prædicta*, *aſſignato*, *& recognoverunt Scriptum prædictum*, *ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

---

### * *Pro Epiſcopo Meneven. de Conceſſione Spiritualium & Temporalium.*

* XV. 173.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Cum, per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato 1548.
apud Weſtmonaſterium Quarto Die Novembris Anno Regni no- Pat. 2.
ſtri Primo, ac ibidem tento, inter alia Statuta pro Republica E. 6.
noſtra edita, ordinatum enactum & ſtabilitum fuerit quod nul- p. 1.
lum Breve de Licentia Eligendi (vulgariter vocatum CONGE m. 37.
D'ESLIER) deinceps conceſſum foret, nec Electio alicujus *Archiepiſcopi* ſeu *Epiſcopi* per *Decanum & Capitulum* fieret,

Sed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cum aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicui Perſonæ, quem nos idoneum exiſtimaremus, eundem conferre poſſemus & valeamus,

Et eadem Collatio, ſic per Literas noſtras Patentes, hujuſmodi Perſonæ factas & deliberatas, Cui Nos in eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, ſeu ejus ſufficienti Procuratori vel Attornato, ſtaret & foret, ad omnia Intentiones Constructiones & Propoſita, tanti & conſimilis effectûs quanti & qualis foret, ſi Breve de Licentiâ Eligendi conceſſum, Electio ritè facta & eadem confirmata fuiſſent,

Et quod, poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona, cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari & habere Liberationem ſuam, ſeu *Breve de amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ, prout in eodem Statuto pleniùs liquet;

Ac

Digitized by Google

[illegible] primo Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### * *De Significavit pro Epiſcopo Meneven.*

* XV. 174. Ann. D. 1548. Pat. 2. E. 6. p. 1. m. 37.

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutum.

Cùm nos, Epiſcopatu Meneven. per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Willielmi nuper illius Loci Epiſcopi* ad Epiſcopatum Bathon. & Wellen. nuper vacante, dilecto nobis in Chriſto, *Roberto Ferrar* Sacræ Theologiæ Profeſſori, per Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra ſpeciali, de aviſamento & conſenſu præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatoris* ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum quorumcumque *Protectoris*, cæterorumque Conſiliariorum noſtrorum, contulerimus dederimus & conceſſerimus prædictum Epiſcopatum Menev. ac ipſum *Robertum Epiſcopum Meneven.* ac Diœceſanum Menev. prædictæ nominaverimus fecerimus ordinaverimus creaverimus & conſtituerimus per Literas noſtras prædictas, prout per eaſdem Literas noſtras Patentes pleniùs liquet & apparet; & hoc vobis, Tenore Præſentium, ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungendo mandantes, quatenus præfatum *Robertum* in Epiſcopum Meneven. conſecrare, ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis inveſtire, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Ligbes* primo Die Auguſti.

---

### *Pro Duce Somerſetiæ Protectore Regis, de Poteſtatibus.*

Ann. D. 1548. Ibid. p. 7. m. 43.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm Nos, per Literas noſtras Patentes, datas apud Weſtmonaſterium *duodecimo die Martii* Anno Regni noſtri primo, conſtituerimus aſſignaverimus ac declaraverimus, de aviſamento & conſilio diſcretorum ac honorabilium Conſiliariorum noſtrorum, ac cæterorum Procerum & Prælatorum, Regni noſtri Angliæ, præcariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatorem*, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectorem* durante minore Ætate noſtrâ, cum tam amplis Conceſſionibus, & hujuſmodi Auctoritate & Poteſtate prout Perſonæ Regiæ Majeſtatis *Gubernatori*, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectori* convenit & decet, ac prout antehac alicui *Gubernatori* aliquorum Progenitorum noſtrorum, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum ſuorum *Protectorem*, conceſſa vel donata fuerit, ac cum aliis amplis Cauſis Conceſſionum & Auctoritatum, prout in eiſdem Literis noſtris Patentibus pleniùs apparet:

Quæ quidem Conceſſiones Auctoritates & Clauſæ, ex adviſamento Conſiliariorum noſtrorum, volumus & mandamus, per Præſentes, quòd habeantur interpretentur & adjudicentur ampliſſimo liberaliſſimo ac beneficentiſſimo modo pro Amplificatione Augmentatione ac Manutenentia Auctoritatum Poteſtatum Præ-

Quapropter omnibus & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Militibus Armigeris Majoribus Ballivis Locumtenentibus ac omnibus aliis dilectis Subditis noſtris, necnon omnibus Imperatoribus Regibus Principibus Ducibus Dominis ac omnibus aliis Principibus Monarchiis & Potentatibus forinſecis & alienigenis, ſignificamus declaramus & innoteſcimus quòd,

Cùm conſtituerimus & ordinaverimus prædictum præchariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Regiæ *Gubernatorem* ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectorem*, durante minore Ætate noſtrâ Regiâ prædictâ in dictis Literis Patentibus expreſsâ,

Intentio & Animi noſtri ſententia fuit & nunc eſt quòd, per eaſdem Literas noſtras Patentes, fecimus & ordinavimus, ac per has Literas noſtras Patentes facimus conſtituimus & ordinamus, antedictum præcariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſet.* LOCUMTENENTEM NOSTRUM ac CAPITANEUM GENERALEM pro Guerris & Bellis, tàm infra omnes & ſingulos Comitatus & Provincias infra Regna & Dominia noſtra quæcumque ſeu aliquam partem eorumdem, quàm in omnibus & ſingulis aliis Regionibus Dominiis & Locis ubicumque, tam citra Mare quàm ſuper & ultra Mare, ſeu alibi ubicumque Caſus evenerit, ac ubicumque & quandocumque neceſſarium vel expediens prædicto *Avunculo noſtro* fore videbitur;

Et etiam dedimus, & per Præſentes damus & concedimus, eidem *Avunculo noſtro* plenam Poteſtatem & Auctoritatem, non ſolùm hac vice, ſed impoſterùm, de tempore in tempus, cum & quotiens ſibi videbitur expedire, pro Defenſione ſeu Munitione Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum vel pro Invaſione alienorum Regnorum ſive Dominiorum, pro neceſſaria Subjugatione & Cohertione Inimicorum & Hoſtium noſtrorum, ſeu pro juſta adeptione & obtentione Juris noſtri, vel ut eoſdem Inimicos & Hoſtes in Ditionem noſtram redigeret, aut pro aliqua alia re cauſa vel materia quacumque neceſſaria ſeu quocumque modo opportuna convocandi atque colligendi omnes & ſingulos Ligeos & Subditos noſtros cujuſcumque ſtatûs fuerint, per ſingula Regna & Dominia noſtra & quamlibet Partem eorumdem, ſeu tot & tantos eorumdem prout ſibi videbitur neceſſarium,

Eoſque, ſic convocatos, arraiandi & delegendi ſeu eligendi,

Et ſic arraiatos & electos benè & defenſibiliter armari faciendi & mandandi,

Monſtrationes eorumdem in Locis congruis & oportunis accipiendi & ſupervidendi,

Ac alium forinſecum Auxilium, ſeu alios Militos ſeu Soldarios forinſecos, juxta ſanam ejus Diſcretionem, conducendi atque diſponendi,

De Theſauro noſtro Munitionum Artillariorum Tentorum Pavilionum, pro Equis Navibus Caracatis Galeis & aliis Navibus quibuſcumque, ac de omnibus aliis rebus noſtris quibuſcumque, pro ſecuriori Defenſione & Tuitione noſtrâ ac Regnorum & Subditorum noſtrorum, & Expeditione Rerum noſtrarum fiendâ, tam per Mare quam per Terram, per ſanam ejus Diſcretionem capiendi & recipiendi,

Et prædictos Ligeos & Subditos noſtros, in forma prædicta arraiatos electos atque armatos, tam Equites Pedites & Sagittarios, quam omnia alia Armorum ſeu Armaturarum genera quæcumque,
unà cum Munitionibus & aliis * neceſſariis Belli, Adducendi & * XV. 176.
Cariandi aut adduci & cariari Faciendi, non ſolùm in quemcumque locum Regnorum & Dominiorum noſtrorum, pro Repulſione Hoſtium & Inimicorum noſtrorum ac Defenſione noſtra &

Sub-

ter, Caſtigandi & Incarcerandi, atque ſic incarceratos juxta ejus Diſcretionem Solvendi & Deliberandi,

Necnon quaſcumque Cauſas Criminales, tam Vitæ quàm Membrorum Mutilationes, ac de morte Hominis quàm alias Cauſas Contractus & Querelas omnium & ſingulorum de & in Dominiis & Territoriis noſtris prædictis, ac de & in Exercitu prædicto exiſtentium & futurorum, per ſe vel per ſufficientem Deputatum ſuum Audiendi & Terminandi, ac hujuſmodi Delinquentes juxta eorum Demerita Puniendi & Caſtigandi, Pœnaſque Mortis & Membrorum quotiens opus fuerit, Inſligendi, & eoſdem, ſi videbitur, Pardonandi & Deliberandi,

Necnon Salvos Conductus generales ac ſpeciales ubicumque Locorum, tam per Mare quàm per Terram, quibuſcumque Perſonis, ex cauſis prædictis *Avunculum noſtrum* moventibus, per Literas ſuas ſub Sigillo ſuo conficiendas de tempore in tempus, quotiens & quando ſibi placuerit, Promittendi, Concedendi & Donandi:

Et, quoniam prædictus *Avunculus noſter*, ut *Gubernator* Perſonæ noſtræ Regiæ, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protector*, propter diverſas graves & urgentes Cauſas Nos & Regna noſtra tangentes neceſſarias, plurima Agenda Conferenda & Tractanda cum extraneis & forinſecis Imperatoribus Regibus Principibus Ducibus Poteſtatibus Marchionibus, & aliis Rectoribus habiturus indies ſit, Propoſuimus Intendebamus & Decrevimus per prædictam Conceſſionem, Literaſque Patentes noſtras prædictas, & nunc etiam de Aviſamento prædicto per Præſentes Volumus & Concedimus quòd prædictus Præcariſſimus *Avunculus noſter* plenam abſolutamque Poteſtatem & Auctoritatem habeat & gaudeat ad Interloquendum Tractandum Concludendum Faciendum, ac Determinandum Treugas Inducias Fœdera Ligas Abſtinentias, Pacis ſeu Belli & Guerræ, ſeu aliquam aliam Ligam aut Tractatum cum quovis exteriori aut forinſeco Imperatore Rege Principe Duce Poteſtate, aut alia quacumque Perſona, ſive aliis quibuſcumque Perſonis, de & ſuper Clauſulis Articulis Conditionibus Promiſſionibus ac Pactis, qualia & quæ dicto *Avunculo noſtro*, pro Commoditate, Utilitate & Securitate Noſtri ac Regnorum noſtrorum prædictorum, congrua apta oportuna & convenientia videbitur, & Regno noſtro expediri,

Necnon, ſuper Diſſolutione ac Diruptione dictarum Treugarum, Induciarum Abſtinentiarum Tractatuum Fœderum Ligarum, aut aliquorum hujuſmodi Pactorum,

Indicere aut declarare Guerram & Bellum in quaſcumque exte-
* XV. 177. ras Perſonas * hujuſmodi Inducias Ligas ſeu Fœdera dirumpere præſumentes, idque re ipſâ gerere manutenere & proſequi, nomine noſtro ac pro re noſtra, in tam amplis modo & formâ prout noſmetipſi idem ac eadem facere ac facere poſſimus ſi ibidem perſonaliter intereſſemus:

Et ulterius, quicquid uſquam rerum ſive quodcumque prædictus præcariſſimus *Avunculus noſter* gravi conſideratâque Prudentiâ ſuâ in Præmiſſis ſeu aliquâ parte Præmiſſorum, juxta ejus ſanam Diſcretionem fecerit egerit ſeu geſſerit, vel faciet aget ſeu geret, durante minori Ætate noſtrâ prædictâ, volumus & firmiter promittimus de aviſamento prædicto, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, eadem omnia & ſingula rata grataque eſſe & fore, & eadem omnia ſic accipi & conſtrui per Nos, & accipienda & conſtruenda fore, tanquam per noſmetipſos facta habita ſive geſta fuerunt vel fuerint, ac tanquam eo ipſo tempore quo fuerunt vel erunt facta ſive geſta noſmetipſi plenæ & perfectæ Ætatis exiſtens eadem fecimus vel fecerimus, ſeu eiſdem conſenſerimus;

Et generaliter, de Aviſamento prædicto, damus & concedimus prædicto *Avunculo noſtro* plenam Poteſtatem & Auctoritatem faciendi & perimplendi, ac fieri & perimpleri cauſandi & mandandi omnia & ſingula quæcumque ad Officium *Locumtenentis* ſeu *Capitanei Generalis* cujuſcumque in Guerra ſeu Bello, tam in tempore noſtro quàm in tempore Progenitorum noſtrorum, quo- [illegible] Integritate confidimus & habemus, univerſa & ſingula Præmiſſa cum omni diligentia exequi proſequi & perficere, ac exequenda proſequenda & perficienda diligenter curare,

Quamobrem volumus & firmiter injungentes præcipimus omnibus & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Admirallis Viceadmirallis Majoribus Vicecomitibus Ballivis Conſtabulariis Locumtenentibus Capitaneis Officiariis Miniſtris Nautis Marinariis Militibus Souldiariis & cæteris quibuſcumque Ligeis & Subditis noſtris, aliiſque omnibus, ad quos virtute Præſentium quicquid ſpectat agendum, quod ipſi omnes & ſinguli ſub Pœna Ligeantiæ ſuæ ſint attendentes adjuvantes & auxiliantes prædicto *Avunculo noſtro*, ſive ejus Locumtenenti ſive Locumtenentibus, Capitaneo ſive Capitaneis, Deputato ſive Deputatis, ut præfertur, per prædictum *Avunculum noſtrum* ordinandis, tam per Mare quàm per Terram, ac ſi ibidem perſonaliter Præſentes intereſſemus.

Et ulteriùs volumus ac de Aviſamento prædicto mandamus &
concedimus quod tam prædictus præcariſſimus * *Avunculus noſter* * XV. 178.
ac alii Locumtenens ſive Locumtenentes, Capitaneus ſive Capitanei, ſic per prædictum *Avunculum noſtrum* conſtitui ſive deputati, ut præfertur, quàm alii omnes & ſinguli noſtri Ligei Homines, ac Subditi, ſic per *dictum Avunculum noſtrum* collecti convocati ac congregati fuerint, & de cætero ſint acquietati & exonerati de omnibus Forisfacturis Dampnis Cenſuris Pœnis Moleſtationibus, & quæ vel quas dictus *Avunculus noſter* ſeu aliquis alius Subditorum noſtrorum incurrere ſeu incidere poſſit vel poſſint circa executionem Præmiſſorum, ratione vel prætextu alicujus Statuti Actûs ſeu Proclamationis antehac habitorum editorum ſive factorum; aliqua Lege Actu ſive Statuto in contrarium factis non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, undecimo Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Univerſitatibus Cantabrigiæ & Oxonii de Commiſſariis ad Viſitandum conſtitutis.*

REX, &c. Ann. Dni
Reverendis in Chriſto Patribus, 1548.
*Thomæ Elienſi*, Pat. 2.
Et *Nicholao Roffenſi*, E. 6.
Epiſcopis, p. 3. m.
Prædilectis & Fidelibus Conſiliariis noſtris, 26. dor.
*Willielmo Paget* Ordinis Garterii noſtri Militi, Hoſpitii noſtri Antigrapho ſeu Contrarotulatori,
*Thomæ Smyth* Secretario noſtro,
*Johanni Cheeke* noſtræ Adoleſcentiæ Inſtitutori,
Et *Willielmo Maye* Legum Doctori Supplicum Libellorum Magiſtro & Decano Sancti Pauli,
Et,
*Thomæ Wendrie* Medico noſtro Medicinæ Doctori, Salutem.

Cùm præclarum & inſigne Monumentum Sereniſſimi noſtri Regni Poſteris edere ſtuderemus & deliberaremus, cum Avunculo noſtro cariſſimo *Edouardo Duce Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatore* &c. omnium Terrarum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectore*, & cæteris Conſiliariis noſtris ſuper hac Re, & ſuper Exornatione Eccleſiæ noſtræ Anglicanæ & Hibernicæ (cujus *Supremum Caput* ſub Chriſto in Terris nos ſumus &

ag-

Digitized by Google

[illegible] ac ignavos, atque Culpabiles condignis Pœnis, uſque ad Dignitatum Societatum ac Officiorum ſuorum Privationem, aut Stipendiorum Proventuum & Emolumentorum ſuorum quorumcumque Sequeſtrationem, vel quamcumque aliam congruam & competentem Cohertionem, puniendum & coercendum, atque ad probatiores vivendi Mores modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis reducendum,

Contumaces autem & Rebelles, cujuſcumque ſtatûs & conditionis fuerint, ſi quos inveneritis, tam per Cenſuras Eccleſiaſticas quam etiam Incarcerationem ac Recognitionum acceptationem, & quæcumque alia Juris Regni noſtri Remedia compeſcendum,

Pecunias impendendas quotannis in Exequias & Convivia, aut in Lectiones publicas vel privatas, ad alios Uſus magis convenientes, aut in alias formas convertendum,

Pecunias item in aliquo Collegio impendendas, ex Fundatione ejuſdem Collegii in Choriſtas Cantores & alias Impenſas, ratione quotidiani Servitii, ut vocant, Eccleſiaſtici, aut in Pueros Grammaticales, ad Alimentum Sociorum vel Scholaſticorum ad Philoſophiam vel alias Literas diſcendorum, in eodem vel alio Collegio conſtituendorum, convertendum,

Magiſtros Præpoſitos Præſidentes Socios vel Scholares quoscumque, illis Officiis indignos, non proficientes, Statutis Collegii, vel Commodo Reipublicæ & bonarum Literarum, id exigentibus, expellendum & amovendum, & alium vel alios in amotorum loco præficiendum & ſubſtituendum,

Ceſſiones præterea quorumcumque Præpoſituras Magiſteria Præſidentias Gardianias Societatum, ſeu Officia in locis prædictis habentium, coram vobis factas ſeu exhibitas, auctoritate noſtrâ admittendum, eaque vacare & pro vacantibus decernere, & in Loca, ſic per Ceſſionem aut alio quovis modo vacantia, Perſonas habiles & idoneas ſubſtituendum,

Collegia duo vel plura, ſive noſtræ ſive cujuſcumque alterius Fundationis fuerint, ſi vobis ex utilitate Academiæ videbitur, in unum conjungendum,

Cantarias, nominaque Cantariarum, in quocumque Collegio fundatæ fuerint, & earum Fundationes mutandum, aliaſque Appellationes illis imponendum, & Fructus Redditus ac Proventus dictarum Cantariarum ad Scholarium Exhibitionem aſſignandum,

Et dictæ *Univerſitatis noſtræ* & Collegiorum ac Aularum Incorporationes Fundationes Statuta Ordinationes Privilegia Compoſitiones Computus & alia Munimenta quæcumque exigendum & recipiendum, eaque diligenter examinandum & diſcutiendum,

Formas Officiorum Divinorum, & Diſputationum & publicarum Lectionum Collationis quoque Graduum & Honorum, qui Eruditionis proponuntur ſtudioſis, immutandum, & in commodiorem Rationem inſtituendum,

Necnon Injunctiones & Statuta quæ vobis pro commodiore Ordine videbuntur idonea, Perſonis in eiſdem degentibus, nomine noſtro tradendum, & vice & auctoritate noſtris eis indicendum & aſſignandum, Pœnaſque convenientes in eorum Violatores infligendum & irrogandum,

Statutaque Ordinationes Conſuetudines & Compoſitiones, ſi quas compereritis eiſdem contrarias ſive repugnantes, tollendum & penitùs annichilandum,

Juramentum inſuper Obedientiæ & Fidelitatis Nobis & Hæredibus noſtris debitarum, deque removenda renuncianda, penituſque abneganda *Epiſcopi Romani* prætenſa uſurpata & ficta auctoritate, & quæcumque alia Juramenta, ex Statutis Regni noſtri



ctum, pleniùs & uberiùs ſub Sigillo noſtro Angliæ, illud Collegium plenè ſtabiliverimus, Magiſtris autem Sociis ac Scholaſticis Collegii vel Collegiorum, quæ propter hanc Cauſam Diſſoluta erunt, per Penſiones Annuas, vel aliter pro veſtro Arbitrio, Providendi;

Dedimus quoque Vobis Authoritatem *Collegium Medicinæ*, in aliquo idoneo Loco dictæ *Univerſitatis*, Conſtituendi, Deputando aliquod unum Collegium illi Studio quodcumque Vobis videbitur, & eos Socios in illo Collegio, ſic Medicinæ deputando, qui ad Medicinam Studium ſuum velint convertere, ſi ad hoc per Vos idonei judicabuntur, Socios *Collegii noſtri Medici* Faciendi, Eos verò qui nolint ſequi illam Artem, vel ad eandem minus idonei judicabuntur, in alia Collegii Transferendi, vel Penſiones Magiſtro ſive Sociis illius Collegii Aſſignandi:

Mandantes omnibus & ſingulis Vicecomitibus Majoribus & Ballivis, ac quibuſcumque aliis Officiariis, Miniſtris & Subditis noſtris, quotannis, ut vobis & cuilibet veſtrûm, in & circa Præmiſſorum executionem, effectualiter aſſiſtant auxilientur & ſuffragentur; aliquo alio Statuto, &c. aut aliqua aliâ Re, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, duodecimo Die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Præſentatione ad Rectoriam in Marchiis Caleſiæ.*

REX Omnibus ad quos, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino *Thomæ*, Permiſſione Divinâ *Cantuar. Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati, ejuſve in Abſentia Vicario ſuo in Rebus Eccleſiaſticis Generali cuicumque, Salutem. — Ann. D. 1548. *Pat. 2. E. 6. p. 1. m. 32.*

Ad Rectoriam & Eccleſiam Parochialem *de Scales*, in Comitatu *Guyſnes*, in Marchiis noſtris *Caleſii*, modò vacantem per liberam Reſignationem *Roberti Skeffe* Clerici ultimi Incumbentis ejuſdem, & ad noſtram Præſentationem & Donationem pleno jure ſpectantem, Dilectum Nobis in Chriſto *Andream Beſte* Capellanum, Vobis, de Aviſamento & Aſſenſu Præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum *Protectoris*, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, Præſentamus per Præſentes;

Rogantes quatenus dictum *Andream* ad prædictam Rectoriam & Eccleſiam admittere, Ipſumque in Rectoriam ejuſdem Eccleſiæ inſtitui & induci facere, cum omnibus ſuis Juribus Fructibus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula peragere expedire & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo Die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

Y

*Pro*

Digitized by Google

fato *Sebaſtiano Caboto*, tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas dicta Annuitas ſive annualis Redditus *Centum Sexaginta ſex Librarum Treſdecim Solidorum & Quatuor Denariorum* à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque ſe extendit & attingit,

Habendas & Recipiendas præfato *Sebaſtiano Caboto* & Aſſignatis ſuis de Theſauro noſtro prædicto, per manus prædictorum Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum, de Dono noſtro, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succesſoribus noſtris proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

55 *De Poteſtatibus ad inquirendum ſuper Heretica Pravitate.*

Ann. D. REX,
Reverendiſſimo in Chriſto Patri,
1549. *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Me-
An. 3. tropolitano,
E. 6. Ac Reverendis in Chriſto Patribus,
Pat. 3. *Thomæ Elienſi*,
E. 6. *Nicholao Wigornienſi*,
p. 6. m. *Thomæ Weſtmonaſterienſi*,
18. *Georgio Ciceſtrenſi*,
*Henrico Lincolnienſi*,
Ac *Nicholao Roffenſi*,
Epiſcopis:
Prædilectiſque & Fidelibus Conſiliariis noſtris,
*Willielmo Petre*,
*Thomæ Smith*,
Militibus, Secretariis noſtris:
Dilectis Nobis,
*Richardo Coxe* Elimoſinario noſtro,
*Antonio Cooke* Militi,
*Jacobo Hales* Militi,
Servientibus ad Legem:
*Willielmo Mey* Decano Sancti Paull,
*Johanni Taylour* Decano Lincolniæ,
*Willielmo Cooke* Decano de Arcubus,
*Simoni Haynes* Decano Exon.
*Johanni Redman*,
*Hugoni Latymer*,
*Egidio Eyre*,
Et *Tonge*,
Sacræ Theologiæ Profeſſoribus:
*Croke*,
*Richardo Lyell*,
Et,
*Rolando Taillour*,
Legum Doctoribus:
*Johanni Goſnold* Armigero,
Et *Willielmo Cycill*,
Salutem.

Etſi Regibus quidem omnibus; qui Chriſti Nomen profitentur, nihil æquè incumbat ac Fidem Chriſtianam, in ſuo Populo ac in Eccleſiis ſuæ Auctoritati * Regiæ ſubjectis, Sartam Te-
* XV. 182. ctam atque Incolumem conſervare; nobis tamen, qui Fidei Defenſor peculiari quodam Titulo vocitamur, maximè præ cæteris Curæ eſſe debet, ut non ſolùm pro viribus annitamur ut Chriſti Religio quampuriſſimè atque integerrimè noſtro Populo tradatur, verùm etiam ut omni quâ poſſumus ratione caveamus ne Chriſti Adverſarius, ut eſt ſemper ad omnia corrumpenda paratus, noxium Hæreſeos Semen & Labem malæ Doctrinæ clancius poteritis, de veritate Præmiſſorum etiam ſummariè & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura Judicii, cognoſcendum inquirendum & inveſtigandum,

Et ſi, per Examinationem & Inquiſitionem hujuſmodi, aliquem de alicujus Hæreſeos, ſeu impiæ Opinionis Crimine contractum & involutum eſſe deprehenderitis, ab Erroribus ſuis revocandum,

Eumque, ſi Errorum ſuorum pertæſum eſſe compereritis, ad Errorum ſuorum hujuſmodi Abjurationem & Renunciationem inducendum,

Et ſubſequenter in Sacroſanctæ Eccleſiæ Gremium admittendum, aliaſve prout Juris & Æquitatis ratio perſuaſerit, abſolvendum & dimittendum,

Pœnitentiaſque ſalutares & condignas pro commiſſis infligendum & imponendum;

Pertinacem verò, & obſtinatum Erroribus ſuis deſperatè immerſum, ſi quem deprehenderitis, ex Cœtu Fidelium ejiciendum & exterminandum, ac Seculari Poteſtati, ſi ita Facti atrocitas expoſcat, committendum tradendum & liberandum;

Necnon omnes & ſingulos Rectores Vicarios Clericos & Miniſtros Eccleſiaſticos quoſcumque, ac Laicos cujuſcumque Conditionis exiſtant, *Librum appellatum*, &c. aut divina Officia in eodem expreſſa & inſerta, vel aliquam partem eorundem contempnentes ſpernentes adverſantes ſive obloquentes, ſi qui tales ſuſpecti reperti detecti inquiſiti aut accuſati fuerint, juxta vim formam & effectum Statuti in ea parte editi & proviſi, puniendum & corrigendum;

Cæteraque omnia & ſingula faciendum exercendum & expediendum quæ circa dictæ Inquiſitionis & Examinationis Negotia neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna,

Vobis xxv. xxiv. xxiii. xxii. xxi. xx. xix. xviii. xvii. xvi. xv. xiv. xiii. xii. xi. x. ix viii. vii. vi. v. iv. aut tribus veſtrûm (quorum *Archiepiſcopum Cantuarien. Epiſcopum Elien. Epiſcopum Wigorn. Epiſcopum Weſtm. Epiſcopum Ciceſtren. Epiſcopum Lincol. Epiſcopum Roffen Willielmum Petre*, *Thomam Smythe*, *Ricardum Coxe*, aut *Willielmum Mey*, unum eſſe volumus, & in executione Præmiſſorum intereſſe) de quorum ſana Doctrina Fidei Zelo, Vitæque & Morum Integritate, exactaque in rebus gerendis Dexteritate, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, Vices noſtras committimus, ac plenam, Tenore Præſentium, concedimus Facultatem,

Cum Poteſtate pleniſſimâ Perſonas ſic detectas denunciatas inquiſitas vel ſuſpectas, evocandi coram vobis, & Carceri & Vinculis, ſi opus fuerit * mancipandi, ac Teſtes quoſcumque, pro * XV. 183.
veritate Præmiſſorum explicanda & eruenda, quomodolibet requiſitos, coram vobis quibuſcumque Diebus & Locis veſtro arbitrio in hac parte limitandi evocandi & citandi, eoſdemque Teſtes ſeſe ſubtrahentes omnibus modis & Juris Remediis quibuſcumque compellendi,

Cumque omniâ aliâ Juriſdictionis & Auctoritatis noſtræ legitimâ Cohertione in hac parte & poteſtate, voſque ad effectus prædictos Cognitores Inquiſitores Judices & Commiſſarios noſtros nominamus facimus conſtituimus & deputamus per Præſentes;

Eo non obſtante quod Denunciatio ſive Indictatio contra Perſonas prædictas ejuſmodi in hac parte non proceſſit, ſive aliquibus aliis Statutis aut Ordinationibus in Parliamento noſtro in contrarium editis ſeu proviſis, in quibus major forſan Solempnitas & Circumſtantiæ ad hujuſmodi exequenda Negotia requiruntur, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque:

Mandamus omnibus & ſingulis Theologis & Juriſperitis, necnon Majoribus Vicecomitibus Ballivis aliiſque Officiariis & Miniſtris noſtris quibuſcumque, quatinus vobis in & circa Præmiſſorum Executionem effectualiter, ſi per vos requiſiti & interpellati fuerint, aſſiſtant & ſuffragentur.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Leighes*, duodecimo Die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

*De*

Digitized by Google

ac Virtutis in reliquas partes Provinciarum & Regnorum noſtrorum ſolet propagari, ut illæ in integrum perfectum & Eruditioni ac Virtuti maximè convenientem Statum reponerentur, & ut hæ Leges Mores Conſuetudines atque Ordines in *Oxoniæ* & *Cantabrigiæ* Academiis per Nos conſtituerentur, quæ poſſent maximè facere in Honorem Chriſti, & Gloriam Regni noſtri, & Virtutum ac bonarum Literarum uberrimum Proventum, unde non Angliæ ſolùm & Hiberniæ, verùm exteræ quoque Nationes, Lucem poſſent accipere.

In qua deliberatione cum circumſpiceremus quoſdam Viros Idoneos, & Literariæ Rei non ignaros, ad iſtud quod maximè cuperimus nomine ac vice noſtris præficiendos delegare poſſemus,

De Aviſamento & Conſilio prædicto, aſſignavimus vos ſeptem ſex quinque quatuor tres duos & unum veſtrûm Delegatum ſeu
* XV. 184. Delegatos noſtros, * Commiſſarium ſive Commiſſarios, ad ea quæ infra ſcribuntur exequendum,

Ad viſitandum igitur in Capite & Membris, tam liberam *Capellam* noſtram infra Caſtrum noſtrum de *Wyndſore* & *Collegium de Wynton* ex Fundatione *Willielmi Wickham*, quam univerſam Diœceſim noſtram *Oxoniæ* præcipuè verò *Univerſitatem noſtram Oxon.* ac omnia & ſingula Collegia Aulas Hoſpitia & Loca alia quæcumque Exercitio Scholaſtico deputata, tam exempta quam non exempta, ibidem conſtituta, eorumque Præpoſitos Magiſtros Gardianos Rectores ſive Cuſtodes, ac Socios Scholares Studentes Miniſtros & Perſonas alias quaſcumque in eiſdem commorantes,

Deque Statu Locorum hujuſmodi, necnon Studio Vitâ Moribus & Converſatione, ac etiam Qualitatibus Perſonarum in eiſdem degentium ſeu miniſtrantium, modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis, inquirendum & inveſtigandum, Criminoſos ac Delinquentes, Socordes ac Ignavos, atque Culpabiles condignis Pœnis, uſque ad Dignitatum Societatum ac Officiorum ſuorum Privationem, & Stipendiorum Proventuum & Emolumentorum ſuorum quorumcumque Sequeſtrationem, vel quamcumque aliam congruam & competentem Cohertionem, puniendum & coercendum, atque ad probatiores vivendi Mores modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis reducendum,

Contumaces autem & Rebelles, cujuſcumque ſtatûs & conditionis fuerint, ſi quos inveneritis, tam per Cenſuras Eccleſiaſticas quam etiam Incarcerationem ac Recognitionum acceptationem, & quæcumque alia Juris Regni noſtri Remedia compeſcendum,

Pecunias impendendas quotannis in Exequias & Convivia, aut in Lectiones publicas vel privatas, ad alios Uſus magis convenientes, aut in alias formas convertendum,

Pecunias item in aliquo Collegio impendendas, ex Fundatione ejuſdem Collegii in Choriſtas Cantores & alias Impenſas, ratione quotidiani Servitii, ut vocant, Eccleſiaſtici, aut in Pueros Grammaticales, ad Alimentum Sociorum vel Scholaſticorum ad Philoſophiam vel alias Artes diſcendas, in eodem vel alio Collegio conſtituendorum, convertendum,

Magiſtros Præpoſitos Præſidentes Socios vel Scholares quoſcumque, illis Officiis indignos, non proficientes, Statutis Collegii, vel Commodo Reipublicæ & bonarum Literarum, id exigentibus, expellendum & amovendum, & alium vel alios in amotorum loco præficiendum & ſubſtituendum,



Ac omnia & ſingula alia, quæ circa hujuſmodi Viſitationis Inquiſitionis ſeu Reformationis totius Academiæ Negotia, ſive hic expreſſa fuerint ſive non expreſſa, quæ neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, faciendum & exequendum, vobis & ſingulis veſtrûm, de quorum Doctrina Morum & Conſilii gravitate, ac in rebus gerendis fide & induſtria, plurimùm confidimus, Vices noſtras committimus, ac plenam Tenore Præſentium concedimus Poteſtatem, etiamſi hujuſmodi ſint quæ ſpecialia verba requirunt, cum cujuſlibet congruæ & legitimæ Coertionis Poteſtate:

Et quoniam *Studium Juris Civilis* non ſolùm jam aliquot Annos deſerbuiſſe in Academia noſtra *Oxon.* verùm etiam propemodùm Extinctum eſſe Nobis indicatum eſt, præcipuam vobis omnibus Curam & Sollicitudinem imponimus, ut, quibus poteritis viis ac modis, illud excitetis & amplificetis, cui Studio ut poſſitis amplius mederi, & Fructu Laboris ac Diligentiæ Juventutem ad illud accendere, pleniſſimam ac ſummam Auctoritatem per abſolutam & Regiam noſtram Poteſtatem vobis conceſſimus, univerſum Numerum in Lege Civile Studentium in Collegio Beatæ *Mariæ* vocato *the Newe College of Oxford*, in Collegium *Animarum*, & univerſum Numerum in Artibus Studentium in *Collegio Animarum* in Collegium prædictum Beatæ Mariæ commutandum transferendum & conſtituendum prout vobis commodiſſimum fore videbitur, ſic ut in Collegio *Animarum* tantum ſint qui Legis Civilis Studio vacabunt, & in Collegio Beatæ *Mariæ* prædicto illi tantùm ſint qui Artium & Verbi Dei Studio poſthac ſemper incumbent.

Dedimus quoque Vobis Auctoritatem *Collegium Medicinæ*, in aliquo idoneo Loco dictæ *Univerſitatis*, Conſtituendi, Deputando aliquod unum Collegium illi Studio quodcumque Vobis videbitur, & eos Socios in illo Collegio, ſic Medicinæ deputando; qui ad Medicinam Studium ſuum velint convertere, & ad hoc per Vos idonei judicabuntur, Socios *Collegii noſtri Medicinæ* faciendi, eos verò qui nolunt ſequi illam Artem, vel ad eandem minus idonei judicabuntur, in alia Collegia Transferendi, vel Penſiones Magiſtro ſive Sociis illius Collegii Aſſignandi:

Mandantes omnibus & ſingulis Vicecomitibus Majoribus & Ballivis, ac quibuſcumque aliis Officiariis, Miniſtris & Subditis noſtris, quatenus vobis & cuilibet veſtrûm, in & circa Præmiſſorum executionem, effectualiter aſſiſtant auxilientur & ſuffragentur; aliquo Actu Statuto Ordinatione Proviſione Proclamatione ſive Reſtrictione, in ſe in contrarium factis editis ordinatis proclamatis ſive proviſis, aut aliqua aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, octavo Die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Protectione.*

Ann. D. 1549.
Pat. 3. E. 6. p. 2. m. 15.

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod Nos,

Ob certas Cauſas, Nos & Negotia Regni noſtri Angliæ concernentes, ex noſtra Regia Prærogativa, quam nolumus eſſe arguen-

ries Lands Tenements Rentes Services and Meales, as from this Day forwarde the ſaid *Erle* ſhall loſe by reaſon of our Service.

In witnes whereof, *&c.*

Witnes Our Selfe at *Weſtminſter*, the thirde Daye of September.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Commiſſio Thome Archiepiſcopo Cantuarienſi & aliis ad Examinandum Materiam verſus Edmundum Epiſcopum London.*

Ann. D. 1549. Pat. 6 E. 6 p. 11. m. 3. dor.

EDward the Syxte, *&c.* to the moſt Reverend Father in God *Thomas Archbiſhop of Canterbury* Metropolitan and Primate of all England, the Right Reverend Father in God, *Nicholas Buſſhope of Rocheſter*, our truſty and right welbeloved Councellours, Syr *William Petres*, and Syr *Thomas Smyth* Knighes our two Princypal Secretaries, and *William May* Doctor of the Lay Civill and Deane of Paules, Gretynge.

Yt ys come to our Knowledge that where We,

By the advyſe of our moſt enterly belowyd Uncle *Edward Duke of Somerſet* Governour of our Perſon and Protectour of all our Realmes Dominions and Subjects, and the reſt of our Privy Counſell,

Did give, to the right Reverend Father in God, *Edmunde Buſſhoppe of London*, uppon certeyn Complaynts before made unto Us, and other great Conſiderations, certeyn Injunctions to be followed don and executed, and in Sermon appoynted unto hym to preache by Us, certeyn Articles, and for more ſuer Knowledge Kepyng and Obſervynge dyd exhibite the ſame in writynge unto hym by the Handes of our ſeid Uncle, in the full ſyttynge of our Counſell;

All this notwithſtanding the ſeid *Buſſhoppe* hathe, in contempte of Us as yt may appere, overſlipped and not obſervyd certeyn of the ſeid Things to by Us enjoyned, and other ſo perverſly and negligently done, that the Things of Us mindyd to Reformation, and for a good Quyet of our Subjects, and hole Realme be converted, by the wilfull negligence or perverſite of hym, to a great occaſion of Slaunder Tumult and Grudge amongs our People, as it hath ben denounced to Us in Wrytynge by certeyn honeſte and diſcrete Perſones, and otherwiſe declaryd:

The which things, if they be ſo, We, tenderinge the Wealthe Quyetnes good Order, and Governement of our People, have not thought conveyent to be let paſſed unpunyſſhed or unreformed;

And therfore, by the adviſe aforeſeid, have appointed yowe fyve foure or thre, upon whoſe Fidelities, Wyſdoms, Dexterities and Circumſpections We have full Confidence, to call before you, aſwell the Denouncers of the ſaid Faulte, as alſo the ſeid *Buſſhoppe*, and with due Examinations and Proces according to Lawe and Juſtice, to here the ſeid Matter, and all other Matters of what kynd nature or condition ſoever they ſhall be, that ſhall be objected againſt the ſeid *Buſſhoppe* ſumarely and *de plano*, or otherwyſe as to * your Diſcretions ſhall be thought moſt mete,

* XV. 192. With full Power and Auctoritie to Suſpende Excommunicate Commit to Priſon or Depryve the ſeid *Buſſhoppe*, if the Offence ſhall ſo appere to meryte, or to uſe ony other Cenſure Eccleſiaſticall which, for the better Herynge and Determynynge of the Cauſe, ſhall be requiſite and apperteyne; any Lawe Statute or Act to the contrary notwithſtanding.

In Witnes whereof, &c.

For further Declaration whereof We do now Interprete and Declare, that our full Mynd and Pleaſure, by the advyſe aforeſeid, was by our ſeid Commiſſion, and now ys, that yowe ſhuld Procede aſwel by mere Office, as alſo by way of Denunciation, and by eyther of them, or by any other Wayes or Meanes at your Diſcretions, whereby the Truth and Merits of the Cauſe may be moſt ſpedely and beſt knowen, and that Ye myght and may aſwell finally Determine as Here the ſeid Matters in all your Orders and Doyngs, cuttyng away all vayne and ſuperſtitious Delayes, and havynge reſpect to the only Truth of the Matter, and this our Declaration We ſend unto yowe of our ſuer Knowledge and mere Motion, by the advyſe aforeſeid, ſupplyeng all Defalt, Ceremony, and Poinct of the Lawe which ſhall or may aryſe in your Doyngs, by reaſon of any Default of Wordes in our ſeid former Commiſſion or any parte thereof;

Any Lawe Statute or Acte to the contrary notwithſtanding:

And therfore We Wyll and Commaunde yowe to Procede in the ſaid Matters accordyng, aſwell to our forſeid Commiſſion, as this our Declaration; and ſo fayle ye not.

In wytnes, *&c.*

Wineſſe the *Kynge at Hampton Court* ſeventeenth Day of Septembre.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Martino Bucero de Conceſſione ad Placitum.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1549.

Sciatis quod Nos, *Ibid.*

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento præchariſſimi Avunculi * & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatoris* ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum *Protectoris*, ac cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, m. 21. * XV. 193.

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dilecto nobis, *Martino Bucero* Germano ac Sacræ Theologiæ Profeſſori, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum.*

Habendam & percipiendam ſibi & Aſſignatis ſuis, durante Beneplacito noſtro, tam per manus Clerici Hanaperii noſtri, quam per manus Theſaurarii noſtri Curiæ noſtræ Augmentationum & Reventionum Coronæ noſtræ, pro tempore exiſtentium, de Theſauro noſtro in manibus ejuſdem Clerici vel Theſaurarii pro tempore exiſtentium remanere contingente, ad duos Anni Terminos; viz. ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones annuatim ſolvendam;

Damus etiam, ac de aviſamento prædicto, per Præſentes concedimus *præfato Martino Bucero* tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas prædicta Annuitas ſive annualis Redditus *Centum Librarum*, a Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, ſe extendit & attingit, habendas eidem *Martino* ex Dono noſtro, per manus Clerici ſive Theſaurarii prædictorum, de Theſauro noſtro prædicto, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris, quoquo modo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Leighes* viceſimo ſexto Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Pro*

Digitized by Google

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* XV. 194. ★ *De Officio Magni Admiralli Angliæ Hyberniæ Walliæ Caleſiæ Boloniæ & Marchiarum.*

Ann. D. 1547. Pat. 3. E. 6. p. 2. m. 13.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod Nos,

Ob certas Cauſas & Conſiderationes Nos ſpecialiter moventes, ac in Conſideratione boni & fidelis Servitii, per prædilectum & fidelem Conſanguineum & Conſiliarium noſtrum *Johannem Comitem Warwici Vicecomitem Lyſle*, Prænobilis Ordinis Garterii Militem, magnum Camerarium Angliæ, ac Præſidentem Concilii noſtri totius Principalitatis noſtræ Walliæ & Marchiarum ejuſdem, ante hæc tempora facti & impenſi,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento aſſenſu & conſenſu Concilii noſtri, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Comiti* Officium MAGNI ADMIRALLI noſtri *Angliæ Hiberniæ Walliæ Caleſii & Bowlloigniæ*, & Marchiarum noſtrarum earumdem, *Normaniæ Gaſconiæ & Aquitanniæ*, ac ipſum *Comitem* MAGNUM ADMIRALLUM noſtrum *Angliæ Hiberniæ Walliæ Caleſiæ & Bowlloigniæ*, ac Marchiarum noſtrarum earumdem, *Normaniæ Gaſconiæ & Aquitanniæ*, necnon PRÆFECTUM GENERALEM Claſſis & Marium noſtrorum fecimus conſtituimus & ordinavimus, ac per Præſentes facimus conſtituimus & ordinamus;

Et ulterius ſciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento aſſenſu & conſenſu prædictis, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Comiti* Magno Admirallo noſtro Angliæ & Præfecto Claſſium & Marium noſtrorum prædictorum, omnia & omnimoda Juriſdictiones Auctoritates Libertates Officia Feoda Proficua Vadia Emolumenta Wrecca Maris & Maris Ejectum Regarda Advantagia Commoditates & Præeminentias quæcumque, eidem Officio Magni Admiralli noſtri Angliæ & Hiberniæ, & aliorum Locorum & Dominiorum prædictorum qualitercumque ſpectantia & pertinentia ſive incumbentia, vel aliquo modo ab antiquo & præantea debentia ſive conſueta,

Necnon tam Bona & Catalla quorumcumque Proditorum Piratorum Homicidarum & Felonum qualitercumque, infra noſtram Juriſdictionem Admiralitatis noſtræ Angliæ inferiùs limitatam, Delinquentium, quàm Bona Debita & Catalla omnium & ſingulorum eorum manutenentium acceſſariorum conſulentium auxiliantium vel aſſiſtentium quorumcumque,

Atque etiam Bona Debita & Catalla quorumcumque Perſonarum Felonum de ſe, & cujuſlibet Perſonæ Felonis de ſe, infra prædictam noſtram Juriſdictionem Admiralitatis noſtræ Angliæ prædictæ, quoviſmodo ſeu qualitercumque ad mortem devenientium, ubicumque Bona debita vel Catalla hujuſmodi, aut aliqua Parcella eorumdem, per Mare Aquam vel Terram, infra Regna noſtra prædicta ſeu Dominia noſtra eorumdem, tam infra Libertates quàm extra, fuerint inventa ſeu invenienda, foriſfacta ſive foriſfacienda, vel exiſtentia quæcumque;

Et præterea, tam Bona Debita & Catalla quorumcumque aliorum Proditorum Felonum Homicidarum ubique locorum delinquentium, ac Bona Debita & Catalla eorum Manutenentium Acceſſariorum Conſulentium Auxiliantium ſeu Aſſiſtentium, quàm

Injuriis Extorſionibus Contemptibus ac aliis Malefactis quibuſcumque, vel pro aliquâ aliâ re materiâ ſeu causâ quacumque impoſitas vel inflictas, aut imponendas vel infligendas, tam coram dicto *Magno Admirallo noſtro Angliæ* ſeu aliquo ejus Locumtenente Officiali Commiſſario Viceadmirallo vel Deputato, vigore harum Literarum noſtrarum Patentium, per eum aſſignandis vel deputandis, in aliqua Curia Admiralitatis noſtræ Angliæ prædictæ, tenta ſive tenenda, præſentata ſeu præſentanda, aſſidenda afferenda foriſfacienda vel adjudicanda, quàm etiam Amerciamenta Exitus Fines Perquiſitiones Mulctas & Pœnas pecuniarias quæcumque, ac foriſfacturas quarumcumque Recognitionum coram dicto *Magno Admirallo noſtro Angliæ* ejuſve Locumtenente Viceadmirallo Deputato vel Deputatis, ac aliis Juſticiariis noſtris ſeu Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum Admirallitatis noſtræ Angliæ prædictæ, vel tribus eorumdem, ad omnia Proditiones Felonias Roberias Murdra Homicidia Confœderationes ac alias Offenſas Tranſgreſſiones Contemptus Meſpriſiones Spoliationes & Maleficia, infra Juriſdictionem noſtram maritimam commiſſa ſive committenda, audiendum & terminandum, per Literas noſtras Commiſſionis Patentes vel per Literas Commiſſionis Patentes Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, juxta Statuta inde edita & conſuetudines Curiæ principalis Admiralitatis noſtræ Angliæ prædictæ, ſub magno Sigillo noſtro Angliæ, factis & fiendis, aſſignatis ſive aſſignandis, contingentia ſeu impoſita, aut imponenda vel infligenda, ſive aliquo modo aſſidenda afferenda foriſfacienda ſeu adjudicanda, aut aliquo modo occaſione Præmiſſorum Nobis vel Hæredibus ſeu Succeſſoribus noſtris, in ea parte qualitercumque debita ſive debenda quæcumque, eademque omnia & ſingula petend' exigend' levand' capiend' recipiend' & obtinend' ac liberè diſponend',

Habendum gaudendum occupandum & exercendum dictum Officium *Magni Admiralli* noſtri Angliæ Hiberniæ Walliæ Caleſiæ & Boulloigniæ, & Marchiarum earumdem, Normanniæ Gaſconiæ & Aquitaniæ, ac *Præfecti Generalis* Claſſis & Marium noſtrorum prædictorum, eidem *Comiti*, pro Termino Vitæ ſuæ, per ſe vel per ſufficientem Deputatum ſive Deputatos ſuos ſufficientes, unà cum omnibus & ſingulis Præmiſſis, & Rebus aliis quibuſcumque eidem Officio *Magni Admiralli noſtri* Angliæ quoviſmodo pertinentibus devenientibus incumbentibus ſive ſpectantibus, ſeu præantea ab antiquo debitis vel conſuetis, abſque Compoto ſeu aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris proinde reddendo ſolvendo ſeu faciendo; aliquibus Statutis Actibus Ordinationibus aut Reſtrictionibus in contrarium factis editis ordinatis vel proviſis, aut aliquâ aliâ re materiâ ſeu causâ quacumque in aliquo non obſtantibus:

Et inſuper, ex uberiori Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, necnon de Adviſamento Conſenſu & Aſſenſu Concilii noſtri prædicti conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Comiti* Magno Admirallo noſtro Angliæ ac Præfecto Claſſium & Marium noſtrorum prædictorum, pro Occupatione & Exercitio dicti Officii magni Admiralli noſtri Angliæ prædicti, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Ducentarum Marcarum* legalis * Monetæ Angliæ, unà cum omnibus & ſingulis cæteris præmiſſis, * XV.

Habendam levandam & percipiendam dictam Annuitatem ſive annualem Redditum *ducentarum Marcarum* legalis monetæ Angliæ, præfato *Comiti* magno Admirallo noſtro Angliæ & Præfecto Claſſium & Marium noſtrorum prædictorum & Aſſignatis ſuis, pro Termino Vitæ ſuæ, ad quatuor Anni terminos; viz. ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, æquis Portionibus annuatim ſolvendam per manus Theſaurarii Curiæ Augmentationum Coronæ noſtræ pro tempore 196.

Digitized by Google

rum in *Bradleigh* in dicto Comitatu Somerſetiæ quondam Parcellarum Poſſeſſionum nuper *Monaſterii de Glaſtonbury* in dicto Comitatu Somerſetiæ, ac Eccleſiarum & Rectoriarum de *Corſton Compton Dandon* & *Caſtell Cary* in eodem Comitatu Somerſetiæ, ac Advocationum & Jurium Patronatuum Eccleſiarum illarum, ac omnium Terrarum Glebarum Pentionum Portionum Decimarum Oblationum ac aliorum Proficuorum Reventionum & Emolumentorum quorumcumque, eiſdem Rectoriis ſeu earum alicui ſpectantium vel pertinentium, quondam Parcellarum Poſſeſſionum nuper *Prioratus de Bathe* in dicto Comitatu Somerſetiæ, per, Excellentiſſimum Principem & Dominum noſtrum, Dominum *Edwardum Sextum*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ* & *Hiberniæ Regem Fidei Defenſorem*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremum Caput*, michi & Succeſſoribus meis imperpetuùm dandarum concedendarum & confirmandarum, quam pro aliis bonis & rationabilibus Cauſis & Conſiderationibus me ad præſens ſpecialiter moventibus,

Dediſſe conceſſiſſe, & hoc præſenti Scripto meo confirmâſſe præfato *Domino Regi Edwardo Sexto*, omnia Dominia & Maneria mea de *Claverton Hampton Lydeyard Compton magna* & *Compton parva* in dicto Comitatu Somerſetiæ,

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Poculchurch*, ac totum Hundredum meum de *Poculchurch* in Comitatu Glouceſtriæ,

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Chard* & Burgum meum de *Chard* in dicto Com. Somerſetiæ.

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Weſterleigh* in Com. Glouc.

Ac Maneria mea de *Chedder de Hewyſſhe* in dicto Com. Somerſ. cum eorum Juribus Membris & Pertinentiis univerſis,

Ac totum illud Meſſuagium meum vocatum *Bathe Place* quondam vocatum *le Mynerycs* in Parochia Sancti Botholphi extra Algate London.

Ac totum Scitum quondam Hoſpitalis *Sancti Johannis Wellen.* in dicto Com. Somerſ.

Ac omnes illas Firmas meas & Hæreditamenta mea de *Wedſtowne* & *Pynkeſmore* in Wedſtowne & Pynkeſmore, ſeu alibi in dicto Com. Somerſ.

Ac totam Rectoriam meam de *Evercreche* & Advocationem & Jus Patronatûs Vicariæ Eccleſiæ Parochialis de Evercreche in dicto Com. Somerſ.

Ac omnia & ſingula Meſuagia Terras Tenementa Molendina Prata Paſturas Boſcos Subboſcos Communias Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Aquas Piſcarias Redditus Revertiones Servitia Curias Letas Viſ. Franc. Pleg. Parcos Warrennas & Advocationes Eccleſiarum, ac omnia alia Poſſeſſiones Reventiones & Hæreditamenta mea quæcumque in *Claverton Hampton Lydeyard Compton magna Compton parva Charde Chedder* & *Hewyſſhe* in dicto Com. Somerſ. & in *Poculchurch* & *Weſterleigh* in dicto Com. Glouc. ac alibi ubicumque, dictis Dominiis & Maneriis de *Claverton Hampton Lydeyerd Compton magna Compton parva Poculchurch Charde Weſterleighe Chedder* & *Hewyſſhe*, ac dicto *Hundredo de Poculchurch*, ac dicto *Burgo de Charde*, ſeu eorum alicui quoquomodo ſpectantia vel pertinentia, aut ut Membra vel Parcellæ eorumdem Dominiorum & Maneriorum ac Hundredi & Burgi, ſeu eorum alicujus, antehac habita cognita accepta ſeu reputata exiſtentia,

Ac omnia alia Meſuagia Terras Tenementa Molendina Prata Paſturas Boſcos Subboſcos Communias Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Aquas Piſcarias Redditus Revertiones Servitia Curias •
• XV. 172. Letas Viſ. Franc. Pleg. Parcos liberas Warennas & Advocationes Eccleſiarum, ac omnia alia Poſſeſſiones & Hæreditamenta mea quæcumque, in *Claverton Hampton Lodeyard Compton magna Compton parva Charde Chedder Hewyſſhe Axbridge Stoke Gifford Civitate Bathon.* in dicto Com. Somerſ. & in *Poculchurche* & *Weſterleigh* in dicto Com. Glouc. ac in *Parochia Sancti Botolphi* extra Algate London. ac in *Towerſtrete Old Fiſſheſtrete* & in *Pater noſter Rowe* in Civitate London.

rito hucuſque provenientia ſive crescentia,

Habenda eidem *Domino Regi* abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde michi præfato *Epiſcopo* quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto meo Sigillum meum appoſui.

Dat. viceſimo die Maii, anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edwardi Sexti* ſecundo.

Et nos *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Andreæ Wellen. Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem Scripto expreſſa & ſpecificata, quantùm pertinet ad prædictum *Epiſcopum* in Præmiſſis, pro nobis & Succeſſoribus noſtris ratificamus approbamus & confirmamus per Præſentes;

Salvis ſemper nobis & Succeſſoribus noſtris toto Jure Titulo & Intereſſe quæ ad præſens habemus, de & in Eccleſiis Rectoriis ac Advocationibus Eccleſiarum & Vicariarum de *Cheddre* & *Lydearde Epiſcopi* in Com. Somerſ. ac Rectoriæ & Advocationis *Vicariæ de Poculchurch*, in Com. Glouc. ac omnibus aliis Terris Tenementis & Francheſiis noſtris in Villis ſeu Parochiis in dicto Scripto dicti *Epiſcopi* expreſſis & ſpecificatis, exiſtentibus.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus comune Sigillum noſtrum appoſuimus.

Dat. in *Domo noſtra Capitulari*, viceſimo primo die Maii, anno Regni dicti Domini *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, ſecundo.

Et Memorandum *quod*, *tam* præfatus Epiſcopus *quam præfati* Decanus & Capitulum, *viceſimo ſeptimo die Septembris*, *Anno ſuproſcripto*, *venerunt coram*, Willielmo Hartgill *Commiſſionario dicti* Domini Regis, *in Domo Capitulari* Decani & Capituli Wellen. *prædicta*, *aſſignato*, *& recognoverunt Scriptum prædictum*, *ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

---

** Pro Epiſcopo Meneven. de Conceſſione Spiritualium & Temporalium.* • XV. 173.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cum, per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato 1548.
apud Weſtmonaſterium Quarto Die Novembris Anno Regni no- Pat. 2.
ſtri Primo, ac ibidem tento, inter alia Statuta pro Republica E. 6.
noſtra edita, ordinatum enactum & ſtabilitum fuerit quod nul- p. 1.
lum Breve de Licentia Eligendi (vulgariter vocatum Conge m. 37.
d'eslier) deinceps conceſſum foret, nec Electio alicujus *Archiepiſcopi* ſeu *Epiſcopi* per *Decanum & Capitulum* fieret,

Sed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cum aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicui Perſonæ, quem nos idoneum exiſtimaremus, eundem conferre poſſemus & valeamus,

Et eadem Collatio, ſic per Literas noſtras Patentes, hujuſmodi Perſonæ factas & deliberatas, Cui Nos in eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, ſeu ejus ſufficienti Procuratori vel Attornato, ſtaret & foret, ad omnia Intentiones Conſtructiones & Propoſita, tanti & conſimilis effectûs quanti & qualis foret, ſi Breve de Licentiâ Eligendi conceſſum, Electio ritè facta & eadem confirmata fuiſſent,

Et quod, poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona, cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari & habere Liberationem ſuam, ſeu *Breve de amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ, prout in eodem Statuto plenius liquet;

Ac

Digitized by Google

### * *De Significavit pro Epiſcopo Meneven.*

* XV. 174.
Ann. D. 1548. REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutum.

Pat. 2. E. 6. p. 1. m. 37. Cùm nos, Epiſcopatu Meneven. per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Willielmi nuper illius Loci Epiſcopi* ad Epiſcopatum Bathon. & Wellen. nuper vacante, dilecto nobis in Chriſto, *Roberto Ferrar* Sacræ Theologiæ Profeſſori, per Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra ſpeciali, de aviſamento & conſenſu præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatoris* ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum quorumcumque *Protectoris*, cæterorumque Conſiliariorum noſtrorum, contulerimus dederimus & conceſſerimus prædictum Epiſcopatum Menev. ac ipſum *Robertum Epiſcopum Meneven.* ac Diœceſanum Menev. prædictæ nominaverimus fecerimus ordinaverimus creaverimus & conſtituerimus per Literas noſtras prædictas, prout per eaſdem Literas noſtras Patentes pleniùs liquet & apparet; & hoc vobis, Tenore Præſentium, ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungendo mandantes, quatenus præfatum *Robertum* in Epiſcopum Meneven. conſecrare, ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis inveſtire, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Ligbet* primo Die Auguſti.

---

### *Pro Duce Somerſetiæ Protectore Regis, de Poteſtatibus.*

Ann. D. 1548. REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Id. p. 7. m. 43. Cùm Nos, per Literas noſtras Patentes, datas apud Weſtmonaſterium *duodecimo die Martii* Anno Regni noſtri primo, conſtituerimus aſſignaverimus ac declaraverimus, de aviſamento & conſilio diſcretorum ac honorabilium Conſiliariorum noſtrorum, ac cæterorum Procerum & Prælatorum, Regni noſtri Angliæ, præcariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatorem*, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectorem* durante minore Ætate noſtrâ, cum tam amplis Conceſſionibus, & hujuſmodi Auctoritate & Poteſtate prout Perſonæ Regiæ Majeſtatis *Gubernatori*, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectori* convenit & decet, ac prout antehac alicui *Gubernatori* aliquorum Progenitorum noſtrorum, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum ſuorum *Protectorem*, conceſſa vel donata fuerit, ac cum aliis amplis Cauſis Conceſſionum & Auctoritatum, prout in eiſdem Literis noſtris Patentibus pleniùs apparet:

Quæ quidem Conceſſiones Auctoritates & Clauſæ, ex adviſamento Conſiliariorum noſtrorum, volumus & mandamus, per Præſentes, quòd habeantur interpretentur & adjudicentur ampliſſimo liberaliſſimo ac beneficentiſſimo modo pro Amplificatione Augmentatione ac Manutenentia Auctoritatum Poteſtatum Præditis noſtris, necnon omnibus Imperatoribus Regibus Principibus Ducibus Dominis ac omnibus aliis Principibus Monarchis & Potentatibus forinſecis & alienigenis, ſignificamus declaramus & innoteſcimus quòd,

Cùm conſtituerimus & ordinaverimus prædictum præchariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Regiæ *Gubernatorem* ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectorem*, durante minore Ætate noſtrâ Regiâ prædictâ in dictis Literis Patentibus expreſsâ,

Intentio & Animi noſtri ſententia fuit & nunc eſt quòd, per eaſdem Literas noſtras Patentes, fecimus & ordinavimus, ac per has Literas noſtras Patentes facimus conſtituimus & ordinamus, antedictum præcariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſet.* LOCUMTENENTEM NOSTRUM ac CAPITANEUM GENERALEM pro Guerris & Bellis, tàm infra omnes & ſingulos Comitatus & Provincias infra Regna & Dominia noſtra quæcumque ſeu aliquam partem eorumdem, quàm in omnibus & ſingulis aliis Regionibus Dominiis & Locis ubicumque, tam citra Mare quàm ſuper & ultra Mare, ſeu alibi ubicumque Caſus evenerit, ac ubicumque & quandocumque neceſſarium vel expediens prædicto *Avunculo noſtro* fore videbitur;

Et etiam dedimus, & per Præſentes damus & concedimus, eidem *Avunculo noſtro* plenam Poteſtatem & Auctoritatem, non ſolùm hac vice, ſed impoſterùm, de tempore in tempus, cum & quotiens ſibi videbitur expedire, pro Defenſione ſeu Munitione Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum vel pro Invaſione alienorum Regnorum ſive Dominiorum, pro neceſſaria Subjugatione & Cohertione Inimicorum & Hoſtium noſtrorum, ſeu pro juſta adeptione & obtentione Juris noſtri, vel ut eoſdem Inimicos & Hoſtes in Ditionem noſtram redigeret, aut pro aliqua alia re cauſa vel materia quacumque neceſſaria ſeu quocumque modo opportuna convocandi atque colligendi omnes & ſingulos Ligeos & Subditos noſtros cujuſcumque ſtatûs fuerint, per ſingula Regna & Dominia noſtra & quamlibet Partem eorumdem, ſeu tot & tantos eorumdem prout ſibi videbitur neceſſarium,

Eoſque, ſic convocatos, arraiandi & delegendi ſeu eligendi,

Et ſic arraiatos & electos benè & defenſibiliter armari faciendi & mandandi,

Monſtrationes eorumdem in Locis congruis & oportunis accipiendi & ſupervidendi,

Ac alium forinſecum Auxilium, ſeu alios Militos ſeu Soldarios forinſecos, juxta ſanam ejus Diſcretionem, conducendi atque diſponendi,

De Theſauro noſtro Munitionum Artillariorum Tentorum Pavilionum, pro Equis Navibus Caracatis Galeis & aliis Navibus quibuſcumque, ac de omnibus aliis rebus noſtris quibuſcumque, pro ſecuriori Defenſione & Tuitione noſtrâ ac Regnorum & Subditorum noſtrorum, & Expeditione Rerum noſtrarum fiendâ, tam per Mare quam per Terram, per ſanam ejus Diſcretionem capiendi & recipiendi,

Et prædictos Ligeos & Subditos noſtros, in forma prædicta arraiatos electos atque armatos, tam Equites Pedites & Sagittarios, quam omnia alia Armorum ſeu Armaturarum genera quæcumque, unà cum Munitionibus & aliis * neceſſariis Belli, Adducendi & * XV.
Cariandi aut adduci & cariari Faciendi, non ſolùm in quemcum- 176.
que locum Regnorum & Dominiorum noſtrorum, pro Repulſione Hoſtium & Inimicorum noſtrorum ac Defenſione noſtra & Sub-

Ac inſuper quoſcumque, infra prædicta Dominia & Territoria noſtra ac Excercitum prædictum, Delinquentes & Contravenientes, Caſtigandi & Incarcerandi, atque ſic incarceratos juxta ejus Diſcretionem Solvendi & Deliberandi,

Necnon quaſcumque Cauſas Criminales, tam Vitæ quàm Membrorum Mutilationes, ac de morte Hominis quàm alias Cauſas Contractus & Querelas omnium & ſingulorum de & in Dominiis & Territoriis noſtris prædictis, ac de & in Exercitu prædicto exiſtentium & futurorum, per ſe vel per ſufficientem Deputatum ſuum Audiendi & Terminandi, ac hujuſmodi Delinquentes juxta eorum Demerita Puniendi & Caſtigandi, Pœnaſque Mortis & Membrorum quotiens opus fuerit, Inſligendi, & eoſdem, ſi videbitur, Pardonandi & Deliberandi,

Necnon Salvos Conductus generales ac ſpeciales ubicumque Locorum, tam per Mare quàm per Terram, quibuſcumque Perſonis, ex cauſis prædictis *Avunculum noſtrum* moventibus, per Literas ſuas ſub Sigillo ſuo conficiendas de tempore in tempus, quotiens & quando ſibi placuerit, Promittendi, Concedendi & Donandi:

Et, quoniam prædictus *Avunculus noſter*, ut *Gubernator* Perſonæ noſtræ Regiæ, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protector*, propter diverſas graves & urgentes Cauſas Nos & Regna noſtra tangentes neceſſarias, plurima Agenda Conferenda & Tractanda cum extraneis & forinſecis Imperatoribus Regibus Principibus Ducibus Poteſtatibus Marchionibus, & aliis Rectoribus habiturus indies ſit, Propoſuimus Intendebamus & Decrevimus per prædictam Conceſſionem, Literaſque Patentes noſtras prædictas, & nunc etiam de Aviſamento prædicto per Præſentes Volumus & Concedimus quòd prædictus Præcariſſimus *Avunculus noſter* plenam abſolutamque Poteſtatem & Auctoritatem habeat & gaudeat ad Interloquendum Tractandum Concludendum Faciendum, ac Determinandum Treugas Inducias Fœdera Ligas Abſtinentias, Pacis ſeu Belli & Guerræ, ſeu aliquam aliam Ligam aut Tractatum cum quovis exteriori aut forinſeco Imperatore Rege Principe Duce Poteſtate, aut alia quacumque Perſona, ſive aliis quibuſcumque Perſonis, de & ſuper Clauſulis Articulis Conditionibus Promiſſionibus ac Pactis, qualia & quæ dicto *Avunculo noſtro*, pro Commoditate, Utilitate & Securitate Noſtri ac Regnorum noſtrorum prædictorum, congrua apta oportuna & convenientia videbitur, & Regno noſtro expediri,

Necnon, ſuper Diſſolutione ac Diruptione dictarum Treugarum, Induciarum Abſtinentiarum Tractatuum Fœderum Ligarum, aut aliquorum hujuſmodi Pactorum,

Indicere aut declarare Guerram & Bellum in quaſcumque exteras Perſonas * hujuſmodi Inducias Ligas ſeu Fœdera dirumpere

* XV. 177. præſumentes, idque re ipſâ gerere manutenere & proſequi, nomine noſtro ac pro re noſtra, in tam amplis modo & formâ prout noſmetipſi idem ac eadem facere ac facere poſſimus ſi ibidem perſonaliter intereſſemus:

Et ulterius, quicquid uſquam rerum ſive quodcumque prædictus præcariſſimus *Avunculus noſter* gravi conſideratâque Prudentiâ ſuâ in Præmiſſis ſeu aliquâ parte Præmiſſorum, juxta ejus ſanam Diſcretionem fecerit egerit ſeu geſſerit, vel faciet aget ſeu geret, durante minori Ætate noſtrâ prædictâ, volumus & firmiter promittimus de aviſamento prædicto, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, eadem omnia & ſingula rata grataque eſſe & fore, & eadem omnia ſic accipi & conſtrui per Nos, & accipienda & conſtruenda fore, tanquam per noſmetipſos facta habita ſive geſta fuerunt vel fuerint, ac tanquam eo ipſo tempore quo fuerunt vel erunt facta ſive geſta noſmetipſi plenæ & perfectæ Ætatis exiſtens eadem fecimus vel fecerimus, ſeu eiſdem conſenſerimus;

Et generaliter, de Aviſamento prædicto, damus & concedimus prædicto *Avunculo noſtro* plenam Poteſtatem & Auctoritatem faciendi & perimplendi, ac fieri & perimpleri cauſandi & mandandi omnia & ſingula quæcumque ad Officium *Locumtenentis* ſeu *Capitanei Generalis* cujuſcumque in Guerra ſeu Bello, tam in tempore noſtro quàm in tempore Progenitorum noſtrorum, quo-

Et de aviſamento prædicto, per Præſentes, volumus & mandamus dicto præcariſſimo *Avunculo noſtro*, juxta certam & indubitatam ſpem quam de ejus gravi atque circumſpecta Prudentia ac Integritate confidimus & habemus, univerſa & ſingula Præmiſſa cum omni diligentia exequi proſequi & perficere, ac exequenda proſequenda & perficienda diligenter curare,

Quamobrem volumus & firmiter injungentes præcipimus omnibus & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Admirallis Viceadmirallis Majoribus Vicecomitibus Ballivis Conſtabulariis Locumtenentibus Capitaneis Officiariis Miniſtris Nautis Marinariis Militibus Souldiariis & cæteris quibuſcumque Ligeis & Subditis noſtris, aliiſque omnibus, ad quos virtute Præſentium quicquid ſpectat agendum, quod ipſi omnes & ſinguli ſub Pœna Ligeantiæ ſuæ ſint attendentes adjuvantes & auxiliantes prædicto *Avunculo noſtro*, ſive ejus Locumtenenti ſive Locumtenentibus, Capitaneo ſive Capitaneis, Deputato ſive Deputatis, ut præfertur, per prædictum *Avunculum noſtrum* ordinandis, tam per Mare quàm per Terram, ac ſi ibidem perſonaliter Præſentes intereſſemus.

Et ulteriùs volumus ac de Aviſamento prædicto mandamus & concedimus quod tam prædictus præcariſſimus * *Avunculus noſter* * XV. 178.
ac alii Locumtenens ſive Locumtenentes, Capitaneus ſive Capitanei, ſic per prædictum *Avunculum noſtrum* conſtituti ſive deputati, ut præfertur, quàm alii omnes & ſinguli noſtri Ligei Homines, ac Subditi, ſic per *dictum Avunculum noſtrum* collecti convocati ac congregati fuerint, & de cætero ſint acquietati & exonerati de omnibus Foriſfacturis Dampnis Cenſuris Pœnis Moleſtationibus, & quæ vel quas dictus *Avunculus noſter* ſeu aliquis alius Subditorum noſtrorum incurrere ſeu incidere poſſit vel poſſint circa executionem Præmiſſorum, ratione vel prætextu alicujus Statuti Actûs ſeu Proclamationis antehac habitorum editorum ſive factorum; aliqua Lege Actu ſive Statuto in contrarium factis non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, undecimo Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Univerſitatibus Cantabrigiæ & Oxoniæ de Commiſſariis ad Viſitandum conſtitutis.*

REX, &c. Ann. Dñ 1548. Pat. 2. E. 6. p. 3. m. 26. dor.

Reverendis in Chriſto Patribus,
*Thomæ Elienſi*,
Et *Nicholao Roffenſi*,
Epiſcopis,
Prædilectis & Fidelibus Conſiliariis noſtris,
*Willielmo Paget* Ordinis Garterii noſtri Militi, Hoſpitii noſtri Antigrapho ſeu Contrarotulatori,
*Thomæ Smyth* Secretario noſtro,
*Johanni Cheeke* noſtræ Adoleſcentiæ Inſtitutori,
Et *Willielmo Maye* Legum Doctori Supplicum Libellorum Magiſtro & Decano Sancti Pauli,
Et,
*Thomæ Wendrie* Medico noſtro Medicinæ Doctori, Salutem.

Cùm præclarum & inſigne Monumentum Sereniſſimi noſtri Regni Poſteris edere ſtuderemus & deliberaremus, cum Avunculo noſtro cariſſimo *Edouardo Duce Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatore* &c. omnium Terrarum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectore*, & cæteris Conſiliariis noſtris ſuper hac Re, & ſuper Exornatione Eccleſiæ noſtræ Anglicanæ & Hibernicæ (cujus *Supremum Caput* ſub Chriſto in Terris nos ſumus &

ag-

… ac Ignavos, atque Culpabiles condignis Pœnis, uſque ad Dignitatum Societatum ac Officiorum ſuorum Privationem, aut Stipendiorum Proventuum & Emolumentorum ſuorum quorumcumque Sequeſtrationem, vel quamcumque aliam congruam & competentem Cohertionem, puniendum & coercendum, atque ad probatiores vivendi Mores modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis reducendum,

Contumaces autem & Rebelles, cujuſcumque ſtatûs & conditionis fuerint, ſi quos inveneritis, tam per Cenſuras Eccleſiaſticas quam etiam Incarcerationem ac Recognitionum acceptationem, & quæcumque alia Juris Regni noſtri Remedia compeſcendum,

Pecunias impendendas quotannis in Exequias & Convivia, aut in Lectiones publicas vel privatas, ad alios Uſus magis convenientes, aut in alias formas convertendum,

Pecunias item in aliquo Collegio impendendas, ex Fundatione ejuſdem Collegii in Choriſtas Cantores & alias Impenſas, ratione quotidiani Servitii, ut vocant, Eccleſiaſtici, aut in Pueros Grammaticales, ad Alimentum Sociorum vel Scholaſticorum ad Philoſophiam vel alias Literas diſcendorum, in eodem vel alio Collegio conſtituendorum, convertendum,

Magiſtros Præpoſitos Præſidentes Socios vel Scholares quoſcumque, illis Officiis indignos, non proficientes, Statutis Collegii, vel Commodo Reipublicæ & bonarum Literarum, id exigentibus, expellendum & amovendum, & alium vel alios in amotorum loco præficiendum & ſubſtituendum,

Ceſſiones prætereà quorumcumque Præpoſituras Magiſteria Præſidentias Gardianias Societatum, ſeu Officia in locis prædictis habentium, coram vobis factas ſeu exhibitas, auctoritate noſtrà admittendum, eaque vacare & pro vacantibus decernere, & in Loca, ſic per Ceſſionem aut alio quovis modo vacantia, Perſonas habiles & idoneas ſubſtituendum,

Collegia duo vel plura, ſive noſtræ ſive cujuſcumque alterius Fundationis fuerint, ſi vobis ex utilitate Academiæ videbitur, in unum conjungendum,

Cantarias, nominaque Cantariarum, in quocumque Collegio fundatæ fuerint, & earum Fundationes mutandum, aliaſque Appellationes illis imponendum, & Fructus Redditus ac Proventus dictarum Cantariarum ad Scholarium Exhibitionem aſſignandum,

Et dictæ *Univerſitatis noſtræ* & Collegiorum ac Aularum Incorporationes Fundationes Statuta Ordinationes Privilegia Compoſitiones Computus & alia Munimenta quæcumque exigendum & recipiendum, eaque diligenter examinandum & diſcutiendum,

Formas Officiorum Divinorum, & Diſputationum & publicarum Lectionum Collationis quoque Graduum & Honorum, qui Eruditionis proponuntur ſtudioſis, immutandum, & in commodiorem Rationem inſtituendum,

Necnon Injunctiones & Statuta quæ vobis pro commodiore Ordine videbuntur idonea, Perſonis in eiſdem degentibus, nomine noſtro tradendum, & vice & auctoritate noſtris eis indicendum & aſſignandum, Pœnaſque convenientes in eorum Violatores infligendum & irrogandum,

Statutaque Ordinationes Conſuetudines & Compoſitiones, ſi quas compereritis eiſdem contrarias ſive repugnantes, tollendum & penitùs annichilandum,

Juramentum inſuper Obedientiæ & Fidelitatis Nobis & Hæredibus noſtris debitarum, deque removenda renuncianda, penituſque abneganda *Epiſcopi Romani* prætenſa uſurpata & ficta auctoritate, & quæcumque alia Juramenta, ex Statutis Regni noſtri … ctum, plenius & uberius ſub Sigillo noſtro Angliæ, aliud Collegium plenè ſtabiliverimus, Magiſtris autem Sociis ac Scholaſticis Collegii vel Collegiorum, quæ propter hanc Cauſam Diſſoluta erunt, per Penſiones Annuas, vel aliter pro veſtro Arbitrio, Providendi;

Dedimus quoque Vobis Authoritatem *Collegium Medicinæ*, in aliquo idoneo Loco dictæ *Univerſitatis*, Conſtituendi, Deputando aliquod unum Collegium illi Studio quodcumque Vobis videbitur, & eos Socios in illo Collegio, ſic Medicinæ deputando, qui ad Medicinam Studium ſuum velint convertere, ſi ad hoc per Vos idonei judicabuntur, Socios *Collegii noſtri Medici* Faciendi, Eos verò qui nolint ſequi illam Artem, vel ad eandem minus idonei judicabuntur, in alia Collegii Transferendi, vel Penſiones Magiſtro ſive Sociis illius Collegii Aſſignandi;

Mandantes omnibus & ſingulis Vicecomitibus Majoribus & Ballivis, ac quibuſcumque aliis Officiariis, Miniſtris & Subditis noſtris, quorannis, ut vobis & cuilibet veſtrûm, in & circa Præmiſſorum executionem, effectualiter aſſiſtant auxilientur & ſuffragentur; aliquo alio Statuto, &c. aut aliqua aliâ Re, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, duodecimo Die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Præſentatione ad Rectoriam in Marchiis Caleſiæ.*

REX Omnibus ad quos, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino *Thomæ*, Permiſſione Divinâ *Cantuar. Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati, ejuſve in Abſentia Vicario ſuo in Rebus Eccleſiaſticis Generali cuicumque, Salutem. Ann. D. 1548. Pat. 2. E. 6. p. 2. m. 32.

Ad Rectoriam & Eccleſiam Parochialem *de Scales*, in Comitatu *Guyſnes*, in Marchiis noſtris *Caleſii*, modò vacantem per liberam Reſignationem *Roberti Skeffe* Clerici ultimi Incumbentis ejuſdem, & ad noſtram Præſentationem & Donationem pleno jure ſpectantem, Dilectum Nobis in Chriſto *Andream Beſte* Capellanum, Vobis, de Aviſamento & Aſſenſu Præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum *Protectoris*, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, Præſentamus per Præſentes;

Rogantes quatenus dictum *Andream* ad prædictam Rectoriam & Eccleſiam admittere, Ipſumque in Rectoriam ejuſdem Eccleſiæ inſtitui & induci facere, cum omnibus ſuis Juribus Fructibus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula peragere expedire & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo Die Decembris.

*Per ipſum Regem.*



Digitized by Google

Habendas & Recipiendas præfato *Sebaſtiano Caboto* & Aſſignatis ſuis de Theſauro noſtro prædicto, per manus prædictorum Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum, de Dono noſtro, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

55 *De Poteſtatibus ad inquirendum ſuper Heretica Pravitate.*

Ann. D. 1549. An. 3. E. 6. Pat. 3. E. 6. p. 6. m. 28.

REX,
Reverendiſſimo in Chriſto Patri,
*Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano,
Ac Reverendis in Chriſto Patribus,
*Thomæ Elienſi*,
*Nicholao Wigornienſi*,
*Thomæ Weſtmonaſterienſi*,
*Georgio Ciceſtrenſi*,
*Henrico Lincolnienſi*,
Ac *Nicholao Roffenſi*,
Epiſcopis:
Prædilectiſque & Fidelibus Conſiliariis noſtris,
*Willielmo Petre*,
*Thomæ Smith*,
Militibus, Secretariis noſtris:
Dilectis Nobis,
*Richardo Coxe* Elimoſinario noſtro,
*Antonio Cooke* Militi,
*Jacobo Hales* Militi,
Servientibus ad Legem:
*Willielmo Mey* Decano Sancti Pauli,
*Johanni Taylour* Decano Lincolniæ,
*Willielmo Cooke* Decano de Arcubus,
*Simoni Haynes* Decano Exon.
*Johanni Redman*,
*Hugoni Latymer*,
*Egidio Eyre*,
Et *Tonge*,
Sacræ Theologiæ Profeſſoribus:
*Croke*,
*Richardo Lyell*,
Et,
*Rolando Taillour*,
Legum Doctoribus:
*Johanni Goſnold* Armigero,
Et *Willielmo Cycill*,
Salutem.

Etſi Regibus quidem omnibus; qui Chriſti Nomen profitentur, nihil æquè incumbat ac Fidem Chriſtianam, in ſuo Populo ac in Eccleſiis ſuæ Auctoritati * Regiæ ſubjectis, Sartam Tectam atque Incolumem conſervare; nobis tamen, qui Fidei Defenſor peculiari quodam Titulo vocitamur, maximè præ cæteris Curæ eſſe debet, ut non ſolùm pro viribus annitamur ut Chriſti Religio quampuriſſimè atque integerrimè noſtro Populo tradatur, verùm etiam ut omni quâ poſſumus ratione caveamus ne Chriſti Adverſarius, ut eſt ſemper ad omnia corrumpenda paratus, noxium Hæreſeos Semen & Labem malæ Doctrinæ clanctum & involutum eſſe deprehenderitis, ab Erroribus ſuis revocandum,

(* XV. 182.)

Eumque, ſi Errorum ſuorum pertæſum eſſe compereritis, ad Errorum ſuorum hujuſmodi Abjurationem & Renunciationem inducendum,

Et ſubſequenter in Sacroſanctæ Eccleſiæ Gremium admittendum, aliaſve prout Juris & Æquitatis ratio perſuaſerit, abſolvendum & dimittendum,

Pœnitentiaſque ſalutares & condignas pro commiſſis infligendum & imponendum;

Pertinacem verò, & obſtinatum Erroribus ſuis deſperatè immerſum, ſi quem deprehenderitis, ex Cœtu Fidelium ejiciendum & exterminandum, ac Seculari Poteſtati, ſi ita Facti atrocitas expoſcat, committendum tradendum & liberandum;

Necnon omnes & ſingulos Rectores Vicarios Clericos & Miniſtros Eccleſiaſticos quoſcumque, ac Laicos cujuſcumque Conditionis exiſtant, *Librum appellatum*, &c. aut divina Officia in eodem expreſſa & inſerta, vel aliquam partem eorundem contemnentes ſpernentes adverſantes ſive obloquentes, ſi qui tales ſuſpecti reperti detecti inquiſiti aut accuſati fuerint, juxta vim formam & effectum Statuti in ea parte editi & proviſi, puniendum & corrigendum;

Cæteraque omnia & ſingula faciendum exercendum & expediendum quæ circa dictæ Inquiſitionis & Examinationis Negotia neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna,

Vobis xxv. xxiv. xxiii. xxii. xxi. xx. xix. xviii. xvii. xvi. xv. xiv. xiii. xii. xi. x. ix viii. vii. vi. v. iv. aut tribus veſtrûm (quorum *Archiepiſcopum Cantuarien. Epiſcopum Elien. Epiſcopum Wigorn. Epiſcopum Weſtm. Epiſcopum Ciceſtren. Epiſcopum Lincol. Epiſcopum Roffen. Willielmum Petre*, *Thomam Smythe*, *Ricardum Coxe*, aut *Willielmum Mey*, unum eſſe volumus, & in executione Præmiſſorum intereſſe) de quorum ſana Doctrina Fidei Zelo, Vitæque & Morum Integritate, exactaque in rebus gerendis Dexteritate, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, Vices noſtras committimus, ac plenam, Tenore Præſentium, concedimus Facultatem,

Cum Poteſtate pleniſſimâ Perſonas ſic detectas denunciatas inquiſitas vel ſuſpectas, evocandi coram vobis, & Carceri & Vinculis, ſi opus fuerit * mancipandi, ac Teſtes quoſcumque, pro veritate Præmiſſorum explicanda & eruenda, quomodolibet requiſitos, coram vobis quibuſcumque Diebus & Locis veſtro arbitrio in hac parte limitandi evocandi & citandi, eoſdemque Teſtes ſeſe ſubtrahentes omnibus modis & Juris Remediis quibuſcumque compellendi,

(* XV. 183.)

Cumque omniâ aliâ Juriſdictionis & Auctoritatis noſtræ legitimâ Cohertione in hac parte & poteſtate, voſque ad effectus prædictos Cognitores Inquiſitores Judices & Commiſſarios noſtros nominamus facimus conſtituimus & deputamus per Præſentes;

Eo non obſtante quod Denunciatio ſive Indictatio contra Perſonas prædictas ejuſmodi in hac parte non proceſſit, ſive aliquibus aliis Statutis aut Ordinationibus in Parliamento noſtro in contrarium editis ſeu proviſis, in quibus major forſan Solempnitas & Circumſtantiæ ad hujuſmodi exequenda Negotia requiruntur, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque:

Mandamus omnibus & ſingulis Theologis & Juriſperitis, necnon Majoribus Vicecomitibus Ballivis aliiſque Officiariis & Miniſtris noſtris quibuſcumque, quatinus vobis in & circa Præmiſſorum Executionem effectualiter, ſi per vos requiſiti & interpellati fuerint, aſſiſtant & ſuffragentur.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Leighes*, duodecimo Die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

De

Digitized by Google

commoda ratione auctos amplificatoſque redderemus; quod cum feciſſemus in aliis Conventibus & Parochiis, ac privatis Eccleſiis Regni noſtri Angl. licet poſtremò ſumus aggreſſi, tamen prima fuit Cura in Academias noſtras oculos ac mentem adicere, è quibus omnis Radix Diſciplinæ, & Semina bonarum Literarum ac Virtutis in reliquas partes Provinciarum & Regnorum noſtrorum ſolet propagari, ut illæ in integrum perfectum & Eruditioni ac Virtuti maximè convenientem Statum reponerentur, & ut hæ Leges Mores Conſuetudines atque Ordines in *Oxoniæ* & *Cantabrigiæ* Academiis per Nos conſtituerentur, quæ poſſent maximè facere in Honorem Chriſti, & Gloriam Regni noſtri, & Virtutum ac bonarum Literarum uberrimum Proventum, unde non Angliæ ſolùm & Hiberniæ, verùm exteræ quoque Nationes, Lucem poſſent accipere.

In qua deliberatione cum circumſpiceremus quoſdam Viros Idoneos, & Literariæ Rei non ignaros, ad iſtud quod maximè cuperimus nomine ac vice noſtris præficiendos delegare poſſemus,

De Aviſamento & Conſilio prædicto, aſſignavimus vos ſeptem ſex quinque quatuor tres duos & unum veſtrûm Delegatum ſeu
* XV. 184. Delegatos noſtros, * Commiſſarium ſive Commiſſarios, ad ea quæ infra ſcribuntur exequendum,

Ad viſitandum igitur in Capite & Membris, tam liberam *Capellam* noſtram infra Caſtrum noſtrum de *Wyndſore* & *Collegium de Wynton* ex Fundatione *Willielmi Wickham*, quam univerſam Diœceſim noſtram *Oxoniæ* præcipuè verò *Univerſitatem noſtram Oxon.* ac omnia & ſingula Collegia Aulas Hoſpitia & Loca alia quæcumque Exercitio Scholaſtico deputata, tam exempta quam non exempta, ibidem conſtituta, eorumque Præpoſitos Magiſtros Gardianos Rectores ſive Cuſtodes, ac Socios Scholares Studentes Miniſtros & Perſonas alias quaſcumque in eiſdem commorantes,

Deque Statu Locorum hujuſmodi, necnon Studio Vitâ Moribus & Converſatione, ac etiam Qualitatibus Perſonarum in eiſdem degentium ſeu miniſtrantium, modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis, inquirendum & inveſtigandum, Criminoſos ac Delinquentes, Socordes ac Ignavos, atque Culpabiles condignis Pœnis, uſque ad Dignitatum Societatum ac Officiorum ſuorum Privationem, & Stipendiorum Proventuum & Emolumentorum ſuorum quorumcumque Sequeſtrationem, vel quamcumque aliam congruam & competentem Cohertionem, puniendum & coercendum, atque ad probatiores vivendi Mores modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis reducendum,

Contumaces autem & Rebelles, cujuſcumque ſtatûs & conditionis fuerint, ſi quos inveneritis, tam per Cenſuras Eccleſiaſticas quam etiam Incarcerationem ac Recognitionum acceptationem, & quæcumque alia Juris Regni noſtri Remedia compeſcendum,

Pecunias impendendas quotannis in Exequias & Convivia, aut in Lectiones publicas vel privatas, ad alios Uſus magis convenientes, aut in alias formas convertendum,

Pecunias item in aliquo Collegio impendendas, ex Fundatione ejuſdem Collegii in Choriſtas Cantores & alias Impenſas, ratione quotidiani Servitii, ut vocant, Eccleſiaſtici, aut in Pueros Grammaticales, ad Alimentum Sociorum vel Scholaſticorum ad Philoſophiam vel alias Artes diſcendas, in eodem vel alio Collegio conſtituendorum, convertendum,

Magiſtros Præpoſitos Præſidentes Socios vel Scholares quoſcumque, illis Officiis indignos, non proficientes, Statutis Collegii, vel Commodo Reipublicæ & bonarum Literarum, id exigentibus, expellendum & amovendum, & alium vel alios in amotorum loco præficiendum & ſubſtituendum,



Congregationes & Convocationes Præpoſitorum Gardianorum
* Studentium & Miniſtrantium hujuſmodi, pro executione Præ- * XV. 185.
miſſorum, aut Reformatione quacumque facienda, conciendum & convocandum, Cauſas etiam Inſtantiarum examinandum & fine debito terminandum,

Ac omnia & ſingula alia, quæ circa hujuſmodi Viſitationis Inquiſitionis ſeu Reformationis totius Academiæ Negotia, ſive hic expreſſa fuerint ſive non expreſſa, quæ neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, faciendum & exequendum, vobis & ſingulis veſtrûm, de quorum Doctrina Morum & Conſilii gravitate, ac in rebus gerendis fide & induſtria, plurimùm confidimus, Vices noſtras committimus, ac plenam Tenore Præſentium concedimus Poteſtatem, etiamſi hujuſmodi ſint quæ ſpecialia verba requirunt, cum cujuſlibet congruæ & legittimæ Coertionis Poteſtate:

Et quoniam *Studium Juris Civilis* non ſolùm jam aliquot Annos deſerbuiſſe in Academia noſtra *Oxon.* verùm etiam propemodùm Extinctum eſſe Nobis indicatum eſt, præcipuam vobis omnibus Curam & Solicitudinem imponimus, ut, quibus poteritis viis ac modis, illud excitetis & amplificetis, cui Studio ut poſſitis amplius mederi, & Fructu Laboris ac Diligentiæ Juventutem ad illud accendere, pleniſſimam ac ſummam Auctoritatem per abſolutam & Regiam noſtram Poteſtatem vobis conceſſimus, univerſum Numerum in Lege Civile Studentium in Collegio Beatæ *Mariæ* vocato *the Newe College of Oxford*, in Collegium *Animarum*, & univerſum Numerum in Artibus Studentium in *Collegio Animarum* in Collegium prædictum Beatæ Mariæ commutandum transferendum & conſtituendum prout vobis commodiſſimum fore videbitur, ſic ut in Collegio *Animarum* tantum ſint qui Legis Civilis Studio vacabunt, & in Collegio Beatæ *Mariæ* prædicto illi tantùm ſint qui Artium & Verbi Dei Studio poſthac ſemper incumbent.

Dedimus quoque Vobis Auctoritatem *Collegium Medicinæ*, in aliquo idoneo Loco dictæ *Univerſitatis*, Conſtituendi, Deputando aliquod unum Collegium illi Studio quodcumque Vobis videbitur, & eos Socios in illo Collegio, ſic Medicinæ deputando, qui ad Medicinam Studium ſuum velint convertere, ſi ad hoc per Vos idonei judicabuntur, Socios *Collegii noſtri Medicinæ* faciendi, eos verò qui nolunt ſequi illam Artem, vel ad eandem minus idonei judicabuntur, in illa Collegia Transferendi, vel Penſiones Magiſtro ſive Sociis illius Collegii Aſſignandi:

Mandantes omnibus & ſingulis Vicecomitibus Majoribus & Ballivis, ac quibuſcumque aliis Officiariis, Miniſtris & Subditis noſtris, quatenus vobis & cuilibet veſtrûm, in & circa Præmiſſorum executionem, effectualiter aſſiſtant auxilientur & ſuffragentur, aliquo Actu Statuto Ordinatione Proviſione Proclamatione ſive Reſtrictione, inde in contrarium factis editis ordinatis proclamatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, octavo Die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Protectione.*

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod Nos, 1549.
Ob certas Cauſas, Nos & Negotia Regni noſtri Angliæ con- Pat. 3.
cernentes, ex noſtra Regia Prærogativa, quam nolumus eſſe ar- E. 6. p. 2. m. 15.



guen-

Digitized by Google

varum meum de Leiceſtre, cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, in Comitatu Leiceſtriæ,

Ac totum Manerium meum de Lydington, ac Parcum meum de Lydington in Comitatu Rutlandiæ cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis,

Ac etiam totum illud Dominium & Manerium meum de Spaldewyke, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis in Comitatu Huntingdoniæ,

Et totum illud Dominium & Manerium meum de Bekleſwade, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, in Comitatu Bedfordiæ,

Ac etiam omnia illa Dominia & Maneria mea de Farundon, Balderton, Codington, Wynthorpe, Morelande & Newarke, ac omnia illa Bailivatum, Hundredum, Wapentagium, Burgum, & Tolnetum mea de Newarke, ac totum Caſtrum meum de Newarke, cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, in Comitatu Notinghamiæ, ac omnia illa Molendina mea, & Piſcarias meas, ac alia Hæreditamenta mea in Newarke in dicto Comitatu Notinghamiæ, modo vel nuper in tenura ſeu occupatione *Antonii Foſter*,

Ac etiam totum illud Manerium meum de Haghton & Lowthe, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, in Comitatu Lincolniæ,

Ac etiam omnia & ſingula Meſuagia Domos & Ædificia, Horrea Stabula Columbaria Ortos Pomeria Gardina Stagna Vivaria & Aquas Piſcarias Piſcationes Terras Tenementa Molendina Prata Paſcua Paſturas Communias Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Boſcos Subboſcos Redditus Reverſiones Servitia Curias Letas Viſ. Francipleg. Catalla Waviata Extrahuras, Catalla Felonum & Fugitivorum, liberas Warrennas Warda Maritagia Eſcaetas Relevia Heriotta Fines Amerciamenta Nundinas Mercata Tolneta Cuſtumas, ac omnia alia Jura Juriſdictiones Francheſias Libertates Privilegia Proficua Commoditates Emolumenta Poſſeſſiones & Hæreditamenta mea quæcumque cum Pertinentiis, ſcituata jacentia & exiſtentia in Dorcheſter Ipwell Southſtoke Copredy Wardington Cotes Newthrop Cethrop & Burton, in dicto Comitatu Oxoniæ, ac in Kyldesbye, in dicto Com. Northt. ac in Leiceſtre Thurmaſton Sewerſtone Knyghton & Asfordbye, in dicto Com. Leiceſtr. ac in Lidington in dicto Com. Rutland. & in Spaldewike in dicto Com. Hunt. ac in Bykeleſwade in dicto Com. Bedf. ac in Farundon Balderton Codington Winthorpe Moreland Newarke & Newarke Northgate, in dicto Com. Noting. & in Com. Lincoln. ac alibi ubicumque in eiſdem Comitatibus, dictis Dominiis, Maneriis, Ballivatis, & cæteris Præmiſſis ſeu eorum alicui, aut alicui eorumdem Parcellæ quoquomodo ſpectantia vel pertinentia, aut ut Membra vel Parcellæ eorumdem Dominiorum Maneriorum Ballivatorum ac cæterorum Præmiſſorum, aut eorum alicujus, aut alicujus inde Parcellæ, ante hæc habita cognita accepta dimiſſa locata occupata uſitata ſeu reputata exiſtentia, necnon omnia & ſingula alia Maneria Meſuagia Terras Tenementa Prata Paſcua Paſturas Communias Parcos Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Boſcos Subboſcos Redditus Reverſiones Servitia Curias Letas Viſ. Francipleg. Catalla Waviata Extrahuras liberas Warrenas ac omnia alia Jura Juriſdictiones Franche-

* XV. 167. ſias Libertates Privilegia Proficua Commoditates * Emolumenta & Hæreditamenta mea quæcunque, in Dorcheſter Ipwell Southſtoke Croprodye Wardyngton Newthrop Cetrope Burton Kyldesbye Lydington Leyceſtre Thurmaſton Seweſtorne Knyghton Asfordby Spaldewyke Bykleſwade Farundon Falderton Codington Winthorp Moreland Newarke, Newarke Northgate, Baghton & Lowth in Comitatibus prædictis, dicto Epiſcopatui meo Lincolnienſi quoquomodo unita annexa ſpectantia pertinentia vel incumbentia, aut ut Parcellæ Poſſeſſionum noſtrûm ſeu Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs ante hæc habita cognita accepta uſitata ſeu reputata exiſtentia, aut quæ *ego præfatus Epiſcopus* in jure ſeu ratione vel prætextu ejuſdem Epiſcopatûs habeo teneo gaudeo ſeu poſſideo, aut quoquomodo habere tenere gaudere vel poſſidere debeo,

Dat. in *Domo noſtra Capitulari* xii. die Menſis Octobris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, & Anno Invictiſſimi & Illuſtriſſimi in Chriſto Principis & Domini noſtri *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, primo.

Et Memorandum *quod decimo tertio Die Octobris, Anno Regni* Edwardi Sexti, *Dei Gratiâ*, Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris, *ac in Terra* Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis, *primo*, *venit* Johannes Taylyer *Clericus Decanus Eccleſiæ Cathedralis beatæ Mariæ Lincoln. & Capitulum dictæ Eccleſiæ coram nobis* Georgio Seynctpoll *&* Vincentio Grantham *Armigeris in Eccleſia prædicta*, *& cognoverunt quandam Cartam huic præſent. annex. de Confirmatione & Ratificatione de certis Maneriis Terris & Tenementis infra Regnum Angliæ dicto Domino Regi per ipſos fact. & omnia in dicta Carta content. eſſe eorum fact. & per ipſos cum Sigillo ſuo Capitulari ſigillat. & petunt quod prædicta Carta ſit in Rotulis Cancellariæ Angliæ ad opus & uſum dicti Domini Regis irrotulata.*

*In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Certificationi Sigilla noſtra appoſuimus.*

Omnibus Chriſti Fidelibus, ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Radulphus Jacſon* Clericus, *Magiſter* Hoſpitalis *Henrici nuper Regis Angliæ Septimi de Savoye* in Comitatu Middleſexiæ, & *Capellani* perpetui ejuſdem Hoſpitalis, Salutem in Domino ſempiternam.

Sciatis Nos præfatos *Magiſtrum & Capellanos* unanimi aſſenſu & conſenſu noſtris, &c.

In cujus rei Teſtimonium Nos præfati *Magiſter & Capellani* huic præſenti Scripto noſtro Sigillum noſtrum commune appoſuimus.

Dat. decimo die Junii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio.

* Et Memorandum *quod Die & Anno ſupraſcripto, prædicti* Radulphus Jacſon *Clericus* Magiſter Hoſpitalis de Savoye, * XV. 168.
*&* Capellani Hoſpitalis, *venerunt coram Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma ſupradicta.*

Omnibus Chriſti Fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Willielmus*, Permiſſione Divinâ, *Norwicenſis Epiſcopus*, verus & Indubitatus Patronus Hoſpitalis Sancti Egidii in Norwico, & *Nicholaus Shaxton* nuper Epiſcopus Sarum, ac *Magiſter ſive Cuſtos* illius Hoſpitalis, & ejuſdem *Hoſpitalis Confratres*, Salutem in Domino Sempiternam.

Sciatis Nos præfatos *Epiſcopum* Patronum antedictum, ac *Magiſtrum* ſive *Cuſtodem & Confratres*, *&c.*

In quorum Teſtimonium Nos præfati *Willielmus Epiſcopus Norwicen.* Patronus prædictus Sigillum noſtrum Præſentibus appoſuimus.

Dat. in *Manerio noſtro de Hulmo*, ſexto menſis Martii, Anno Regni *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, ac in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Capitis Supremi* primo, ac in Teſtimonium omnium & ſingulorum Præmiſſorum prædictorum, Nos præfati *Nicholaus Shaxton Magiſter ſive Cuſtos* Hoſpitalis prædicti, & ejuſdem Loci *Confratres*, Sigillum noſtrum Commune appoſuimus Præſentibus.

Dat. in *Domo noſtra Capitulari* Hoſpitalis prædicti ſexto die menſis Martii, Anno Regni dicti Sereniſſimi Domini noſtri Regis primo.

Et

*venerunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma ſupradicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus Teſpyn* Clericus Cantariſta ſeu Capellanus Cantariæ de Stanforde le Hope in Com. Eſſex. aliàs dictæ Cantariæ in Stanforde le Hope in Com. Eſſex, *Willielmus Garlonde* Generoſus, *Willielmus Gatton* Generoſus, & *Robertus Pake* Yoman, Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis nos præfati *Willielmum*, *&c.*

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto noſtro Sigilla noſtra appoſuimus.

* XV. 169. * Dat. xvi. Die Nov. Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edw. Sexti*, primo.

Et Memorandum *quod Viceſimo quinto Die Novembris*, *Anno prædicto*, *præfati* Willielmus Teſpyn *Clericus*, Willielmus Garlond, Willielmus Gatton, *&* Robertus Pake, *venerunt coram dicto Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus, &c. *Willielmus Frankelyn* Clericus, *Decanus* liberæ Capellæ Regiæ Sancti Georgii Martiris infra Caſtrum de Windeſor. in Com. Berks, & ejuſdem Loci *Canonici*, Salutem.

Sciatis Nos præfatos *Decanum & Canonicos*, *&c.*

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto noſtro Sigillum noſtrum commune appoſuimus.

Dat. in Domo noſtra Capitulari, quartodecimo Die Februarii, Anno Regni prædicti Domini Regis *Edwardi Sexti*, Primo.

Et Memorandum *quòd decimo quarto Die Februarii*, *Anno ſupradicto*, *præfatus* Willielmus Frankelyn *Clericus venit coram dicto Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & Recognovit Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

Omnibus Chriſti Fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Willielmus Kyngeſmyll* Clericus Sacræ Theologiæ Profeſſor, *Decanus* Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Winton. & ejuſdem Loci *Capitulum*, Salutem.

Sciatis quod Nos præfati *Decanus & Capitulum* ex unanimi aſſenſu & conſenſu, &c.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ noſtræ Sigillum noſtrum commune apponi fecimus.

Dat. Viceſimo Die Junii Anno Regni dicti Domini noſtri Regis *Edwardi Sexti* Primo.

Et Memorandum *quod Sextodecimo Die Auguſti*, *Anno præſenti*, *præfati* Decanus *&* Capitulum, *apud Wynton. in Domo ſua Capitulari*, *venerunt coram* Johanne Cokke *Armigero*, *&* Johanne Baſſett *Armigero*, *virtute Commiſſionis Domini Regis eiſdem* Johanni *&* Johanni *conjunctim & diviſim directa*, *& Recognoverunt Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

que probatiſſimos quibus idem Reverendus Pater modo *Epiſcopus Meneven.* prædictus eſt, quàm propter hoc quod, juxta Salvatoris noſtri Elogium, judicamus illum Virum imprimis dignum eſſe, ut ſuper multa conſtituatur qui ſuper pauca fuerat fidelis,

Ex Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento & conſenſu præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatoris*, ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum quorumcumque *Protectoris*, cæterorumque Conſiliariorum noſtrorum,

Contulimus dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes conferimus damus & concedimus, præfato Reverendo Patri *Willielmo nuper Meneven. Epiſcopo*, prædictum Epiſcopatum Bathon. & Wellen. ac eundem *Willielmum* in Epiſcopum Bathon. & Wellen. transferimus, per Præſentes, ac ipſum *Willielmum* Epiſcopum Bathon. & Wellen. ac Diœceſanum Bathon. & Wellen. prædictæ nominamus facimus ordinamus creamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum tenendum occupandum & gaudendum prædictum Epiſcopatum Bathon. & Wellen. eidem *Willielmo* durante Vita ſuâ naturali, una cum omnibus Dominiis Maneriis Terris Tenementis Hæreditamentis Poſſeſſionibus & Juribus, tam Spiritualibus quam Temporalibus, ac cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Emolumentis Auctoritatibus Juriſdictionibus & Præeminentiis quibuſcumque, eidem Epiſcopatui Bathon. & Wellen. quoquo modo ſpectantibus pertinentibus ſive incumbentibus;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, tertio die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*De Conceſſione ad Vitam.*

Rex Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1548. *ibid.* *m.* 40.

Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, certa Scientia & mero Motu noſtris, de aviſamento & aſſenſu præcariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris Regnorumque Dominiorum & Subditorum noſtrorum quorumcumque Protectoris, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dilecto nobis *Petro Martiri Virmigli* Florentino, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Quadraginta Marcarum* legalis Monetæ noſtræ,

Habendam & gaudendam ac annuatim percipiendam dictam Annuitatem ſive annualem Redditum præfato *Petro* & Aſſignatis ſuis, durante Beneplacito noſtro, per manus Cuſtodis ſive Clerici Hanaperii Cancellariæ noſtræ pro tempore exiſtentis, de Exitibus & Reventionibus ejuſdem Hanaperii, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones annuatim ſolvendam;

Et ulterius damus & concedimus præfato *Petro Martiri* tot & tantos Denariorum Summas, ad quot & quantas dicta Annuitas ſive annualis Redditus *Quadraginta Marcarum*, pro uno Dimidio an-



Digitized by Google

quorumcumque, eiſdem Rectoriis ſeu earum alicui quoquo modo ſpectantium ſive pertinentium, ac omnium aliarum Decimarum in *Bradleigh* in dicto Comitatu Somerſetiæ quondam Parcellarum Poſſeſſionum nuper *Monaſteris de Glaſtonbury* in dicto Comitatu Somerſetiæ, ac Eccleſiarum & Rectoriarum de *Corſton Compton Dandow* & *Caſtell Cary* in eodem Comitatu Somerſetiæ, ac Advocationum & Jurium Patronatuum Eccleſiarum illarum, ac omnium Terrarum Glebarum Pentionum Portionum Decimarum Oblationum ac aliorum Proficuorum Reventionum & Emolumentorum quorumcumque, eiſdem Rectoriis ſeu earum alicui ſpectantium vel pertinentium, quondam Parcellarum Poſſeſſionum nuper *Prioratus de Bathe* in dicto Comitatu Somerſetiæ, per, Excellentiſſimum Principem & Dominum noſtrum, Dominum *Edwardum Sextum*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ* & *Hiberniæ Regem Fidei Defenſorem*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremum Caput*, michi & Succeſſoribus meis imperpetuùm dandarum concedendarum & confirmandarum, quam pro aliis bonis & rationabilibus Cauſis & Conſiderationibus me ad præſens ſpecialiter moventibus,

Dediſſe conceſſiſſe, & hoc præſenti Scripto meo confirmâſſe præfato *Domino Regi Edwardo Sexto*, omnia Dominia & Maneria mea de *Claverton Hampton Lydeyard Compton magna* & *Compton parva* in dicto Comitatu Somerſetiæ,

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Poculchurch*, ac totum Hundredum meum de *Poculchurch* in Comitatu Glouceſtriæ,

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Chard* & Burgum meum de *Chard* in dicto Com. Somerſetiæ.

Ac totum Dominium & Manerium meum de *Weſterleigh* in Com. Glouc.

Ac Maneria mea de *Chedder de Hewyſſhe* in dicto Com. Somerſ. cum eorum Juribus Membris & Pertinentiis univerſis,

Ac totum illud Meſſuagium meum vocatum *Bathe Place* quondam vocatum *le Myneryes* in Parochia Sancti Botholphi extra Algate London.

Ac totum Scitum quondam Hoſpitalis *Sancti Johannis Wellen.* in dicto Com. Somerſ.

Ac omnes illas Firmas meas & Hæreditamenta mea de *Wedſtowne* & *Pynkeſmore* in Wedſtowne & Pynkeſmore, ſeu alibi in dicto Com. Somerſ.

Ac totam Rectoriam meam de *Euercreche* & Advocationem & Jus Patronatûs Vicariæ Eccleſiæ Parochialis de Evercreche in dicto Com. Somerſ.

Ac omnia & ſingula Meſuagia Terras Tenementa Molendina Prata Paſturas Boſcos Subboſcos Communias Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Aquas Piſcarias Redditus Revertiones Servitia Curias Letas Viſ. Franc. Pleg. Parcos Warrennas & Advocationes Eccleſiarum, ac omnia alia Poſſeſſiones Reventiones & Hæreditamenta mea quæcumque in *Claverton Hampton Lydeyard Compton magna Compton parva Charde Chedder* & *Hewyſſhe* in dicto Com. Somerſ. & in *Poculchurch* & *Weſterleigh* in dicto Com. Glouc. ac alibi ubicumque, dictis Dominiis & Maneriis de *Claverton Hampton Lydeyerd Compton magna Compton parva Poculchurch Charde Weſterleighe Chedder* & *Hewyſſhe*, ac dicto *Hundredo de Poculchurch*, ac dicto *Burgo de Charde*, ſeu eorum alicui quoquomodo ſpectantia vel pertinentia, aut ut Membra vel Parcellæ eorumdem Dominiorum & Maneriorum ac Hundredi & Burgi, ſeu eorum alicujus, antehac habita cognita accepta ſeu reputata exiſtentia,

Ac omnia alia Meſuagia Terras Tenementa Molendina Prata Paſturas Boſcos Subboſcos Communias Vaſta Jampna Brueria Mariſcos Aquas Piſcarias Redditus Revertiones Servitia Curias * • XV. 172.
Letas Viſ. Franc. Pleg. Parcos liberas Warennas & Advocationes Eccleſiarum, ac omnia alia Poſſeſſiones & Hæreditamenta mea quæcumque, in *Claverton Hampton Lodeyard Compton magna Compton parva Charde Chedder Hewyſſhe Axbridge Stoke Gifford Civitate Bathon.* in dicto Com. Somerſ. & in *Poculchurche* & *Weſterleigh* in dicto Com. Glouc. ac in *Parochia Sancti Botolphi* extra Algate London. ac in *Towerſtrete Old Fiſſheſtrete* & in *Pater noſter Rowe* in Civitate London.

ac per Præſentes, ut præfertur, datorum & conceſſorum cum Pertinenſiis, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque provenientia ſive creſcentia,

Habenda eidem *Domino Regi* abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde michi præfato *Epiſcopo* quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Scripto meo Sigillum meum appoſui.

Dat. viceſimo die Maii, anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edwardi Sexti* ſecundo.

Et nos *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Andreæ Wellen. Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem Scripto expreſſa & ſpecificata, quantùm pertinet ad prædictum *Epiſcopum* in Præmiſſis, pro nobis & Succeſſoribus noſtris ratificamus approbamus & confirmamus per Præſentes;

Salvis ſemper nobis & Succeſſoribus noſtris toto Jure Titulo & Intereſſe quæ ad præſens habemus, de & in Eccleſiis Rectoriis ac Advocationibus Eccleſiarum & Vicariarum de *Cheddre* & *Lydearde Epiſcopi* in Com. Somerſ. ac Rectoriæ & Advocationis *Vicariæ de Poculchurch*, in Com. Glouc. ac omnibus aliis Terris Tenementis & Francheſiis noſtris in Villis ſeu Parochiis in dicto Scripto dicti *Epiſcopi* expreſſis & ſpecificatis, exiſtentibus.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus comune Sigillum noſtrum appoſuimus.

Dat. in *Domo noſtra Capitulari*, viceſimo primo die Maii, anno Regni dicti Domini *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, ſecundo.

Et MEMORANDUM *quod*, *tam* præfatus Epiſcopus *quam præfati* Decanus & Capitulum, *viceſimo ſeptimo die Septembris*, *Anno ſupraſcripto*, *venerunt coram*, Willielmo Hartgill *Commiſſionario dicti* Domini Regis, *in Domo Capitulari* Decani & Capituli Wellen. *prædicta*, *aſſignato*, *& recognoverunt Scriptum prædictum, ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma prædicta.*

---

* *Pro Epiſcopo Meneven. de Conceſſione Spiritualium & Temporalium.* • XV. 173.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cum, per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato 1548.
apud Weſtmonaſterium Quarto Die Novembris Anno Regni no- *Pat.* 2.
ſtri Primo, ac ibidem tento, inter alia Statuta pro Republica *E.* 6.
noſtra edita, ordinatum enactum & ſtabilitum fuerit quod nul- *p.* 1.
lum Breve de Licentia Eligendi (vulgariter vocatum CONGE *m.* 37.
D'ESLIER) deinceps conceſſum foret, nec Electio alicujus *Archiepiſcopi* ſeu *Epiſcopi* per *Decanum & Capitulum* fieret,

Sed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cum aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicuî Perſonæ, quem nos idoneum exiſtimaremus, eundem conferre poſſemus & valeamus,

Et eadem Collatio, ſic per Literas noſtras Patentes, hujuſmodi Perſonæ factas & deliberatas, Cui Nos in eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, ſeu ejus ſufficienti Procuratori vel Attornato, ſtaret & foret, ad omnia Intentiones Conſtructiones & Propoſita, tanti & conſimilis effectûs quanti & qualis foret, ſi Breve de Licentiâ Eligendi conceſſum, Electio ritè facta & eadem confirmata fuiſſent,

Et quod, poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona, cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari & habere Liberationem ſuam, ſeu *Breve de amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ, prout in eodem Statuto plenius liquet;

Ac

[illegible] primo Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### * *De Significavit pro Epiſcopo Meneven.*

* XV. 174.
Ann. D. 1548.
Par. 2. E. 6. p. 1. m. 37.

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutum.

Cùm nos, Epiſcopatu Meneven. per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Willielmi nuper illius Loci Epiſcopi* ad Epiſcopatum Bathon. & Wellen. nuper vacante, dilecto nobis in Chriſto, *Roberto Ferrar* Sacræ Theologiæ Profeſſori, per Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra ſpeciali, de aviſamento & conſenſu præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatoris* ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum quorumcumque *Protectoris*, cæterorumque Conſiliariorum noſtrorum, contulerimus dederimus & conceſſerimus prædictum Epiſcopatum Menev. ac ipſum *Robertum Epiſcopum Meneven.* ac Diœceſanum Menev. prædictæ nominaverimus fecerimus ordinaverimus creaverimus & conſtituerimus per Literas noſtras prædictas, prout per eaſdem Literas noſtras Patentes pleniùs liquet & apparet; & hoc vobis, Tenore Præſentium, ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungendo mandantes, quatenus præfatum *Robertum* in Epiſcopum Meneven. conſecrare, ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis inveſtire, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Ligbes* primo Die Auguſti.

---

### *Pro Duce Somerſetiæ Protectore Regis, de Poteſtatibus.*

Ann. D. 1548.
Pat. p. 7. m. 43.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm Nos, per Literas noſtras Patentes, datas apud Weſtmonaſterium *duodecimo die Martii* Anno Regni noſtri primo, conſtituerimus aſſignaverimus ac declaraverimus, de aviſamento & conſilio diſcretorum ac honorabilium Conſiliariorum noſtrorum, ac cæterorum Procerum & Prælatorum, Regni noſtri Angliæ, præcariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatorem*, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectorem* durante minore Ætate noſtrâ, cum tam amplis Conceſſionibus, & hujuſmodi Auctoritate & Poteſtate prout Perſonæ Regiæ Majeſtatis *Gubernatori*, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectori* convenit & decet, ac prout antehac alicui *Gubernatori* aliquorum Progenitorum noſtrorum, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum ſuorum *Protectorem*, conceſſa vel donata fuerit, ac cum aliis amplis Cauſis Conceſſionum & Auctoritatum, prout in eiſdem Literis noſtris Patentibus pleniùs apparet:

Quæ quidem Conceſſiones Auctoritates & Clauſæ, ex adviſamento Conſiliariorum noſtrorum, volumus & mandamus, per Præſentes, quòd habeantur interpretentur & adjudicentur ampliſſimo liberaliſſimo ac beneficentiſſimo modo pro Amplificatione Augmentatione ac Manutenentia Auctoritatum Poteſtatum Præ-

Quapropter omnibus & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Militibus Armigeris Majoribus Ballivis Locumtenentibus ac omnibus aliis dilectis Subditis noſtris, necnon omnibus Imperatoribus Regibus Principibus Ducibus Dominis ac omnibus aliis Principibus Monarchiis & Potentatibus forinſecis & alienigenis, ſignificamus declaramus & innoteſcimus quòd,

Cùm conſtituerimus & ordinaverimus prædictum præchariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Regiæ *Gubernatorem* ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectorem*, durante minore Ætate noſtrâ Regiâ prædictâ in dictis Literis Patentibus expreſſâ,

Intentio & Animi noſtri ſententia fuit & nunc eſt quòd, per eaſdem Literas noſtras Patentes, fecimus & ordinavimus, ac per has Literas noſtras Patentes facimus conſtituimus & ordinamus, antedictum præcariſſimum Avunculum noſtrum *Edwardum Ducem Somerſet.* LOCUMTENENTEM NOSTRUM ac CAPITANEUM GENERALEM pro Guerris & Bellis, tàm infra omnes & ſingulos Comitatus & Provincias infra Regna & Dominia noſtra quæcumque ſeu aliquam partem eorumdem, quàm in omnibus & ſingulis aliis Regionibus Dominiis & Locis ubicumque, tam citra Mare quàm ſuper & ultra Mare, ſeu alibi ubicumque Caſus evenerit, ac ubicumque & quandocumque neceſſarium vel expediens prædicto *Avunculo noſtro* fore videbitur;

Et etiam dedimus, & per Præſentes damus & concedimus, eidem *Avunculo noſtro* plenam Poteſtatem & Auctoritatem, non ſolùm hac vice, ſed impoſterùm, de tempore in tempus, cum & quotiens ſibi videbitur expedire, pro Defenſione ſeu Munitione Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum vel pro Invaſione alienorum Regnorum ſive Dominiorum, pro neceſſaria Subjugatione & Cohertione Inimicorum & Hoſtium noſtrorum, ſeu pro juſta adeptione & obtentione Juris noſtri, vel ut eoſdem Inimicos & Hoſtes in Ditionem noſtram redigeret, aut pro aliqua alia re cauſa vel materia quacumque neceſſaria ſeu quocumque modo opportuna convocandi atque colligendi omnes & ſingulos Ligeos & Subditos noſtros cujuſcumque ſtatûs fuerint, per ſingula Regna & Dominia noſtra & quamlibet Partem eorumdem, ſeu tot & tantos eorumdem prout ſibi videbitur neceſſarium,

Eoſque, ſic convocatos, arraiandi & delegendi ſeu eligendi,

Et ſic arraiatos & electos benè & defenſibiliter armari faciendi & mandandi,

Monſtrationes eorumdem in Locis congruis & oportunis accipiendi & ſupervidendi,

Ac alium forinſecum Auxilium, ſeu alios Militos ſeu Soldarios forinſecos, juxta ſanam ejus Diſcretionem, conducendi atque diſponendi,

De Theſauro noſtro Munitionum Artillariorum Tentorum Pavilionum, pro Equis Navibus Caracatis Galeis & aliis Navibus quibuſcumque, ac de omnibus aliis rebus noſtris quibuſcumque, pro ſecuriori Defenſione & Tuitione noſtrâ ac Regnorum & Subditorum noſtrorum, & Expeditione Rerum noſtrarum fiendâ, tam per Mare quam per Terram, per ſanam ejus Diſcretionem capiendi & recipiendi,

Et prædictos Ligeos & Subditos noſtros, in forma prædicta arraiatos electos atque armatos, tam Equites Pedites & Sagittarios, quam omnia alia Armorum ſeu Armaturarum genera quæcumque, unà cum Munitionibus & aliis * neceſſariis Belli, Adducendi & * XV. 178.
Cariandi aut adduci & cariari Faciendi, non ſolùm in quemcumque locum Regnorum & Dominiorum noſtrorum, pro Repulſione Hoſtium & Inimicorum noſtrorum ac Defenſione noſtra &

Sub-

Digitized by Google

tes, Caſtigandi & Incarcerandi, atque ſic incarceratos juxta ejus Diſcretionem Solvendi & Deliberandi,

Necnon quaſcumque Cauſas Criminales, tam Vitæ quàm Membrorum Mutilationes, ac de morte Hominis quàm alias Cauſas Contractus & Querelas omnium & ſingulorum de & in Dominiis & Territoriis noſtris prædictis, ac de & in Exercitu prædicto exiſtentium & futurorum, per ſe vel per ſufficientem Deputatum ſuum Audiendi & Terminandi, ac hujuſmodi Delinquentes juxta eorum Demerita Puniendi & Caſtigandi, Pœnaſque Mortis & Membrorum quotiens opus fuerit, Inſligendi, & eoſdem, ſi videbitur, Pardonandi & Deliberandi,

Necnon Salvos Conductus generales ac ſpeciales ubicumque Locorum, tam per Mare quàm per Terram, quibuſcumque Perſonis, ex cauſis prædictis *Avunculum noſtrum* moventibus, per Literas ſuas ſub Sigillo ſuo conficiendas de tempore in tempus, quotiens & quando ſibi placuerit, Promittendi, Concedendi & Donandi:

Et, quoniam prædictus *Avunculus noſter*, ut *Gubernator* Perſonæ noſtræ Regiæ, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protector*, propter diverſas graves & urgentes Cauſas Nos & Regna noſtra tangentes neceſſarias, plurima Agenda Conferenda & Tractanda cum extraneis & forinſecis Imperatoribus Regibus Principibus Ducibus Poteſtatibus Marchionibus, & aliis Rectoribus habiturus indies ſit, Propoſuimus Intendebamus & Decrevimus per prædictam Conceſſionem, Literaſque Patentes noſtras prædictas, & nunc etiam de Aviſamento prædicto per Præſentes Volumus & Concedimus quòd prædictus Præcariſſimus *Avunculus noſter* plenam abſolutamque Poteſtatem & Auctoritatem habeat & gaudeat ad Interloquendum Tractandum Concludendum Faciendum, ac Determinandum Treugas Inducias Fœdera Ligas Abſtinentias, Pacis ſeu Belli & Guerræ, ſeu aliquam aliam Ligam aut Tractatum cum quovis exteriori aut forinſeco Imperatore Rege Principe Duce Poteſtate, aut alia quacumque Perſona, ſive aliis quibuſcumque Perſonis, de & ſuper Clauſulis Articulis Conditionibus Promiſſionibus ac Pactis, qualia & quæ dicto *Avunculo noſtro*, pro Commoditate, Utilitate & Securitate Noſtri ac Regnorum noſtrorum prædictorum, congrua apta oportuna & convenientia videbitur, & Regno noſtro expediri,

Necnon, ſuper Diſſolutione ac Diruptione dictarum Treugarum, Induciarum Abſtinentiarum Tractatuum Fœderum Ligarum, aut aliquorum hujuſmodi Pactorum,

Indicere aut declarare Guerram & Bellum in quaſcumque exte-
* XV. 177. ras Perſonas * hujuſmodi Inducias Ligas ſeu Fœdera dirumpere præſumentes, idque re ipsâ gerere manutenere & proſequi, nomine noſtro ac pro re noſtra, in tam amplis modo & formâ prout noſmetipſi idem ac eadem facere ac facere poſſimus ſi ibidem perſonaliter intereſſemus:

Et ulterius, quicquid uſquam rerum ſive quodcumque prædictus præcariſſimus *Avunculus noſter* gravi conſideratâque Prudentiâ ſuâ in Præmiſſis ſeu aliquâ parte Præmiſſorum, juxta ejus ſanam Diſcretionem fecerit egerit ſeu geſſerit, vel faciet aget ſeu geret, durante minori Ætate noſtrâ prædictâ, volumus & firmiter promittimus de aviſamento prædicto, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, eadem omnia & ſingula rata grataque eſſe & fore, & eadem omnia ſic accipi & conſtrui per Nos, & accipienda & conſtruenda fore, tanquam per noſmetipſos facta habita ſive geſta fuerunt vel fuerint, ac tanquam eo ipſo tempore quo fuerunt vel erunt facta ſive geſta noſmetipſi plenæ & perfectæ Ætatis exiſtens eadem fecimus vel fecerimus, ſeu eiſdem conſenſerimus;

Et generaliter, de Aviſamento prædicto, damus & concedimus prædicto *Avunculo noſtro* plenam Poteſtatem & Auctoritatem faciendi & perimplendi, ac fieri & perimpleri cauſandi & mandandi omnia & ſingula quæcumque ad Officium *Locumtenentis* ſeu *Capitanei Generalis* cujuſcumque in Guerra ſeu Bello, tam in tempore noſtro quàm in tempore Progenitorum noſtrorum, quo- bitatam ſpem quam de ejus gravi atque circumſpecta Prudentia ac Integritate confidimus & habemus, univerſa & ſingula Præmiſſa cum omni diligentia exequi proſequi & perficere, ac exequenda proſequenda & perficienda diligenter curare,

Quamobrem volumus & firmiter injungentes præcipimus omnibus & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Admirallis Viceadmirallis Majoribus Vicecomitibus Ballivis Conſtabulariis Locumtenentibus Capitaneis Officiariis Miniſtris Nautis Marinariis Militibus Souldiariis & cæteris quibuſcumque Ligeis & Subditis noſtris, aliiſque omnibus, ad quos virtute Præſentium quicquid ſpectat agendum, quod ipſi omnes & ſinguli ſub Pœna Ligeantiæ ſuæ ſint attendentes adjuvantes & auxiliantes prædicto *Avunculo noſtro*, ſive ejus Locumtenenti ſive Locumtenentibus, Capitaneo ſive Capitaneis, Deputato ſive Deputatis, ut præfertur, per prædictum *Avunculum noſtrum* ordinandis, tam per Mare quàm per Terram, ac ſi ibidem perſonaliter Præſentes intereſſemus.

Et ulteriùs volumus ac de Aviſamento prædicto mandamus &
concedimus quod tam prædictus præcariſſimus * *Avunculus noſter* * XV.
ac alii Locumtenens ſive Locumtenentes, Capitaneus ſive Capi- 178.
tanei, ſic per prædictum *Avunculum noſtrum* conſtituti ſive deputati, ut præfertur, quàm alii omnes & ſinguli noſtri Ligei Homines, ac Subditi, ſic per *dictum Avunculum noſtrum* collecti convocati ac congregati fuerint, & de cætero ſint acquietati & exonerati de omnibus Foriſfacturis Dampnis Cenſuris Pœnis Moleſtationibus, & quæ vel quas dictus *Avunculus noſter* ſeu aliquis alius Subditorum noſtrorum incurrere ſeu incidere poſſit vel poſſint circa executionem Præmiſſorum, ratione vel prætextu alicujus Statuti Actûs ſeu Proclamationis antehac habitorum editorum ſive factorum; aliqua Lege Actu ſive Statuto in contrarium factis non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, undecimo Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Univerſitatibus Cantabrigiæ & Oxonii de Commiſſariis ad Viſitandum conſtitutis.*

REX, *&c.* Ann. Dom.
Reverendis in Chriſto Patribus, 1548.
*Thomæ Elienſi*, Pat. 2.
Et *Nicholao Roffenſi*, E. 6.
Epiſcopis, p. 3. m.
Prædilectis & Fidelibus Conſiliariis noſtris, 26. dor.
*Willielmo Paget* Ordinis Garterii noſtri Militi, Hoſpitii noſtri Antigrapho ſeu Contrarotulatori,
*Thomæ Smyth* Secretario noſtro,
*Johanni Cheeke* noſtræ Adoleſcentiæ Inſtitutori,
Et *Willielmo Maye* Legum Doctori Supplicum Libellorum Magiſtro & Decano Sancti Pauli,
Et,
*Thomæ Wendrie* Medico noſtro Medicinæ Doctori, Salutem.

Cùm præclarum & inſigne Monumentum Sereniſſimi noſtri Regni Poſteris edere ſtuderemus & deliberaremus, cum Avunculo noſtro cariſſimo *Edwardo Duce Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatore* &c. omnium Terrarum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectore*, & cæteris Conſiliariis noſtris ſuper hac Re, & ſuper Exornatione Eccleſiæ noſtræ Anglicanæ & Hibernicæ (cujus *Supremum Caput* ſub Chriſto in Terris nos ſumus &

aſ-

Digitized by Google

... ac ignavos, atque Culpabiles condignis Pœnis, uſque ad Dignitatum Societatum ac Officiorum ſuorum Privationem, aut Stipendiorum Proventuum & Emolumentorum ſuorum quorumcumque Sequeſtrationem, vel quamcumque aliam congruam & competentem Cohertionem, puniendum & coercendum, atque ad probatiores vivendi Mores modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis reducendum,

Contumaces autem & Rebelles, cujuſcumque ſtatûs & conditionis fuerint, ſi quos inveneritis, tam per Cenſuras Eccleſiaſticas quam etiam Incarcerationem ac Recognitionum acceptationem, & quæcumque alia Juris Regni noſtri Remedia compeſcendum,

Pecunias impendendas quotannis in Exequias & Convivia, aut in Lectiones publicas vel privatas, ad alios Uſus magis convenientes, aut in alias formas convertendum,

Pecunias item in aliquo Collegio impendendas, ex Fundatione ejuſdem Collegii in Choriſtas Cantores & alias Impenſas, ratione quotidiani Servitii, ut vocant, Eccleſiaſtici, aut in Pueros Grammaticales, ad Alimentum Sociorum vel Scholaſticorum ad Philoſophiam vel alias Literas diſcendorum, in eodem vel alio Collegio conſtituendorum, convertendum,

Magiſtros Præpoſitos Præſidentes Socios vel Scholares quoſcumque, illis Officiis indignos, non proficientes, Statutis Collegii, vel Commodo Reipublicæ & bonarum Literarum, id exigentibus, expellendum & amovendum, & alium vel alios in amotorum loco præficiendum & ſubſtituendum,

Ceſſiones præterea quorumcumque Præpoſituras Magiſteria Præſidentias Gardianias Societatum, ſeu Officia in locis prædictis habentium, coram vobis factas ſeu exhibitas, auctoritate noſtrâ admittendum, eaque vacare & pro vacantibus decernere, & in Loca, ſic per Ceſſionem aut alio quovis modo vacantia, Perſonas habiles & idoneas ſubſtituendum,

Collegia duo vel plura, ſive noſtræ ſive cujuſcumque alterius Fundationis fuerint, ſi vobis ex utilitate Academiæ videbitur, in unum conjungendum,

Cantarias, nominaque Cantariarum, in quocumque Collegio fundatæ fuerint, & earum Fundationes mutandum, aliaſque Appellationes illis imponendum, & Fructus Redditus ac Proventus dictarum Cantariarum ad Scholarium Exhibitionem aſſignandum,

Et dictæ *Univerſitatis noſtræ* & Collegiorum ac Aularum Incorporationes Fundationes Statuta Ordinationes Privilegia Compoſitiones Computus & alia Munimenta quæcumque exigendum & recipiendum, eaque diligenter examinandum & diſcutiendum,

Formas Officiorum Divinorum, & Diſputationum & publicarum Lectionum Collationis quoque Graduum & Honorum, qui Eruditionis proponuntur ſtudioſis, immutandum, & in commodiorem Rationem inſtituendum,

Necnon Injunctiones & Statuta quæ vobis pro commodiore Ordine videbuntur idonea, Perſonis in eiſdem degentibus, nomine noſtro tradendum, & vice & auctoritate noſtris eis indicendum & aſſignandum, Pœnaſque convenientes in eorum Violatores infligendum & irrogandum,

Statutaque Ordinationes Conſuetudines & Compoſitiones, ſi quas compereritis eiſdem contrarias ſive repugnantes, tollendum & penitùs annichilandum,

Juramentum inſuper Obedientiæ & Fidelitatis Nobis & Hæredibus noſtris debitarum, deque removenda renuncianda, penituſque abneganda *Epiſcopi Romani* prætenſa uſurpata & ficta auctoritate, & quæcumque alia Juramenta, ex Statutis Regni noſtri



... ctum, plenius & uberius ſub Sigillo noſtro Angliæ, illud Collegium plenè ſtabiliverimus, Magiſtris autem Sociis ac Scholaſticis Collegii vel Collegiorum, quæ propter hanc Cauſam Diſſoluta erunt, per Penſiones Annuas, vel aliter pro veſtro Arbitrio, Providendi;

Dedimus quoque Vobis Authoritatem *Collegium Medicinæ*, in aliquo idoneo Loco dictæ *Univerſitatis*, Conſtituendi, Deputando aliquod unum Collegium illi Studio quodcumque Vobis videbitur, & eos Socios in illo Collegio, ſic Medicinæ deputando, qui ad Medicinam Studium ſuum velint convertere, ſi ad hoc per Vos idonei judicabuntur, Socios *Collegii noſtri Medici* Faciendi, Eos verò qui nolint ſequi illam Artem, vel ad eandem minus idonei judicabuntur, in alia Collegia Transferendi, vel Penſiones Magiſtro ſive Sociis illius Collegii Aſſignandi:

Mandantes omnibus & ſingulis Vicecomitibus Majoribus & Ballivis, ac quibuſcumque aliis Officiariis, Miniſtris & Subditis noſtris, quotannis, ut vobis & cuilibet veſtrûm, in & circa Præmiſſorum executionem, effectualiter aſſiſtant auxilientur & ſuffragentur; aliquo alio Statuto, &c. aut aliqua aliâ Re, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, duodecimo Die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Præſentatione ad Rectoriam in Marchiis Caleſiæ.*

REX Omnibus ad quos, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino *Thomæ*, Permiſſione Divinâ *Cantuar. Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati, ejuſve in Abſentia Vicario ſuo in Rebus Eccleſiaſticis Generali cuicumque, Salutem. Ann. D. 1548. *Pat. 2. E. 6. p. 1. m. 32.*

Ad Rectoriam & Eccleſiam Parochialem *de Scales*, in Comitatu *Guyſnes*, in Marchiis noſtris *Caleſii*, modò vacantem per liberam Reſignationem *Roberti Skeffe* Clerici ultimi Incumbentis ejuſdem, & ad noſtram Præſentationem & Donationem pleno jure ſpectantem, Dilectum Nobis in Chriſto *Andream Beſte* Capellanum, Vobis, de Aviſamento & Aſſenſu Præcariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ Gubernatoris ac Regnorum Dominiorum Subditorumque noſtrorum *Protectoris*, necnon cæterorum Conſiliariorum noſtrorum, Præſentamus per Præſentes;

Rogantes quatenus dictum *Andream* ad prædictam Rectoriam & Eccleſiam admittere, Ipſumque in Rectoriam ejuſdem Eccleſiæ inſtitui & induci facere, cum omnibus ſuis Juribus Fructibus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula peragere expedire & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo Die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

fato *Sebaſtiano Caboto*, tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas dicta Annuitas ſive annualis Redditus *Centum Sexaginta ſex Librarum Treſdecim Solidorum & Quatuor Denariorum* à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque ſe extendit & attingit,

Habendas & Recipiendas præfato *Sebaſtiano Caboto* & Aſſignatis ſuis de Theſauro noſtro prædicto, per manus prædictorum Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum, de Dono noſtro, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

55 *De Poteſtatibus ad inquirendum ſuper Heretica Pravitate.*

Ann. D. 1549. An. 3. E. 6. Pat. 3. E. 6. p. 6. m. 28.

REX,
Reverendiſſimo in Chriſto Patri,
*Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano,
Ac Reverendis in Chriſto Patribus,
*Thomæ Elienſi*,
*Nicholao Wigornienſi*,
*Thomæ Weſtmonaſterienſi*,
*Georgio Ciceſtrenſi*,
*Henrico Lincolnienſi*,
Ac *Nicholao Roffenſi*,
Epiſcopis:
Prædilectiſque & Fidelibus Conſiliariis noſtris,
*Willielmo Petre*,
*Thomæ Smith*,
Militibus, Secretariis noſtris:
Dilectis Nobis,
*Richardo Coxe* Elimoſinario noſtro,
*Antonio Cooke* Militi,
*Jacobo Hales* Militi,
Servientibus ad Legem:
*Willielmo Mey* Decano Sancti Pauli,
*Johanni Taylour* Decano Lincolniæ,
*Willielmo Cooke* Decano de Arcubus,
*Simoni Haynes* Decano Exon.
*Johanni Redman*,
*Hugoni Latymer*,
*Egidio Eyre*,
Et *Tonge*,
Sacræ Theologiæ Profeſſoribus:
*Croke*,
*Richardo Lyell*,
Et,
*Rolando Taillour*,
Legum Doctoribus:
*Johanni Goſnold* Armigero,
Et *Willielmo Cyrill*,
Salutem.

Etſi Regibus quidem omnibus; qui Chriſti Nomen profitentur, nihil æquè incumbat ac Fidem Chriſtianam, in ſuo Populo ac in Eccleſiis ſuæ Auctoritati * Regiæ ſubjectis, Sartam Tectam atque Incolumem conſervare; nobis tamen, qui Fidei Defenſor peculiari quodam Titulo vocitamur, maximè præ cæteris Curæ eſſe debet, ut non ſolùm pro viribus annitamur ut Chriſti Religio quampuriſſimè atque integerrimè noſtro Populo tradatur, verùm etiam ut omni quâ poſſumus ratione caveamus ne Chriſti Adverſarius, ut eſt ſemper ad omnia corrumpenda paratus, noxium Hæreſeos Semen & Labem malæ Doctrinæ clan- * XV. 182.

[illegible] plano, ac ſine ſtrepitu & figura Judicii, cognoſcendum inquirendum & inveſtigandum,

Et ſi, per Examinationem & Inquiſitionem hujuſmodi, aliquem de alicujus Hæreſeos, ſeu impiæ Opinionis Crimine contractum & involutum eſſe deprehenderitis, ab Erroribus ſuis revocandum,

Eumque, ſi Errorum ſuorum pertæſum eſſe compereritis, ad Errorum ſuorum hujuſmodi Abjurationem & Renunciationem inducendum,

Et ſubſequenter in Sacroſanctæ Eccleſiæ Gremium admittendum, aliaſve prout Juris & Æquitatis ratio perſuaſerit, abſolvendum & dimittendum,

Pœnitentiaſque ſalutares & condignas pro commiſſis infligendum & imponendum;

Pertinacem verò, & obſtinatum Erroribus ſuis deſperatè immerſum, ſi quem deprehenderitis, ex Cœtu Fidelium ejiciendum & exterminandum, ac Seculari Poteſtati, ſi ita Facti atrocitas expoſcat, committendum tradendum & liberandum;

Necnon omnes & ſingulos Rectores Vicarios Clericos & Miniſtros Eccleſiaſticos quoſcumque, ac Laicos cujuſcumque Conditionis exiſtant, *Librum appellatum*, &c. aut divina Officia in eodem expreſſa & inſerta, vel aliquam partem eorundem contemnentes ſpernentes adverſantes ſive obloquentes, ſi qui tales ſuſpecti reperti detecti inquiſiti aut accuſati fuerint, juxta vim formam & effectum Statuti in ea parte editi & proviſi, puniendum & corrigendum;

Cæteraque omnia & ſingula faciendum exercendum & expediendum quæ circa dictæ Inquiſitionis & Examinationis Negotia neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna,

Vobis xxv. xxiv. xxiii. xxii. xxi. xx. xix. xviii. xvii. xvi. xv. xiv. xiii. xii. xi. x. ix. viii. vii. vi. v. iv. aut tribus veſtrûm (quorum *Archiepiſcopum Cantuarien. Epiſcopum Elien. Epiſcopum Wigorn. Epiſcopum Weſtm. Epiſcopum Ciceſtren. Epiſcopum Lincol. Epiſcopum Roffen. Willielmum Petre*, *Thomam Smythe*, *Ricardum Coxe*, aut *Willielmum Mey*, unum eſſe volumus, & in executione Præmiſſorum intereſſe) de quorum ſana Doctrina Fidei Zelo, Vitæque & Morum Integritate, exactaque in rebus gerendis Dexteritate, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, Vices noſtras committimus, ac plenam, Tenore Præſentium, concedimus Facultatem,

Cum Poteſtate pleniſſimâ Perſonas ſic detectas denunciatas inquiſitas vel ſuſpectas, evocandi coram vobis, & Carceri & Vinculis, ſi opus fuerit * mancipandi, ac Teſtes quoſcumque, pro veritate Præmiſſorum explicanda & eruenda, quomodolibet requiſitos, coram vobis quibuſcumque Diebus & Locis veſtro arbitrio in hac parte limitandi evocandi & citandi, eoſdemque Teſtes ſeſe ſubtrahentes omnibus modis & Juris Remediis quibuſcumque compellendi, * XV. 183.

Cumque omniâ aliâ Juriſdictionis & Auctoritatis noſtræ legitimâ Cohertione in hac parte & poteſtate, voſque ad effectus prædictos Cognitores Inquiſitores Judices & Commiſſarios noſtros nominamus facimus conſtituimus & deputamus per Præſentes;

Eo non obſtante quod Denunciatio ſive Indictatio contra Perſonas prædictas ejuſmodi in hac parte non proceſſit, ſive aliquibus aliis Statutis aut Ordinationibus in Parliamento noſtro in contrarium editis ſeu proviſis, in quibus major forſan Solempnitas & Circumſtantiæ ad hujuſmodi exequenda Negotia requiruntur, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque:

Mandamus omnibus & ſingulis Theologis & Juriſperitis, necnon Majoribus Vicecomitibus Ballivis aliiſque Officiariis & Miniſtris noſtris quibuſcumque, quatinus vobis in & circa Præmiſſorum Executionem effectualiter, ſi per vos requiſiti & interpellati fuerint, aſſiſtant & ſuffragentur.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Leighes*, duodecimo Die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

*De*

Digitized by Google

fuit Cura in Academias noſtras oculos ac mentem adjicere, è quibus omnis Radix Diſciplinæ, & Semina bonarum Literarum ac Virtutis in reliquas partes Provinciarum & Regnorum noſtrorum ſolet propagari, ut illæ in integrum perfectum & Eruditioni ac Virtuti maximè convenientem Statum reponerentur, & ut hæ Leges Mores Conſuetudines atque Ordines in *Oxoniæ* & *Cantabrigiæ* Academiis per Nos conſtituerentur, quæ poſſent maximè facere in Honorem Chriſti, & Gloriam Regni noſtri, & Virtutum ac bonarum Literarum uberrimum Proventum, unde non Angliæ ſolùm & Hiberniæ, verùm exteræ quoque Nationes, Lucem poſſent accipere.

In qua deliberatione cum circumſpiceremus quoſdam Viros Idoneos, & Literariæ Rei non ignaros, ad iſtud quod maximè cuperimus nomine ac vice noſtris præficiendos delegare poſſemus,

De Aviſamento & Conſilio prædicto, aſſignavimus vos ſeptem ſex quinque quatuor tres duos & unum veſtrûm Delegatum ſeu
* XV. 184. Delegatos noſtros, * Commiſſarium ſive Commiſſarios, ad ea quæ infra ſcribuntur exequendum,

Ad viſitandum igitur in Capite & Membris, tam liberam *Capellam* noſtram infra Caſtrum noſtrum de *Wyndſore* & *Collegium de Wynton* ex Fundatione *Willielmi Wickham*, quam univerſam Diœceſim noſtram *Oxoniæ* præcipuè verò *Univerſitatem noſtram Oxon.* ac omnia & ſingula Collegia Aulas Hoſpitia & Loca alia quæcumque Exercitio Scholaſtico deputata, tam exempta quam non exempta, ibidem conſtituta, eorumque Præpoſitos Magiſtros Gardianos Rectores ſive Cuſtodes, ac Socios Scholares Studentes Miniſtros & Perſonas alias quaſcumque in eiſdem commorantes,

Deque Statu Locorum hujuſmodi, necnon Studio Vitâ Moribus & Converſatione, ac etiam Qualitatibus Perſonarum in eiſdem degentium ſeu miniſtrantium, modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis, inquirendum & inveſtigandum, Criminoſos ac Delinquentes, Socordes ac Ignavos, atque Culpabiles condignis Pœnis, uſque ad Dignitatum Societatum ac Officiorum ſuorum Privationem, & Stipendiorum Proventuum & Emolumentorum ſuorum quorumcumque Sequeſtrationem, vel quamcumque aliam congruam & competentem Cohertionem, puniendum & coercendum, atque ad probatiores vivendi Mores modis omnibus quibus id melius & efficacius poteritis reducendum,

Contumaces autem & Rebelles, cujuſcumque ſtatûs & conditionis fuerint, ſi quos inveneritis, tam per Cenſuras Eccleſiaſticas quam etiam Incarcerationem ac Recognitionum acceptationem, & quæcumque alia Juris Regni noſtri Remedia compeſcendum,

Pecunias impendendas quotannis in Exequias & Convivia, aut in Lectiones publicas vel privatas, ad alios Uſus magis convenientes, aut in alias formas convertendum,

Pecunias item in aliquo Collegio impendendas, ex Fundatione ejuſdem Collegii in Choriſtas Cantores & alias Impenſas, ratione quotidiani Servitii, ut vocant, Eccleſiaſtici, aut in Pueros Grammaticales, ad Alimentum Sociorum vel Scholaſticorum ad Philoſophiam vel alias Artes diſcendas, in eodem vel alio Collegio conſtituendorum, convertendum,

Magiſtros Præpoſitos Præſidentes Socios vel Scholares quoſcumque, illis Officiis indignos, non proficientes, Statutis Collegii, vel Commodo Reipublicæ & bonarum Literarum, id exigentibus, expellendum & amovendum, & alium vel alios in amotorum loco præficiendum & ſubſtituendum,



& convocandum, Cauſas etiam Inſtantiarum examinandum & fine debito terminandum,

Ac omnia & ſingula alia, quæ circa hujuſmodi Viſitationis Inquiſitionis ſeu Reformationis totius Academiæ Negotia, ſive hic expreſſa fuerint ſive non expreſſa, quæ neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, faciendum & exequendum, vobis & ſingulis veſtrûm, de quorum Doctrina Morum & Conſilii gravitate, ac in rebus gerendis fide & induſtria, plurimùm confidimus, Vices noſtras committimus, ac plenam Tenore Præſentium concedimus Poteſtatem, etiamſi hujuſmodi ſint quæ ſpecialia verba requirunt, cum cujuſlibet congruæ & legitimæ Coertionis Poteſtate:

Et quoniam *Studium Juris Civilis* non ſolùm jam aliquot Annos deferbuiſſe in Academia noſtra *Oxon.* verùm etiam propemodùm Extinctum eſſe Nobis indicatum eſt, præcipuam vobis omnibus Curam & Solicitudinem imponimus, ut, quibus poteritis viis ac modis, illud excitetis & amplificetis, cui Studio ut poſſitis amplius mederi, & Fructu Laboris ac Diligentiæ Juventutem ad illud accendere, pleniſſimam ac ſummam Auctoritatem per abſolutam & Regiam noſtram Poteſtatem vobis conceſſimus, univerſum Numerum in Lege Civile Studentium in Collegio Beatæ *Mariæ* vocato *the Newe College of Oxford*, in Collegium *Animarum*, & univerſum Numerum in Artibus Studentium in *Collegio Animarum* in Collegium prædictum Beatæ Mariæ commutandum transferendum & conſtituendum prout vobis commodiſſimum fore videbitur, ſic ut in Collegio *Animarum* tantum ſint qui Legis Civilis Studio vacabunt, & in Collegio Beatæ *Mariæ* prædicto illi tantùm ſint qui Artium & Verbi Dei Studio poſthac ſemper incumbent.

Dedimus quoque Vobis Auctoritatem *Collegium Medicinæ*, in aliquo idoneo Loco dictæ *Univerſitatis*, Conſtituendi, Deputando aliquod unum Collegium illi Studio quodcumque Vobis videbitur, & eos Socios in illo Collegio, ſic Medicinæ deputando, qui ad Medicinam Studium ſuum velint convertere, ſi ad hoc per Vos idonei judicabuntur, Socios *Collegii noſtri Medicinæ* faciendi, eos verò qui nolunt ſequi illam Artem, vel ad eandem minus idonei judicabuntur, in illa Collegia Transferendi, vel Penſiones Magiſtro ſive Sociis illius Collegii Aſſignandi:

Mandantes omnibus & ſingulis Vicecomitibus Majoribus & Ballivis, ac quibuſcumque aliis Officiariis, Miniſtris & Subditis noſtris, quatenus vobis & cuilibet veſtrûm, in & circa Præmiſſorum executionem, effectualiter aſſiſtant auxilientur & ſuffragentur; aliquo Actu Statuto Ordinatione Proviſione Proclamatione ſive Reſtrictione, in contrarium factis editis ordinatis proclamatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, octavo Die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Protectione.*

Ann. D. 1549. *Pat.* 3. E. 6. p. 2. m. 15.

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod Nos,

Ob certas Cauſas, Nos & Negotia Regni noſtri Angliæ concernentes, ex noſtra Regia Prærogativa, quam nolumus eſſe arguen-

[illegible] vel Querelarum per ipſum *Anthonium* alicui debitarum, ſive durante præſenti Protectione & Salvaguardia noſtris prædictis, per Juſticiarios Caſtellanos Præpoſitos Officiarios ſeu alios Miniſtros noſtros quoſcumque, vel aliquem eorum, tam infra Regnum noſtrum Angliæ, quam alia Dominia ubicumque conſtitutos, vel eorum ſingulos Locatenentes implacitentur arreſtentur inquietentur vexentur perturbentur ſeu in Priſona detineantur, aut per certas Res Redditus vel Bona & Catalla ſua quæcumque interim aliqualiter diſtringantur vel attachientur, aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Mandato noſtro in contrarium factis non obſtantibus;

Damus autem ex aſſenſu & conſenſu prædictis, univerſis & ſingulis Juſticiariis noſtris & Majoribus, Locumtenentibus Vicecomitibus Comitatuum Ballivis Seneſcallis Conſtabulariis Præpoſitis Officiariis & omnibus aliis Miniſtris, tam infra dictum Regnum noſtrum Angliæ quàm alia Dominia noſtra ubicumque conſtitutis, & eorum ſingulorum Locatenentibus, tam infra Libertates quàm extra, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Tenore Præſentium, firmiter in mandatis, quod ipſum *Anthonium* Factores Servientes & Deputatos ſuos prædictos, ab omni Actione Condempnatione & Executione, durante præſenti Protectione & Salvaguardia noſtris, ſive Impedimento Arreſto Attachiamento Vexatione vel Perturbatione, ſalvùm & ſecurè ire permanere accedere & recedere faciant & permittant:

Volumus inſuper quod *Cancellarius noſter Angliæ* qui pro tempore fuerit, tot & tanta Brevia, ac Literas noſtras Patentes bonas & efficaces in Lege, præfato *Anthonio* de tempore in tempus fieri faciat deliberare, quot & quanta pro complemento Præmiſſorum eidem *Anthonio* fuerint neceſſaria & oportuna, abſque aliqua Proſecutione penes Nos & Hæredes noſtros aliquo modo pro eiſdem facienda vel proſequenda.

In cujus rei, &c. per duos Annos integros poſt datam Præſentium firmiter duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Regibus Armorum Heraldis & Purſivandis, de Exemptione.*

Ann. D. 1549. Ibid. p. 3. m. 2. EDwarde the Syxt, &c. to all them to whom theſe Preſentes ſhall come, Greeting.

Where our faythfull Subjects the Lords and Commons of our Realm of *England*, being together aſſembled in our Parliament latelie holden at *Weſtminſter* this preſent Thirde of oure Reygne, did graunt unto Us *a certen Relif* to endure by the ſpace of three Yeres then next to com; *That every* Lay Perſon, *beyng aſwell oure naturall Subjecte as alſo every Eſtraunger, having Goodes and Catalles to the Valew of* x *l.* and above, *ſhould paye unto Us every Yere during the ſaid three Yeres, our naturall Subjecte for* every Pounde *of the Value of his Goodes and Catalles* xiid. *and every Eſtraunger* iis. as in the Statute or Acte of the ſame Parliament, among ſundry other things therein declared, evydentli and plainly doth appere; and albeit the ſaid Eſtatute or Acte doth oblige our welbeloved *Chriſtofer Barker* aliàs *Garter* Knyght Kyng of Armes, *Thomas Hawley* aliàs *Clarencieulx* King of Arms, *Gilbert Dethicke* aliàs *Norrey* Kyng of Armes, *Leonard*
* XV. 187. aliàs *Carlyll* * Heroaulde of Armes, *Charles Wriothesley* aliàs *Wyndeſour* Heroaulde of Armes, *Bartilmew Butler* aliàs *Yorke*, Heroauld of Armes, *William Harvy* aliàs *Somerſett* Heroaude of Armes, *William Fowler* aliàs *Cheſter* Heroaulde of Armes, *Lawrence Dowlton* aliàs *Richemonde* Heraoulde of Armes, *Robert Fairy* aliàs *Porteoulnos* Purcyvaunte, *Martyn Maroff* aliàs *Rudegradon* Purcyvaunte, *Edmond Atkynſon* aliàs

[illegible] made their Demoure,

But alſo, in all Markets and other Places, from Tolls Fynes Cuſtomes Impoſitions and Demandes,

And aſwell from Watch and Warde in all Cyties Townes Caſtells Borowes and Villages,

And from the Election and Appoinctment to any Office of Maiour Sheriff Bailif Conſtable Scavenger Churche Warden, or any other publique Office or Rowme in Cities Townes Caſtell Borowes and Villages, of what degre nature or condition ſoever the ſame be;

And foraſmoche alſo as we underſtand all *Kings of Armes Heroauldes* and *Purcivaunts of Armes* have alweis heretofore, from the begynning of the Office of Armes, enjoyed, and preſentlie do enjoy all and ſingular the Priviledges Liberties and Franchiſes aforeſaid, with many other in all Chriſtian Regions withoute any diſturbaunce lett or empechement to the contrarie,

We therfore conſidering the ſame, and erneſtly minding th'advancement of the ſaid *Office of Armes*, as the Quiet and honeſt Supportation of oure Servaunts and Miniſtres therof,

Do of our ſpecial Grace certen Knowledge and mere Motion, by the adviſe and conſent of our moſt derely belovid Uncle *Edward Duke of Somerſets* Governour of our Perſon, and Protectour of all our Realmes Dominions and Subjects, and the reſt of our Councell, by theſe Preſents, not onlie ratifie, and generally gyve graunt and conferme to the ſaid *Kings of Armes*, *Heroauldes* and *Purcivauntes of Armes*, and to every of theym and their Succeſſors in their Romes and Affaires for ever, for us and our Succeſſours, all and ſinguler the Priviledges Liberties and Francheſies before recited, and all ſuche other Priviledges, althoughe here not recyted, as have byn of honorable Antiquitie, uppon juſte conſideracions to theim graunted by *Emperours Kyngs* and *Pryuces* of right famous Memorie heretofore, but alſo do ſpecially by theſe Preſentes pardon remytt releaſe and utterlie for Us our Heires and Succeſſors, exonerate the ſaid *Chriſtofer Thomas Gilbert Leonarde Charles Bartilmewe William William Laurence Robert Marten Edmonde Simon William Nicholas Henry* and *Henrie*, and all and ſinguler other our *Purcivauntes of Arms* aſwel ordinare as extraordinare, although they be not here expreſſed or named, and although they be alredie or hereafter ſhall be certified in our * Exchequyer without their * XV. 188.
proper Names with th'addicion of their Offices, and every of all and ſingular ſuch Sommes of Money and Demandes whatſoever they be, that ar Graunted to Us the Relief aforſaid as uppon the ſaid *Chriſtofer Thomas Gylbert Leonard Thomas Bartilmew William William Laurence Robert Martyn Edmond Symon William Nicholas Henry* and *Henrie*, and all and ſinguler our *Purcivauntes of Armes* whatſoever they be, or any of theym ar by any Ceaſſour or or to oure uſe and certified or not certified into our Exchequier by any our Commiſſioner or Commiſſioners or oure in any Countie or Counties of this our Realme of *England* or *Wales*, and charged upon them or any of them in our ſaid Exchequer althoughe the ſaid *Kings of Arms Heroauldes* and *Purcivaunts of Arms* and every of theym in the ſame Certificates be certified or not certified by their proper Names and Surnames with th'addicions of their Offices and Miniſteries,

And We, by the adviſe and conſent aforeſaid, do freelie Gyve and Grante by theſe Preſentes to the ſaid *Kings of Armes Heroauldes* and *Purcivauntes of Arms* and to every of them, the ſaid Debtes and Somes of Money that ar aſſeſſed taxed and put upon theym and every of theym, without Accompte, Anſwer or any other thing to be yilded paied or don to us for the ſame,

Furthermore We of oure more habundant Grace, by the ſame adviſe and conſent, do by theſe Preſentes Graunt that, aſwel the ſaid *Chriſtofer Thomas Gilbert Leonarde Thomas Bartilmew William William Laurence Robert Martyn Edmonde Symon Wil-*

Digitized by Google

res and Succeſſours Kyngs of *England*, that they and every of theym, upon the Demonſtration of theſe our Letters Patentes, or our Writ or Writs thereupon made proſecuted and directed out of under our Great Seal, to the ſame Barons Commiſſioners Aſſeaſſours Taxars Collectours or other our Officers and Subjects, or to thoſe of our Heires and Succeſſours Kyngs of *England*, or any of them, do uppon the Othes of the *Kyngs Heroaulds Purcyvauntes* Officers of Armes or any of them, made gyven and taken before oure ſaid Barons Commiſſioners Taxars Collectours or any other our Officers Mynyſters and Subjectes to whome or any of theym in this exonerate diſcharge and cauſe to be exonerated and diſchardged the ſaid *Kyngs Heroauldes* and *Purcyvauntes of Armes* and every of theym eyenſt Us oure Heires
* XV. 189. and Succeſſoures, * and every of theym, as well of all and ſinguler ſuch Somms of Money or Demaundes as ar uppon theym or any of theym aſſeſſed taxed and rated for the Relief to Us graunted aforſaid, as alſo for all and ſinguler other Subſidies Dieſimes Fyftenes Quotes Benevolences Contribucions Giftes and Graunites, hereafter to be made to Us our Heires and Succeſſours Kings of *England*, and thus withoute any other Writ pre Commandement of Us oure Heires or Succeſſors, or withoute any confeſſion of General Attorney, or of the Attorney Heires and Succeſſors hereafter to be had made and proſecuted; any Eſtatute Acte Ordinance Proviſion Reſtraynte Proclamacion other maner thing or cauſe to the contrarie therof heretofore made ordeyned, or hereafter to be made and ordeined notwithſtanding;

And, by the Adviſe and Conſent aforeſaid, We woll, and by theſe Preſentes do graunt and commaund that our ſaid *Kings of Armes Heroauldes* and *Pureyvauntes of Armes* have theis Letters Patents ſealed and our Great Seale of *England* frankely and frely withoute Fyne grete Fee or litle to be paied or yielded to Us or our Chancery for the ſame;

That expreſſe mencyon, *&c.*

In witnes whereof, *&c.*

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, quarto Die Junii.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Servitio in Architectura & in Re Muſica; de Conceſſione ad Vitam.*

Ann. D. 1549. Pat. 3. E. 6. p. 4. m. 21.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, de aviſamento & aſſenſu, tam præchariſſimi Avunculi & Conſiliarii noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatoris*, ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum *Protectoris*, quàm aliorum de Privato Conſilio noſtro, necnon in conſideratione boni & fidelis Servitii quod dilectus Serviens noſter *Johannes de Padua* præcariſſimo Patri noſtro ac Nobis in *Architectura*, ac aliis in *Re Muſica* inventis, impendit, ac impoſterùm impendere intendit, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Johanni de Padua* Vadium ſive Feodum *Duorum Solidorum per Diem*,

Habendum & annuatim percipiendum præfato *Johanni de Padua* dictum Vadium ſive Feodum *duorum So li dorum per Diem*, du-

Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ, præfato *Sebaſtiano* ſive Procuratori ſuo Hæredibus & Executoribus ſuis, à Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito ante datam Præſentium, per Spatium quinque Annorum extunc proximò ſequentium & plenariè finiendorum, de Theſauro noſtro ac Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos; viz. ad Feſta Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Sáncti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, æquis Portionibus ſolvendarum;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Canonicatu conceſſo.*

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd Nos, 1549.

De Gratia noſtra ſpeciali, ac intuitu Charitatis, necnon cum aviſamento & conſenſu præchariſſimi Avunculi noſtri *Edwardi Ducis Somerſetiæ* Perſonæ noſtræ *Gubernatoris* & omnium Regnorum Dominiorum ac Subditorum noſtrorum *Protectoris*, Ibid.

Dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes dare & concedere, dilecto Scholari noſtro *Hugoni Sewell* Artium Magiſtro, Canonicatum in Eccleſia Cathedrali Carliolenſi & Præbendam in eadem, modo per mortem naturalem *Willielmi Florence* dudùm ac ultimi Incumbentis eorumdem, vacantes, & ad noſtram Donationem, ratione ac jure Prærogativæ noſtræ Regiæ ſpectantes,

Habendos & tenendos Canonicatum & Præbendam prædictos præfato *Hugoni Sewell* ad Terminum Vitæ ipſius *Hugonis*, unà cum omnibus & omnimodis Juribus Præeminentiis & Pertinentiis univerſis.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Carta Patricii Comitis Bothewell, de Conceſſione ad Vitam.*

E*Dward the Sixte*, *&c.* to all Perſons to whome theis Preſents ſhall come Greating. Ann. D. 1549.

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni & fidelis Servitii quod Dilectus Serviens noſter *Edmundus Atkynſon* aliàs *Blewmantell* unus Purſivandorum noſtrorum ad Arma, ante hæc tempora impendit, & durante Vitâ ſuâ Nobis impendere intendit,

Fecimus nominavimus ereximus & inveſtivimus, ac, per Præſentes, facimus nominamus erigimus & inveſtimus eundem *Edmundum* UNUM HERALDORUM NOSTRORUM AD ARMA, Eique illud Nomen SOMERSETT imponimus Stilum Titulum & Libertates ac Præeminentias, hujuſmodi Officio convenientia & concordantia ab antiquo conſueta, damus etiam & concedimus per Præſentes,

* XV. 210. * Habendam & exercendam Officium illud, ac cætera Præmiſſa, *eidem Edmundo* aliàs *Somerſett*, durante Vitâ ſuâ,

Et ulteriùs conceſſimus, ac per Præſentes concedimus eidem *Edmundo* aliàs *Somerſett*, ſingulis Annis, pro Exercitio Officii prædicti, quandam annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum Sterlingorum*,

Habendam & annuatim percipiendam eidem *Edmundo* aliàs *Somerſet*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præeminentiis & Emolumentis, eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & formâ, prout *Willielmus Harvy*

---

*Pro Jacobo Grannada Milite, de Conceſſione ad Vitam.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1550.
Sciatis quod Nos,

Tam in conſideratione boni veri & diligentis Servitii quod, dilectus & fidelis Serviens noſter, *Jacobus Granada* Miles, Præcariſſimo Patri noſtro *Henrico viii.* nuper *Regi Angliæ* ac Nobis, diverſis modis impendit indieſque impendere non deſiſtit, quam pro aliis Cauſis & Conſiderationibus ad præſens ſpecialiter Nos moventibus, *Ibid. m.* 19.

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento & conſenſu Privati Concilii noſtri,

Dedimus & conceſſimus, ac, per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus *eidem Jacobo Granada* Militi aliàs dicto *Jaque Granada* Militi & *Magdalenæ* Uxori ejus, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Quadraginta Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ,

Habendam gaudendam & annuatim percipiendam prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum 50. *Librarum* * præfato *Jacobo Granada* Militi & *Magdalenæ* Uxori ejus, ac eorum alteri diutiùs viventi, a Feſto Natalis Domini ultimò præterito ante datam Præſentium, durante Vitâ eorumdem *Jacobi* & *Magdalenæ*, ac alteri eorum diutiùs viventi, de Theſauro noſtro, ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos; viz. ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, & Natalis Domini per æquales Portiones; * XV. 211.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, decimo Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Thoma Elien. Epiſcopo.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1550. *Pat.* 4. *E.* 6. *p.* 6. *m.* 22.
Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon, de aviſamento & conſenſu Conſiliariorum noſtrorum,

Licentiam dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes Licentiam damus & concedimus, Reverendo in Chriſto Patri, ac prædilecto & fideli Conſiliario noſtro, *Thomæ Elienſi Epiſcopo*, necnon toti ejus Familiæ ubicumque fuerint, ac omnibus (quotquot erunt) ad *eundem Thomam* forſan accedentibus, deinceps, durante Vitâ naturali ipſius *Thomæ Elien. temporibus Quadrageſimalibus* ac *Diebus Jejunalibus*, & aliis quibuſcumque, quibus de Jure & Statutis hujus Regni a Carnium & Lacticiniorum Eſu abſtinenda eſt,



Digitized by Google

Ann. D. 1550. *Ex Autogr.*

UNIVERSIS ET SINGULIS ad quorum Notitias præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Quàm multa ſunt in bonis Principibus magniſque Viris Laude digniſſima, nihil tamen præclarius, majorique commendatione ac Seculorum omnium memoriâ, celebrandum magis unquam extitit, quàm, quum ita ſe natos meminerint, ut ad ſuorum Civium ſalutem Studia omnia, ſuaſque Cogitationes omnes conferendas putent, atque ita ſuos ab omni Injuriâ tueantur ac defendant, ut tamen Paci & publicæ Quieti, quoad ejus fieri poſſit, ſemper conſultum velint; Quo fit, ut quum meritò Nobis gratulari debeamus, tum præcipuè Deo Optimo Maximo Gratias agere, qui talem mentem dedit potentiſſimis & invictiſſimis *Henrico Francorum Regi* Chriſtianiſſimo hujus Nominis *Secundo* & *Edwardo Sexto Angliæ Regi*, ut pronis Animis in Fœdera coirent, & inter ſe eam Pacem ſtabilirent quæ in infinitas Ætates ad Poſteros eſſe tranſitura; idque eo majore ſuorum Civium & Com-
* XV. 212. modo * & Deſiderio, quòd poſt tot Malorum & Calamitatum Myriadas quas innocua Plebs ad hanc uſque diem maximè pertulit, magis periculum erat nè cumulatis quotidie Injuriis graviùs multò tantorum Regum exulcerarentur Animi, Odiáque primâ adhuc & Vitæ & Imperii ætate concepta cùm nimis veteraſcerent, ac proinde maximo utriuſque Regni malo altiùs Radices agerent, ut difficillimum eſſet ea ex animis evelli niſi Diſſidiorum Simultatum Bellorum Diffidentiæ Materiam primis in Cunabulis Imperii ſui deponerent atque abjicerent, proque his mutuam Benevolentiam ſynceramque Amicitiam inirent, quæ optimis Principiis ſatâ Officiorum Viciſſitudine & Temporum Succeſſione propagaretur, arctiorique tandem vinculo ſanciretur: Itaque Optimi illi Principes & duo totius Chriſtiani Orbis Lumina, tametſi nullas privatas Simultates inter ſe gerebant, Reliquias tamen quaſdam Bellorum a Majoribus traditas quaſi per manus quum accepiſſent, eas ut tollere & penitùs extirpare, Concordiâque ac mutuâ Benevolentiâ conſopire poſſent, diligenter elaboraverunt ne Malum hoc latius ſerperet, & majoris Diſſidii, velut ex Fomite Incendium, Seminarium quoddam ſuſcitaret; quod eo magis divini Numinis Præſentia, incredibilique quadam bonitate naturæ, in ipſis factum videri debet, quòd quum utrumque & ætas quæ Bellorum avidior eſſe ſolet, & Vitæ Diſciplinæque ratio ad Arma ſtimularet, memores tamen quantum Bello Pacem prætulerit Servator noſter Chriſtus, qui ad Patrem rediturus, ſuæ erga Nos benevolentiæ perpetui Pignoris loco, futuram Pacem nobis eſt largitus, Judicio quodam Animi, & certo Conſilio ad Pacem & Concordiam Regnorum & Imperiorum Conſervatricem tam promptè inclinàrunt, ut nulla ſit futura tam ingrata Poſteritas quæ non eos dignos Immortalitate ſit judicatura, quibus tantoperè publica Quies, & communis omnium Salus Curæ fuerit, ac magis etiam quàm propriæ Laudis & Gloriæ amplificandæ Studium; ac quo magis Pax inter eos ſtabiliretur, ſunt ab ipſis, hæ Leges, ea Pacta, ea Conventa poſita, quibus obfirmata nulla unquam Hominum Perverſitas tanta eſſet futura ut eam tollere, ſed ne labefactare quidem poſſet, quin poſteris, & Regibus & Subditis, a Bellis Quietem, & cum fœlicitate tranquillum Otium, non ſine ſummâ Laude & Benivolentia tantorum Regum qui Authores extiterint, eſſent allatura.

Nos igitur,

*Franciſcus de Montmorency Dominus de la Rochepot* Inſulæ Franciæ Prorex atque Gubernator necnon ejuſdem Chriſtianiſſimi Regis in Picardia Legatus ſeu Locumtenens Generalis,

Et *Gaſpardus de Colligny Dominus de Chaſtillon* ejuſdem Regis, in Abſentia dicti *Domini de la Rochepot*, etiam Legatus ſeu Locumtenens Generalis in Comitatu Bolonienſi Gallorumque Peditum Præfectus ab Inſigni Divi Michaelis Equites Aurati,

*Andreas Guillart Dominus du Mortier* etiam Eques Auratus & ejuſdem Chriſtianiſſimi Regis in Conſilio ſuo Sanctiore & Privato Conſiliarius,

Et,

*Guillermus Bochetel Dominus de Saſſy* ejuſdem Chriſtianiſſimi Regis Conſiliarius & Statûs Regni a Secretis ac etiam Ordinis Sancti Michaelis ab Actis ſeu Grapharius, Oratores Commiſſarii Procuratores & Ambaſſiatores ad Infraſcripta ſufficientem Aucto-

quamdiu hæc Pax & Amicitia integra inviolataque permanebit, omnes & ſinguli utriuſque præfati Regni, omniumque Terrarum & Dominiorum quæ nunc ab utrolibet prædictorum Regum poſſidentur aut inpoſterùm poſſidebuntur, Incolæ quacunque Dignitate, quocunque Statu & Conditione extiterint, poterunt ſeſe mutuis Officiis Amicitiæ proſequi & excipere, liberè tutè ſecurè ultro citroque Terrâ Marique ac Fluminibus commeare navigare, inter ſe contrahere emere vendere, illicque quamdiu velint morari, vel hincinde quando viſum erit recedere & abire, & quæ comparuerint emerint Arte Operâ Induſtriâ Laboréve, aut quocumque alio juſto Modo quæſierint, ad ſuos vel exteros quocumque locorum libuerit ſine ullo Impedimento Offensâ Areſtatione ſeu Cohibitione, Salvo Conductu Licentiâ & ſpeciali Permiſſione, invehere & tranſportare; ſalvis ſemper & integris Regnorum & Civitatum Legibus Statutis & Conſuetudinibus, prout per antiquos Pacis Tractatus Ligas & Confœderationes facere licuit.

Conventum etiam eſt pro libero Intercurſu Mercium & Mercatorum utriuſque Principis, quòd, durante Pace prædicta, nulla Navis armata & ad Bellum ſeu Guerram parata & inſtructa egredietur ſeu egredi permittetur Portus maritimos Regnorum Franciæ & Angliæ, niſi prius ſatiſdederit, ac bonam & ſufficientem Cautionem præſtiterit in manibus Admiraldi Franciæ ſeu ejus Locumtenentis, vel alterius Judicis Ordinarii illius loci, & hoc quoad Naves Angliæ, de non invadendo moleſtando Locumtenentis, aut Cuſtumariorum prædictorum Portuum, quoad Naves Franciæ & Admiraldi Angliæ ſeu ejus deprædando vel offendendo Subditos utriuſque Principis aut eorum alterius, nec eorum Alligatos, nec eis Injuriam aliquam inferendo, &c. ſub Pœna Publicationis Navium, & Punitionis Corporis, cum Reſtitutione omnium Bonorum & Damnorum quibuſcumque illarorum,

ITEM, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd Urbs *Bolloniæ* & Portus ejuſdem, cum omnibus Propugnaculis & Fortalitiis captis expugnatis extructis aut fortificatis in *Patria & Comitatu Bolonienſi* a tempore Bellorum noviſſimè ſuſceptorum, inter defunctos, bonæ Memoriæ, Principes *Franciſcum & Henricum Franciæ & Angliæ Reges* quæ nunc a dicto Sereniſſimo *Rege Angliæ* in dicta *Patria & Comitatu Bollonienſi* poſſidentur & detinentur, ante ſex Septimanas, a die datæ præſentis Tractatûs, reſtituentur, in manus & Poteſtatem dicti *Chriſtianiſſimi Regis*, aut ab eo ad id committendorum & deputandorum, eâ Integritate Fortificatione & Melioratione atque nunc ſunt, idque bonâ Fide & ſine Dolo malo, ſimul etiam omnia Tormenta & omnes Machinæ bellicæ cum omni ſuo Apparatu; ſcilicet, Pulverum Boulletorum Mortariorum atque omni aliâ Munitione bellicâ, quæ tùm erant tam in ipſâ Urbe *Bolonienſi* quàm in Præſidiis & Propugnaculis circumjacentibus, per dictum *Regem Angliæ* nunc poſſeſſis, quum in Poteſtatem ejuſdem Sereniſſimi *Regis Angliæ* venerunt, quorum, ſi qua pars perierit aut ad ſuum Uſum inutilis facta fuerit, idem Sereniſſimus *Rex Angliæ* Damnum factum tenebitur reſarcire in iiſdem ſpeciebus Machinarum formis viribus materiâ & numero, cumque omni Re frumentaria Annona, & reliquo Commeatu alendi Excercitûs causâ comparato, quo tùm inſtructa ea loca fuerint quàm ipſa in Poteſtatem di- * XV. 213.
cti *Chriſtianiſſimi Regis* reſtituentur.

ITEM, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd dictam Reſtitutionem prædictorum locorum, ſic ut ſupra dictum eſt faciendam, intuitu & conſideratione dictarum Fortificationum & Meliorationum, ac Sumptuum per dictum *Regem Angliæ* in dictis locis impenſorum, ac ratione etiam Tormentorum ſeu Machinarum, Commeatuſque tam Rei bellicæ quàm Annonæ, *dictus Chriſtianiſſimus Rex* tenebitur Solvere & Tradere, dicto *Regi Angliæ* ſeu ab eo deputandis, Summam *Quadringentorum Millium Coronarum Auri de Sole*, in Coronis Auri de Sole Valoris Ponderis Pretii Puritatis & Æſtimationis quibus nunc ſunt, & communiter exponuntur in dicto Regno Franciæ, quæ quidem ſumma, ut ſequitur, eidem Regi, ab eove deputandis, in Oppido *Caleſii* ſolvetur; viz. Summa *ducentorum Millium Coronarum Auri de Sole* Valoris prædicti, tum quùm realiter & cum effectu in manus & Poteſtatem dicti *Regis Chriſtianiſſimi*, aut ab eo

Po-

Digitized by Google

*d'Ardres*, & ex parte Sereniſſimi *Regis Angliæ in Caſtro de Guynes*, ut, Die proximè ſequenti dictum Diem Paſchæ, utrinque concomitati ad ſummum Numero ducentorum Hominum, conveniant in Confinibus dictorum Locorum, unde dicti Obſides utrobique recipiantur; ſcilicet, Galli a Deputatis Sereniſſimi *Regis Angliæ*, Angli verò a Deputatis *Chriſtianiſſimi Regis*.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd ubi primùm dictus Sereniſſimus *Rex Angliæ* tradiderit & reſtituerit dictam *Urbem Bolloniæ*, cum prædictis Propugnaculis ſic ut dictum eſt inſtructis & munitis, dicto *Chriſtianiſſimo Regi* aut ab eo deputandis, dictus *Chriſtianiſſimus Rex* tenebitur donare Libertate prædictos Obſides Anglos, ut illis liceat quoties commodum viſum fuerit Angliam repetere, vel quovis alio proficiſci, aut pro arbitrio ubivis morari.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt quòd, ſolvendo priorem dictæ Summæ *quadringentorum Millium Coronarum Auri de Sole* partem, Summam *ducentorum Millium Coronarum Auri de Sole conficientem*, dicto Sereniſſimo *Angliæ Regi* aut ab eo deputandis, in prædicto Oppido *Caleſii*, dictus Sereniſſimus *Rex Angliæ* tenebitur liberos dimittere tres ex prædictis ſex Obſidibus Gallis quos *Chriſtianiſſimus Rex* ex dictis ſex Obſidibus liberandos duxerit.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd dictus Sereniſſimus *Rex Angliæ* tenebitur etiam Libertate donare reliquos tres Obſides Gallos, ſolvendo illi aut ab eo deputandis alteram & poſteriorem Partem prædictæ Summæ *quadringentorum Millium Coronarum Auri de Sole*, *ducentorum Millium Coronarum Auri de Sole* Summam conficientem, ejuſdem Ponderis Valoris Puritatis & Æſtimationis, prout dictum eſt, quibus Obſidibus Gallis, dicta poſteriore Summa perſoluta, licebit in Galliam proficiſci & ad ſuos redire.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd Arces ſeu Caſtra vulgò nuncupata *de Douglas & Ladre*, in Regno Scotiæ conſtructa per dictum Sereniſſimum *Regem Angliæ*, reſtituerentur *Reginæ Scotiæ* ab eave deputandis, cum ſuis Fortalitiis & Munitionibus, Tormentis & Machinis Bellicis in dictis Caſtris, ad Tuitionem & Defenſionem eorumdem exiſtentibus, exceptis tamen illis Machinis quæ a loco nominato *Hadington* illuc fuerunt advectæ, idque quam citiſſimè commodè fieri poterit, & antequam dicto Sereniſſimo *Angliæ Regi* ab eove deputandis, poſterior dictæ Summæ *Quadringentorum Milium Coronarum Auri de Sole* Pars perſolvatur;

Quibus Caſtris & Locis de *Douglas* & *Ladre* reſtitutis, licebit Anglis in dictis Locis tunc exiſtentibus illinc liberè tutò & ſecure, cum ſuis Sarcinis abire & quo voluerit ſecedere, cumque omnibus Machinis bellicis a dicto Loco *de Hadington* in præfatas Arces *de Douglas* & *Ladre* invectis.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quod ſi
* XV. 215. dictæ Arces ſeu Caſtra *de Douglas* & *Ladre* deſierint eſſe * in Manu & Poteſtate dicti Sereniſſimi *Regis Angliæ*, nichilominus tamen liber erit ab ea obligatione qua illa ut ſupra dictum eſt reſtituere ſpoſponderat & ſe obſtrinxerat, pro quibus & veluti Recompenſæ loco idem Sereniſſimus *Rex Angliæ* tenebitur Oppida & Caſtra *de Roxbourgh & Aymonde* diruere, & Solo æquare infra Quadraginta dies a die Datæ præſentis Tractatûs, nec licebit dictis Sereniſſimo *Angliæ Regi*, *Chriſtianiſſimoque Regi*, *Reginæve Scotiæ*, dicta loca *de Roxbourgh & Aymonde* reſtaurare & reædificare; Et ulterius, ſi dictus Sereniſſimus *Rex Angliæ* reddat atque reſtituat prædictas *Arces Douglas* & *Ladre*, prout ſupra conventum eſt, tamen dicta Oppida & Caſtra de *Roxbourgh* & *Aymonde* diruere & Solo æquare tenebitur, ſi modò dicta *Regina Scotiæ* illud idem voluerit & fecerit in dictis Arcibus & Caſtris *de Douglas* & *Ladre*, quod ſi accederit, non licebit dictis Sereniſſimo *Angliæ Regi*, *Chriſtianiſſimoque Regi*, *Reginæve Scotiæ*, eorumve Hæ-

præſentem Tractatum Pacis & Amicitiæ, dicti Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Principes; ſcilicet, dictus Chriſtianiſſimus *Rex* & Sereniſſimus etiam *Rex Angliæ*, de aſſenſu Concilii ſui, infra Quadraginta Dies a Data hujus præſentis Tractatûs, confirmabunt & ratum habebunt, ac quòd in Literas Patentes ſuis ipſorum Magnis Sigillis muniendas, ac propriis manibus eorumdem Principum & Conſiliariorum dicti *Angliæ Regis* ſubſcribendas, dicta Confirmatio & Ratificatio redigetur, ipſaſque Literas Confirmationis, ut dictum eſt, Signis & Sigillis munitas, uterque Princeps Alterius Principis Oratori ſive Commiſſario, Oratoribus ſeu Commiſſariis, Auctoritatem habenti ſeu habentibus, mutuò & reciprocè tradet realiter & cum effectu. Jurabunt præterea dictus *Chriſtianiſſimus Rex* & dictus *Sereniſſimus Rex Angliæ* in præſentia & cum aſſenſu dictorum ſuorum Conſiliariorum, & uterque Princeps in præſentia ejuſdem ſive eorumdem Oratorum alterius Principis, ſe omnia ac ſingula prædicta, quatenus eum concernunt, inviolabiliter obſervaturum & perimpleturum, attactis ſacroſanctis Evangeliis.

*Sequuntur Tenores Commiſſionum.*

*Henry*, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx qui ces preſentes Lettres verront Salut.

Scavoir faiſons, que pour la grande ſeurte & parfaicte confiance que nous avons par vraye & longue experiance des Perſonnez de noz treſchers & amez Couſins les *Seigneurs de la Rochepot* Chevalier de noſtre Ordre, Gouverneur de l'Iſle de France, & noſtre Lieutenant General en Picardie, & *de Chaſtillon* auſſi Chevalier de noſtre Ordre, noſtre * Lieutenant General en Boullenois, *&c.* * XV. 216.
*ut ſupra de Dat.* 20. *Jan.*

*Ainſi ſigne*,

Henry.

*Et ſur le Reply*,

*Par le Roy.*

L'Aubeſtine.

*Et ſeelle du Graunt Seau de cire L'aulne.*

*Edwardus Sextus*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Rex Fidei Defenſor* & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniæ ſupremum Caput*, omnibus ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Induſtria Probitate Prudentia & Fide

Prædilectorum & Fidelium Conſiliariorum noſtrorum,

*Johannis Comitis de Bedford* Ordinis noſtri Garterii Equitis Aurati Domini Ruſſel Privati Sigilli noſtri Cuſtodis,

*Willielmi Paget* dicti Ordinis noſtri etiam Equitis Aurati Domini Paget de Beaudeſert Cancellarii Ducatûs noſtri Lancaſtriæ,

*Willielmi Petre* Equitis Aurati Secretarii noſtri Principalis,

Et,

*Johannis Maſon* Equitis Aurati publicorum Nunciorum noſtrorum Præfecti & Secretarii noſtri in Lingua Gallica, penitùs confidentes,

Ipſos, de Conſilio & Aſſenſu Conſilii noſtri, noſtros veros & indubitatos Commiſſarios Oratores Procuratores Deputatos & Nuncios ſpeciales & generales Conſtituimus & Ordinamus per Præſentes;

Dantes & concedentes eiſdem, ſeu tribus aut Duobus eorum,

Te-

Digitized by Google

ſtram faciendi & præſtandi quòd tenebimus & perimplebimus, tenerique & perimplere curabimus realiter & cum effectu, omnia & ſingula quæ in *Prædictis* & circa ea ſive eorum aliquibus Nomine noſtro concordabunt & convenient, jurabunt firmabunt & concludent, atque illa ratificabimus, & nullo unquam tempore revocabimus, nec contra ea vel eorum aliqua quicquam faciemus vel quovis pacto veniemus,

*Similequé* Juramentum a dicto Illuſtriſſimo *Francorum Rege*, ejuſve Oratoribus & Commiſſariis ad id ſufficientem Poteſtatem habentibus, præſtari Videndi Petendi & Exigendi;

Ac generaliter omnia & ſingula alia Nomine noſtro faciendi gerendi exercendi & firmandi, cujuſcumque naturæ aut importantiæ fuerint aut eſſe poterint, in *Prædictis* & circa ea neceſſaria & quomodolibet oportuna, & quæ tanti Negotii qualitas cum ejuſdem circumſtantiis dependentiis & annexis exigit aut requirit, etiam ſi expreſſis longè majora ſint, aut talia forent quæ de ſua

* XV. natura ad ea perficienda Mandatum * exigant magis ſpeciale quàm

217. Præſentibus ſit expreſſum:

Et quo tutius & liberius Pacis hujuſmodi & fraternæ. Amicitiæ Negotiatio tractari poſſit, damus, & cum Conſilio & Aſſenſu ſupradicto, concedimus eiſdem Oratoribus ſive Commiſſariis noſtris, plenam Poteſtatem & Auctoritatem de & ſuper Induciis atque Armorum & Bellorum Abſtinentiâ, pro tempore Tractatûs ante dicti paciſcendi & conveniendi, ſub illis formis & modis quos ſuæ & dicti Illuſtriſſimi Principis Oratorum Securitati, ac Tractatui huic promovendo, neceſſarios eſſe ſive expedire judicaverint;

Volentes inſuper & concedentes quod dicti Conſiliarii & Commiſſarii noſtri, ſive eorum Tres aut Duo, per Literas Manibus eorum ſubſcriptas, dare poſſint & concedere, tam Oratoribus, Ambaſſiatoribus, Commiſſariis ſive Deputatis dicti Sereniſſimi Principis *Henrici Galliarum Regis*, quàm eorumdem Commiſſariorum Nunciis Curſoribus Tabellariis ſive aliis Miniſtris quibuſcumque, quod ipſi cum eorum Equis Rebus & Bonis, ad Villas noſtras de *Boullongne*, *Calais*, *Guyſnes*, ſive ad Villam *de Ardres*, ac ad alia Loca quæcumque infra ſive propè Fines & Limites Territoriorum ſive Dominiorum noſtrorum quorumcumque, per Terram ſive per Mare, quoties eiſdem Conſiliariis noſtris oportunum videbitur, tutò & liberè ire, venire, atque ibidem, ſub ſalvo Conductu dictorum Commiſſariorum noſtrorum, remanere, & pro eorumdem libitis recedere valeant & poſſint:

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio, quicquid Actum Geſtum aut Conventum fuerit per dictos noſtros Oratores & Commiſſarios, ſive eorum Tres aut Duos, Nos Ratum Gratum & Acceptum habituros, neque contra ipſorum aliquod vel aliqua contra veniemus, imò ipſa manutenebimus & inviolabiliter obſervabimus, manuteneri & obſervari faciemus, & per Literas noſtras Patentes ratificabimus & confirmabimus.

In cujus rei Teſtimonium, hiis Literis Patentibus, manu noſtrâ ſignatis, Magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus.

Datum apud *Palatium noſtrum de Weſtm.* viceſima prima die Menſis Januarii, Anno Domini, ſecundum curſum & computationem Eccleſiæ noſtræ Anglicanæ, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo Nono, Regnique noſtri Anno Tertio.

Sic ſignatum in Capite,

EDVARDI.

Et in Calce,

| | |
|---|---|
| *T. Cant.* | *W. Northt.* |
| *R. Richecaue.* | *J. Warwick.* |
| *W Wiltes.* | *Tho. Southampton.* |
| *H. Dorſet.* | *Cuth. Dureſme.* |
| | *T. Ely.* |

*ditorum in manus Gallorum, ſub Deliberatione Bolognie.*

NOUS *Francois de Montmorency Seigneur de la Rochepot* Chevalier de l'Ordre du Roy, Gouverneur de l'Iſle de France Ann. D.
& ſon Lieutenant General en ſes Paiis de Picardie & Boullenois, 1550.
*Gaſpard de Coulligny Seigneur de Chaſtillon* auſſi Chevalier de *Ex Autogr.*
l'Ordre Collonnel des Gens de Pied Francois, & auſſi Lieutenant General du dit Seigneur au dite Paiis de Boullenois en l'Abſence de nous *de la Rochepot*,

*Andre Guillart Seigneur du Mortier* Chevalier Conſeiller du Roy en ſon Privie Conſeil,

Et,

*Guillaume Bochetel Seigneur de Sacy* auſſi Conſeiller du dit Seigneur, Secretaire d'Eſtat & de ſes Finances & Greffier de ſon Ordre,

Apres que les Depputes du *Roy d'Angleterre*, aſſemblez avecques Nous pour le faict de la Paix & bonne Amytie, preſentemeent conclutte & arreſtee entre *le Roy noſtre dit Souverain Seigneur* & le dit *Roy d'Angleterre*, Nous ont en leurs Loyaultez, Honneur & Conſciences dict & aſſeure, que l'Artillerie Pouldres & Monitions qui s'enſuyvent; c'eſt aſſavoir,

*Deux Gros Cannons*, q'on appelle Bazeliqs,

*Deux Demys Canons*,

*Trois Coulleurines*,

*Deux Demyes Coulcurines*,

*Deux Sacres*,

*Six Faulcons*,

*Soixante Quatorze Harquebuxes* a crochet de Brouze,

*Quinze Pieces de Fer* qu'on appelle Scopentines bons & mauvais,

*Six Harquebuzes* de Fer a Crocq,

*Quatre Barillz Pouldre Scopentine*,

*Sept Cens Boulletz de Fer* pour Demyz Canons,

*Quatre Cens quatre vingtz Boullets de Fer* pour Coulleurines,

*Quatre Cens quatre vingtz douze Boulletz de Fer* pour Demyes Coulleurines,

*Et quatre vingtz douze Boulletz de Fer* pour Sacres,

Eſtoient celles qui furent trouvees dedans *la Ville de Boullongne* lors quelle fut Priſe & Reduicte en l'Obeyſſance *du Roy d'Angleterre*, & qu'il ny en avoit autres ne plus grande Quantite; ſauf que au Lieu d'aucunes Pieces eventees ou gaſtees, il en a eſte mis en leurs places autres de ſemblable qualite calibre bonte & eſtimation,

Promectons par ces Preſentes, ſignees de noz Mains & ſcellees de noz Seelz, au Nom *du Roy* noſtre Souverain *Seigneur*, que en rendant par le *Roy d'Angleterre*, ou ſes Commis & Depputez la ditte quantite d'Artillerie Pouldres & Monitions ques deſſus, Nous ferons fournir aut dit *Roy d'Angleterre* ou a ſes diz Deputez, par le Roy noſtre dit Souverain Seigneur, ou par celluy qui aura puiſſance de recouvrir *le Ville de Boullongne* & Fortz de Boullenois eſtans de preſent es Mains du dit *Roy d'Angleterre*, bonne & vallable Quictance de la ditte Artillerie Pouldres & Monitions, & le ferons entierement tenir Quicte & Deſcharge de tout ce qu'il eſt tenu par le Traicte de la ditte Paix fournir quant a la ditte Artillerie Pouldres & Monitions deſſuſdits icelluy Traicte paſſe & Accorde le xxxiv. jour de Mars, l'An Mil cinq cens quarante neuf, avant Paſques.

Faict le dit Jour & An que deſſus.

F. DE MONTMORENCY.
Loc. Sigilli.
G. COULLIGNY.
Loc. Sig.

A. GUIL-

bus meis Epiſcopis Weſtm. do & concedo reddo delibero & confirmo dicto *Domino Regi nunc* Hæredibus Succeſſoribus & Aſſignatis ſuis, omnia & ſingula Præmiſſa, ac omnem & omnimodam plenam & liberam Facultatem Auctoritatem & Juriſdictionem, infra Diœceſim prædictam, cum omnibus & Libertatibus & Præheminentiis ejuſdem Diœceſis ad Regiæ Voluntatis ſuæ Libitum donandi diſponendi committendi convertendi & transferendi, ad quoſcumque Uſus Intentiones & Propoſita Majeſtati ſuæ Regiæ placentes.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus Sigillum meum appoſui.

Dat. apud *Weſtm.* triceſimo die Martii, Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ *Supremi Capitis*, quarto.

Et Memorandum *quod ſecunda Die Aprilis, & Anno ſupraſcripto, prædictus* Epiſcopus Weſtm. *venit coram Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm & recognovit Cartam prædictam ac omnia & ſingula in eadem contenta in forma prædicta.*

Et Nos *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Beati Petri Weſtm. prædictæ, Donum Conceſſionem & Confirmationem prædictæ Diœceſis, ac omnium & ſingulorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ dicto Domino *Regi nunc*, per prædictam Cartam indentatam facta & conceſſa, ac totam prædictam Cartam, ac omnia in eadem Carta contenta & ſpecificata præfato Domino Regi nunc Hæredibus Succeſſoribus & Aſſignatis ſuis, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, unanimo noſtro aſſenſu pariter & conſenſu, ratificamus approbamus & per Præſentes confirmamus imperpetuùm.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus Sigillum noſtrum commune apponi fecimus.

Dat. apud *Weſtmonaſterium* in Domo noſtra Capitulari ibidem, ultimo Die Martii, Anno Regni dicti Domini Regis *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, quarto.

Et Memorandum *quod, ſecundo Die Aprilis, & Anno ſupraſcripto, prædicti* Decanus & Capitulum, *venerunt coram* Richardo Standiſhe *uno Magiſtrorum Cancellariæ Domini Regis in Domo ſua Capitulari, & recognoverunt Cartam prædictam ac omnia & ſingula in eadem contenta in forma prædicta.*

---

* XV. 220. * *Commiſſio Data Gaſpardo de Colligny & aliis Oratoribus ſuis per Henricum Regem Franciæ ad Recipiendum Juramentum Regis, pro Pace inita conſervanda.*

Ann. D. HEnricus, Dei Gratiâ, *Francorum Rex*, omnibus ad quos præ-
1550. ſentes Literæ pervenerint, Salutem.
Ex Autogr. Cùm nuper, inter *Nos*, & Illuſtriſſimum & Potentiſſimum Principem *Edvardum Regem Angliæ* Fratrem Conſanguineum & Amicum noſtrum chariſſimum, quidam Tractatus Pacis Confœderationis & Amicitiæ, per mutuos noſtros Oratores Commiſſarios & Legatos, in *Agro Medio inter Urbem Boloniæ* & magnum Propugnaculum ſeu Fortalitium vulgò nuncupatum *Doultreau* ad Fluminis Lianæ Ripam, Die viceſima quarta menſis præſentis Martii, conventus concordatus & concluſus ſit, in quo quidem



... ctatûs & omnium & ſingulorum Articulorum ejus, petendi & ſibi tradi Requirendi,

Et ſimiliter Juramentum, corporaliter, per ipſum Potentiſſimum Fratrem noſtrum *Edvardum Angliæ Regem*, tactis ſacroſanctis Evangeliis, præſtare videndi intereſſendi petendi & exigendi, quod ipſa omnia & ſingula prædicta, quatenus eum concernunt, obſervabit & perimplebit, Litteraſque auctenticas ſuper dicti Juramenti præſtatione per Notarios publicos fieri petendi, & Inſtrumentum Publicum ſuperinde fieri requirendi & exigendi;

Cæteraque omnia & ſingula quæ circa Præmiſſa neceſſaria fuerint vel quomodolibet opportuna explendi excercendi & faciendi:

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, nos ratum gratum & firmum habituros quidquid per dictos noſtros Procuratores Commiſſarios Oratores & Legatos, actum aut geſtum fuerit in Præmiſſis, & contra ea vel eorum aliquid nullo unquam tempore contravenire.

In quorum Fidem & Teſtimonium præſentibus Litteris noſtris, manu noſtrâ ſubſcriptis, Magnum Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum *Pariſius*, Die ultimâ Menſis Martii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono ante Paſcha, & Regni noſtri tertio.

Sub Plica,

Henry.

Super Plica,

*Per Regem.*

De l'Aubespine.

*Sub Sigillo Magno de Cera alba.*

---

* *Pro Epiſcopo memorato, de Tranſlatione ad Epiſcopatum Norwicenſem.* * XV. 221.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cùm, per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato 1550.
apud Weſtmonaſterium Quarto Die Novembris Anno Regni *Pat. 4.*
noſtri Primo, & ibidem tento, inter alia Statuta pro Republica *E. 6. p. 1.*
noſtra edita, ordinatum inactitatum & ſtabilitum fuerit, *m. 21.*

Quod nullum Breve de Licentia Eligendi (vulgariter vocatum Conge d'Eslier) deinceps conceſſum foret, nec Electio alicujus *Archiepiſcopi* ſeu *Epiſcopi* per *Decanum & Capitulum* fieret, ſed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cùm aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicui Perſonæ, quam nos dignum exiſtimaremus, eundem conferre poſſemus & valeamus, & eadem Collatio, ſic, per Literas noſtras Patentes hujuſmodi Perſonæ facta & deliberata, cui Nos eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, ſeu ejus ſufficienti Procuratori vel Attornato, ſtaret & foret, ad omnia Intentiones Conſtructiones & Propoſita, tanti & ejuſdem effectûs quanti & qualis foret, ſi Breve de Licentiâ Eligendi conceſſum eſſet, Electio ritè facta & eadem confirmata fuiſſent, & quod, poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona, cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus ſic foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari proſequi & habere Liberationem ſuam, ſeu *Breve de amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout ſi eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ,

Prout in eodem Statuto pleniùs liquet;

incumbentibus;

*Damus etiam &, ut ſupra, concedimus per Præſentes, quod præfatus Epiſcopatus Norwicen.* liberè licitè & quietè poſſit & valeat quoſcumque Clericos idoneos infra Diœceſim Norwicen. ubicumque oriundos, & alios in ea parte legitimè dimiſſos & licentiatos, ad omnes etiam Sacros & Presbiteratos Ordines legitimè ordinare & promovere,

Præſentatoſque ad Beneficia Eccleſiaſtica quæcumque infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs Norwicen. exiſtentia & conſtituta, admittere, ac in & de eiſdem inſtituere & inveſtire, &, ſi ita res exigat, eos deſtituere & ab eiſdem amovere,

* XV. 122. * Necnon quæcumque Beneficia Dignitates & Promotiones Eccleſiaſticas, ad Collationem & Diſpoſitionem *dicti Epiſcopi Norwicen.* ſpectantia & pertinentia Conferre & Donare,

Teſtamentaque & ultimas Voluntates quorumcumque Defunctorum infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs Norwicen. atque Adminiſtrationes Bonorum quorumcumque, earumdem Diœceſis & Juriſdictionis ab Inteſtato ſeu per viam Inteſtati Decedentium approbare inſinuare & committere, ac Bona eorumdem Decedentium, in Caſibus à Jure permiſſis, ſequeſtrare, Calculumque Computum & Ratiocinium exigere & capere, & alia quæcumque in ea parte neceſſaria facere,

Atque Cauſas Lites & Negotia quæcumque, ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantia & pertinentia ad *dictum Epiſcopum*, per viam Querelæ ſeu Appellationis ſeu aliàs devolvenda, tam ad Inſtantiam & Petitionem Partium quàm ex Officio mero mixto vel promoto, audire expedire, cognoſcere & examinare, ac ea & eas cum ſuis Incidentibus Emergentibus Dependentibus Annexis & Connexis quibuſcumque, diſcutere decidere terminare & finire,

Eccleſiam quoque Cathedralem Civitatis & Diœceſis Norwic. prædictarum, totumque Clerum & Populum earumdem, tam in Capite quàm in Membris, quotiens & quando opus fuerit & videbitur expediens, Viſitare, ac de & ſuper quibuſcumque Criminibus Exceſſibus & Delictis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, infra dictam Diœceſim Norwicen. & Juriſdictionem Epiſcopatûs Norwicen. prædicti, commiſſis & perpetratis, tam ex Officio mero mixto quàm promoto, inquirere,

Et quoſcumque Delinquentes ſive Criminoſos, per Cenſuras Eccleſiaſticas & alia legitima Juris Eccleſiaſticæ Remedia, debitè corrigere reformare & punire,

Ac quoſcumque Officiales Commiſſarios & alios Miniſtros pro debitè Executione Excercitio & Expeditione Præmiſſorum deputare & perficere;

Cæteraque omnia & ſingula in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum, aut circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet requiſita, ac cætera quæcumque Authoritatem Poteſtatem & Juriſdictionem Ordinarias & Epiſcopales, ac Officia Paſtoralia quoviſmodo reſpicientia tangentia & concernentia (præter & ultra ea quæ ex Sacris Literis divinitùs commiſſa eſſe dinoſcuntur) Vice Nomine & Authoritate noſtris Regiis exercere facere & expedire & Executioni demandare;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo Die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

dinoſcatur alium in ejus Locum ſurrogandi, qui, ob eximias Animi Dotes, Populum noſtrum illius Diœceſis latè Patentis, juxta Divi Pauli Norman dignè paſcat,

Sciatis igitur quod Nos,

Exiſtimantes Reverendum in Chriſto Patrem *Nicholaum Ridley Roffenſem Epiſcopum*, ad Epiſcopatum Londonienſem prædictum modo vacantem Perſonam idoneam tam propter ſingularem Sacrarum Literarum Doctrinam, Moreſque probatiſſimos quibus idem Reverendus Pater modo *Epiſcopus Roffenſis* prædictus eſt, quam propter hoc, quod, juxta Salvatoris noſtri Elogium, judicamus illum Virum imprimis dignum eſſe ut ſuper multa conſtituatur qui ſuper pauca fuerat fidelis,

Ex Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de Adviſamento Concilii noſtri, contulimus dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes conferimus damus & concedimus, præfato Reverendo Patri *Nicholao nunc Roffenſ. Epiſcopo*, prædictum Epiſcopatum Londonienſem, ac eundem *Nicholaum* in Epiſcopum Londonienſem transferimus per Præſentes, ac ipſum *Nicholaum Epiſcopum London.* ac Diœceſanum London. nominamus facimus ordinamus creamus declaramus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum tenendum occupandum & gaudendum prædictum Epiſcopatum Londoniæ eidem *Nicholao*, durante Vitâ ſuâ naturali, una cum omnibus Dominiis Maneriis Terris Tenementis Hæreditamentis Poſſeſſionibus & Juribus, tam Spiritualibus quam Temporalibus, ac cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Emolumentis Dignitatibus Aucthoritatibus Juriſdictionibus & Præheminentiis quibuſcumque, eidem Epiſcopatui Londoniæ ac Officio Paſtorali ejuſdem quoquomodo ſpectantibus pertinentibus ſive incumbentibus;

Cumque etiam Dominus *Henricus nuper Rex Angliæ Octavus*, Pater noſter præchariſſimus, per Literas ſuas Patentes gerentes datam apud *Weſtmonaſterium Decimo ſeptimo Die Decembris*, Anno Regni ſui tricelimo ſecundo, Scitum nuper Monaſterii beati Petri Weſtm. in Comitatu Midd. ac Locum & Eccleſiam ipſius in Sedem Epiſcopalem, ac in Eccleſiam Cathedralem creari erigi fundari & ſtabiliri decrevit, & eandem Eccleſiam Cathedralem de uno *Epiſcopo*, de uno *Decano Presbytero*, & de duodecim *Præbendariis Presbyteris*, Tenore prædictarum Literarum Patentium realiter & ad plenum erexit fundavit ordinavit fecit conſtituit & ſtabilivit, itaque, per prædictas Literas ſuas Patentes, ordinavit quod prædicta Eccleſia eſſet & extunc imperpetuùm foret Eccleſia Cathedralis & Sedes Epiſcopalis, ac quod tota *Villa Weſtm.* extunc imperpetuùm eſſet *Civitas*, ipſamque *Civitatem Weſtmonaſterienſem* vocari appellari & nominari voluit & decrevit; ac ipſam Civitatem & totum Comitatum Middleſexiæ, prout per Metas & Limites dinoſcebatur & limitabatur (totâ Parochiâ de Fulham in eodem Comitatu Middleſexiæ tantummodo exceptâ) ab omni Juriſdictione Aucthoritate & Diœceſe *Epiſcopi London.* & Succeſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium, ſeparavit exemit exoneravit & omnino per prædictas Literas ſuas Patentes liberavit, ac omnem Juriſdictionem Epiſcopalem infra eandem Civitatem & Comitatum Middleſexiæ prædictum (exceptis præexceptis) Epiſcopo Weſtm. à prædicto nuper Rege, per Literas ſuas Patentes, nominando, eligendo, & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Weſtm. ac prædicto Epiſcopatu Weſtm. adjunxit & univit, ac ex dictis Civitate & Comitatu Diœceſim fecit & ordinavit, illamque *Diœceſim Weſtm.* imperpetuùm ſimiliter vocari appellari nuncupari & nominari voluit & ordinavit, &, ut illa ſua intentio debitum & uberiorem ſortiretur effectum, prædictus nuper *Rex* quendam *Thomam Thirlebye* Clericum, adtunc Decanum Capellæ ſuæ, ad Epiſcopatum dictæ Sedis Weſtm. nominavit & elegit, ac ipſum *Thomam Epiſcopum Weſtm.* per prædictas Literas ſuas Patentes, nominavit fecit & creavit;

Et idem nuper *Rex*, per prædictas Literas ſuas Patentes, ulteriùs voluit conceſſit & ordinavit, quod *idem Epiſcopus* eſſet Corpus Corporatum in Re & in Nomine, ipſumque pro uno Corpore

re

Digitized by Google

*Epiſcopi Weſtm.* prædicti, in Re & in Nomine per Præſentes diſſolvimus & adnichilamus, *Corpus* diſcoporatum diſſolutum declaramus & facimus, & *Succeſſionem* ſuam prædictam penitùs determinatam diſſolutamque declaramus, & quantum in nobis eſt, facimus per Præſentes;

Cumque ulteriùs, per quendam Actum in Parliamento Domini *Henrici nuper Regis Angliæ Octavi* Patris noſtri Præcariſſimi inchoato apud Weſtmonaſterium, *viceſimo Octavo Die Aprilis* Anno Regni ſui triceſimo primo, & ibidem, inter alia Statuta pro Republica edita, ordinatum & ſtabilitum fuerit,

Quod talia nuper Monaſteria Abbatiæ Prioratus Monialia Collegia Hoſpitalia, Domus Frarrum, & alii Eccleſiaſtici & Religioſi Domus & Loci, & omnes Eccleſiæ & Capellæ eorumdem, ſive alicui eorum pertinentes, quæ, ante Diſſolutionem Suppreſſionem Renunciationem & Relictionem Foriſfacturam & Surſum-redditionem ſive Adeptionem eorumdem, prædicto nuper *Regi*, Exempta fuiſſent à Viſitatione ſive Viſitationibus, & omnia alia Juriſdictione & Juriſdictionibus Ordinaris ſive Ordinariorum, infra quorum Diœceſim ſcituata ſive locata fuerunt, extunc eſſent infra Juriſdictionem & Viſitationem Ordinaris ſive Ordinariorum, infra quorum Diœceſim ſcituata ſive locata fuerunt, aut infra Juriſdictionem & Viſitationem talis Perſonæ ſive talium Perſonarum qualis vel qualium per Regem limitata & appunctuata eſſent, prædicto Actu ſive aliquâ Exemptione Libertate aut Juriſdictione in contrarium non obſtantibus,

Prout per prædictum Actum inter alia pleniùs liquet & apparet,

Cumque *Eccleſia nuper Cathedralis Sancti Petri Civitatis Weſtm.* una cum Parochia Præcinctu & Territorio ejuſdem,

Eccleſia & Parochia *Sanctæ Margaretæ* Weſtm.

Eccleſia & Parochia de *Padington*,

Scitus nuper Collegii ſive Capellæ Regiæ *Sanct. Stephani* infra Palatium Weſtm.

Unà cum Eccleſia ſive Capella Curata & Parochia *Sancti Egidii in Campis*, una cum Præcinctu & Territorio ejuſdem,

Scitus Domus Regiæ vocatæ *Durham Place*, unà cum Domibus & Tenementis eidem circumjacentibus vocatis *Durham Rents*.

*Hoſpitale de Savoye* una cum Præcinctu & Territorio ejuſdem,

Eccleſia ſive Capella curata & Parochia *Sanctæ Katherinæ* juxta Turrim London. una cum Præcinctu & Territorio ejuſdem,

Eccleſia & Parochia *de Waſtdrayton*,

Eccleſia ſive Capella & Parochia *de Fyeringe Barnet*,

Scitus nuper Hoſpitalis *Sancti Johannis Jeruſalem* in Anglia & extra Barras in Weſt Smythfield London cum Præcinctu & Territorio ejuſdem,

Scitus nuper Domûs *Monaſterii de Clerkenwell*, ac *Eccleſia & Parochia de Clerkenwell* prædicta.

Scitus nuper Domûs ac Monaſterii *de Halywell* una cum Parochia Præcinctu & Territorio ejuſdem,

Ante prædictum Statutum editum in *Triceſimo Primo* ſupradicto, fuerunt Exempta ab aliqua Diœceſi ſeu Ordinaria Juriſdictione, &
* XV. 115. jacent & ſcituata * exiſtant infra dictum Comitatum noſtrum Midd.

Cumque Rectoriæ Eccleſiæ & Parochiæ de *Idelſtrete Buſhey Barnet* ac Sancti *Andreæ* infra Villam Sancti Albani, ac Vicariæ & Parochiæ *Sancti Stephani* & *Sancti Petri* infra prædictam Villam,

Ac Capella & Parochia *de Portball*,

Ac Vicariæ & Parochiæ de *Watford*, *Rickmanſworth Norton juxta Baldock Newenham Rudge Hexton Walden Abbatis Sarret Langley Abbatis Cottycote Shephale Sandridge* & *Redborne*,

Quæ etiam ſunt exemptæ ab aliqua Diœceſi ſeu Ordinaria Juriſdictione, & jacent & ſcituatæ exiſtunt infra Com. noſtrum Hertfordiæ,



Eccleſia & Parochia *Sancti Botolphi Villæ Colcſtriæ*,

Eccleſia ſive Capella *de Rumforde*,

Sunt exempta ab aliqua Diœceſe aut aliqua ordinaria Juriſdictione, & jacent & ſcituata exiſtunt infra Comitatum noſtrum Eſſexiæ.

Nos igitur, intendentes Eccleſias Vicarias & Parochias prædictas, ac Scitus Monaſteriorum, ac cætera Loca prædicta, unà cum Præcinctubus & Territoriis eorumdem & quamlibet parcellam eorumdem ſive eorum alicujus, fore parcella Diœceſis Londoniæ, & infra Curam Juriſdictionem & Viſitationem *Epiſcopi London.* & Succeſſorum ſuorum Epiſcoporum London. pro tempore exiſtentium, ac pro diverſis aliis Cauſis nos moventibus, ac de aviſamento Concilii noſtri, omnes prædictas Eccleſias Vicarias & Parochias, ac prædicti Scitus Monaſteriorum, ac cætera Loca prædicta, una cum Præcinctubus & Territoriis eorumdem & cujuſlibet parcellæ eorumdem & eorum alicujus, prout per Metas & Bundas dinoſcuntur, & limitantur, ab omni Juriſdictione Authoritate & Diœceſi, præterquam Authoritate Juriſdictione & Diœceſe London. & *Epiſcopi ejuſdem* & Succeſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium, ſeparamus eximimus exoneramus & omninò per præſentes liberamus, ac omnem Juriſdictionem Epiſcopalem infra eadem, & quamlibet parcellam eorumdem, ſive eorum alicujus, dicto Reverendo in Chriſto Patri *Nicholao Epiſcopo London.* & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis London. ac Epiſcopatui London. adjungimus unimus & per præſentes annectimus, eaque omnia & ſingula Parochias Vicarias Scitus Monaſteriorum, & cætera Loca prædicta in Diœceſe London. & Epiſcopatum London. imperpetuum erigi fundari & ſtabiliri decernimus, ac ea omnia & ſingula parcellam Diœceſis London. & Epiſcopatûs London. realiter & in plenum creamus facimus & ſtabilimus perpetuis futuris temporibus duraturam, & ſic ſtabiliri & imperpetuum inviolabiliter obſervari volumus & jubemus per præſentes, ac Vicarias & Parochias prædictas, ac prædicta Scitus Monaſteriorum ac cætera Loca prædicta, unà cum Præcinctubus & * Territoriis prædictis, parcellam Diœce-
ſis London. ac Epiſcopatûs London. vocari appellari nuncupari & * XV. 116.
nominari volumus & ordinamus per Præſentes,

Damus inſuper &, ut ſupra, concedimus per Præſentes quòd præfatus *Nicholaus Epiſcopus Lond.* liberè licitè & quietè poſſit & valeat quoſcumque Clericos idoneos infra Diœceſim London. ac infra Parochias Vicarias Scitus Monaſterium ac infra omnia & ſingula prædicta Loca, per Præſentes, Parcellam dictæ Diœceſis factam, ubicumque oriundos, & alios in ea parte legitimè dimiſſos & licentiatos, ad omnes etiam Sacros & Presbiteratos Ordines, legitimè ordinare & promovere,

Præſentatoſque ad Beneficia Eccleſiaſtica quæcumque infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs London. exiſtentia & conſtituta, admittere, ac in & de eiſdem inſtituere & inveſtire, &, ſic ita res exigat, eos deſtituere & ab eiſdem amovere,

Necnon quæcumque Beneficia Dignitates & Promotiones Eccleſiaſticas, ad Collationem & Diſpoſitionem *dicti Epiſcopi, London.* ſpectantia & pertinentia Conferre & Donare,

Teſtamentaque & ultimas Voluntates quorumcumque Defunctorum infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs London. atque Adminiſtrationes Bonorum quorumcumque, earumdem Diœceſis & Juriſdictionis ab Inteſtatis ſeu per viam Inteſtati Decedentium approbare inſinuare & committere, ac Bona eorumdem Decedentium, in Caſibus a Jure permiſſis, ſequeſtrare, Calculumque Computum Ratiocinium exigere & capere, & alia quæcumque in ea parte neceſſaria facere,

Atque Cauſas Lites & Negotia quæcumque, ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantia & pertinentia ad *dictum Epiſcopum*, per viam Querelæ ſeu Appellationis ſeu aliàs devolvenda, tam ad Inſtantiam & Petitionem Partium quàm ex Officio mero mixto vel



Digitized by Google

*Per ipſum Regem.*

---

*Carta inter Dominum Regem & Epiſcopum London.*

Ann. D. 1550. SCiant præſentes & futuri quòd ego *Nicholaus Epiſcopus London.* tradidi conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ quadriparti-
Claus. 4. to indentatâ confirmavi, præpotentiſſimo & excellentiſſimo Prin-
E 6. cipi, Domino noſtro *Edwardo Sexto*, Dei Gratiâ, *Angliæ Fran-*
p. 1. *ciæ & Hiberniæ Regi Fidei Defenſori* & in Terra Eccleſiæ An-
m. 2. glicanæ & Hibernicæ *Supremo Capiti*, Maneria de *Branketree* & *Southmynſter*, cum eorum Pertinentiis in Comitatu Eſſexiæ,

Ac Maneria de *Stebunbeth* aliàs *Stebenbith*, & *Hackney*, cum eorum Pertinentiis in Comitatu Middleſexiæ, ac *Mariſcum de Stebunhuth* aliàs *Stebenbith* in prædicto Comitatu Midd. ac omnia & ſingula Meſuagia Terras Tenementa & Hæreditamenta
* XV. mea quæcumque dictis Maneriis ſive eorum * alicui quoquo mo-
117. do ſpectantia ſive pertinentia,

Ad Advocationem & Jus Patronatûs Vicariæ Eccleſiæ Parochialis de *Cogeſhall* aliàs *Cockeſhall* in dicto Comitatu Eſſexiæ,

Habenda & tenenda omnia prædicta Maneria Mariſcum & cætera Præmiſſa cum eorum pertinentiis univerſis & quamlibet inde Parcellam, ac Advocationem prædictam, præfato *Domino Regi* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, ad Uſum ipſius *Domini Regis* Hæredum & Succeſſorum ſuorum imperpetuum.

In cujus rei Teſtimonium unicuique Parti hujus Cartæ quadripartitæ Indentatæ, Sigillum meum oppoſui.

Dat. apud *London.* duodecimo die Aprilis, Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis*, quarto.

Et nos *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Pauli London. Donum Conceſſionem & Confirmationem prædictam omnium & ſingulorum Dominiorum Maneriorum Mariſci Advocationis, & cæterorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ, dicto Domino *Regi*, per prædictam Cartam quadripartitam, facta & conceſſa, ac totum Statum Jus Titulum & Intereſſe ejuſdem *Domini Regis* de & in eiſdem Dominiis Maneriis Mariſco Advocatione & cæteris Præmiſſis, ac de & in qualibet inde Parcella, ac totam prædictam Cartam quadripartitam indentatam, prædicto *Domino Regi* factam, ac omnia & ſingula in eadem Carta contenta & ſpecificata præfato *Domino Regi* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, unanimo noſtris aſſenſu pariter & conſenſu, ratificamus approbamus & per Præſentes confirmamus,

Exceptis & ſemper reſervatis Nobis præfatis *Decano & Capitulo* & Succeſſoribus noſtris omnibus Terris Tenementis & Redditibus in *Southmynſter Stebunbith & Hakeney* prædictis, Nobis, prædictis *Decano & Capitulo* & Succeſſoribus noſtris, tantummodò pertinentibus & ſpectantibus.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus Sigillum noſtrum commune apponi fecimus.

Dat. apud *London.* in Domo noſtra Capitulari ibidem, duodecimo Die Aprilis, Anno Regni *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, ac in Terra *Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ Supremi Capitis* quarto.

Et MEMORANDUM *quod Die & Anno ſupraſcriptis, prædictus* Epiſcopus London. *venit coram Domino Rege in Cancellaria ſua apud Weſtm. & recognovit Cartam prædictam ac omnia & ſingula in eadem contenta in forma prædicta.*

ET MEMORANDUM *quod Die & Anno ſupraſcriptis, præfati*

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Leighes* decimo ſeptimo Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Johanne Guydotti de Conceſſione ad Vitam.*

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod Nos, 1550.
De Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu ibid.
noſtris, in conſideratione boni & fidelis Servitii, quod dilectus Serviens noſter *Johannes Guydotti* Armiger, Filius Nobilis Viri *Anthonii Guydotti* Militis, nobis antehac impendit necnon imposterum, durante Vitâ ſuâ, impendere intendit, ex aſſenſu & aviſamento Concilii noſtri Privati,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dicto Servienti noſtro *Johanni Guydotti*, quandam annualem Penſionem ſive Annuitatem *Triginta ſeptem Librarum & decem Solidorum* bonæ & legalis Monetæ Regni noſtri Angliæ,

Habendam gaudendam & percipiendam dictam Annuitatem ſive annualem Penſionem *Triginta ſeptem Librarum & decem Solidorum eidem Johanni* vel Aſſignatis ſuis, durante Vitâ naturali ejuſdem *Johannis*, a Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, ad receptam Cuſtumæ Civitatis noſtræ Londoniæ, per manus *Willielmi Paten* Cuſtumarii ibidem, ſive alterius cujuſdam Cuſtumarii ecteri pro tempore exiſtentis, ad Feſta Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, æquis Portionibus.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Lieghes* decimo ſeptimo Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Super Deliberatione Bolloigniæ.*

NOus *Francois de Montmorency Seigneur de la Rochepot* Che- Ann. D.
valier de l'Ordre du Roy, Treſchriſtien *Henry Roy de* 1550.
*France* Second de ce Nom, Gouverneur pour icelluy Seigneur Ex Au-
en ſa Ville de Paris & Ylle de France & ſon Lieutenant Gene- togr.
ral en Picardye Boullenois & Arthoys, & *Gaſpard de Colligny Seigneur de Chaſtillon ſur Laing* auſſi Chevalier du meſme Ordre Lieutenant General pour le dit Seigneur aut dit Paiis de Boullenois (en l'abſence du dit Seigneur *de la Rochepot*) Cappitaine de cinquante Hommes d'Armes de ſes Ordonnances & Collonnel General des Gens de Pied Francoys, ayans Pouvoir expres, & par Eſcript du Roy noſtre dit Seigneur, de recevoir & accepter les Villes & Conte *de la Haulte & Baſſe Boullongne*, avecques le Port, enſemble les Fortz adjacentz, Prins Conſtrinctz & Ediffiez par les Anglois, depuis les dernieres Guerres meues & ce commancees entre les feuz *Roys de France & d'Angleterre*, & demeurez en leur Poſſeſſion juſques a ce Jourdhuy,

Scavoir eſt ceulx de la *Dimette*, *du Picardie*, *& de la Tour d'Ordre*, & d'icelle Reception Artillerye & Munitions d'icell, qui y deyoyent eſtre & demourer bailler Quictance ou Quictances une ou pluſieurs, a celluy ou ceulx qui ſeroient commis par le Roy *Edouard Roy d'Angleterre Seixieſme* de ce Nom a preſent Regnant, pour l'effect de la Reddition d'iceulz, confeſſions & Certiffions a tous preſens & advenir, les avoir ce jourdhuy Receuz, pour & en ſon Nom, ſeparement & appart; & ſe par les Mains de Meſſieurs *Edouard Seigneur de Clincton*, *Richard Cotton*, & *Lyenard Bokoitz*, Chevaliers, & autres ayans Pouvoir ſpecials du dit Seigneur *Roy d'Angleterre*, quant ad ce dont il

Nous

Digitized by Google

committitur, copiam habere deceat, ut, nec tempus Bellorum neque Pacis, ſine convenientibus & aptis Miniſtris debeat præterire, Nos igitur, conſiderantes fidelia & etiam laudabilia Servitia quæ, Dilectus *Gilbertus Dethyck* Armiger aliàs dictus NORREY, in hiis quæ ad Officium illud ſpectare intelliguntur, exercuit, dirigentes eundem propterea, & non minus ob Solertiam & Sagacitatem, quas in eo ſatis habemus exploratas, in *Principalem Regem Armorum* Anglicorum, & Præcipuum Officiarium Armorum Militum noſtri Ordinis Garterii, ex Gratia noſtra ſpeciali, ac de aviſamento Concilii noſtri & conſenſu eorumdem, ereximus fecimus conſtituimus ordinavimus creavimus & coronavimus, ac per Præſentes erigimus facimus conſtituimus ordinamus creamus & coronamus, ad Officium illud, necnon Nomen *le Gartier*, Stilum Titulum Libertates Præeminentias Commoditates hujuſmodi Officii pertinentia,

Habendum occupandum & excercendum Officium illud, ac Nomen Stilum Titulum Commoditates & Præheminentias prædicta *eidem Gilberto Dethyck* durante Vitâ ſuâ, cum omnibus Juribus Proficuis Commoditatibus & Emolumentis eidem Officio qualitercumque debitis pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & formâ, prout *Chriſtoferus Barker* Miles nuper *Gartier*, aut aliquis alius nuper habens ſeu occupans Officium prædictum, habuit, uſus vel gaviſus fuit, exercuit ſeu exercere potuit in eodem Officio ratione ejuſdem Officii,

Et ulteriùs conceſſimus, ac de aviſamento & conſenſu prædictis, per Præſentes concedimus præfato *Gilberto* in Principalem Regem Armorum Anglicorum, ut præfertur, erecto, pro Excercitio Officii prædicti, *Quadraginta Libras per Annum* pro Vadio & Feodo Officii prædicti, percipiendas de Exitibus & Proficuis Parvæ Cuſtumæ noſtræ in Portu Civitatis noſtræ Londoniæ, per Manus Cuſtumariorum Collectorum ſive Receptorum Cuſtumæ prædictæ in Portu prædicto, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito ante Datam Præſentium, & ſic deinceps pro tempore exiſtente, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones,

Necnon talem Liberaturam & Veſturam qualem aliquis Principalis *Rex Armorum* Anglicorum aliquo tempore antehac habuit aut percepit in vel pro eodem Officio, deliberandas eidem *Gilberto* per manus Cuſtodis ſive Clerici Magnæ Garderobæ noſtræ,

Habendas & annuatim percipiendas eidem *Gilberto* durante Vitâ ſuâ dictas *Quadraginta Libras* annuas de Exitibus & proficuis provenientibus de Parva Cuſtuma noſtra in Portu Civitatis noſtræ Londoniæ, per manus Collectorum ſive Receptorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Paſchæ & Sancti Mich. per æquales Portiones, ac etiam dictas Liberaturam & Veſturam
* XV. ad Garderobam noſtram, durante Vitâ ſuâ * prædictâ, per Ma-
230. nus Cuſtodis ſive Clerici ejuſdem pro tempore ſimiliter Exiſtentis, ad Terminos conſuetos;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Equites Auratos,

Præfati Regis Conſiliarios Oratores Commiſſarios Procuratores Ambaſſiatores & Nuncios ſpeciales ex altera,

Auctoritate & virtute Commiſſionum Nobis & dicto Fratre noſtro eis reſpective conceſſarum, quarum Tenores inferius deſcribuntur, nuper hincinde conventus concordatus & concluſus fuerit, ſicut in Literis Oratorum & Commiſſariorum prædictorum deſuper confectis pleniùs apparet & continetur; *Quorum Tenor ſequitur & eſt talis*,

UNIVERSIS ET SINGULIS ad quorum Notitias præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Quùm multa ſint in bonis Principibus magniſque Viris Laude digniſſima, nihil tamen præclarius, majorique commendatione ad Seculorum omnium memoriâ, celebrandum magis unquam extitit, quàm, cùm ita ſe natos meminerint, ut ad ſuorum Civium ſalutem Studia omnia, ſuaſque Cogitationes omnes conferendas putent, atque ita ſuos ab omni Injuria tueantur ac defendant, ut tamen Paci & publicæ Quieti, quoad ejus fieri poſſit, ſemper conſultum velint; Quo fit, ut quum meritò Nobis gratulari debeamus, tum præcipuè Deo Optimo Maximo Gratias agere, qui talem mentem dedit potentiſſimis & invictiſſimis *Henrico Francorum Regi* Chriſtianiſſimo hujus Nominis *Secundo* & *Edwardo Sexto Angliæ Regi*, ut pronis Animis in Fœdera coirent, & inter ſe eam Pacem ſtabilirent quæ in infinitas Ætates ad Poſteros eſſet tranſitura; idque eo majore ſuorum Civium & Commodo & Deſiderio, quòd poſt tot Malorum & Calamitatum Myriadas quas innocua Plebs ad hanc uſque diem maximè pertulit, magis periculum erat ne cumulatis quotidie Injuriis gravius multò tantorum Regum exulcerarentur Animi, Odiaque primâ adhuc & Vitæ & Imperii ætate concepta cum annis veteraſcerent, ac proinde maximo utriuſque Regni malo altiùs Radices agerent, ut difficillimum eſſet ea ex animis evelli niſi Dſſidiorum Simultatum Bellorum Differentiæ Materiam primis in Cunabilis Imperii ſui deponerent atque abjicerent, proque his mutuam Be-
nevolentiam ſynceramque Amicitiam inirent, quæ * optimis Prin- * XV.
cipis ſatâ Officiorum Viciſſitudine & temporum Succeſſione pro- 231.
pagaretur, arctiorique tandem vinculo ſanciretur: Itaque optimi illi Principes & duo totius Chriſtiani Orbis Lumina, tametſi nullas privatas Simultates inter ſe gerebant, Reliquias tamen quaſdam Bellorum a Majoribus traditas quaſi per manus quùm accepiſſent eas ut tollere & penitùs extirpare, Concordiaque ac mutua Benevolentiâ conſopire poſſent, diligenter elaboraverunt ne Malum hoc latius ſerperet, & majoris Diſſidii, velut ex Fomite Incendium, Seminarium quoddam ſuſcitaret; quod eo magis divini Numinis Præſentia, incredibilique quadam bonitate naturæ, in ipſis factum videri debet, quòd quum utrumque & ætas quæ Bellorum avidior eſſe ſolet, & Vitæ Diſciplinæque ratio ad Arma ſtimularet, memores tamen quantum Bello Pacem prætulerit Servator noſter Chriſtus, qui ad Patrem rediturus, ſuæ erga Nos benevolentiæ perpetui Pignoris loco, futuram Pacem Nobis eſt largitus, Judicio quodam Animi, & certo Conſilio ad Pacem & Concordiam Regnorum & Imperiorum Conſervatricem tam promptè inclinarunt, ut nulla ſit futura tam integrata Poſteritas quæ non eſſe dignos Immortalitate ſit judicatura, quibus tantoperè publica Quies, & communis omnium Salus Curæ fuerit, ac magis etiam quàm propriæ Laudis & Gloriæ amplicandæ Studium, ac quo magis Pax inter eos ſtabiliretur, ſunt ab ipſis, hæ Leges, ea Pacta, ea Conventa poſita, quibus obfirmata nulla unquam Hominum Perverſitas tanta eſſet futura ut eam tollere; ſed nè labefactare quidem poſſet, quin poſteris, & Regibus & Subditis, a Bellis Quietem, & cum fœlicitate tranquillum Otium, non ſine ſumma Laude & Benevolentia tantorum Regum qui Authores extiterint, eſſent allatura.

cluſimus, atque Auctoritate Commiſſionum noſtrarum, quarum Tenores inferiùs inſeruntur, per Præſentes convenimus concordamus & concludimus articulatim prout ſequitur.

IMPRIMIS, Conventum concordatum & concluſum eſt quòd, inter prædictos Illuſtriſſimos & Potentiſſimos Reges, eorumque Hæredes & Succeſſores qui in Regnis, *&c. ut ſupra 24. Martii.*

In quorum omnium ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium Nos Oratores, Commiſſarii, Ambaſſiatores & Procuratores prædicti *Francorum Regis* has Literas Manibus noſtris ſubſcriptas, Sigillorum noſtrorum appoſitione muniri fecimus & roborari.

Acta ſunt hæc *in Agro medio* inter dictam Urbem Boloniæ & magnum Propugnaculum ſeu Fortalitium vulgò nuncupatum *Doultreau* ad Fluminis Lyanæ ripam, Die viceſima quartâ Menſis Martii, Anno a Chriſto paſſo milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono.

Sic ſignatum,
F. DE MONTMORENCY.
G. COULLIGNY.
GUILLART.
BOCHETEL.

* XV. 232. * Nos Tractatum prædictum, ac omnia & ſingula Capitula in eodem contenta ac ſpecificata, rata firma & grata habentes, ea omnia & ſingula, quatenus Nos Hæredes & Succeſſores noſtros, Regna Terras Patrias & Dominia vel Subditos noſtros concernunt ſeu tangunt aut tangere vel concernere poterunt, acceptamus approbamus laudamus confirmamus ac ratificamus, ac inviolabiliter firmiter benè & fideliter tenere obſervare & adimplere, tenerique obſervari & adimpleri facere cum effectu, bonâ Fide & Verbo Regio promittimus per Præſentes, & ſub Hypoteca & Obligatione omnium Bonorum noſtrorum mobilium ac immobilium præſentium ac futurorum.

In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium his Præſentibus, manu noſtrâ ſubſcriptis, Magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus.

Datum *Ambiani*, Die Octavo Menſis Maii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, & Regni noſtri quarto.

HENRY.

*Per Regem.*

DE L'AUBESPINE.

*Sub Sigillo Magno Ceræ nigræ a Filis ſericis viridis rubicantis Colorum pendente.*

---

## *Juramentum Regis memorati.*

Ann. D. 1550. Ex Autogr.

NOS *Henricus*, Dei Gratiâ, *Francorum Rex* Chriſtianiſſimus, promittimus ſub Honore noſtro ac in Verbo Regio pollicemur, & per hæc Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta juramus, quòd bene & fideliter obſervabimus, & perimplebimus omnia & ſingula Pacta Conventiones & Articulos Tractatûs Pacis, de Data *vigeſimâ quartâ Die Menſis Martii* ultimò præteriti, inter noſtros, & Illuſtriſſimi ac Potentiſſimi Principis *Edvardi Angliæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, ac in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ *Supremi Capitis*, Fratris Conſanguinei Amici & Confœderati noſtri perpetui, Oratores, firmati & concluſi, necnon

*Promittimus ſub Honore noſtro, ac in Verbo Regio pollicemur, & per hæc Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta juramus, quod benè & fideliter obſervabimus, & perimplebimus omnia & ſingula Pacta Conventiones & Articulos Tractatûs Pacis, de data* vigeſimâ quartâ Die Menſis Martii, *ultimò præteriti, inter noſtros, & Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Principis* Edvardi Sexti Angliæ & Hiberniæ Regis, Fidei Defenſoris, *ac in Terra Eccleſiæ Anglicanæ &* Hibernicæ Supremi Capitis *Fratris Conſanguinei Amici & Confœderati noſtri perpetui, Oratores, * firmati & concluſi, necnon omnia & ſingula a Subditis noſtris obſervari faciemus, nec contra ea vel eorum aliqua ullo unquam tempore contraveniemus.* * XV. 233.

ITA DEUS NOS ADJUVET ET SANCTA DEI EVANGELIA.

Sic ſignatum,

HENRY.

Cui quidem Præſtationi Sacramenti interfuerunt,
Illuſtres Principes,
*Anthonius Dux Vindocinenſis*,
*Ludovicus Vindocinenſis* ejus Frater,
*Ludovicus Borbonius Dux Montiſpenſiri*,
*Carolus Borbonius Princeps Rupis Surionæ*, *Dux Longevilierus*,
*Franciſcus a Lothoringia Dux Guiſiæ*,
*Renatus a Lothoringia* ejus Frater,
*Anna Dominus Montis Morenciі* Coneſtabilis,
*Domini de Lanvilla* Cancellarius & *de Sancto Andrea* Mareſcallus Franciæ,
*Epiſcopi Matiſconenſis & Revenſis*,
Cum pluribus aliis Comitibus Baronibus & Dominis.

In cujus rei Teſtimonium Nos, rogati a ſupradictis Oratoribus Procuratoribus & Commiſſariis dicti Illuſtriſſimi Regis Angliæ, publicè hoc Inſtrumentum confecimus, & manibus noſtris propriis, ut ſolitum eſt, ſubſignavimus Anno & Die ſupradictis.

DE L'AUBESPINE.
DU THIER.

---

## *De Conceſſione ad Vitam.*

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1550.
Cùm Nos, per Literas noſtras Patentes, quarum data eſt apud Weſtm. *viceſimo octavo Die Octobris*, Anno Regni noſtri tertio, dederimus & conceſſerimus Dilecto & Servienti noſtro *Andreæ Dudley* Militi uni Generoſorum privatæ Cameræ noſtræ, omnia & ſingula Tenementa Meſuagia Domos Manſiones vocata PARADYSE & HELL infra Aulam noſtram Weſtm. & Terras & Tenementa quæ *Willielmus Fryes* nuper habuit & occupavit, Pat. 4. E. 6. p. 2. m. 31.

Ac Domum ſive Manſionem vocatam PURGATORY,
Necnon quandam Domum vocatam POTANS HOUSE ſubtus Scaccarium noſtrum,
Ac etiam Turrim ibidem & Domum in qua *Thomas Conie* modò vel nuper inhabitabat,
Ac Domum vocatam GRENE-LATTES,
Cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus Commoditatibus Membris & Pertinentiis quibuſcumque, dictis Meſuagiis & cæteris Præmiſſis pertinentibus ſive ſpectantibus,
Necnon quandam Domum ſive Meſuagium jam vel nuper in Tenura *Laurentii Brodſhawe*,
Et quandam Domum ſive Meſuagium jam vel nuper in Tenura *Thomæ Perſey*, & quandam Domum ſive Meſuagium jam vel nuper in Tenura *Willielmi Goodyrre*,
Et quandam Domum ſive Meſuagium jam vel nuper in Tenura *Tho Sternehold*,
Et quandam Domum ſive Meſuagium jam vel nuper in Tenura *Richardi Shelley*,

Nec-

Digitized by Google

vocatam *Paradyſe* annui Valoris *quatuor Librarum*,

Præ dictam Domum vocatam *Hell* annui Valoris *quadraginta Solidorum*,

Prædictam Domum vocatam *Purgatory* annui Valoris *viginti ſex Solidorum & octo Denariorum*,

Necnon quinque alios Domos ſive Meſuagia adjacentia Scaccario prædicto, ſcituata & exiſtentia infra Palatium prædictum, in quibus *Richardus Gelley Egidius Slaughter Johannes Cauſen Nicholaus Clowde & Emaria Paunfott* nuper inhabitabant, exiſtentia ad clarum annuum Valorem *quinque Librarum ſex Solidorum & octo Denariorum*,

Quæ quidem Domus ſive Meſuagia occupantur utuntur & convertuntur ad Uſum deponendi & conſervandi Recorda & Rotula Curiæ Scaccarii noſtri, necnon ad diverſas alias Uſus noſtros Hæredum & Succeſſorum noſtrorum in & circa Neceſſitatibus & Commoditatibus Scaccarii noſtri prædicti,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, in plenam Satisfactionem & Contentationem omnium & ſingulorum Domorum ſive Meſuagiorum, ſic per dictum Patrem noſtrum in manus ſuas aſſumptorum, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Andreæ Dudley* Militi, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *duodecim Librarum treſdecim Solidorum & octo Denariorum* bonæ & legalis Monetæ noſtræ Angliæ,

Habendum & annuatim percipiendum præfato *Andreæ Dudley* Militi pro Termino Vitæ ſuæ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, ad manus Theſaurarii & Camerariorum ejuſdem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis, annuatim per æquales Portiones ſolvendum;

Et inſuper, de ampliori Gratia noſtra, dedimus & concedimus, eidem *Andreæ Dudley* Militi, tot & tanta Denariorum Summas ad quot & quantas dicta Annuitas ſive annualis Redditus *duodecim Librarum treſdecim Solidorum & octo Denariorum*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, hucuſque ſe extendit & attingat,

Habendas eidem *Andreæ Dudley* per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum prædictorum, abſque compoto ſive aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquo modo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio de vero Valore annuo, aut de Certitudine Præmiſſorum ſive eorum alicujus, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus, per Nos vel per aliquem Progenitorum noſtrorum, *præfato Andreæ* ante hæc tempora factis, in præſentibus minime facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione inde in contrarium factis editis ordinatis ſive proviſis, ſeu aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Deciſimo ſeptimo Die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Polidoro Virgilio, de Conceſſione ad Vitam.*

Ann. D. 1550. *Pat. 4. E. 6. p. 5. m. 14.*

EDwarde the Sixte, &c. to all and ſinguler to whom, &c Greting.

Whereas our truſtie and welbelovid *Polidorus Virgilius* hathe made humble Sute unto Us that, he being bourne in the Partes of Italie, and having ſervid our Grandfather King *Henry the Seventh*, our Father King *Henry th'Eight*, of moſt Noble Memo- to permyt and ſuffer the ſaid *Polidorus Virgilius* peaſably and quietly to enjoy the hole Effect Tenour and Purport of theis our Letters Patents, upon th'only ſight of the ſame, without any manner Lett Impedyment or Moleſtation to the contrarie hereof, as they and every of them tender our Pleaſuer and good Contentation in that behalf;

Provided always that the Tenths, Firſt Fruyts Diſmes Subſides and other Devoyers due or to be due unto Us or our Succeſſours Kings of England, and all other Duyeties laufully acuſtomed to be paid and born to any other Perſon out of the ſaid *Archedeaconrie and Prebend*, be from tyme to tyme duly born and ſupportyd of the Revenues and Proffits of the ſame as apperteyneth; and further that the ſaid *Polidorus* doo or cauſe to be done all and every ſuch thing and things as by the Laws and Orders of the Realms, already eſtablyſhed or hereafter to be eſtablyſhed, he ſhall be bound to doo or cauſe to be done by reaſon of the ſaid *Archedeaconrie and Prebende*;

Although expreſſe mention, &c.

In witnes wherof, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Poteſtate ad retinendum, & ad Liberatas concedendum.*

Ann. D. 1550. *Pat. 4. E. 6. p. 6. m. 15.*

EDwarde the Sixte, &c. To all Men to whom, &c. Greting,

Knowe ye that, of our eſpecial Grace certayne Knowledge and mere Motion, and by th'Adviſe of our Counſail, We have Gevyn and Graunted full Auctoritie Power and Licence, and by theis Preſents do Gyve and Graunt unto, our moſt Dere and interlie Beloved Uncle, *Edwarde Duke of Somerſet* full Auctoritie Licence Power and Libertie that he, during his Lief at his Pleaſuer, may laufullie, and withour Offence Loſſe Damage Forfaicture or other Penaltie, Reteyne and Kepe in his Service from tyme to tyme by way of Reteyner, over and beſides all ſuch Perſons as daylie attend uppon hym in his Houſehold, and to whom he gevith Meat Drink Lyverye Fee or Wagis, and alſo over and beſids all ſuch Perſons as be or ſhall be under hym in any Office or Offices of any Stewardſhippe Underſtewardſhippe Baliſwike Keaper of Parkes Howſes Warrennes, or other Games of Venerye, Pheſaunts Partiches and other Fouls of what kind ſoever they be of, aſwell of ſuch Office or Offices which he hath or ſhall have of Us, or of any of our Subjects for term of Lief or at pleaſuer or otherwiſe, as of other his owne proper Offices Hereditaments and Poſſeſſions, the Nomber of Two Hundreth • • XV. 236. Perſons Gentlemen or Yeomen whatſoever, albeit the ſame Perſon or Perſons ſo Reteyned or to be Reteyned be the Tenaunts of Us or of any our Subjects, or dwelling or reſiaunt within our Honours Manours Domynyons Letes Towns or Hundreds, and to the ſame to gyve at his Will and Pleaſuer his Lyvery Badge or Cogniſaunce, or to as many of the ſaid Nomber of Two Hundred Perſons as will receyve the ſaid Lyveres Badge or Cogniſaunce, and Graunte to doo unto hym their Service when he ſhall appoynt and require the ſame for our better Service and Suertie alwayes to be employd, the ſaid Perſons to be reputid taken and accept, by vertue of this our Graunte and Licence, to all Inſtructions Conſtructions and Entents as they were dailie Attendaunt on the ſaid *Edwarde Duke of Somerſett* in his Houſhold, and

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quinto Die Junii.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Lancaſter Heraldo, de Intendendo.*

Ann. D. 1550. Ibid. p. 5. m. 40.

EDwarde the Syxte, &c. To all Men of Honour Lords and Gentlemen, and all other our Officers Miniſtres and Subjects, Greting.

WHEREAS of a long tyme there hath no Viſitation or Survey benne made, by any *Harrald* or *Officer of Arms*, within our Domynyon of Wales and the Marches of the ſame, whereof hath riſen no leſs Errour in the uſing bering and taking of *Arms Creſts* and *Tokens of Nobilitie*, then in Debate and Controverſie about Tytles of Inheritance like to follow, to the great Trouble and Diſquiet of our loving Subjects; namely, of Gentlemen in the Parties aforeſaid, if Reformation be not hadd,

Willing therfore, aſwell to avoyde all ſuch Doubts and Controverſies, as by that occaſion may hereafter enſue, as alſo to have one certayne Order to be obſerved in the Premiſſes,

We,

For the ſpecial Truſt and Conſydens which We have in our Welbeloved Servaunt *Fulke Apowell*, aliàs *Lancaſter* one of our *Harroldes of Armes*,

Have Gevyn and Grauntid, and by theis Preſents do Gyve and Graunte unto our ſaid *Servaunt* full Power and Auctoritie during his Lief, at all tymes from hensforthe when he ſhall thinke mete, aſwell to vycite and repayre to the Houſes Manſions and Dwellings of all Nobles and Gentlemen in the Parties aforeſaid as alſo to peruſe, reforme and correcte all *Armes*
XV. 237. *Creſts* and *Tokyns* * *of Nobilitie* wrongfully and unlawfully takyn uſed or borne within the ſaid Province,

And moreover to take the Notes of all Diſſents Marrigies and Pedigreis of Nobles and Gentlemen in the Parties aforeſaid, whereby he maye make unto Us a true and perfect Regeſter and Recorde of the ſame;

And further to doo execute and exerciſe, within the ſaid Province, all other things whiche by Lawe or Cuſtom have apperteynid to the Juriſdiction Power and Office of Armes, according to the Laws of the ſame;

Willing and requyring you and every of you, not onely to be aiding and aſſiſting to our ſaid Officer in the Execution of theis Preſentes, but alſo with all Gentlenes and Curtiſie to uſe and intreate hym, as to the Dignitye of the Office apperteyneth.

In witneſs whereof, *&c.*

Witnes our ſelfe at *Leighes* the ix. Day of *June*.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Prabenda Data.*

Ann. D. 1550. Ibid. m. 23.

REX, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Thomæ*, permiſſione divinâ, *Cantuarienſi Archiepiſcopo* Angliæ Primati ac Metropolitano, ſuove in ejus Abſentia *Vicario in Spiritualibus Generali* cuicumque, Salutem,

Ad Præbendam, in Eccleſia Chriſti in Civitate Cantuarienſi veſtræ Diœceſis, per mortem naturalem *Roberti Nevill* ultimi Incumbentis ibidem, jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno Jure ſpectantem, dilectum nobis *Johannem Joſephe*

[illegible]

facta & eadem confirmata fuiſſent, & quod poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus ſic foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari, & habere Liberationem ſuam, ſeu *Breve de amovras Manum*, ac omnia alia peragere prout eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ,

Prout in eodem Statuto plenius liquet,

Ac cùm Epiſcopatus Roffenſis hoc tempore ſit Vacuus, ſuoque idoneo Paſtore deſtitutus, Tranſlatione Reverendi Patris *Nicholai, nuper illius Loci Epiſcopi*, in Epiſcopatum Londonienſem, & ob id ad Munus noſtrum Regium * pertinere dinoſcatur alium in ejus Locum Surrogandi, Qui, ob eximias animi Dotes, Populum noſtrum illius Diœceſis late Patentis, juxta *Divi Pauli* Normam, dignè paſcat, XV. 238.

Sciatis igitur quod Nos,

Exiſtimantes Dilectum Nobis *Johannem Ponet* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ad Prædictum Epiſcopatum Roffenſem modo Vacantem idoneum, tam propter ſingularem Sacrarum Literarum Doctrinam, Moreſque probatiſſimos, quibus idem *Johannes* præditus eſt, quàm propter hoc, quod, juxta *Salvatoris noſtri* Elogium, judicamus illum Virum imprimis dignum eſſe ut ſuper Multa conſtituatur qui ſuper Pauca fuerit Fidelis,

De Gratia noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, necnon de Adviſamento Concilii noſtri, contulimus dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes conferimus damus & concedimus, præfato *Johanni* prædictum Epiſcopatum Roffenſem, ac eundem *Johannem* in Epiſcopum Roffenſem Præferimus per Præſentes, ac ipſum *Johannem Epiſcopum Roffen. ac Diœceſanum Roffen.* prædictæ nominamus facimus ordinamus creamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum tenendum occupandum & gaudendum prædictum Epiſcopatum Roffenſem eidem *Johanni* durante Vitâ ſuâ naturali, una cum omnibus Dominiis Maneriis Terris Tenementis Hæreditamentis Poſſeſſionibus & Juribus, tam Spiritualibus quam Temporalibus, ac cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Emolumentis Dignitatibus Auctoritatibus Juriſdictionibus & Præheminentiis quibuſcumque, eidem Epiſcopatui Roffenſi quoquo modo ſpectantibus ſive incumbentibus;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Literæ de Significavit.*

Ann. D. 1550. Ibid.

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutem.

Cùm Epiſcopatu Roffenſi, per Tranſlationem Reverendi Patris *Nicholai* nuper illius Loci *Epiſcopi* in Epiſcopatum Londonienſem, nuper vacante, Dilecto Nobis *Johanni Ponet* Sacræ Theologiæ Profeſſori, per Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento Concilii noſtri, Contulerimus Dederimus & Conceſſerimus præfato *Johanni* prædictum Epiſcopatum Roffenſem, ac eundem *Johannem* in Epiſcopum Roffenſem Præfecimus, ac ipſum *Johannem Epiſcopum Roffen* ac *Diœceſanum Roffen.* prædictæ, Nominaverimus fecerimus ordinaverimus creaverimus & conſtituerimus per Literas noſtras Patentes, prout per eaſdem Literas noſtras Patentes pleniùs liquet & apparet; Et hoc vobis, Tenore Præſentium, Significamus:

Ro-

Digitized by Google

menta Redditus Reverſiones & Servitia, ac alia Hæreditamenta quæcumque, infra dictum Regnum noſtrum Angliæ & alia Dominia noſtra, perquirere recipere capere habere tenere emere & poſſidere in Feodo ſimplici, ſeu quovis alio Jure Statu Titulo ſeu Termino, eaque dare vendere alienare & legare cuicumque Perſonæ, ſive quibuſcumque Perſonis ſibi placuerint ad libitum ſuum valeat & poſſit, valeant & poſſint licitè & impunè, ſicut aliquis Ligeorum noſtrorum infra hoc Regnum noſtrum legitimè oriundus,

Ac etiam quod iidem *Johannes Barbara Johannes Hieronimus Barbara & Suſanna*, & eorum quilibet, omnes & omnimodas Libertates Franchesias & Privilegia hujus Regni noſtri liberè quietè & pacificè uti & gaudere poſſit & poſſint, tanquam Ligei noſtri infra Regnum noſtrum Angliæ nati, abſque Perturbatione Impedimento Moleſtatione Vexatione Calumpnia ſive Gravamine Noſtri Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum aliquorum, aliorumve quorumcumque; aliquo Statuto Actu Ordinatione ſive Proviſione in contrarium inde antehac editis factis ordinatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus:

Proviſo ſemper quod iidem *Johannes Barbara Johannes Hieronimus Barbara & Suſanna*, ad omnes & ſingula Ordinationes Acta & Statuta hujus Regni noſtri Angliæ, tam edita quam impoſterùm edenda, teneantur & obedientes ſint, & eorum quilibet teneatur & obediens ſit, juxta formam Statuti in ea parte editi & proviſi;

Sciatis inſuper quòd nos, de uberiori Gratia noſtra, ac de aviſamento prædicto, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus prædicto *Johanni Alaſco* Baroni Poloniæ quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum*,

Habendum & percipiendum ſibi & Aſſignatis ſuis, durante Beneplacito noſtro, tam per manus Clerici Hanaperii noſtri, quam per manus Theſaurarii noſtri Curiæ noſtræ Augmentationum & Reventionum Coronæ noſtræ pro tempore exiſtentium, de Theſauro noſtro in manibus ejuſdem Clerici vel Theſaurarii pro tempore exiſtentium remanere contingente, ad duos Anni Terminos; viz. ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis per æquales Portiones annuatim ſolvendum;

Damus etiam, de aviſamento prædicto, & per Præſentes concedimus præfato *Johanni* tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas prædicta Annuitas ſive annualis Redditus *Centum Librarum*, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimo præterito, ſe extendit & attingit, habendas *eidem Johanni* ex Dono noſtro, per manus Clerici ſive Theſaurarii prædictorum, de Theſauro noſtro prædicto, abſque Compoto ſive aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo,

Et præterea volumus & concedimus quod præfati *Johannes Barbara Johannes Hieronymus Barbara & Suſanna* habeant & habebunt has Literas noſtras Patentes, debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine vel Feodo magno vel parvo nobis in Hanaperio noſtro ſeu alibi ad Uſum noſtrum proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c

Teſte Rege apud *Leighes*, viceſimo ſeptimo Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*



tus eſt, quam propter hoc, quod, juxta Salvatoris noſtri Elogium, judicamus illum Virum imprimis dignum eſſe ut ſuper multa conſtituatur qui ſuper pauca fuerit fidelis,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de Adviſamento Concilii noſtri contulimus dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes conferimus damus & concedimus, præfato *Johanni* prædictum Epiſcopatum Glouceſtriæ, ac eundem *Johannem* in Epiſcopum Glouceſtriæ præferimus per Præſentes, ac ipſum *Johannem Epiſcopum Glouceſtriæ*, ac Diœceſanum Glouceſtriæ prædictæ nominamus facimus ordinamus creamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum tenendum occupandum & gaudendum prædictum Epiſcopatum Glouceſtriæ eidem *Johanni* durante Vitâ ſuâ naturali, una cum omnibus Dominiis Maneriis Terris Tenementis Hæreditamentis Poſſeſſionibus & Juribus, tam Spiritualibus quam Temporalibus, ac cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Emolumentis Auctboritatibus Juriſdictionibus & Præeminentiis quibuſcumque, eidem Epiſcopatui Glouceſtriæ quoquomodo ſpectantibus ſive incumbentibus;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Liegbes*, tertio Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Johanne Epiſcopo Roffenſi de Conceſſionibus in Commendam.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod Nos, 1550.

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, ac de aviſamento Concilii noſtri, conceſſimus ac licentiam dedimus, ac per Præſentes concedimus & licentiam damus * Reverendo in Chriſto Patri *Johanni Roffyn. Epiſcopo*, quòd idem *Johannes*, a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito ante Datam Præſentium, uſque ad Feſtum Annunciationis Beatæ Mariæ quod erit in Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, *Vicariam de Aſheford* in Diœceſe Cantuarienſi, unà cum *Rectoriis de Towen* in Diœceſe Bangorenſi, & *Sancti Michaelis prope Crokedlane* in Civitate Londoniæ, & cum *una Præbenda in Eccleſia Chriſti Cantuarienſis*, cum eorum Privilegiis quibus unquam hactenus gaudebat, & ſuper dictas Vicariam & Præbendam & Rectorias, & earum quamlibet, poſſidebat, unà cum ſuis Juribus Juriſdictionibus & Pertinentiis univerſis, cujuſcumque Taxæ ſeu Valoris Annui, illius Epiſcopatûs, Fructus Redditus & Proventus exiſtant, *in Commendam*, non obſtante dicto Epiſcopatu, habeat & poſſideat, ac Fructus Redditus & Proventus earumdem percipere, atque in ejus ſeu eorum Uſum & Utilitatem convertere & applicare, liberè & licitè valeat & poſſit, abſque impedimento Noſtri vel Hæredum & Succeſſorum noſtrorum aut aliorum quorumcumque; aliquibus Ordinationibus aut Conſtitutionibus Eccleſiaſticis, necnon Actubus ſive Statutis in Parliamento antehac quomodolibet editis ſeu impoſterùm edendis quibuſcumque in contrarium non obſtantibus;

*Ibid p. 5. m. 41.*

* XV. 241.

Eo etiam non obſtante quòd expreſſa mentio ac de verbo in ver-



Digitized by Google

EXTRAORDINARIUM, ac Officium *Medici noſtri Extraordinarii* ei damus & concedimus per Præſentes,

Habendam percipiendam & gaudendam dictam Annuitatem ſive annualem Redditum præfato *Roberto Huyke* durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones,

Ac habendum occupandum & gaudendum Officium prædictum præfato *Roberto Huyke* durante Vitâ ſuâ, cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus & Advantagiis dicto Officio pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & formâ prout aliqua alia Perſona ſive aliquæ aliæ Perſonæ, dictum Officium antehac occupans ſive occupantes, habuit & percepit, habuerunt & perceperunt, in & pro Exercitio Officii prædicti;

Et quia dictus *Robertus Huyke*, durante Vitâ dictæ *Dominæ Reginæ*, per Mandatum dicti Patris noſtri, attendebat ſuper Eam, ac pro eo quod idem *Robertus* citra & poſt Deceſſum ipſius nuper * *Reginæ*, nullum adhuc habuit a nobis Feodum ſeu (* XV. 242.) Vadium, ac pro aliis cauſis nos ad præſens ſpecialiter moventibus,

Sciatis quòd nos, de ulteriore Gratia noſtra dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Roberto Huyke* tot & tantas denariorum Summas, ad quot & quantas dicta Annuitas ſive annualis Redditus, a Feſto Sancti Michaelis ultimò præterito hucuſque provenient ſive creſcent,

Habendas eidem *Roberto Huyke* ex Dono noſtro de Theſauro noſtro prædicto, per manus dictorum Theſaurarii & Camerariorum, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Proviſo tamen ſemper quòd ſi prædictus *Robertus Huyke*, per Nos Hæredes vel Succeſſores noſtros, impoſterùm promotus fuerit ad aliquam aliam Promotionem clari annui Valoris prædictarum *quinquaginta Librarum*, ac in Satisfactionem & Recompenſationem earumdem, quòd extunc præſens Conceſſio ſit vacua & nullius effectûs;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Leighes*, quarto Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Officio docendi Adoleſcentulos Regis vocatos Henchmen, conceſſo.*

Ann. D. 1550. Ibid. m. 17.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento Concilii noſtri,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, dilecto Servienti noſtro *Willielmo Bukley* in Artibus Magiſtro, tam propter gravitaten Morum & Doctrinæ abundantiam, quàm nonnullas alias bonas & honeſtas Cauſas quas in illo cognovimus, Officium docendi erudiendi atque inſtituendi Adoleſcentulos noſtros vocatos *Henchemen*,

Habendum gaudendum & occupandum prædictum Officium præfato *Willielmo Bukley* durante ipſius Vitâ, cum omnibus &

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

1550. Ibid. m. 3.

Cùm magnæ quædam & graves Conſiderationes Nos ad præſens ſpecialiter impulerunt, tum etiam cogitantes illud quanto Studio & Charitate Chriſtianos Principes, in Sacroſanctum Dei Evangelium, Religionem Apoſtolicam ab ipſo Chriſto inchoatam inſtitutam & traditam, animatos & propenſos eſſe * conveniat, (* XV. 243.) ſine qua haud dubie Politia & Civile Regimen neque conſiſtere diu, neque Nomen ſuum tueri poteſt, niſi Principes, cæterique Præpotentes Viri quos Deus ad Regnorum Gubernacula ſedere voluit, id inprimis operam dent, ut per totum Reipublicæ Corpus caſta ſinceraque Religio defendatur, & Eccleſia in verè Chriſtianis & Apoſtolicis Opinionibus & Ritibus inſtituta & adulta, per ſanctos, ac Carni & Mundo mortuos Miniſtros conſervetur, pro eo quòd Chriſtiani Principis Officium eſſe ſtatuimus, inter alias graviſſimas de Regno ſuo benè ſplendidèque adminiſtrando Cogitationes, etiam Religioni & Religionis Cauſæ Calamitate fractis & afflictis Exulibus conſulere,

Sciatis quòd, non ſolum Præmiſſa contemplantes, & Eccleſiam a Papatûs Tirannide per Nos vindicatam, in priſtina Libertate conſervare cupientes, verùm etiam Exulum & Peregrinorum conditionem miſerantes, qui tam bonis temporibus in Regno noſtro Angliæ commorati ſunt, voluntario Exilio Religionis & Eccleſiæ Cauſâ mulctati, quia Hoſpites & exteros Homines, propter Chriſti Evangelium ex Patria ſua profligatos ejectos in Regnum noſtrum Profugos, Præſidiis ad Vitam degendum neceſſariis in Regno noſtro egere non dignum eſſe, neque Chriſtiano Homine neque Principis Magnificentia dignum eſſe duximus, cujus Liberalitas nullo modo in tali rerum Statu reſtricta clauſaque eſſe debet,

Ac quoniam multi *Germanæ Nationis* Homines, ac alii Peregrini qui confluxerunt & in dies ſingulos confluunt in Regnum noſtrum Angliæ ex Germania & aliis remotioribus Partibus in quibus Papatûs Dominatu Evangelii Libertas labefactari & premi cepta eſt, non habent certam Sedem & Locum in Regno noſtro ubi Conventus ſuos celebrare valeant, ubi, inter ſuæ Gentis & moderni Idiomatis Homines, Religionis Negotia & Res Eccleſiaſticas pro Patrio Ritu & More intelligenter obire & tractari poſſint;

Ideirco, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero motu noſtris, necnon de aviſamento Concilii noſtri, volumus concedimus & ordinamus quòd de cætero ſit & erit unum Templum ſive ſacra Ædes in Civitate noſtra Londoniæ, quod vel quæ vocabitur TEMPLUM DOMINI JESU, ubi Congregatio & Conventus *Germanorum aliorumque Peregrinorum* fieri & celebrari poſſit, eâ Intentione & Propoſito ut, a Miniſtris Eccleſiæ Germanorum, aliorumque Peregrinorum, ſacroſancti Evangelii Incorrupta Interpretatio, Sacramentorum, juxta Verbum Dei & Apoſtolicam Obſervationem, Adminiſtratio fiat,

Ac Templum illud ſive Sacram Ædem illam, de uno *Superintendenti* & *Quatuor Verbi Miniſtris*, erigimus creamus ordinamus & fundamus per Præſentes, & quòd iidem *Superintendens* & *Miniſtri* in Re & Nomine ſunt & erunt unum *Corpus Corporatum & Politicum* de ſe, per Nomen *Superintendentis* & *Miniſtrorum Eccleſiæ Germanorum* & *aliorum Peregrinorum* ex Fundatione Regis Edwardi Sexti in Civitate Londoniæ, per Præſentes incorporamus, ac *Corpus Corporatum & Politicum* per idem Nomen realiter & ad plenum creamus erigimus ordinamus facimus & conſtituimus per Præſentes, & quòd Succeſſionem habeant;

Et ulterius, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de aviſamento Concilii noſtri, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfatis *Superintendenti* & *Miniſtris* Eccleſiæ Germanorum & aliorum Peregrinorum in Civitate Londoniæ, totum illud *Templum ſive Eccleſiam nuper Fratrum Auguſtinentium* in Civitate noſtra Londoniæ, ac totam Terram Fundum & Solum Eccleſiæ prædictæ, excepto toto Choro dictæ Eccleſiæ Terra Fundo & Solo ejuſdem,

Ha-

Digitized by Google

Vicecomitibus & Aldermannis Civitatis noſtræ Londoniæ, Epiſcopo Londonienſi, & Succeſſoribus ſuis, cum omnibus aliis Archiepiſcopis Epiſcopis Juſticiariis Officiariis & Miniſtris noſtris quibuſcumque, quòd permittant *præfatos Superintendentem & Miniſtros* & Succeſſores ſuos liberè & quietè frui gaudere uti & exercere Ritus & Ceremonias ſuas proprias, & Diſciplinam Eccleſiaſticam propriam & peculiarem, non obſtante quòd non conveniant cum Ritibus & Ceremoniis in Regno noſtro uſitatis, abſque Impetitione Perturbatione aut Inquietatione eorum vel eorum alicujus; aliquo Statuto Actu Proclamatione Injunctione Reſtrictione ſeu Uſu in contrarium inde antehac factis editis ſeu promulgatis in contrarium non obſtantibus;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Leighes*, viceſimo quarto Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Commiſſione ad audiendum Querelas, contra Soldarios in Hibernia.*

Ann. D. 1550. *Pat.* 4. *E.* 6. *p.* 6. *m.* 32. *dorſ.* REX, &c. dilecto Conſiliario ſuo, *Anthonio Sentleger* prænobilis Ordinis ſui Garterii Militi ac Deputato Regni ſui Hiberniæ, dilectoque ſibi *Mareſcallo Armatæ* ſuæ infra Regnum ſuum prædictum pro tempore exiſtenti Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Fidelitatibus Induſtriis & providis Circumſpectionibus veſtris pleniùs confidentes, de aviſamento & conſenſu Privati Concilii noſtri, aſſignavimus vos præfatum *Anthonium Sentleger* Deputatum noſtrum, ac vobis, tenore Præſentium, Poteſtatem & Auctoritatem damus & committimus, quaſcumque Cauſas Querelas contra omnes & ſingulos Souldarios armatos, in Armata & Exercitu noſtris infra Regnum noſtrum prædictum, retentos & retinendos, audiendi & cognoſcendi ac Fine debito terminandi,

Necnon quæcumque Proditiones Murdra Homicidia Felonias Raptus Mulierum & quaſcumque alias Cauſas criminales, tam Mortem Hominis quàm Mahemium ſive Mutilationem Membrorum concernentes, per *Vos*, aut per Prædictum *Mareſcallum*, in Abſentia veſtra vel Mandato veſtro, audiendi & terminandi & ritè dicendi,

Ac Delinquentes omnes & ſingulos Armatûs hujuſmodi, in quorumcumque Cuſtodia extiterint vel detenti fuerint, coram vobis, aut prædictum *Mareſcallum*, in Abſentia veſtra aut Mandato veſtro, ad certos Dies & loca quos ad hoc provideritis, de tempore in tempus, prout opus fuerit & caſus exigerit, in forma debita evocandi & venire faciendi, ac ipſos & eorum quemlibet de & ſuper eorum Factis Criminibus & Delictis examinandi,

Ac quoſcumque Teſtes & Probationes requiſitos & neceſſarios recipiendi & admittendi, ipſoſque ad Veritatem in ea parte dicendam Pœnis & Mulctis aliiſque modis licitis aſtringendi & compellendi,

Veritateque comperta, ad Judicium, ſecundùm Legem & Conſuetudinem Mareſcalciæ, hactenus infra Regnum noſtrum prædictum uſitatam (vocatum MARSHALL LAWE) procedendi,

• XV. 183. * Ac eos quos coram *Vobis*, aut dicto *Mareſcallo* in abſentia veſtra aut Mandato veſtro, reos & culpabiles inveneritis, per Incarcerationes, aut ad Pœnas Mortis & Membrorum, ſeu alias Pœnas & Punitiones, Juſtitia id exigente, adjudicandi & condempnandi, ac debitè Executioni demandandi;



LE BLACKE DEPIS) & etiam pro ſuo [illegible] politica Diſcretione, in Inventione novi loci (vocati A CHANEL IN LE BLACKE DEPIS prædictis) pro Evitatione magnorum Periculorum ibidem exiſtentium, prætextu cujus Naves prædicti Patris noſtri & aliæ Naves, in & per eundem Locum navigantes per eandem viam magis ſecurè conduci & gubernari poſſint,

Dederit & conceſſerit præfato *Johanni Bartelott* quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Librarum*, habendam & annuatim percipiendam *eidem Johanni* durante Vitâ ſuâ immediatè poſt mortem *Thomæ Spert* uni Valectorum Coronæ dicti Patris noſtri, ac tunc & poſtea gaudenti & habenti antedictam Annuitatem, vel poſt Surſumredditionem ſive aliquam aliam Determinationem ejuſdem Annuitatis ſive annualis Redditûs *Viginti Librarum*, aut aliter, de Theſauro prædicti Patris noſtri ad Receptam Scaccarii ſui, per manus Theſaurarii & Camerariorum ſuorum pro tempore exiſtentium, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli, per æquales Portiones, prout in eiſdem Literis Patentibus plenè apparet;

Qui quidem *Thomas Spert* mortuus eſt, & ſupra nominatus *Johannes Bartelott* prædictam Annuitatem *Viginti Librarum*, ratione Conceſſionis prædictæ habet & gaudet pro termino Vitæ ſuæ,

Sciatis quod Nos,

In conſideratione boni & fidelis Servitii antedicto Patri noſtro, ac Nobis, per dilectum Servientem noſtrum *Willielmum Wood*, tam in maritimis Negotiis noſtris quàm aliter, antehac impenſi & impoſterùm impendendi,

De Gratia noſtra ſpeciali, certa Scientia & mero motu noſtris, necnon de aviſamento & conſenſu Privati Concilii noſtri,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Willielmo Wood* prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ,

Habendam gaudendam poſſidendam & annuatim percipiendam *eidem Willielmo Wood* durante Vitâ ipſius *Wilhelmi*, quùm & quamcitò, per Mortem dicti * *Johannis Bartelott*, Surſumreddi- • XV. 246.
tionem Literarum Patentium ſibi de Præmiſſis factarum, Foriſfacturam, ſeu quocumque alio modo eandem Annuitatem *Viginti Librarum* ad Manus noſtras devenerit, ſeu vacare primò & proximè contigerit, de Theſauro noſtro ad prædictam Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum, noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Paſchæ per æquales Portiones;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Leighes*, decimo ſexto Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Paulo Baptiſta Spinola de Conceſſione ad Vitam.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1550. *Pat.* 4. *E.* 6. *p.* 5. *m.* 20.

Cùm Dilectus Serviens noſter *Paulus Baptiſta Spinola* nobilis Genovenſis, egregiam in Re Militare Operam plurimas per Expeditiones Nobis præſtiterit, meritò volumus Eundem Liberalitate noſtrâ Regiâ, tanquam majori Virtutis ſuæ Teſtimonio proſequi;

Sciatis igitur quòd, ex certa Scientia meroque Motu noſtris, necnon id ſuadentibus Fideliſſimis intimi Concilii noſtri Proceribus, Dediſſe Conceſſiſſe, Tenoreque Præſentium, Dare & Con-

Magiſtris Cancellariæ noſtræ prædictæ,

Ac Dilectis ſibi

*Johanni Olyver* Clerico,

*Willielmo Cooke* Armigero,

*Johanni Croke* Armigero,

Et *Antonio Bellaſis* Clerico, Magiſtris ejuſdem Cancellariæ noſtræ, Salutem.

Quia Prædilectus & Fidelis Conſiliarius noſter *Ricardus Riche* Miles *Dominus Riche* Cancellarius noſter Angliæ, adeo Corporis Invaliditudine ad præſens laborat, quòd ad ea quæ in Curia Cancellariæ noſtræ, in Cauſis & Materiis inter diverſos Ligeos & Subditos noſtros ibidem pendentibus, Tractanda Audienda Diſcutienda & Terminanda ſint & fieri debeant, ad præſens pro tempore non ſufficiat,

Conſiderantes igitur ipſum ad ſalutem citiùs poſſe reſtitui, ſi ab arduis Negotiis noſtris, & Determinatione Cauſarum in Curia Cancellariæ noſtræ pendentium, ad tempus abſtineat, & volentes nichilominus interim in ejuſdem Cancellarii noſtri Abſentia, omnibus & ſingulis Ligeis & Subditis noſtris quibuſcumque, quaſcumque Materias ſuas in Curia Cancellariæ noſtræ prædictæ proſequentibus, plenam & celerem * Juſtitiam exhibere, ac de Fi-
* XV. 247. delitatibus & providis Circumſpectionibus veſtris pleniùs confidentes,

Aſſignavimus vos, octo ſeptem ſex quinque quatuor & tres veſtrum, quorum vos præfati *Roberte Willielme Porteman*, *Jacobe Hales*, *Johannes Olyver* & *Johannes Croke* unum eſſe volumus, ac, Tenore Præſentium, damus vobis, octo ſeptem ſex quinque quatuor & tribus veſtrûm, quorum aliquem veſtrûm, vos præfati *Roberte Willielme Porteman Jacobe Hales Johannes Olyver* & *Johannes Croke* unum eſſe volumus, plenam Poteſtatem & Auctoritatem audiendi & examinandi quaſcumque Materias Cauſas & Petitiones coram Nobis in Cancellaria noſtra, inter quoſcumque Ligeos & Subditos noſtros tunc pendentes, & impoſterùm ibidem exhibendas & pendentes,

Et eaſdem Materias Cauſas & Petitiones, juxta ſanas Diſcretiones veſtras finaliter terminandi & debitè Executioni demandandi,

Parteſque in Materiis ſive Cauſis vel Petitionibus illis nominatas & ſpecificatas, ac Teſtes & alios quoſcumque quos vobis fore videbitur evocandos, quotiens expedire videritis, coram vobis, octo ſeptem ſex quinque quatuor vel tribus veſtrûm, quorum aliquem veſtrûm vos præfate *Roberte Willielme Portman Jacobe Hales Johannes Olyver* & *Johannes Croke* unum eſſe volumus, evocandi, ac ipſos & eorum quemlibet debitè examinari compellendi,

Dieſque Productiores imponendi & aſſignandi,

Proceſſuſque quoſcumque in ea parte neceſſarios concedendi & fieri faciendi,

Contemptus etiam quoſcumque ibidem commiſſos ſive perpetratos debitè caſtigandi & puniendi,

Cæteraque omnia & ſingula faciendi & exequendi quæ circa Præmiſſa neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna;

Et ideò vobis mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis ac ea faciatis & exequamini cum effectu;

Mandamus etiam, Tenore Præſentium, omnibus & ſingulis Officiariis & Miniſtris noſtris Curiæ noſtræ prædictæ quod vobis, octo ſeptem ſex quinque quatuor & tribus veſtrûm, quorum aliquem veſtrûm, vos præfate *Roberte Willielme Porteman Jacobe Johannes Olyver* & *Johannes Croke*, ſemper unum eſſe volumus in Executione Præmiſſorum, diligenter intendant prout decet,

Volumus etiam, & per Præſentes concedimus quod omnia & ſingula Judicia ſive finalia Decreta per vos, octo ſeptem ſex quinque quatuor vel tres veſtrûm, quorum aliquem veſtrûm, vos præfate *Roberte Willielme Porteman Jacobe Johannes Olyver* & *Johannes Croke* unum eſſe volumus, ſemper, hujuſmodi Cauſis ſive Materiis, reddenda ſive fienda, ſint & eſſe debeant tam

*Henrici Octavi* Patris noſtri, per naturalem mortem *Willielmi Heynes* jam vacantem, & ad noſtram Collationem ſive Donationem pleno jure ſpectantem,

Habendum & tenendum Canonicatum ſive Præbendam prædictam, præfato *Petro*, durante Vitâ ſuâ, cum omnibus & omnimodis Emolumentis Proficuis & Pertinentiis ſuis univerſis;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto Die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Super Proſecutione per Breve de Præmunire, de Pardonatione.*

REX Omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1550.

Cùm Nos quoddam Breve noſtrum *de Præmunire facias*, gerens Ibid. p. 2. m. 4.
datum 21. *Die Junii* ultimò præterito, verſus *Willielmum Bathon. & Wellen. Epiſcopum*, *Roulandum Merk* aliàs *Merike* ejuſdem Epiſcopi Cancellarium & ejus Conſiſtorii Officialem Principalem, *Thomam Huyke* de Civitate Wellen. in Com. Somerſetiæ Generoſum aliàs dictum *Thomam Huyck* de Civitate *Wellen.* Principalem Regiſtrarium præfati Epiſcopi per totam Diœceſim ſuam Bathon. & Wellen. ac *Johannem Smythe* de Welles in Com. Somerſ. Clericum,

De & ſuper quibuſdam Impetrationibus Proſequutionibus aliiſque Tranſgreſſionibus Contemptibus Præjudiciis & Derogationibus, contra formam Statuti de Proviſoribus, in Parliamento Domini *Ricardi nuper Regis Angliæ Secundi* Progenitoris noſtri, Anno Regni ſui xvi. tento, editi, necnon contra formam Statuti, in Parliamento Domini *Henrici Octavi nuper Regis Angliæ* præchariſſimi Patris noſtri, Anno Regni ſui xxviii. contra Extollationem Expoſitionem Promotionem Manutentionem & Defenſionem Auchoritatis Juriſdictionis & Poteſtatis *Epiſcopi Romani* & Sedis ſuæ, vel alicujus inde Partis, necnon Attributionem aliqualis Juris Auchoritatis vel Præeminentiæ ad eandem Sedem Romanam, vel alicui Epiſcopo ejuſdem Sedis pro tempore exiſtenti,

Vicecomiti Somerſetiæ direxerimus, eidem præcipientes quòd *Præmuniri faciat*, & per probos & legales Homines de Balliva ſua, *dictos Willielmum Bathon. & Wellen. Epiſcopum Roulandum Mericke Thomam Huyck* & *Johannem Smythe de Wellys* antedicta, quòd eſſent coram nobis a die Sancti Michaelis in xv. dies ubicumque tum fuerimus in Anglia, ad reſpondendum Nobis de Contemptu Præjudicio & Derogatione prædictis, necnon cuidam *Johanni Goodman* Clerico, de Dampnis & Injuriis ſibi in hac parte illatis, ut dicebatur, & ad faciendum ulteriùs & recipiendum quod dicta Curia noſtra conſideravit in Præmiſſis, & quod haberet ibi nomina eorum per quos eis ſic præmuniri faciat & Breve noſtrum prædictum, ac nos de die Præmunitionis prædictæ ſub Sigillo ſuo diſtinctè & apertè certificans,

Cumque *Thomas Speke* Miles Vicecomes Comitatûs prædicti, virtute dicti Brevis noſtri ſibi directi, dictos *Epiſcopos*, *Thomam Huicke* & *Johannem Smythe* debitè præmuniri fecerit, juxta formam & effectum ejuſdem Brevis, necnon ad diem Returnationis Brevis prædicti dictus *Thomas Speke* Vicecomes Comitatûs prædicti, returnavit Breve prædictum & quod ipſe virtute Brevis prædicti 5. *Die Julii*, Anno Regni noſtri quarto ſupradicto, præmuniri fac. infra nominatos *Willielmum Epiſcopum Bathon.* & *Wellen. Thomam Huick* & *Johannem Smythe*, per *Willielmum Hyet Willielmum Tinbury Willielmum Derman* & *Ricardum Baker* probos, &c. quod ſint coram Nobis ubicumque, &c. ad Diem infra

exigere ſeu habere poterimus,

Et ulteriùs, de uberiori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Epiſcopo* omnia & ſingula Bona & Catalla Debita Terras & Tenementa ſua, necnon Epiſcopatum prædictum Dignitates Præbendas Rectorias Vicarias Redditus Feoda Annuitates Penſiones Portiones Officia Firmas Jura Patronatûs Hæreditamenta & alias Promotiones Eccleſiaſticas ſuas, Nobis, per *ipſum Epiſcopum*, occaſione prædicti Defalti recordati & Contemptus prædicti, Forisfacta Deperdita Confiſcata, ſeu ſic in Lege vel per factum aut aliter quoquomodo adjudicata fuerunt ſive potuerunt adjudicari, habenda & tenenda *præfato Epiſcopo* de dono noſtro, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis reddendo ſolvendo ſeu faciendo.

Et etiam damus & concedimus per Præſentes præfato *Johanni Smythe* omnia & ſingula Bona & Catalla Terras Tenementa Rectorias Vicarias Redditus Feoda Annuitates Portiones Penſiones Firmas Hæreditamenta, & alias Promotiones Eccleſiaſticas ſuas, Nobis, per ipſum *Johannem Smythe*, ratione Defalti prædicti & exinde ſequentium Forisfacta Deperdita Confiſcata, ſeu ſic in Lege ſive per Factum vel aliter quoquomodo adjudicata fuerunt, ſive adjudicari potuerunt, habenda & tenenda præfato *Johanni Smythe* de Dono noſtro abſque Compoto ſeu aliquo Nobis inde reddendo ſolvendo vel faciendo;

Et ulteriùs, de ampliori Gratia noſtra, ſuſcepimus & acceptavimus, ac per Præſentes ſuſcipimus & acceptamus præfatos *Epiſcopum & Johannem Smythe* & eorum utrumque, in ſalvam Securitatem & plenam Protectionem Tuitionem & Defenſionem noſtras perpetuas,

Volentes & concedentes eiſdem *Epiſcopo & Johanni Smythe* & eorum utrique per Præſentes, quod ipſi extunc imperpetuùm liberam Legem ſuam & Hæredum ſuorum habeant gaudeant & utantur, & eorum uterque per ſe habeat gaudeat & utatur, adeò plenè integrè & quietè ſicut aliquis alius Dilectorum Subditorum noſtrorum;

Quocumque Defalto prædicto, ſeu quovis Recordo Defalti prædicti, in dicta Curia noſtra coram Nobis ratione Præmiſſorum recordato & remanente ſeu exiſtente, aut aliquo alio Actu Lege modò ſive Ordinatione in contrarium factis ſive editis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus,

Et firmam Pacem noſtram, eiſdem *Epiſcopo & Johanni Smythe* & eorum utrique, inde damus & concedimus per Præſentes; Ita tamen quod ſtent, & eorum uterque ſtet, Recto in Curia noſtra ſi quis verſus eos ſive eorum alterum inde loqui voluerit;

Proviſo ſemper quod hæ Literæ noſtræ Patentes in aliquo non extendant ad exonerandum & acquietandum præfatos *Epiſcopum & Johannem Smythe* ſeu eorum alterum, Hæredes vel Executores ſuos, pro aliquibus aliis Tranſgreſſionibus Contemptis Cauſis Offenſis ſeu Rebus, niſi ſolummodò pro Defaltis prædictis per dictos *Epiſcopum & Johannem Smythe* ac eorum utrumque * commiſſis, & pro Contemptu & Executione qui inde adjudicare ſive exequi potuerint, per Nos in forma prædicta pardonatis; * XV. 150.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo Die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Commiſſio ad inquirendum de Heretica Pravitate.*

REX, Ann. Dl 1551. *Ibid p. 6. m. 31. dorſ.*

Reverendiſſimo in Chriſto Patri,

*Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano,

Ac Reverendis in Chriſto Patribus,

*Thomæ Elienſi*,

*Nicholao London*,

*Henrico Lincolnienſi*,

*Thomæ Norwicenſi*,

Et *Johanni Roffenſi*,

Epiſcopis:

*Nicholao Wotton* Decano Cantuarien. uni Conſiliariorum noſtrorum,

Necnon Prædilectis & Fidelibus Conſiliariis noſtris,

*Willielmo Petre* Militi,

*Willielmo Cecill* Armigero,

Secretariis noſtris Primariis,

Dilectis Nobis,

*Ricardo Cox* Elemoſinario noſtro,

*Anthonio Cooke* Militi,

*Jacobo Hales* Militi uni Juſticiariorum noſtrorum ad Communia Placita,

*Thomæ Smythe* Militi,

*Johanni Cheeke* Adoleſcentiæ noſtræ Inſtitutori,

*Willielmo Maye* Decano Sancti Pauli London.

*Johanni Tailor* Decano Lincoln.

*Simoni Haynes* Decano Exon.

*Griffino Leiſon* Decano de Archibus London.

*Johanni Redman* Archidiacono de Tawnton,

*Hugoni Latymer*,

*Egidio Eyr* Decano Ciceſtren.

*Matheo Parker* Sacræ Theologiæ Profeſſori,

*Miloni Coverdale*,

*Johanni Olyver*,

*Ricardo Lyell*,

*Rowllando Taylor*,

*Criſtofero Nevynſon*,

Legum Doctoribus:

*Ricardo Goodericke*,

*Johanni Goſnolde*,

Armigeris,

*Ricardo Wylks*,

*Henrico Sydall*,

Et,

*Nicholao Bullingham*,

Salutem.

Etſi Regibus quidem omnibus, qui Chriſti Nomen profitentur, nihil æquè incumbat ac Fidem Chriſtianam, in ſuo Populo ac in Eccleſiis, ſuæ Auctoritati * Regiæ ſubjectis, Sartam Tectam atque Incolumem conſervare; nobis tamen, qui Fidei Defenſor peculiari quodam Titulo vocitamur, maximè præ cæteris Curæ eſſe debet, ut non ſolùm pro viribus annitamur ut Chriſti Religio quampuriſſimè atque integerrimè noſtro Populo tradatur, verùm etiam ut omni quâ poſſumus ratione caveamus ne Chriſti Adverſarius, ut eſt ſemper ad omnia corrumpenda paratus, noxium Hæreſeos Semen & Labem malæ Doctrinæ clanculùm in Segetem Chriſtiani Populi & hoc Arvum nobis commiſſum ſeminet; ſed, ſi quid fortè emerſerit tale, quod ſperamus Deum averſurum, ſaltem & quamprimùm evellatur, nè latiùs ſerpens illud Virus etiam ſanas & ſalubres Partes corrumpat; * XVI. 151.

Et quoniam Nos ipſi non poſſumus, ad omnia ejuſmodi in noſtra Perſona obeunda & curanda, ſemper eſſe in otio & parati,



Digitized by Google

tationes Abjurationes & Renunciationes inducendum,

Et ſubſequenter in Sacroſanctæ Eccleſiæ Gremium admittendum & recipiendum, aliaſve prout Juris noſtri & Æquitatis ratio perſuaſerit, abſolvendum & demittendum,

Pœnitentiaſque ſalutares & condignas pro commiſſis infligendum & imponendum;

Pertinacem verò vel Pertinaces, Obſtinatum vel Obſtinatos, Erroribuſque ſuis deſperatè immerſum vel immerſos, ſi quem vel quos deprehenderitis, ex Cœtu Fidelium ejiciendum & detrudendum, ac Seculari Poteſtati noſtræ, ſi ita Facti atrocitas expoſcat, committendum tradendum & liberandum;

Necnon omnes & ſingulos Rectores Vicarios Clericos & Miniſtros Eccleſiaſticos quoſcumque, ac Laicos cujuſcumque Conditionis exiſtant, *Librum* noſtrum vulgò appellatum The Booke of the Common Prayer and Administration of the Sacraments and other Rites and Ceremonies of the Church after the use of the Church of England, aut divina Officia in eodem expreſſa & inſerta, vel aliquam partem eorumdem contemnentes ſpernentes adverſantes ſive obloquentes, ſi qui tales ſuſpecti reperti detecti inquiſiti denunciati ac accuſati fuerunt, juxta vim formam & effectum Statuti in ea parte editi & proviſi, puniendum & corrigendum,

Cæteraque omnia & ſingula faciendum exercendum & expediendum quæ circa dictæ Inquiſitionis & Examinationis Negotia neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna,

Vobis, triginta & uni, triginta, viginti novem, viginti octo,
viginti ſeptem, viginti ſex, viginti quinque, viginti quatuor,
viginti tribus, viginti duobus, viginti uni, viginti, novemdecim,
octodecim, ſeptemdecim, ſexdecim, quindecim, quatuordecim,
• XV. treſdecim, duodecim, undecim, decem, • novem, octo, ſep-
252. tem, ſex, quinque, quatuor aut tribus veſtrûm (quorum *Archiepiſcopum Cantuarienſem Epiſcopum Elien. Epiſcopum London. Epiſcopum Norwicen. Epiſcopum Roffen. Nicholaum Wotton Willelmum Petre Willelmum Cecill*, *Ricardum Cox Jacobum Hales* & *Willelmum May*, unum eſſe volumus, & in executione Præmiſſorum intereſſe) de quorum ſana Doctrina, Fidei Zelo, Vitæque & Morum integritate, exactaque in rebus gerendis Dexteritate, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, Vices noſtras committimus, & plenam, Tenore Præſentium, concedimus Facultatem,

Cum Poteſtate pleniſſimâ Perſonas ſic detectas denunciatas inquiſitas accuſatas vel ſuſpectas, evocandi coram vobis, & Carceri & Vinculis, ſi opus fuerit, mancipandi, ac Teſtes quoſcumque, pro veritate Præmiſſorum explicanda & eruenda, quomodolibet requiſitos, coram vobis quibuſcumque Diebus & Locis veſtro arbitrio in hac parte limitandi evocandi & citandi, eoſdemque Teſtes ſeſe ſubtrahentes omnibus modis Juris noſtri Remediis quibuſcumque compellendi,

Cumque omnia alia Juriſdictionis & Auctoritatis noſtræ legitimâ Cohertione in hac parte & poteſtate, voſque ad effectus prædictos Cognitores Inquiſitores Judices & Commiſſarios noſtros nominamus facimus conſtituimus & deputamus per Præſentes, omni Appellatione remotâ;

Eo non obſtante Denunciatio Indictatio ſive Accuſatio contra Perſonas prædictas ejuſmodi in hac parte non præceſſerit, ſive aliquibus aliis Statutis aut Ordinationibus in Parliamentis noſtro in contrarium editis ſeu proviſis, in quibus major forſan Solennitas & Circumſtantiæ ad hujuſmodi exequenda Negotia requiruntur, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque:

Mandantes omnibus & ſingulis Theologis & Juriſperitis, necnon Majoribus Vicecomitibus Ballivis aliiſque Officiariis & Miniſtris noſtris quibuſcumque, quatinus vobis in & circa Præmiſſorum Executionem effectualiter, ſi per vos requiſiti & interpellati fuerint, aſſiſtant & ſuffragentur.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---



## *De Scripto Religioſorum.*

OMnibus Chriſti Fidelibus ad quos hoc præſens Scriptum per- Ann. D.
venerit, *Magiſter ſive Cuſtos* ac *Prioriſſa & Sorores* Domûs 1551.
ſive Hoſpitalis *Sancti Jacobi juxta Civitatem Cantuar.* in Parochia Clauſ. 5.
de Thanington in Com. Kanc. Salutem. E. 6. p. 7.

Sciatis Nos præfatos *Magiſtrum ſive Cuſtodem* ac *Prioriſſam &* m. 14.
*Sorores* unanimi noſtro aſſenſu & conſenſu, dediſſe, &c.

• In cujus rei Teſtimonium nos prædicti *Magiſter ſive Cuſtos* ac • XV.
*Prioriſſa & Sorores* huic præſenti Scripto noſtro Sigillum noſtrum 253.
commune appoſuimus.

Dat. in dicta *Domo ſeu Hoſpitali* viceſimo octavo Die Februarii, Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edwardi Sexti*, quinto. •

*Per Commiſſionem Domini Regis.*

---

## *Ex Deprivatione Stephani Gardiner, de Tranſlatione Epiſcopi Roffenſis ad Winton.*

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cùm per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato 1551.
apud Weſtmonaſterium, *quarto die Novembris* Anno Regni noſtri Pat. 4.
primo, & ibidem tento, inter alia Statuta pro Republica noſtra E. 6. p. 1.
edita ordinatum inactitatum & ſtabilitum fuerit, m. 40.

Quod nullum Breve de Licentia eligendi (vulgariter vocatum Conge d'Eslyer) deinceps conceſſum foret, nec Electio alicujus Archiepiſcopi ſeu Epiſcopi per *Decanum & Capitulum* fieret, ſed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cùm aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicui Perſonæ quam Nos idoneum exiſtimaremus eundem conferre poſſemus & valeamus, & eadem Collatio, ſic, per Literas noſtras Patentes, hujuſmodi Perſonæ facta & deliberata, cui nos eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, ſeu ejus ſufficienti Procuratori vel Attornato, ſtaret & foret ad omnia Intentiones Conſtructiones & Propoſita, tanti & ejuſdem effectûs quanti & qualis foret ſi Breve de Licentiâ eligendi conceſſum eſſet, Electio ritè facta, & eadem confirmata fuiſſent, & quod poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus ſic foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari, proſequi, & habere Liberationem ſuam, ſeu Breve *de amoveas Manum*, ac omnia alia agere, prout ſi eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ,

Prout in eodem Statuto pleniùs liquet;

Ac cùm *Epiſcopatus Wintonienſis* hoc tempore ſit Vacuus, ſuoque idoneo Paſtore deſtitutus, ratione Deprivationis ſeu Remotionis *Stephani nuper illius Loci Epiſcopi* ab eodem Epiſcopatu, & ob id ad Munus noſtrum Regium pertinere dinoſcatur alium in ejus Locum ſurrogandi, qui, ob eximias Animi Dotes, Populum noſtrum illius Diœceſis latè Patentis, juxta Divi Pauli Normam, dignè paſcat,

Sciatis igitur quod Nos,

Exiſtimantes Reverendum in Chriſto Patrem *Johannem Roffenſem Epiſcopum* ad Epiſcopatum Winton. prædictum, modò vacantem Perſonam idoneam, tam propter ſingularem Sacrarum Literarum Doctrinam, Moreſque probatiſſimos, quibus idem Reverendus Pater modò *Epiſcopus Roffenſis* præditus eſt, quàm propter hoc, quod, juxta Salvatoris noſtri Elogium, judicamus illum Virum

Digitized by Google

ctorum infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs Winton. atque Adminiſtrationes Bonorum quorumcumque, earumdem Diœceſis & Juriſdictionis ab Inteſtatis ſeu per viam Inteſtati Decedentium approbare inſinuare & committere, ac Bona eorumdem Decedentium, in Caſibus a Jure permiſſis, ſequeſtrare, Calculumque Computum & Ratiocinium exigere & capere, & alia quæcumque in ea parte neceſſaria facere,

Atque Cauſas Lites & Negotia quæcumque, ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantia & pertinentia ad *dictum Epiſcopum*, per viam Querelæ ſeu Appellationis ſeu aliàs devolvenda, tam ad Inſtantiam & Petitionem Partium quàm ex Officio mero mixto vel promoto, audire expedire cognoſcere & examinare, ac ea & eas cum ſuis Incidentibus Emergentibus Dependentibus Annexis & connexis quibuſcumque, diſcutere decidere terminare & finire,

Eccleſiam quoque Cathedralem Civitatis & Diœceſis Winton. prædictæ, totumque Clerum & Populum eorumdem, tam in Capite quàm in Membris, quotiens & quando opus fuerit & videbitur expediens, Viſitare, ac de & ſuper quibuſcumque Criminibus Exceſſibus & Delictis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, infra dictam Diœceſim Winton. & Juriſdictionem Epiſcopatûs Winton. prædicti, commiſſis & perpetratis, tam ex Officio mero mixto quàm promoto, inquirere, & quoſcumque Delinquentes ſive Criminoſos, per Cenſuras Eccleſiaſticas & alia legitima Juris Eccleſiaſtici Remedia debitè corrigere reformare & punire,

Ac quoſcumque Officiales Commiſſarios & alios Miniſtros pro debita Executione Exercitio & Expeditione Præmiſſorum deputare & præficere;

Cæteraque omnia & ſingula in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum, aut circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet requiſita, ac cætera quæcumque Auctoritatem Poteſtatem & Juriſdictionem Ordinarias & Epiſcopales, ac Officia Paſtoralia quoviſmodò reſpicientia tangentia & concernentia (præter & ultra ea quæ ex Sacris Literis divinitùs commiſſa eſſe dinoſcuntur) Vice Nomine & Auctoritate noſtris Regiis, exequi exercere facere & expedire ac Executioni demandare;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Præſentatione, infra Marchias Caleſii.*

Ann. D. 1551. *Pat. 5. E 6. p. 3. m. 16.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ*, Permiſſione Divinâ, *Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano, ejuſve in Abſentia *Vicario ſuo in Spiritualibus Generali*, Salutem.

Ac Eccleſiam Parochialem Sancti Petri, infra Marchias Caleſii Morienſis Diœceſis, modò, per liberam Reſignationem *Johannis Butler* ultimi Incumbentis ejuſdem, vacantem, & ad noſtram Præſentationem & Donationem pleno Jure ſpectantem, dilectum nobis *Willielmum Marche* Clericum vobis Præſentamus,

Rogantes, quatenus eundem *Willielmum Marche* ad dictam Vicariam admittere, ipſum Rectorem in eadem inſtituere, cæteraque peragere & perimplere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali velitis cum Favore.

In cujus rei, &c.

Venales habeat, atque illos [illegible] etiam ſi fortè additis quibuſdam Annotationibus vel Explanationibus editi forent, ſi quis verò contra hoc noſtrum Juſſum facere auſus fuerit, volumus eum Libros ejuſmodi omnes amittere, & *Laurentium Torrentinum* illos ſibi hâc noſtrâ Conceſſione acquiſitos & adjudicatos repetere Jure poſſe; quorumcumque Hominum Privilegiis quibuſcumque non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo Die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Accepta Comprehenſionis Scotiæ in Tractatu Pacis inter Reges Angliæ & Francorum.*

MAria, Dei Gratiâ, *Regina Scotorum*, univerſis ad quos hujus Diplomatis Lectio vel Notitia pervenerit veram à Chriſto Salutem & Pacem, Notum ſit vobis hujus præſentis Diplomatis Argumentum. Ann. D. 1551. *Ex Autogr.*

*Henricus* Chriſtianiſſimus ac Invictiſſimus *Francorum Rex* noſter in Terris Chariſſimus Pater, quum *Mariam* Sereniſſimam *Scotiæ Viduam Reginam* noſtram Dulciſſimam Matrem, *Jacobum Araniæ* Comitem Illuſtrem Gubernatorem, ac pleroſque noſtri Regni Principes admonuiſſet, de ea Pace & Amicitiâ quam paucis ante diebus cum *Sexto Edwardo* Sereniſſimo *Angliæ Rege* noſtro Conſanguineo fecit, ſignificâſſetque iiſdem, illa Pace & Amicitiâ Nos noſtrumque Regnum & Subditos omnes ita nominatim contineri ac comprehendi, ut, intra quadrageſimum ab inita Pace Diem, Nobis facta ſit libera Poteſtas illam Pacem atque Amicitiam ineundi amplectendi & accepandi, renuendive: Ad quam quidem Rem acceptandam, noſtrique Animi Declarationem Accelerandam, idem Chriſtianiſſimus D. ſumet ſuum Cubicularium Legatum, cum Literis Mandatis & Capitibus ſeu Articulis illis Perpetuæ Pacis, in unum collectis per *Bochetell* Notarium & Regium Secretarium, Die vigeſimo Octavo Menſis Martii, Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, exſcriptis & autenticè notatis in Scotiam miſit;

Nos propterea *Maria Scotorum Regina*, etſi a primis Cunabulis noſtrumq; Regnum minus Pio Bello hactenus agitatæ fuerimus, tamen ne tam inſperatam Concordiam, tam neceſſariam Amicitiam, tam ſanctam Pacem aut remorari * aut invidere videamur; Nos, ex conſilio & aſſenſu Dulciſſimæ *Matris*, Illuſtris *Gubernatoris*, omniumque *Principum & Ordinum* Suffragio, illam Concordiam & Amicitiam ac Pacem, cæteraque omnia quæ *Henricus Chriſtianiſſimus* Noſtro noſtrique Regni Nomine ſupradictis Articulis complexus fecerit, perinde Nos nunc Inimus, Amplectimur, Acceptamus, ac Grata Rataque habemus, atque ipſi eadem cum *Sexto Edwardo* Sereniſſimo Conſanguineo *Rege* feciſſemus, * XV, 250.

Promittentes Nos daturas operam ut illa Concordia Pax atque Amicitia, a noſtris Subditis cujuſvis Ordinis, piè ſincerè colatur conſervetur præſteturque impoſterùm;

Prætereà, nè quid ad hanc noſtram Declarationem perpetuæque Pacis Acceptationem deſideretur, in præſentia Delegamus in Angliam Nobilem Egregium & Probum Virum Magnificum *Thomam Erskin* ſuæ Vetuſtiſſimæ juxta Nobiliſſimæ Familiæ Primarium, unum à noſtris Secretis Conſiliariorum, qui coram *Edvardo* Sereniſſimo Conſanguineo, *Rege* ejuſve Concilio ſupradicta omnia præſens vivâ voce teſtetur declaret accepta ac rata habeat:

Cui quidem ad hæc eadem Teſtanda Declaranda Acceptanda Ra-

Quod nullum Breve de Licentia Eligendi (vulgariter vocatum CONGE D'ESLIRE) deinceps conceſſum foret, nec Electio alicujus *Archiepiſcopi* ſeu *Epiſcopi* per *Decanum & Capitulum* fieret, ſed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cum aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicui Perſonæ, quam nos idoneam exiſtimaremus, eundem conferre poſſemus & valeamus, & eadem Collatio, ſic, per Literas noſtras Patentes hujuſmodi Perſonæ facta & deliberata, cui Nos eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, ſeu ejus ſufficienti Procuratori vel Attornato, ſtaret & foret, ad omnia Intentiones Conſtructiones & Propoſita, tanti & ejuſdem effectûs quanti & qualis foret, ſi Breve de Licentia Eligendi conceſſum eſſet, Electio ritè facta & eadem confirmata fuiſſent, & quod, poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona, cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus ſic foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari, & habere Liberationem ſuam, ſeu *Breve de amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout ſi eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ,

Prout in eodem Statuto pleniùs liquet;

Ac cùm Epiſcopatus Roffenſis hoc tempore ſit Vacuus, ſuoque idoneo Paſtore deſtitutus, ratione Tranſlationis Reverendi in Chriſto Patris *Johannis nuper illius Loci Epiſcopi*, ad Epiſcopatum Winton. & ob id ad Munus noſtrum Regium pertinere dinoſcatur alium in ejus Locum Surrogandi, qui, ob eximias Animi Dotes, Populum noſtrum illius Diœceſis latè patentis, juxta * Divi Pauli Normam, digne paſcat, * XV. 257.

Sciatis quod Nos,

Exiſtimantes, dilectum Nobis in Chriſto *Johannem Storye* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ad Epiſcopatum Roffen. prædictum, modò vacantem, Perſonam, idoneam, tam propter ſingularem Sacrarum Literarum Doctrinam, Moreſque probatiſſimos quibus idem *Johannes Storye* prædictus eſt, quàm propter hoc, quod, juxta Salvatoris noſtri Elogium, judicamus illum Virum imprimis dignum eſſe ut ſuper multa conſtituatur qui ſuper pauca fuerit fidelis,

Ex Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, contulimus dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes conferimus damus & concedimus præfato *Johanni Storye* prædictum Epiſcopatum Roffen. ac ipſum *Johannem* Epiſcopum Roffenſem & Diœceſis Roffenſ. nominamus facimus ordinamus creamus declaramus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum tenendum occupandum & gaudendum prædictum Epiſcopatum Roffenſem unà cum omnibus Dominiis Maneriis Terris, Tenementis Hæreditamentis Poſſeſſionibus & Juribus, tam Spiritualibus quàm Temporalibus ac cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Emolumentis Dignitatibus Auctoritatibus Juriſdictionibus & Præeminentiis quibuſcumque, eidem Epiſcopatui Roffenſ. ac Officio Paſtorali ejuſdem, aliquo modo ſpectantibus pertinentibus ſive incumbentibus; eidem *Johanni Storye*, a tempore Tranſlationis dicti Reverendi in Chriſto Patris *Johannis* modò *Winton. Epiſcopi*, durante Vitâ ſuâ naturali.

Damus etiam, &, ut ſupra, concedimus per Præſentes quod præfatus *Epiſcopus Roffen* liberè licitè & quietè poſſit & valeat quoſcumque Clericos idoneos infra Diœceſim Roffen. ubicumque oriundos, & alios in ea parte legitimè dimiſſos & licentiatos, ad omnes etiam Sacros & Presbiteratos Ordines, legitimè ordinare & promovere,

Præſentatoſque ad Beneficia Eccleſiaſtica quæcumque infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs Roffen. exiſtentia & conſtituta, admittere, ac in & de eiſdem inſtituere & inveſtire, &, ſi ita res exigat, eos deſtituere & ab eiſdem amovere,

Necnon quæcumque Beneficia Dignitates & Promotiones Eccleſiaſticas, ad Collationem & Diſpoſitionem *dicti Epiſcopi* ſpectantia & pertinentia, Conferre & Donare,

Teſtamentaque & ultimas Voluntates quorumcumque Defun-

noſtris Regiis, exequi exercere facere & expedire ac Executioni demandare;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

** De Significavit pro Epiſcopo Roffen.* * XV. 258.

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Archiepiſcopo* Ann. D.
*Cantuarienſi* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salu- 1551.
tem. Pat. 5.
Cùm Epiſcopatu Roffenſi, per Tranſlationem Reverendi in E. 6. p.
Chriſto Patris *Johannis* nuper illius Loci *Epiſcopi* in Epiſcopatum 1. m. 38.
Wintonienſem, nuper vacante, Dilecto Nobis in Chriſto *Johanni Storye* Sacræ Theologiæ Profeſſori Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero motu noſtris, contulerimus dederimus & conceſſerimus præfato *Johanni Storye* prædictum Epiſcopatum Roffenſem, ac ipſum *Johannem Epiſcopum Roffen.* ac *Diœceſis Roffen.* Nominaverimus fecerimus ordinaverimus creaverimus declaraverimus & conſtituerimus per Literas noſtras prædictas, prout per eaſdem Literas noſtras Patentes pleniùs liquet & apparet; Et hoc vobis, Tenore Præſentium, Significamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini firmiter injungendo Mandantes, quatenus præfatum *Johannem Storye in Epiſcopum Roffenſem* conſecrare, ipſumque, prout moris eſt, Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum Favore,

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo Die Aprilis.

---

*Super Motibus in Hibernia, ex cauſa Religionis reformatæ.*

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cùm, per Suggeſtionem & Informationem *Majoris Ballivorum* 1551.
*Burgenſium & Communitatis Villæ noſtræ Galluiæ in Regno* Ibid p. 3.
*noſtro Hiberniæ* factis, appareat quod *Epiſcopus Romanus* Auctori- m. 18.
tatem noſtram *Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ* falsò & injuſtè uſurpans & exercens,

Quædam Eccleſiaſtica Beneficia & Emolumenta, videlicet, Vicariam *de Galwey*, Vicariam *de Mary*, Vicarias & Rectorias *de Raum & Macullen*, Rectoriam & Vicariam *de Fouran More*, Vicariam & Rectoriam *de Roſſeam*, Vicarias *de Clare & Kilcomen*, Vicariam *de Strowr* in Diœceſe ANAGHTUAMENT, ac Vicariam *de Skryne* in Diœceſe TUAMEN necnon quandam Parcellam Decimarum in Villa *de Galwey* prædicta vulgariter dictam *the Buſſhoppes Quarter*, ac omnes & ſingulos Fructus Proventus Redditus Procurationes Decimas Oblationes Alteragia Penſiones Portiones & omnia alia Proficua Commoditates & Emolumenta quæcumque Vicariarum & Rectoriarum prædictarum, cum omnibus ſuis Pertinentiis,

Eccleſiæ *Sancti Nicholai* Villæ prædictæ, ad cultum Divinum in eadem augmentandum, dedit conceſſit univit annexit appropriavit corporavit & conſolidavit realiter & perpetuò;

Quibus quidem Fructibus Proventibus Redditibus Procurationibus

Digitized by Google

priare incorporare, ac realiter & perpetuò conſolidare dignaremur,

Et ulteriùs, per eoſdem *Majorem Ballivos Burgenſes* & *Communitatem* nobis ſimiliter eſt ſupplicatum, quatenus dictam Eccleſiam *Sancti Nicholai* in Collegium ſive Eccleſiam Collegiatam, Auctoritate noſtrâ prædictâ, tranſponere & mutare dignaremur,

Nos,

Supplicationibus & Petitionibus hujuſmodi dictorum *Majoris Ballivorum Burgenſium* & *Communitatis*, in Conſideratione Allegiantiæ & debitæ Obedientiæ ſuæ, annuere & conſentire volentes, ac divinum Cultum, & alia omnia ad eundem pertinentia modo quo licitè poſſit augmentare, necnon Securitatem & ſalvam Cuſtodiam dictorum *Majoris Ballivorum Burgenſium* & *Communitatis* intimo Animi deſiderio, prout Regem decet, maximè cupientes, ac Stimulum ad ſe benè & fideliter erga Nos gerendum, dicto *Majori Ballivis Burgenſibus* & *Communitati*, de cætero dare & præbere volentes,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero motu noſtris, necnon Auctoritate noſtrâ Regiâ, & Auctoritate noſtrâ *Supremi Capitis* Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ quâ fungimur, dictam Eccleſiam *Sancti Nicholai de Galwey* in *Collegium ſive Eccleſiam Collegiatam* tranſponimus & mutamus per Præſentes, & pro ſic tranſlata & mutata deinceps reputare & habere volumus imperpetuùm,

Et ulterius volumus quod eadem Eccleſia per nomen COLLEGII REGII DE GALWEY de cætero nominabitur & vocabitur imperpetuùm,

Et præterea de Scientia Virtute & cæteris Gratiarum Donis *Patricio Blake* Mercatori, uni Presbiterorum in Eccleſia prædicta ſervienti & miniſtranti, adeò collatis, plurimùm confidentes,

Ipſum *Patricium* GARDIANUM Collegii noſtri ſeu Eccleſiæ Collegiatæ prædictæ præficimus ordinamus & conſtituimus,

Ac quoſdam,
*Patricium Kerewan*,
*Thomam Frenche*,
*Derby Oboyſhne*,
*Johannem Talman*,
*Derby Onowan*,
*Johannem Dermoyte*,
*Johannem Obraugan*,
Et,
*Edmundum Offlartye*,

Jam ſimiliter ibidem Servientes & Miniſtrantes, *Vicarios Chorales* in Collegio ſive Eccleſia Collegiata prædicta ordinamus & conſtituimus,

Volentes quod idem *Patricius Blake* & Succeſſores ſui ut *Gardianus*, & prædicti *Patricius Kerene Thomas Frenche Derby Oboyſhyne Johannes Talman Derby Onowan Johannes Dermoyte Johannes Obraugan* & *Edmundus Offlartye*, & Succeſſores ſui, ut *Vicarii Chorales* Collegii ſive Eccleſiæ Collegiatæ prædictæ ſint de cætero acceptati & reputati,

Et volumus præterea ac concedimus, quod Collegium ſive Eccleſia Collegiata prædicta, extunc ſit de uno *Gardiano & Vicariis Choralibus* UNUM CORPUS INCORPORATUM re & nomine, habeantque SUCCESSIONEM PERPETUAM, ac prædictum *Patricium Blake Gardianum* prædictum *Patricium Kerwane Thomam Frenche Derby Oboyſhine Johannem Talman Derby Onowan Johannem Obraugan & Edmundum Offlartye*, *Vicarios Chorales Collegii noſtri ſive Eccleſiæ Collegiatæ de Galway* nominamus facimus conſtituimus & ordinamus incorporamus decernimus & declaramus imperpetuùm per Præſentes,

vandi & deponendi, ac alium ſive alios in ejus & eorum Loco Conſtituendi Nominandi & aſſignandi de tempore in tempus, ac etiam eoſdem *Gardianum* & *Vicarios* ac eorum quemlibet, prout cauſa & occaſio fuerit & ſervierit, Caſtigandi Corrigendi & modo debito Puniendi, & quod ipſi *Major Ballivi Burgenſes* & *Communitas* & Succeſſores ſui imperpetuùm, cum *Gardianus prædictus*, ſive aliquis Vicariorum prædictorum pro tempore exiſtentium, obierit permutaverit reſignaverit, vel aliquo alio quocumque modo ab Servitio in Collegio ſive Eccleſia collegiata prædicta receſſerit, alium quemcumque Loco ipſius Decedentis vel alio modo ab eodem recedentis, eligere, & eundem ſic Electum in realem Poſſeſſionem ejuſdem ponere poſſint, abſque aliqua proſecutione penes Nos Hæredes & Succeſſores noſtros, vel penes quemcumque alium pro Licentia & Conſenſu in ea parte concedendis vel obtinendis,

Sciatis etiam quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, Auctoritate noſtrâ Regiâ & *Supremi Capitis* Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ, ex plenitudine Poteſtatis qua fungimur in hac parte, dictas Rectorias & Vicarias & earum quamlibet, necnon Parcellam Decimarum prædictam, ac omnes & ſingulos Fructus Proventus Redditus Procurationes Decimas Oblationes Alteragia Penſiones Portiones, ac omnia alia Proficua Commoditates & Emolumenta quæcumque Rectoriis & Vicariis prædictis & eorum cuilibet, cum omnibus ſuis Pertinentiis, præfatis *Gardiano* & *Vicariis* & Succeſſoribus ſuis & Collegio ſive Eccleſiæ collegiatæ prædictæ, in proprios Uſus dictorum *Gardiani* & *Vicariorum* & Succeſſorum ſuorum, unimus annectimus appropriamus incorporamus, & realiter ac perpetuò conſolidamus,

Habenda tenenda & gaudenda omnia & ſingula prædicta Rectorias Vicarias, Parcellam Decimarum, Fructus Decimas Oblationes Alteragia, & cætera Præmiſſa cum Pertinentiis, præfatis *Gardiano* & *Vicariis* & Succeſſoribus ſuis ac Collegio ſive Eccleſiæ collegiatæ realiter unita annexa appropriata incorporata & conſolidata imperpetuùm, & ſi ſecus à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptari contigerit, illud irritum Decernimus & inane,

Dantes & Concedentes, præfato *Majori Ballivis Burgenſibus* & *Communitati* & Succeſſoribus ſuis, plenam Tenore Præſentium Poteſtatem & Auctoritatem, de tempore in tempus, Fructus Proventus Redditus & Emolumenta prædicta, pro Salario & Stipendio dictorum *Gardiani* & *Vicariorum* & eorum cuilibet, juxta Diſcretiones ſuas Diſponendi Dividendi & Aſſignandi, & in Partes ſive Portiones diſtribuendi,

Conceſſimus inſuper, ac per Præſentes concedimus eiſdem *Gardiano* & *Vicariis* & eorum Succeſſoribus, prædictas Eccleſias &
Cimiteria, nuper Domûs Monaſterii ſive Prioratûs Fratrum * * XV.
prædictorum, ad ſepeliendum in Eccleſiis & Cimiteriis prædictis, 261.
de Natione ſupradicta, & aliis Nationibus ad eadem Eccleſias & Cimiteria eâ intentione & propoſito venientibus vel adductis, eadem Eccleſias & Cimiteria, ad intentionem & propoſitum ſupra recitata & ſpecificata, *Gardiano* & *Vicariis* prædictis unimus anneximus appropriamus incorporamus, & per Præſentes realiter & perpetuò conſolidamus,

Habenda tenenda & gaudenda prædicta *Gardiano* & *Vicariis* & Succeſſoribus ſuis, ac Collegio ſive Eccleſiæ Collegiatæ prædictæ, ad uſum intentionem & propoſitum prædicta realiter unita annexa appropriata incorporata & conſolidata imperpetuùm, & ſi ſecus a quoquam quavis Auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptari contigerit, illud irritum decernimus & inane;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

ſuch Ordenaunce Artillerie Municions and all other Habillyments of Warre, together with all other Requiſites of our Store whatſoever, being left there unto the Charge and Cuſtodie of the ſaid *Governour* and *Capytayne*, by *Henry Corniſshe* Gentilman late *Deputie* of the ſaid Iſle and Caſtle under our right truſtie and right entirely belovyd Uncle *Edward Duke of Somerſett* there being the *Capytayn* and *Governour* of the ſame, as alſo of all ſuch Ordenaunce Artillery and Mynicions as hath ben ſent at any tyme or tymes heretofore to the ſaid Caſtle and provided there by Us for the Furnyture of the ſame, ſithens the ſaid *xx. day of March* in the ſaid fourth Yere of our Reign, wherein We will and commaund you diligentlie to execute this our Pleaſoure and Commaundement accordingly;

Furthermore our Will Pleaſour and Commaundement ys, that you the ſaid *Helier de Carteret Clement Lamprier John de Carteret* and *Nicholas Lamprier*, four thre or two of you, ſhall gyve a corporal Othe to oure ſayd *Servaunt Capytayne* and *Governour* uppon the Hollie Evangeliſts in manner and forme following,

*Ye ſhall be trewe and Loiall to the* Kyng of England *our Soveraigne Lord, and to his Heyris Kyngs of England, ye ſhall, with all your Powre Mynde and Induſtrie, well ſurely and lowallye kepe and defende and cauſe to be kept and defended, by your Deputie Servaunts Souldiours and all others, aſmoche as in you may lye, the ſayde* Iſle *and* Caſtell, *and ſemblablie all the Rights Dignities and Honours Laws Cuſtomes Uſages Francheſies Privilegies and Liberties thereunto of good Right appertenyng, together with the Comenweale of the ſame, ye ſhall entierly maynteyn defend obſerve kepe and accomplyſshe*; So helpe ye God and theis Hollie Evangelits.

In witnes whereof, *&c.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, tertio Die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

• XV. 262.

### * *Acquietantia Mercatorum Hiſpaniæ.*

Ann. D. 1551. *Ex Autogr.*

IN *Dei Nomine Amen*, Tenore præſentis publici Inſtrumenti, cunctis pateat evidenter & ſit notum, quòd Anno Domini ab Incarnatione milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, Regnique Sereniſſimi in Chriſto Principis & Domini noſtri, *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ Hiberniæque Regis Fidei Defenſoris* & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ *Supremi Capitis*, Anno quinto, Menſis verò Maii die quartâ, in mei Notarii publici ſubſignati Teſtiumque inferiùs nominatorum Præſentia, conſtitutus perſonaliter providus Vir *Lopus de Carrion* Mercator Hiſpanus, tam Nomine ſuo proprio & privato, quàm Procuratorio Nomine in hac parte, legittime & ſufficienter conſtitutus & ordinatus, Egregiorum Virorum *Alvari & Jeronimi Pardo*, *Didaci Lopes*, *Gallo Lopi Gallo*, ac *Didaci Lopes* de Caſtro Filii & Hæredis quondam *Jeronimi de Caſtro* & *Georgii de Caſtro* Adminiſtratorum & Gubernatorum Societatis intitulatæ Hæredes *Jeronimi de Caſtro*, *Franciſci de Malvenda*, *Didaci Alfonſi de Malvenda*, & *Alvari de Malvenda*, ac *Chriſtofori de Avila*, & *Didaci de Curiell*, Mercatorum & Vicinorum Civitatis Burgenſis Regni Caſtellæ, prout per quatuor ſeperalia Inſtrumenta Procuratoria inde ſibi legittime confecta & ſtipulata, ſub Signis & Nominibus ſolitis peritorum Virorum *Georgii de Mena* & *Johannis de Porres* Scribarum & Notariorum publicorum ejuſdem Ci-manda quæcunque & quæcunque, quæ ſeu quas dictus Lopus, Nominibus quibus ſupra, & quolibet eorum, ſeu dicti Mercatores aut alii pro eis, contra & adverſus præfatam *Regiam Majeſtatem* ac alios quoſcunque, ut ſupra, unquam habuerunt habent ſeu habere poterint, aut eorum aliquis habuit habet ſeu quoviſmodo in futurum habere poterit, ratione ſeu prætextu dictarum *Octingentarum viginti quatuor Faſcium Pannorum* ac aliorum Mercium prædictarum, a Principio Mundi uſque in Diem confectionis præſentis publici Inſtrumenti Acquietationis;

Quos Finem Remiſſionem & Relaxationem, dictus *Lopus de Carrion* Nominibus quibus ſupra & quolibet eorum, promiſit & ſolempniter convenit perpetuò firmas ratas & validas habiturum & inviolabiliter obſervaturum, & contra in aliquo non dicere facere vel venire quovis modo de Jure vel de Facto, etiamſi de Jure poſſet, ſub Ypotheca & • Obligatione Perſonæ ſuæ, ac • XV. 263.
Perſonarum prædictorum Mercatorum, & cujuſlibet eorum Hæredum Executorum, & Bonorum ſuorum & illorum quorumcumque ubilibet conſiſtentium præſentium & futurorum,

Renunciando in prædictis omnibus & ſingulis exceptionibus Rei non ſic geſtæ, Doli Mali Vis Metûs Fraudis, omnique alio Juris Legum & Statutorum ſeu Conſtitutionum auxilio, etiam Cavillationibus Cautelis & Subterfugiis, quibus mediantibus, *dictus Lopus* nominibus antedictis, ſeu dicti Mercatores aut eorum aliquis, contra Præmiſſa vel eorum aliquod quomodolibet dicere facere vel venire poſſent aut poſſet; & præſertim Juri dicenti Generalem Renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis: De quibus Præmiſſis ſic actis, dictus *Lopus de Carrion* voluit & conſentiit, per me dictum Notarium præſens publicum confici Inſtrumentum.

Actum *Londini* Domi mei dicti Notarii, Præſentibus tunc ibidem, *Johanne Stakenberk* de Inſula Jerſey ſub Dominio dicti Sereniſſimi Regis Angliæ, & *Godfredo le Mareſhall* de partibus Henoæ, Teſtibus ad Præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis, & pro majore Corroboratione Præmiſſorum præfatus *Lopus de Carrion* huic præſenti publico Inſtrumento Sigillum ſuum appoſuit & illud propriâ Manu ſuâ ſubſcripſit.

*Et ego* Chriſtophorus Dowe *Mornicenſis Diœceſis Civiſque Londinen. publicus Sacrâ Regiâ Auctoritate Notarius admiſſus, quibus Præmiſſis omnibus & ſingulis dùm ſic, ut præmittitur, fierent & agerentur, unà cum prænominatis Teſtibus præſens interſui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum Manu alterius fideliter ſcriptum exinde confeci ſubſcripſi publicavi, & in hanc publicam formam redegi, Signoque & Nomine meis ſolitis & conſuetis, unà cum præfati* Lopi de Carrion *Sigilli appenſione & ſubſcriptione, ſignavi in Fidem & Teſtimonium Præmiſſorum rogatus.*

Ad imum Signi,

*Vincit Veritas.*

Christophorus Dowe.

Par mi Lope de Carrion.

*Sub Sigillo Lopi de Carrion de Cera rubea pendente a cauda Pergamenæ.*

Com-

Digitized by Google

[cut off] Fœderis Amicitiæ & Pacis, inter Nos & præfatum *Regem Angliæ* Conſanguineum noſtrum chariſſimum, initi & confirmati quoviſmodo tendentibus, aperiendi oſtendendi, & ſuper eiſdem amicabiliter conſulendi determinandi & concludendi,

XV. 264. Et quæ, pro Reformatione Reparatione & Refartione Criminum & Attemptatorum contra prædictum Pacis & Amicitiæ Fœdus; & pro ſecuriori Conſervatione ejuſdem in futurum, viſa fuerint juſta & rationabilia ſimiliter communicandi ſtatuendi & ordinandi,

Ac etiam de & ſuper omnibus aliis & ſingulis Contentionibus Quæſtionibus Cauſis Querelis Litibus Attemptatis & Demandis, unà cum ſuis circumſtantiis emergentibus incidentibus atque connexis, quæ inter *Nos* & dictum Illuſtriſſimum *Principem* Conſanguineum noſtrum, ac Regna Terras & Dominia Patrias Subditos Vaſallos noſtros & ſuos hinc inde indiſcuſſæ dependent, aut pendere prætenduntur ſive dinoſcuntur, tractandi conveniendi componendi & ea reformandi, prout eis quatuor vel eorum tribus melius viſum fuerit;

Et generaliter omnia Præmiſſa & Præmiſſorum ſingula, aut quæ Bona publica utriuſque Regni opportuna fuerint, faciendi gerendi exercendi & ſtatuendi:

Promittentes Verbo Regio, id totum & quicquid dicti noſtri Commiſſarii in Præmiſſis duxerint faciendum, ratum firmum ac ſtabile habituras inviolabiliterque obſervaturas, etiam ſi ea ſint quæ Mandatum exigant magis ſpeciale.

In Cujus rei Teſtimonium Magnum Sigillum noſtrum Præſentibus, Manu præfati noſtri chariſſimi Conſanguinei *Tutoris & Gubernatoris* ſubſcriptis, apponi fecimus.

*Edinburgi* octavo Die Menſis Maii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, & Regni noſtri nono.

JAMES G.

*Sub Magno Sigillo Scotiæ de Cera alba pendente a cauda Pergamenæ.*

---

*Pro Maria Regina Scotie de Licentia.*

Ann. D. 1551. *Pat. 5. E. 6. p. 3. m. 17.*

EDward the Sixte, &c. to all Dukes Marqueſes Erles Vycountes Barons Admyralls Wardeyns or Kepers of our Marches, to all Captaynes Kepers of our Caſtells or Bulwerkes and their Lieutenaunts, to all Cuſtumers Comptrollers and Serches Mayers Sheryffes Baylyffes Conſtables, and to all other our Offycers Myniſtres and Subjectes as well by Land as by Sea and freſh Waters within our Realmes of England and Ireland, or any other our Domynyons, or any our Iſlandes belonging to any of the ſame, to whom theis our Letters ſhall come, Greatyng.

Whereas, the right Excellent Pryncess, *Mary Queene Dowager of Scotland*, mynding to make her Repayre from Fraunce into Scotland, hathe determined to paſſe by Sea,

Knowe ye that We, at the erneſt deſyre and requeſt of our dereſt Brother the *Frenche Kyng*, by the adviſe of our Counſaill, are contented and pleaſed, and have permytted and do permytt that, the ſaid right Excellent Princes, *Mary Queen Dowager of Scotland*, in this her Paſſage into Scotland, to be made before the Feaſt of Michelmas enſuyng next, with all Ladies Erles Byſhopps Lordes Abbotts Knyghtes, and all other Perſonnes ſpiri-



In witnes whereof, &c.

Witnes our ſelf at *Weſtminſter* xii. Die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

*Conventiones inter Regem & Mariam Scotorum Reginam.*

UNIVERSIS ET SINGULIS ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem & Fidem indubiam adhiberi. Ann. D. 1551.

Quum in Tractatu perpetuæ Pacis, inter Illuſtriſſimos ac Potentiſſimos Principes *Henricum*, Dei Gratiâ, *Franciæ Regem* Chriſtianiſſimum, ac *Edwardum*, eâdem Gratiâ, *Angliæ Regem*, 24 Die Martii, *Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono* concluſo, Illuſtriſſima Princeps *Maria*, eâdem Gratiâ, *Scotorum Regina* Regnumque Scotiæ, certis Modis & Conditionibus in dicto Tractatu pleniùs ſpecificatis, comprehendantur, dictaque *Regina* Comprehenſionem illam poſtea acceptavit & approbavit, ſicut per Literas ſuas Patentes Magno Scotiæ Sigillo munitas uberiùs eſt atteſtatum; licet bellorum exinde Tumultu ceſſante dicti Sereniſſimus *Rex Angliæ* ac Illuſtriſſima *Scotiæ Regina* eorum Regna Dominia Subditique hincinde quieto tranquillo & amico Rerum Statu degant (quem Deus Optimus Maximus pro ſuâ erga mortales pietate incolumen ac perpetuum eſſe velit) quia tamen Quæſtiones quædam ac Controverſiæ tam de utriuſque Regni Angliæ & Scotiæ Limitibus, quàm de Captivorum & Obſidum nonnullorum Detentione & Liberatione; prætera de Piratiis Deprædationibus aliiſque Attemptatis Injuriis & Dampnis, quæ per alterutram Gentem alteri inferri poſſunt; ac denique de hoſpitali & benignâ Mercatorum Navium & Subditorum utriuſque Regni Tractatione hactenus indeciſæ dependeant, quæ ſi non aliter componantur haud contemnendum Periculum immineat: Nè earum occaſione amœnitas hæc Amicitiæ inter tam Potentes Populos nuper reſarcitæ denuò, quòd abſit, turbetur, oportunum ac item neceſſarium viſum eſt quæ Dubia itthinc oriuntur ita enodari diffiniri & determinari, ut quantum fieri poſſit hujuſmodi Litium & Bellorum Segetes de cætero amputentur.

*Ex Autogr.*

Nos igitur *Robertus*, Permiſſione Divinâ, *Orchaden. Epiſcopus Robertus Dominus Maxwell Thomas Magiſter Erskin* & *Ludovicus de Sancto Gelaſio* Dominus de Lanſlac Eques Auratus, dictæ Illuſtriſſimæ Principis *Scotorum Reginæ* Commiſſarii Ambaſſiatores Oratores Procuratores Deputati ac Nuncii ſpeciales, ad infraſcripta ſufficientem Poteſtatem & Auctoritatem habentes, cum Reverendo & Nobilibus Viris, *Thomâ*, Permiſſione Divinâ, *Norwicenſi Epiſcopo Roberto Bowes Leonardo Beckwith* & *Thoma Chalonar*, Equitibus Auratis, dicti Sereniſſimi *Regis Angliæ* Commiſſariis Procuratoribus Legatis Oratoribus Deputatis & Nunciis ſpecialibus, convenimus concordavimus & concluſimus, Auctoritateque Commiſſionum noſtrarum (quarum Tenores inferius inſeruntur) per Præſentes convenimus concordamus & concludimus articulatim prout ſequitur.

IMPRIMIS, Conventum concluſum & concordatum eſt inter Nos Oratores & Commiſſarios præfatos, quòd Regnorum Angliæ & Scotiæ Limites Termini Fines vel Bundi hincinde, reſpectivè quâ contigui ſunt, tales idemque erunt & eſſe cenſebuntur, quales cuique fuerant, ac eſſe cenſebantur proximè ante Initium Belli quod



Digitized by Google

*wick* cum antiquis ſuis Limitibus & Inhabitantes & Incolæ eorundem, ſub eiſdem Pace & Amicitiâ continebuntur ſtabunt & permanebunt, ita quod neque Illuſtriſſima *Regina Scotiæ* per ſe, aut alios Subditorum Ligeorum aut Vaſallorum ſuorum, Guerram Inſultum Obſidionem aut aliud quidpiam hoſtile in illis locis aut contra Incolas eorundem movebit; neque Potentiſſimus *Rex Angliæ* per ſe, aut ſuos Inhabitantes Villam ſeu Caſtrum hujuſmodi, Bellum ſeu Guerram Inſultum Obſidionem aut aliud quidpiam hoſtile dictæ Illuſtriſſimæ *Reginæ Scotiæ* ſeu ſuis Ligeis aut Vaſallis faciet quovis modo, pendente tempore dictæ Pacis & Amicitiæ.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt quod, infra quatuor dies poſt datam præſentis Tractatûs, Domus & Molendinum *de Edrington* aliàs dictum *Caw Mylens*, cum Terris Piſcariis & reliquis ſuis Pertinentiis quæ ut ejuſdem Loci Parcellæ, priuſquam dictum Bellum gerebatur, à Scotis poſſidebantur, dictæ Illuſtriſſimæ *Scotiæ Reginæ* reſtituentur, Præſidio Anglorum, quod nunc ibi reſidet, dimoto.

Similiter etiam concordatum & concluſum eſt, quod tot & tales Piſcationes Fluminis Twedæ, à Bundis & Limitibus de Berwick uſque ad Reddenburne aſcendendo, quot & quales ad Regnum Scotiæ proximè ante Initium prædicti Belli notoriè pertinebant, & à Scotis uſu fruebantur, iterum ab eiſdem exercebuntur habebuntur & tenebuntur ſimili modo quo antea de Jure poterant.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quod Obſides & Captivi quicumque, quacunque ex Cauſa hincinde tempore dicti Belli capti & detenti, quam celerrimè & commodiſſimè fieri poterit, liberè dimittentur.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt quod, Pace & Amicitiis ex Comprehenſione prædicta durantibus, neuter Principum prædictorum quovis modo receptabit, nec à ſuis Subditis receptari permittet aliquos Homicidas Fures Latrones Transfugas aut Rebelles, nec alios Malefactores quoſcunque ex Subditis alterius eorum, nec hujuſmodi Furibus Latronibus Homicidis Transfugis Rebellibus, aut aliis Malefactoribus quibuſcumque, qui in aliquem Locum Obedientiæ alterius Principum prædictorum declinaverint quoquomodo dabit præſtabit Conſilium Auxilium Favorem Subſidium aut Aſſiſtentiam, ſed infra x. Dies proximè & immediatè ſequentes poſtquam, per Literas illius Principum cujus hujuſmodi Homicida Fur Latro Transfuga Rebellis aut Malefactor Subditus extitit, aut ſui Gardiani Locumtenentis ſeu Deputati, alter ex Principibus hujuſmodi requiſitus fuerit, Litterarum hujuſmodi Requiſitionis Latori, aut alii in eiſdem Literis nominato ſeu deputato, prædictos Homicidas Fures & Transfugas Rebelles & Malefactores tradet & deliberabit tradive & deliberari faciet;

Proviſo tamen quod hoc Articulo non intelligantur eſſe comprehenſi aut aſtricti, ſed pro exceptis habeantur, illi utrorumvis Principum prædictorum Subditi qui, ratione aut causâ ſuperiorum Bellorum, alterius dictorum Principum partes foventes eidem ſeſe addixerunt.

* XV. 267. Item, Conventum concordatum & concluſum eſt per Oratores antedictos, quod Literæ Salvi Conductûs per neutrum Principum prædictorum qualitercumque eorum alterius Rebellibus, Gentibus Guerrarum, Mercatoribus Artificibus aliiſve eorum utriuſque Subditis cujuſcumque Statûs Dignitatis Gradûs aut Conditionis exiſtant, ſub utriuſque aut alterius eorum Magnis Privatis aut Signetorum Sigillis, nec vivis vocum eorum Oraculis aut aliter qualitercumque, per Terram ſive per Mare, durantibus Pace & Amicitiâ ex Comprehenſione prædictâ de cætero concedentur, aut aliquo modo annuentur per eorum alterum niſi ad id alter eorum per alterum eorundem congruè in Scriptis requiratur expreſsè: Et caſu quo de cætero quandocunque alter alterum dictorum Principum pro hujuſmodi Litteris Salvi Conductûs cuicunque Subdito ſuo quibuſcunqueve Subditis ſuis indulgendis in Scriptis de Facto interpellaverit aut requiſierit, ſtabitur nichilominus Arbitrio & Voluntati Principis ſic interpellati, an hujuſmodi Interpellationi acquieſcere, Literaſve hujuſmodi Salvi Conductûs voluerit concedere, an non, ſecundùm quod eidem Principi

ctos, & ſibi Conſignatum vel Conſignatos, pro hujuſmodi Homicidio ultimo Supplicio condemnabit; & ſi contingat de cætero aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *Regis Angliæ*, aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dictæ *Reginæ Scotiæ*, infra Marchias Angliæ, vel Limites Marchiarum Scotiæ, violenter interficere, Gardianus Marchiarum dictarum Angliæ, vel ejus Deputatus ſeu Deputati, cum omni cura & diligentia omni favore poſtpoſito, ac dolo fraude & ſiniſtrâ machinatione in hac parte ceſſantibus, proſequentur & quilibet proſequetur, ut talis Interfector ſive Interfectores capiantur & ducantur ad *Dietam* per Gardianos utriuſque Marchiarum, vel per eorum Deputatos appunctuandum, ubi ſi per Leges Marchiarum legitimè convincantur, vel aliquis eorum convincatur, tunc Gardianus Marchiarum Angliæ talem Interfectorem vel Interfectores, ut ſupra, convictum vel convictos, Gardiano Marchiarum Scotiæ liberabit ſeu liberari faciet; qui Gardianus Marchiarum Scotiæ ipſum Homicidam vel Homicidas ſic, ut ſupra, convictum vel convictos, & ſibi conſignatum vel conſignatos, pro hujuſmodi Homicidio ultimo Supplicio demandabit.

Item, Conventum & concluſum eſt quod, ſi aliquis ex Subditis alterius Principum prædictorum quicquam deprædatus fuerit ſeu attemptaverit infra Marchiam aut Terram alterius Partis Partium prædictarum, & poſt Deprædationem illam ſic attemptatam fugiendo revertatur ad Marchiam vel ad Terram illius Partis cujus eſt Subditus, licebit illi contra quem ſic attemptatum fuerit in recenti, vel infra ſex Dies computandos à tempore Delicti ſic attemptati vel commiſſi, auctoritate præſentis Ordinationis & Tractatûs, abſque aliis Litteris vel Salvo Conductu proſequi illum Malefactorem, & ipſum ſic proſequendo intrare ſalvò & ſecurè * Marchiam & Terram in quam dictus Malefactor ſe * XV. 268.
contulerit, dummodò quamcitò hujuſmodi Marchiam ſive Terram hac de cauſa introierit, adeat aliquem virum bonæ famæ & opinionis illæſæ, Inhabitantem infra Marchiam quam ſic intret & eidem declaret cauſam introitûs ſui; viz. ad proſequendum Deprædationem, deſcribatque & ſpecificet quibus Bonis vel Rebus deprædatus ſeu ſpoliatus fuerit, ac inſuper requirat eundem quod, quamdiu hujuſmodi Proſecutionem ſuam fecerit, ſecum eat, ut ſuper Factis ſuis tempore dictæ Proſecutionis poſſit cum requiſitus fuerit ſuper hoc Teſtimonium perhibere Veritati.

Item, cùm hucuſque Inhabitatores Marchiarum prædictarum non ſolùm clam & occultè, ſed etiam palam & publicè, cum magno Hominum numero Fines hincinde Marchiarum ingreſſi, Arbores alienas cædere, & ad uſum Ædificiorum ſuorum auferre conſueverint, Dominis invitis & minimè conſentientibus, quæ magna inter Confines Simultatum Diſcordiarum ac Jurgiorum Materia fuit; proinde, ad omnem Contentionis Occaſionem removendam, conventum concordatum & concluſum eſt, quod deinceps nullus Subditus dictorum Principum, ſive in Marchiis prædictis aut in *le Debatabill Ground* commorans, aut alibi locorum ubicunque, talia aut ſimilia committet aut perpetrabit aut perpetrari conſentiet, nec ullas Arbores vel Ligna quæcunque ex Marchiis alterius Principis quoviſmodò aut quovis quæſito colore auferet, aut in illis cædet, niſi prius ſuper hoc cum vero Domino Pactus fuerit & convenerit de eodem, etſi ſecus & contra Præmiſſa aliquid Actum geſtum aut perpetratum fuerit, tanquam attemptatum contra effectum præſentis Tractatûs debitè reformabitur; Arboribus cæſis aut abductis Domini Juramento æſtimandis.

Item, Conventum & concordatum eſt, quod Fugitivi Scotiæ qui devenerunt Ligei *Regis Angliæ* debent ligari ex parte Anglorum ad obſervandum Articulos præſentis Tractatûs, & quod attemptata per eos ſuper Subditos *Reginæ Scotiæ* debent eodem modo reformari, quo reformabuntur attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*: Idem per omnia obſervandum ex parte *Reginæ Scotiæ*, ſi qui Angli ante hæc tempora Ligei *Reginæ Scotorum* devenerint quovis modo.

Item, Conventum & concluſum eſt, quod ſi aliquis Subditus alicujus Principum prædictorum, paſſus Rapinam vel Spolium à Subdito alterius eorumdem, propriâ Auctoritate ſuâ propter hanc Spoliationem Priſas vel Diſtrictiones Perſonarum vel Bonorum ſe-

Digitized by Google

Item, Conventum & concluſum eſt, quod ſi aliquis Subditorum vel Ligeorum alterius Principis ſic, ut præmittitur, appulſus vel appulſi, ſive in Regnum alterius ſub Salvo Conductu veniens vel venientes, ante Diem Expirationis Salvi Conductûs ſui
XV. 259. adversâ * Valitudine adeò vexetur vel vexentur, quod ſic Appulſus vel Appulſi Naufragium paſſus vel paſſi, aut ſub Salvo Conductu veniens aut venientes, cum Nave vel Navibus, quâ vel quibus applicuit vel applicuerunt, vel ante Diem expirationis ſui Salvi Conductûs ſic veniens vel venientes nequeat vel nequeant commodè recedere, & in proprias Partes ſe recipere; tunc benè licebit ſic Appulſo vel Appulſis, Naufragium paſſo vel paſſis, ac Venienti Venientibus, Infirmo vel Infirmis cuicunque & quibuſcumque, ſalvò & ſecurè in Loco quo ſic appulſus vel appulſi, Naufragium paſſus vel paſſi, applicuerit vel applicuerint, Infirmari contigerit expectare, quouſque Reconvaluerit vel Reconvaluerint; Et extunc cum Litteris Teſtimonialibus Majoris Ballivi Conſtabularii aut alicujus alterius Officiarii Principis in Loco quo ſic Eum vel Eos Infirmari contigerit, Eidem vel eiſdem ſub moderatis Expenſis concedendis & tradendis, Causâ hujuſmodi Infirmitatis ceſſante, in partes proprias recedere licebit, idemque Infirmus ſive Infirmi hujuſmodi ſic recedere debebit & debebunt abſque Impedimento vel Obſtaculo quocumque ſibi per aliquem Subditorum Principis vel Ligeorum utriuſque Principis quomodolibet faciendis; ita tamen quod interim nihil Præjudiciale contra alterum Principem Regnum ſeu Ligeos ejuſdem attemptet vel attemptent fientve procuret ſeu procurent.

Præterea concluſum & conventum eſt quod ſi, durante Amicitiâ ex Comprehenſione prædictâ, contingat aliquem non Subditum vel aliquos non Subditos utriuſque Principis Navem vel Naves, Perſonam vel Perſonas, Res Merchandiſas aut Bona quæcumque alicujus vel aliquorum Subditi vel Subditorum alterius Principis capere, & eas vel eam in aliquem Locum vel Portum alteri Principi ſubjectum adducere, non licebit ipſi Principi vel alicui Subdito ſive Ligeo ſuo eas vel ea ſeu aliquam Partem earundem emere, ſeu quovis modo ad Utilitatem ſuam receptare, abſque conſenſu ejus vel eorum ad quem vel ad quos Bona ſeu Res hujuſmodi ante eorum Captionem pertinebant, aut eorum Factorem, & ſi Mercator vel Proprietarius Bonorum vel ejus Factor non fuerit præſens, tunc ſufficiet Licentia Magiſtri Ductoris ſeu Gubernatoris Navis ante Captionem, & aliarum Perſonarum in eadem Navi exiſtentium, quod ſi per aliquem eorum quicquam in contrarium hujuſmodi Ordinationis factum vel attemptatum fuerit, tunc Perſonæ Bona Merchandiſæ & Res quæcunque ſic emptæ ſive receptæ, illi vel illis, ad quem vel ad quos Bona hujuſmodi vere pertinebant, Fraude malove Ingenio ceſſantibus quibuſcunque, integraliter reſtituentur per ſic ementes ſive recipientes, eo modo quo reſtitui debent ſi a Subditis illius Principis capta fuiſſent in cujus Regno Res hujuſmodi emptæ erant, & nichilominus ſic attemptans tanquam præſentis Tractatûs Violator pro modo & qualitate Criminis punietur.

Item, Conventum & concluſum eſt quod ſi, durante Comprehenſione prædictâ, contingat aliquam Navem alterius Partium prædictarum Naufragium pati aut rumpi, & aliqua Perſonarum exiſtentium in Navi ſic Naufragium paſſâ vel ruptâ ſuperſtes remanſerit, ceſſantibus in ea parte Dolo Fraude & malo Ingenio quibuſcumque, Merchandiſæ Bona & Res quæcumque quæ de dicta Navi projecta ſunt, ex eadem extracta, vel in Mari collecta, ſeu ad Terram venientia, ſeu aliàs quovis modo ſalva & ſervata, per eos ad quorum manus Res Merchandiſæ & Bona hujuſmodi devenerint nullatenus diſſipentur diminuantur alienentur dividantur, nec quovis modo ſubtrahantur & concelentur, ſed integrè ſine Diminutione quacumque, Gubernatori illius Dominii ſeu loci in quod vel in quem dicta Bona devenerint ſeu ejus Deputato fideliter & ſine fraude Deliberentur atque Tradantur, ad Uſum vel Utilitatem illius vel illorum ad quem vel ad alterius Partis Subditi Naves & Bona ſint, cogere Vela ſeu Velum ſuum deponere, ſeu aliquo modo à licitâ Navigatione impediri, & ſi eorum aliquis vel aliqui contrafecerit vel contrafecerint ſeverè arguantur ac puniantur.

Item, Conventum concordatum concluſum & ſpecialiter proviſum eſt, quod occaſione prætextu vel colore quocunque cujuſcunque Articuli Clauſulæ Sententiæ Verbi vel alterius Rei in præſenti Tractatu inſerti aut inſertorum, nulla ex parte Derogatum Obviatum Diſpenſatum aut Contrarium eſſe cenſeatur, primitùs dicto Tractatui perpetuæ Pacis de Data *viceſimo quarto menſis Martii* Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, inter dictos Illuſtriſſimos ac Potentiſſimos *Francorum & Angliæ Reges* concluſo, nec alicui Articulo Clauſulæ Sententiæ Verbo vel alteri Rei cuicunque in dicto Tractatu perpetuæ Pacis ſpecificatis (exceptis reſervatis vel proviſis) quin ea omnia & ſingula univerſim & per ſe non minus Firma Rata Inconcuſſa ac Obſervanda maneant à quocunque vel quacunque eadem obſervari vel perimpleri oporteat, quàm ſi in præſenti Tractatu iiſdem Verbis reperito exprimerentur, vel ſi præſens Tractatus nunquam initus fuiſſet.

Item, Conventum concluſum & concordatum eſt, quod dictus Sereniſſimus *Rex Angliæ*, infra Sex Dies poſtquam ad id per Oratorem ſive Oratores dictæ Illuſtriſſimæ *Reginæ Scotiæ* fuerit requiſitus, eiſdem Oratori ſive Oratoribus, Litteras ſuas Patentes Tractatûs iſtius confirmatorias & ratificatorias, deſuper ſufficienti formâ confectas, necnon Magno ſuo Sigillo munitas, tradet & deliberabit, ſeu tradi & deliberari faciet cum effectu, & quod viciſſim dicta Illuſtriſſima *Scotiæ Regina*, infra Sex Dies poſtquam ad id per Oratorem ſive per Oratores dicti Sereniſſimi *Regis Angliæ* fuerit requiſita, eiſdem Oratori ſive Oratoribus Litteras ſuas Patentes Tractatûs iſtius Confirmatorias & Ratificatorias deſuper ſufficienti formâ confectas, necnon Magno ſuo Sigillo munitas, tradet & deliberabit, ſeu tradi & deliberari faciet cum effectu.

*Sequuntur Tenores Commiſſionum,*

*Maria, &c.*

*Edwardus Sextus*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Rex Fidei Defenſor*, ac in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ *Supremum Caput*, omnibus ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Quum in Tractatu ultimæ Pacis, inter *Nos* & Illuſtriſſimum ac Potentiſſimum *Henricum Francorum Regem* Chriſtianiſſimum Fratrem Amicum & Confœderatum noſtrum Chariſſimum, Viceſimo quarto Die Menſis Martii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, nuper concluſo, Illuſtriſſima Princeps Soror & Conſanguinea noſtra Chariſſima, *Maria Scotorum Regina*, Regnumque Scotiæ, ſub certis Modis & Conditionibus in dicto Tractatu Pacis plenius ſpecificatis Comprehenſionis prædictæ Hoſtiles Invaſiones ac Bellici Tumultus, inter Nos dictique Regni Scotiæ Subditos, hactenus ceſſaverint atque inpræſentiarum etiam ceſſent;

Quia tamen quæſtiones quædam, tam de Juribus quibuſdam ac utriuſque Regni terminis & limitibus, quàm de & ſuper Captivorum & Obſidum quorumdam Detentione & Liberatione, Deprædationibus Piratiis aliiſque Attemptatis Injuriis & Damnis, ac Amico Mercatorum Navium & Subditorum utriuſque Regni Tractatu adhuc remanent Indeciſæ.

Sciatis quod nos, qui Chriſtianis omnibus Pacem optamus, volentes quantum in Nobis eſt Litium Bellorum & Controverſiarum Occaſiones amputare, deque Fidelitatibus Prudentiis & Circumſpectionibus, Dilectorum & * Fidelium Conſiliariorum XV.
noſtrorum, *Thomæ Norwicenſis Epiſcopi Roberti Bowes Leonardi* 271.
*Beckwith* ac *Thomæ Chaloner*, Equitum, plurimùm confidentes, ipſos noſtros veros & indubitatos Commiſſarios Ambaſſiatores



Ora-

Digitized by Google

In quorum omnium Fidem & Teſtimonium nos *Robertus Epiſcopus Orchaden. Robertus Dominus Maxwell Thomas Magiſter Erskin* & *Ludovicus de Sancto Gelaſio* Dominus de Langſac ſæpefatæ Potentiſſimæ & Sereniſſimæ *Reginæ Scotiæ* Commiſſarii ſupradicti, præſentes Litteras Subſcripſimus, & Sigilla noſtra eiſdem appoſuimus.

Datum apud *Eccleſiam de Norhame*, decimo Die Menſis Junii, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo.

Rob. Orchaden.
Robert Maxwell.
T. Erskin.
Loys de St. Gelays.

*Sigillis avulſis.*

---

*Confirmatio Tractatus, apud Norham concluſi.*

Ann. D. 1551. Ex Autogr. EDwardus Sextus, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ Hiberniæque Rex Fidei Defenſor*, ac in Terris Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniciæ ſub Chriſto *Supremum Caput*, omnibus Chriſti Fidelibus præſens Scriptum inſpecturis lecturis ſive audituris, Salutem & Fidem indubiam Præſentibus adhiberi.

Quùm nuper, per Commiſſarios Ambaſſiatores Oratores Procuratores Deputatos & Ligatos noſtros ſpeciales ex una parte, & Commiſſarios Procuratores Legatos Oratores Deputatos & Nuncios ſpeciales, Illuſtriſſimæ ac Excellentiſſimæ Principis, *Mariæ* Dei Gratiâ, *Scotorum Reginæ* Sororis & Conſanguineæ noſtræ chariſſimæ ex altera parte, quidam Tractatus, ad meliorem Intelligentiam Explanationem & Declarationem Comprehenſionis dictæ Reginæ Regnique ſui, in Tractatu perpetuæ Pacis inter *Nos* &, Potentiſſimum Principem, *Henricum Francorum Regem* Chriſtianiſſimum nuper concluſo, habitus conventus & tranſactus ſit, prout per Inſtrumentum Tractatûs Conventionis & Concluſionis hujuſmodi pleniùs liquet & apparet; cujus verus Tenor de verbo in verbum ſequitur, & eſt talis,

* XV. 272. * Universis et singulis ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem & Fidem indubiam adhiberi.

Quum in Tractatu perpetuæ Pacis, inter Illuſtriſſimos ac Potentiſſimos Principes *Edwardum*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ Hiberniæque Regem Fidei Defenſorem*, ac in terris Eccleſiæ Anglicanæ & Hiberniciæ ſub Chriſto *Supremum Caput*, ac *Henricum Francorum Regem* Chriſtianiſſimum, viceſimo quarto die menſis Martii, *Anno Domini milleſimo Quingenteſimo quadrageſimo nono* concluſo, Illuſtriſſima Princeps *Maria*, eâdem Gratiâ, *Scotorum Regina* Regnumque Scotiæ, certis Modis & Conditionibus in dicto Tractatu plenius ſpecificatis, comprehendantur, dictaque *Regina* Comprehenſionem illam poſtea acceptavit & approbavit, ſicut per Litteras ſuas Patentes Magno Scotiæ Sigillo munitas uberiùs eſt atteſtatum; licet bellorum exinde Tumultu ceſſante dicti Sereniſſimus *Rex Angliæ* ac Illuſtriſſima *Scotiæ Regina* eorum Regna Dominia Subditique hinc inde quieto tranquillo & amico Rerum Statu degant (quem Deus Optimus Maximus pro ſuâ erga mortales pietate incolumem ac perpetuum eſſe velit) quia tamen Quæſtiones quædam ac Controverſiæ tam de utriuſque Regni Angliæ & Scotiæ Limitibus, quàm de Captivorum & Obſidum nonnullorum Detentione & Liberatione; præterea de Piratiis Deprædationibus aliiſque Attemptatis Injuriis & Damnis, quæ per alterutram Gentem alteri inferri poſſunt; ac denique do hoſpitali & benignâ Mercatorum Navium & Subditorum utriuſque Regni Tractatione hactenus indeciſæ dependeant, quæ ſi non aliter compientes Amicitiæ Fœdera inter *Nos* dictamque *Scotiæ Reginam*, ac item Regna Patrias Dominia Subditoſque utriuſque noſtrûm ſedulò foveri ac indies augeri, Tractatum Conventionis ſuperius deſcriptum, atque omnia & ſingula Capitula & Articulos in eodem comprehenſa laudamus authoriſamus ratificamus & confirmamus, ac pro laudatis authoriſatis ratificatis approbatis & confirmatis habemus & haberi volumus per Præſentes:

Promittentes in vim Pacti, & in Verbo Regio quod, omnia & ſingula Articulos & Capitula in ſupraſcripto Tractatu comprehenſa, fideliter & bonâ fide & omni cum effectu obſervabimus & exequemur, & per Subditos Vaſallos & Ligeos noſtros, quatenus ipſos tangunt, obſervari & exequi faciemus.

In quorum omnium & ſingulorum Teſtimonium has Litteras noſtras Patentes Sigillo noſtro Magno ſigillari & muniri fecimus.

Datum in *Palatio noſtro Weſtmonaſterii*, Die Menſis Junii; Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, Regni verò noſtri quinto.

---

* *Commiſſio Mariæ Scotorum Reginæ ad ratificandum Conventiones.* * XV. 273.

MAria, Dei Gratiâ, *Regina Scotorum*, univerſis & ſingulis ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1551. Ex Autogr.

Notum facimus quod Nos, de Fide Probitate & Circumſpectione fidelis & dilecti noſtri Conſiliarii *Roberti Carnegye* de Kynnard plurimùm confidentes, cum Auctoritate Aſſenſu & Conſenſu Illuſtris Principis *Jacobi Ducis Caſtri Heraldi Araniæ Comitis*, &c. & Regni noſtri Gubernatoris chariſſimi, ipſum *Robertum* Conſiliarium noſtrum verum certum & indubitatum noſtrum Procuratorem Oratorem Commiſſarium & Legatum facimus & conſtituimus per Præſentes,

Dantes & concedentes eidem noſtro Commiſſario Procuratori Oratori & Legato, cum Auctoritate Conſenſu & Aſſenſu prædicti noſtri Tutoris Gubernatoris, Poteſtatem & Mandatum ſpeciale, pro nobis & nomine noſtro, Ratificationem & Confirmationem ejuſdem Contractûs pro Pacis Conſervatione, de data apud Eccleſiam de Norhame decimo Junii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo inſtanti inter Commiſſarios noſtros & Sereniſſimi ac Potentiſſimi *Regis Angliæ* Fratris & Conſanguinei noſtri chariſſimi Commiſſarios, ad Fines & Limites utriuſque Regni concluſi & confecti, juxta ejuſdem Tenorem, à prædicto Sereniſſimo Rege ejuſque Magno Concilio requirendi; Litteraſque Patentes in debitâ formâ confectas tradi, poſtulandi & recipiendi; ac generaliter omnia alia & ſingula faciendi dicendi gerendi & expediendi, quæ in Præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna:

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio Nos ratum gratum & firmum perpetuo habituras, totum id & quicquid dictus noſter Procurator & Orator fecerit in Præmiſſis aut aliquo Præmiſſorum, etiamſi ea ſint quæ Mandatum exigant magis ſpeciale.

In quorum omnium & ſingulorum Fidem & Teſtimonium hiis Litteris, manu præfati noſtri *Tutoris* & *Gubernatoris* ſubſcriptis, Magnum noſtrum Sigillum apponi fecimus.

Datum *Edinburgi* ultimo Die Menſis Junii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, & Regni noſtri nono.

James G.

*Sub Magno Sigillo Ceræ albæ à ſimplici cauda Pergamena pendente.*

*Tracta-*

Digitized by Google

quod non Animos tantum Amore, verum etiam Corpora Conſanguinitate conjungit, Sanguinem Sanguini copulat, & Cognationis Propagine Neceſſitudinem contractam per multas Ætates & Secula firmiſſime tranſmittit; hæc eſt etenim Natura Sacroſancti ac divinitùs inſtituti Matrimonii, quod quidem, ſi mox locum habere potuiſſet, & Affinitas tam optata ſine ulla dilatione iniri conficique quiviſſet, nihil utrique Principi fuiſſet amplius, nihil optatius, ut ſtatim univerſo foret Orbi teſtatum quàm infucatè ac verè Rex uterque alterius Amicitiam complectatur, quamquam cupiant ardenter ambo eandem eſſe æternam & per Vincula Nuptiarum indiſſolubiliter copulatam; ſed quoniam illhuc nunc Ætatis Ratio fieri non patitur, quod unum eſt proximumque quod hoc tempore fieri poteſt de Matrimonio contrahendo, cùm primùm tempus Ætaſque permittit, inter *præfatum Sereniſſimum Angliæ Regem & Illuſtriſſimam Dominam Elizabetham prædicti Chriſtianiſſimi Regis Filiam Natu Majorem* communicandum duxerunt.

Nos igitur præfati Chriſtianiſſimi *Regis Franciæ* Conſiliarii Oratores Procuratores & Commiſſarii, ſufficienter authoriſati de Matrimonio prædicto contrahendo, cum Illuſtribus Præclaria ac Nobilibus Viris,

*Gulielmo Marchione Northamptonenſe Comite Eſſexiæ Domino de Par* Illuſtriſſimi Ordinis Garterii Milite magno Camerario Angliæ & dicti Sereniſſimi Regis Angliæ Penſionariorum Capitaneo Generali.

*Thoma Epiſcopo Elienſi*,

*Johanne Maſon* Milite præfati Sereniſſimi Regis in Lingua Gallicana Secretario & ad dictum Chriſtianiſſimum Francorum Regem Ambaſſiatore,

*Philippo Hobbie* Milite præfati Sereniſſimi Regis à Cubiculis & Munitionum bellicarum Generale,

*Villio Pickering* Milite præfati Regis etiam a Cubiculis,

*Thoma Smyth* Milite Præpoſito,

Et,

*Johanne Uliber* Legum Doctore præfato Sereniſſimo Regi Angliæ in Cancellaria ſua à Libellis Supplicatoriis,

Etiam Conſiliariis Oratoribus Nunciis & Commiſſariis ejuſdem Sereniſſimi *Angliæ Regis* ad infraſcripta ſufficienter & legitimè deputatis & auctoriſatis,

Convenimus concordavimua & concluſimus, atque authoritate Commiſſionum noſtrarum (quarum Tenores inferiùs inſeruntur) convenimus concordamus & concludimus articulatim prout ſequitur,

Imprimis, Conventum concordatum & concluſum eſt inter Oratores prædictos, nominibus & authoritatibus quibus ſupra, & præfati Oratores Commiſſarii & Procuratores dicti Sereniſſimi *Regis Angliæ*, nomine authoritate conſenſu & aſſenſu prædicto, promiſerunt, & per Præſentes promittunt, quòd præfatus Sereniſſimus *Rex*, per Oratorem vel Oratores, Commiſſarium vel Commiſſarios, Procuratorem vel Procuratores, ſuum vel ſuos, ad hoc ſufficienter authoriſatum vel conſtitutum, authoriſatos vel conſtitutos, infra unum Menſem, poſtquam dicta Illuſtriſſima *Domina Elizabetha* Ætatem duodecim Annorum compleverit, proximè ſequentem, ad præfatam Principem *Dominam Elizabetham*, in Regnum Franciæ miſſum vel miſſos, coram duobus Notariis & Teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis & rogatis, cum eadem *Domina Elizabetha* Matrimonium per verba de præſenti ad hoc apta realiter contrahet & cum effectu.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt inter Ora-

per verba de præſenti, ut præfertur, contractum, proximè & immediatè ſequentes, uſque ad & in *Oppidum de Grenwich* vel aliquod Oppidum in Anglia magis commodum intra decem milliaria à prædicto Oppido, prout dicto *Regi Angliæ* pro eo tempore videbitur opportunum; idemque *Rex Angliæ* infra quinque vel ſex Dies, aut quamcitius fieri poterit, poſt dictam Traductionem in prædictum Oppidum factam, proximè & immediatè ſequentes, cum præfata Domina *Elizabetha* palàm publicè & ſolemniter in facie Eccleſiæ Matrimonium contrahet & ſolemnizabit; volunt tamen concedunt & concludunt Oratores Partium prædictarum quod præfata Domina *Elizabetha* poſt prædictam Traductionem continuò erit & remanebit in Cuſtodia Commiſſariorum præfati *Francorum Regis* donec & quouſque ſupradictum Matrimonium, inter dictum *Regem Angliæ* & ipſam Dominam *Elizabetham*, fuerit in facie Eccleſiæ debitè celebratum & ſolempniſatum.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd dictus *Franciæ Rex* Hæredes & Succeſſores ſui, prædicto Matrimonio Illuſtriſſimæ *Elizabethæ* antedictæ cum dicto Sereniſſimo *Rege Angliæ* ſic, ut præfertur, habito & contracto, nomine Dotis, & pro Dote dictæ Illuſtriſſimæ *Elizabethæ*, dabit & ſolvet darive & ſolvi faciet dicto *Regi Angliæ*, ejuſdemve Deputato ſive Deputatis, Summam *Ducentarum Millium Coronatum boni Auri* juſti Ponderis moderni Valoris & præſentis Notæ, terminis modis & formis ſequentibus; viz. Primam Medietatem in die Solemniſationis Matrimonii, & ante dictam Solemniſationem, & aliam Medietatem infra Annum extunc proximè ſequentem, pro cujus Medietatis certiore Solutione prædictus *Chriſtianiſſimus Rex*, eodem tempore & ante prædictam Solemniſationem, Literas ſuas obligatorias, in ea forma qua Obligationes de Pœna *quinquaginta Millium Coronarum Auri*, in hoc præſenti Tractatu comprehenſa, fieri debent, factas *præfato Regi Angl.* vel ejus Deputato tradet & tradi faciet & curabit.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd præfatus *Angliæ Rex*, per Literas ſuas Patentes, manibus ſuis ſubſcriptas, & Magno Sigillo ſuo ſigillatas, ac in debita Juris forma conceptas, dabit concedet conſtituet & aſſignabit præfatæ Illuſtriſſimæ Dominæ *Elizabethæ* talem & tantum Douarium ſive Donationem propter Nuptias qualem & quantam aliqua Regina Angliæ ſolebat habere, & præſertim talem & tantam qualem Præclariſſima Domina, celebris memoriæ, *Catharina Filia Ferdinandi Regis Caſtilliæ*, aut aliqua alia Regina Angliæ nuper Uxor, feliciſſimæ memoriæ, *Regis Henrici Octavi* tempore Vitæ ſuæ habuit tenuit & poſſedit; videlicet, annua *decem Millia Marcarum* ſive *viginti Millia Nobilium Anglicæ Monetæ*, unoquoque Nobili viginti Groſſos Anglicæ Monetæ valente, in Terris Redditibus & Dominiis, & de eodem Douario ſive Donatione propter Nuptias ipſas, ſecundùm Leges Statuta & Conſuetudines Regni Angliæ, adeò ſecuram reddet & aſſecurabit, ſicut * præfata Domina *Ca-* * XV.
*therina*, ſeu aliqua alia Regina Angliæ Douario ſive Donatione 276.
propter Nuptias aſſecurata fuerit aut aſſecurari debuerit, quod quidem Douarium ſive Donationem propter Nuptias, præfata Illuſtriſſima Princeps Domina *Elizabetha* tenebit & poſſidebit, eiſdemque & eorum ſingulis gaudebit & utetur ad Utilitatem ſuam propriam, in modum Douarii ſive Donationis propter Nuptias, quamdiu vixerit in humanis, tam liberè amplè & ſecurè quam dicta Domina *Catharina*, aut dicta aliqua alia nuper Regina Angliæ unquam tenuit habuit & poſſedit, Licebitque præfatæ Dominæ *Elizabethæ* caſu quo ſupradictum *Angliæ Regem* ſupervixerit

ſive habitaverit.

Item, Caſu quo dictus Sereniſſimus *Rex Angliæ* ſupervixerit eidem Illuſtriſſimæ Dominæ *Elizabethæ*, ſuſceptis ex ea Liberis vel non ſuſceptis, tunc & in eo caſu dictus Sereniſſimus *Rex* Dotem Douarium ſive Donationem propter Nuptias, unà cum omnibus Bonis Mobilibus ejuſdem Dominæ *Elizabethæ*, conſequetur habebit & lucrabitur, in quantum & eo modo quo ſolitum eſt fieri ſecundùm Conſuetudinem Regni Angliæ, & maximè inter Reges & Reginas Angliæ.

Item, Ut prædictum Matrimonium inter præfatum Sereniſſimum *Regem* & Illuſtriſſimam Dominam *Elizabetham*, Locis Terminis Modiſque & Formis ſupradictis, cum effectu contrahatur & ſolemniſetur, concordatum & concluſum eſt inter Oratores prædictos, & authoritate qua ſupra, quod præfatus Sereniſſimus *Angliæ Rex*, per Literas ſuas Patentes, Magno Sigillo ſuo vallatas, & Manu ſua ſubſcriptas, præfato *Chriſtianiſſimo Regi* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis Obligabit ſe Hæredes & Succeſſores ſuos, Regna Terras Patrias Dominia Villas & Oppida ſua quæcunque, ac Bona ſua omnia & ſingula mobilia & immobilia præſentia & futura ubicunque fuerint reperta, necnon Perſonas ac Bona omnium & ſingulorum Subditorum ſuorum, cujuſcunque Gradûs Statûs aut Conditionis exiſtant, ſub Pœna *quinquaginta Milium Coronarum Auri*, prædictum Matrimonium inter ſe & præfatam illuſtriſſimam *Dominam Elizabetham*, ſi ad legitimam nubendi Ætatem pervenerit, ac omnia & ſingula in hoc Tractatu comprehenſa debitum juxta formam præſentis Tractatûs ſortientur effectum; & ſi forte ſteterit aut ſtabit, per præfatum *Angliæ Regem*, aut per quemcunque Modum ſive Eventum, præterquam per præfatam illuſtriſſimam *Elizabetham* aut ejus Parentes, vel per Mortem alterius Contrahentium (quod Deus avertat) quominus dictum Matrimonium per verba de præſenti, poſt completum
* XV. 277. Duodecimum Ætatis dictæ * *Elizabethæ* Annum, ut præmittitur, contrahatur, & Modis Terminis Locis & Formis ſupradictis in facie Eccleſiæ debitè ſolemniſetur, & omnia & ſingula in hoc Tractatu circa prædictum Matrimonium firmandum & ſolemniſandum comprehenſa impleantur, tunc, & in eo Caſu dictus *Angliæ Rex* Hæredes & Succeſſores ſui, dictam Summam *quinquaginta Milium Coronarum Auri* & quamlibet ejus Partem, in Pœnam hujuſmodi Repudiationis, præfato *Francorum Regi* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis ſine Dilatione Contradictione Reſiſtentia vel Excuſatione quacunque, in *Civitate Pariſienſi* ſolvere teneatur; licebitque præfato *Francorum Regi* ſuis Hæredibus & Succeſſoribus, ſi prædicta Summa *quinquaginta Milium Coronarum Auri*, vel quælibet ejus Pars, per dictum *Angliæ Regem*, ut præfertur, ſolvenda, non ſolvatur, eandem Summam *quinquaginta Milium Coronarum Auri* & quamlibet ejus Partem, à præfato *Angliæ Rege*, ejuſque Regnis Patriis Dominiis Villis Oppidis & Subditis, eorumque Bonis mobilibus & immobilibus præſentibus & futuris, ubicumque repertis, tam per Terram quàm per Mare, ſine Contradictione & Reſiſtentia quibuſcunque, liberè Exigere Levare Capere Poſſidere & Detinere:

Et pari modo conventum & concordatum eſt, quod præfatus Chriſtianiſſimus *Francorum Rex* ex parte ſua, per Literas ſuas Patentes Sigillo Magno ſigillatas & Manu ſuâ ſubſcriptas, præfato Sereniſſimo *Regi Angliæ* Hæredibuſque & Succeſſoribus ſuis, Obligabit ſe Hæredes & Succeſſores ſuos, Regna Terras Patrias Dominia Villas & Oppida ſua quæcunque, & Bona ſua omnia mobilia & immobilia præſentia & futura ubicunque fuerint reperta, necnon Perſonas omnium & ſingulorum Subditorum ſuorum cujuſcunque Statûs Gradûs aut Conditionis exiſtant, ſub Pœna *quinquaginta Milium Coronarum Auri*, quod faciet & curabit quod prædictum Matrimonium, inter prædictum *Regem Angliæ* & Illuſtriſſimam *Dominam Elizabetham*, ſi ad legitimam Nubendi Ætatem pervenerit, ac omnia & ſingula in hoc Tra-

poſſidere & detinere:

Quâ quidem Pœnâ commiſſâ & Summâ *quinquaginta Milium Coronarum Auri* ſic, ut præmittitur, exactâ & perſolutâ per eam Partem per quam ſtetit quo minus hoc præfatum Matrimonium ſic ut præfertur, contrahatur, & Modis Terminis Locis & Formis ſupradictis in facie Eccleſiæ debitè ſolemniſetur, neuter prædictorum Principum qui hoc tempore Impuberes ſunt (*Rex* nimirùm *Angliæ* & Illuſtriſſima Domina *Elizabetha*) neque Chriſtianiſſimus *Francorum Rex*, neque Honores aut Conſcientiæ eorum alterius aut alicujus eorum, * ratione ullius Rei in hoc Tractatu * XV.
geſtæ factæ aut comprehenſæ, ulla ex parte onerabuntur aut illaqueabuntur, ſed per Commiſſionem Pœnæ & Solutionem eo 278.
modo, ut prædicitur, præfatæ Summæ *quinquaginta Milium Coronarum Auri*, ab omni alia Impetitione Honoris aut Conſcientiæ liberi exonerati acquietati & immunes erunt & ſinguli eorum, aliquâ Re quacunque in hoc præſenti Tractatu actâ geſtâ dictâ aut factâ in contrarium non obſtante.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt inter Oratores prædictos, quod omnes & ſingulæ Literæ obligatoriæ utriuſque Partis Partium prædictarum, de quibus ſuperiùs fit mentio, in debita & ſufficienti forma, ut prædicitur, expeditæ, Commiſſariis utriuſque Partis ad hoc debitè authoriſatis hincinde in *Civitate Pariſienſi* Commiſſariis *Regis Franciæ*, & in *Civitate Londonienſi* Commiſſariis *Regis Angliæ*, intra duodecim Menſes proximè ſequentes poſt datam præſentis Tractatûs effectualiter tradentur.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt Authoritate Conſenſu & Aſſenſu prædictis, quod prædictus *Chriſtianiſſimus Francorum Rex* nomine ſuo, & Nomine Illuſtriſſimæ Dominæ *Elizabethæ* Filiæ ſuæ, ac etiam præfatus *Rex Angliæ*, ſpeciali Beneficio cujuſcunque Reſtitutionis in integrum de Jure Conſuetudine aut Statuto Minoribus conceſſo, exceptioni Pœnæ non ſolvendæ per Principales contrahentes vel eorum Parentes in Sponſalibus & Matrimoniis appoſitæ, & generaliter omnibus Legum & Canonum Appellationibus Querelis & Provocationibus Exceptionibus & Diſſenſionibus, ac aliis Juris & Facti Beneficiis quibuſcunque huic Tractatui contrariis, purè ſponte abſolutè, in Scripto & in vim Pacti, in ſuis Literis confirmatoriis expreſsè renunciabunt & quilibet eorum renunciabit; & nos dicti Oratores utriuſque Partis, tam nomine dicti *Regis Franciæ* & dictæ Dominæ *Elizabethæ*, quàm nomine præfati *Regis Angliæ* Beneficio cujuſcunque Reſtitutionis in integrum de Jure Conſuetudine aut Statuto minoribus conceſſo, Exceptioni Pœnæ non ſolvendæ per Principales contrahentes vel eorum Parentes in Sponſalibus & Matrimoniis appoſitæ, & generaliter omnibus Legum & Canonum Appellationibus Querelis & Provocationibus Exceptionibus & Defenſionibus, & aliis Juris & Facti Beneficiis quibuſcunque, prædictis Conventionibus in hoc Tractatu factis aliquo modo contrariis, purè ſponte & abſolutè, in hiis Scriptis & in vim Pacti renunciamus.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quod uterque Regum prædictorum, per Literas ſuas Patentes Magno ſuo Sigillo ſigillatas & Manibus ſuis ſubſcriptas, præſentem Tractatum ac omnia & ſingula in eodem contenta acceptabit ratificabit, & infra ſex Menſes datam Præſentium proximè ſequentes confirmabit, eaſdemque Literas ſic, ut præfertur, ſignatas & ſigillatas, intra dictos Menſes viciſſim & mutuò tradet tradive faciet cum effectu.

*Sequuntur Tenores Commiſſionum.*

*Henry*, par la Grace de Dieu, *Roy de France* a tous ceulx qui ces preſentes Lettres verront, Salut.

Comme après qu'il a pleu a Dieu noſtre Createur faire & eſtablir,

Digitized by Google

Meſſire *Jehan Bertrand* Chivalier Garde des Seaulx,

*Du Seigneur de Sedan* Chivalier de noſtre Ordre & Mareſchal de France,

Et du *Seigneur de Cheſnaye* Chivalier General de noz Finances & Conſeiller en noſtre Conſeil Prive, a plain confians de leurs grans Sens Suffiſance Integrite & Vertuz,

Iceulx, pour ces Cauſes & autres bonnes & grandes Conſiderations a ce nous mouvans, avons faiɛtz creez ordonnez & eſtabliz, & par ces Preſentes faiſons creons ordonnons & eſtabliſſons noz Procureurs Generaulx & certains Meſſaigers eſpeciaulx,

Et leur avons donne & donnons plain Povoir Auctorite Commiſſion & Mandement ſpecial, & aux cinq quatre & trois d'eulx, pour depar nous & en noſtre nom, oyr & entendre de noſtre dit Couſin *le Marquis* & ſes dits Collegues, Depputez d'icelluy noſtre dit bon Frere ayant quant a ce ſuffiſant Povoir de Luy, tout ce qu'ilz vouldront dire & mettre en avant pour le Faict du dit Mariage d'icelluy noſtre dit bon *Frere* avecque noſtre dite *Fille*, traicter convenir & accorder le dite Mariage avecques eulx, ſoubz telles Promeſſes & Conventions, tant du Jour & Temps de la Solemniſation d'icelluy, que des Dot Douarie & autres Articles en telz Cas requis, qu'ilz verront & congnoiſtront eſtre a faire par Raiſon, & pour le faict & accompliſſement du dite Mariage, & toutes Choſes qui en deppendent promectre conclure & accorder tout ce que bon leur ſemblera,

Et a ce faire obliger nous noz Hoirs Succeſſeurs, & noz Royaume Paiis Terres & Seigneuries, par Lettres bonnes & vallables qu'ilz leur en bailleront ſoubz leurs Seingz & Sceaulx;

Et generallement faire en ce que deſſus & ſes Deppendances ce que Beſoing ſera, tout ainſi que nous meſmes ferions & faire pourrions ſi preſens en Perſonne y eſtions, ja ſoit qu'il y euſt Choſe qui requiſt Mandement plus eſpecial qu'il n'eſt contenu cy deſſus:

Promectans en bonne Foy & Parolle de Roy, & ſoubz l'Obligation de tous & chaſcuns noz Biens preſens & a venir, avoir agreable tenir acomplir & executer tout ce que par nos dits Depputez, & les cinq quatre ou troys d'eulx, aura eſte faict promis & accorde pour l'effect que deſſus, ſans aller ne venir ne ſouffrir aller ne venir au contraire; Et le tout ratiffier & approuver ſoubz noz Seing & Seaulx toutes & quantesfois que beſoing ſera & que requis en ferons.

En Teſmoing de ce nous avons Signe ces Preſentes de noſtre Main, & a icelles faict mectre & appoſer noſtre Seel.

Donne a *Nantes* le xii. Jour de Juillet, l'An de Grace mil cinq cens cinquante & ung, & de noſtre Regne le cinquieſme.

*Et au deſſoubz Signe,*

HENRY.

*Et ſur le Reply,*

*Par le Roy.*

DE L'AUBESPINE.

*Et Seele ſur double Queue de Cire Jaune.*

*Edwardus Sextus*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Rex Fidei Defenſor*, ac in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ *Supremum Caput*, univerſis & ſingulis ad quorum Notitias præſentes Litteræ pervenerint.

*Notum facimus* quòd cùm inter *Nos* & Illuſtriſſimum ac Potentiſſimum Principem *Henricum*, eâdem Gratiâ, *Francorum Re-*



tiorum Geſtores, Nuncioſque ſpeciales & generales, creamus facimus conſtituimus & ordinamus per Præſentes,

Dantes & concedentes eiſdem & eorum ſex quinque quatuor & tribus, Tenore Præſentium, Poteſtatem Facultatem Auctoritatem generalem & Mandatum ſpeciale, ita quod Generalitas Specialitati non deroget nec è contra, pro Nobis & Nomine noſtro, ſpecialiter & expreſsè petendi à præfato Illuſtriſſimo ac Potentiſſimo Principe Fratre noſtro chariſſimo ſeu ejus Oratoribus Procuratoribus & Deputatis, Illuſtriſſimam Principiſſam *Elizabetham* Filiam ſuam Matrimonio Nobis conjungendam, juxta formam Capitulorum Conventionum Pactorum inde per dictos Oratores Ambaſſiatores Commiſſarios & Deputatos noſtros Pactorum conficiendorum, Pacta quoque Conventiones Conditiones & Promiſſiones de Temporibus Locis & Formâ Contractûs & Celebrationis Matrimonii prædicti inter *Nos* & dictam *Principiſſam*,

Necnon ſuper Dote Dotalitio Doario ſive Donatione propter Nuptias, causâ etiam & ratione ejuſdem Matrimonii hincinde ſingula ſingulis & reſpectivè referendo, conſtituendis dandis tradendis & ſolvendis, ac etiam Pacta Conventiones ſeu Conditiones quaſcunque dictum Matrimonium Dotem Dotalitium Doarium ſive Donationem propter Nuptias concernentes ac contingentes, cum omnibus aliis ſuis annexis deppendentibus & emergentibus, tractandi concordandi paciſcendi conveniendi & concludendi,

Noſque Hæredes & Succeſſores noſtros, Regna Patrias Dominia & Bona noſtra, & Subditos noſtros cujuſcunque fuerint Statûs ſive Conditionis & eorum Bona ubicunque reperta fuerint, ad Conventorum ac Pactorum inviolabilem Obſervationem, obligandi hypothecandi & aſtringendi,

Ac inſuper Nos Hæredes & Succeſſores noſtros ſub Pœna Pecuniaria, per eoſdem Commiſſarios conventa, per ſeperatas ſuas Literas ſufficienter factas ſignatas & ſigillatas, ac Obſervationem omnium & ſingulorum per eos in hac parte concluſorum, obligandi,

Ac, ſuper hujuſmodi conventis concordatis & concluſis cum prædicto Illuſtriſſimo *Francorum Rege* Fratre noſtro chariſſimo, ſeu ejus Oratoribus Commiſſariis & Depputatis, Litteras vallidas & efficaces pro parte noſtra tradendi, aliaſque conſimilis effectus & vigoris ab ipſo Fratre noſtro chariſſimo vel ſuis Commiſſariis & Deputatis petendi & recipiendi,

Plenamque præterea Poteſtatem Juramentum in Animam noſtram præſtandi quod tenebimus & adimplebimus effectualiter & realiter omnia & ſingula, quæ in prædictis & circa ea Nomine noſtro concordabunt jurabunt firmabunt & concludent, atque illa ratificabimus & nullo unquam tempore revocabimus,

Simileque Juramentum à prædicto *Rege Francorum* Fratre noſtro chariſſimo præſtari videndi petendi exigendi & acceptandi, ac generaliter omnia & ſingula Nomine noſtro faciendi tractandi promittendi jurandi exercendi & firmandi, * cujuſcunque conditionis & • XV.
momenti fuerint aut eſſe poterint, in prædictis & circa ea neceſ- 281.
ſaria & opportuna, & quæ tanti Negotii qualitas cum ſuis circonſtantiis exigit aut requirit, & quæ nobis facere liceret ſi Præmiſſis perſonaliter intereſſemus, etiamſi Mandatum exigatur magis ſpeciale quàm præſentibus ſit expreſſum:

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio pollicentes, Nos ratum gratum & firmum habituros id totum & quicquid per dictos Oratores Commiſſarios Ambaſſiatores Procuratores Nuncios & Depputatos noſtros ſeu eorum tres, ut præfertur, actum tractatum geſtum conventum promiſſum juratum aut factum fuerit in Præmiſſis, & adverſus ea vel ipſorum aliquod nullo modo contradicere, immò ipſa inviolabiliter obſervare.

In quarum Rerum Fidem & Teſtimonium, his præſentibus li-



Digitized by Google

Per Commiſſarios Ambaſſiatores Oratores Procuratores Deputatos & Nuncios noſtros ſpeciales ex una, & Commiſſarios Procuratores Legatos Oratores Deputatos & Nuncios ſpeciales, Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi Principis, *Edwardi*, Dei Gratiâ, *Angliæ Regis* Fratris & Conſanguinei noſtri chariſſimi, Partibus ab altera,

Quidam Tractatus ad meliorem Intelligentiam Explanationem & Declarationem Comprehenſionis noſtri ac Regni noſtri Scotiæ, in Tractatu perpetuæ Pacis, inter Excellentiſſimum & Potentiſſimum Principem, *Henricum*, Dei Gratiâ, *Franciæ Regem Chriſtianiſſimum*, & *dictum Regem Angliæ*, nuper concluſo, habitus conventus & tranſactus ſit, prout per Inſtrumentum Tractatûs Conventionis & Concluſionis hujuſmodi liquet & apparet; cujus verus Tenor de verbo in verbum ſequitur, & eſt talis,

UNIVERSIS, *&c. ut ſupra 10. Junii.*

Hinc eſt quòd nos *Maria Regina Scotorum antedicta*, ſummoperè cupientes Amicitiæ Fœdera inter *Nos* dictumque *Regem Angliæ*, ac item Regna Patrias Dominia Subditoſque utriuſque noſtrûm ſedulò foveri ac indies augeri, Tractatum Conventionis ſuperiùs deſcriptum, atque omnia & ſingula Capitula & Articulos in eadem comprehenſa laudamus authoriſamus ratificamus & confirmamus, ac pro laudatis authoriſatis ratificatis approbatis & confirmatis habemus & haberi volumus per Præſentes:

Promittentes in vim Pacti, & in Verbo Regio quòd, omnia & ſingula Articulos & Capitula in ſupraſcripto Tractatu comprehenſa, fideliter & bonâ fide & omni cum effectu obſervabimus & exequemur, & per Subditos Vaſallos & Ligeos noſtros, quatenus ipſos tangunt, obſervari & exequi faciemus.

In quorum omnium & ſingulorum Teſtimonium has Litteras
* XV. 282. noſtras Patentes Sigillo noſtro Magno, unà cum * Subſcriptione manuali præfati noſtri cariſſimi Conſanguinei Tutoris & Gubernatoris, ſigillari & muniri fecimus.

Dat. apud *Edinburgh*, decimo quarto Die Menſis Auguſti, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, & Regni noſtri nono.

JAMES G.

*Sigillo avulſo.*

---

*Pro nuper Epiſcopo Exon. de Conceſſione ad Vitam.*

Ann. D. 1551. Pat. 5. E. 6. p. 1. m. 34.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm Venerabilis Pater *Johannes Exonienſis Epiſcopus*,

Requiſitus per Litteras noſtras, ex Conſiderationibus Nos & Conſiliarios noſtros moventibus, Epiſcopatum ſuum Exon. reſignare, ad quod faciendum eum, ut intelleximus, ſua extrema Senectus provocavit, & etiam provocat, cùm non poſſit ſuum Paſtorale Officium perſonaliter exequi ut velit, igitur, ex Conſiderationibus prædictis, & aliis antehac Conſanguineo noſtro *Comiti Bedfordiæ* declaratis, Epiſcopatum ſuum Exon. in manus noſtras Surſum reddidit & reſignavit, ſignificando nobis qualiter, ad ſpecialem Rogatum & Requiſitionem per Litteras noſtras, & per Conſiliarios noſtros, dederit & conceſſerit in Feodo ſimplici nonnulla Maneria & alios Redditus Epiſcopales diverſis Conſiliariis Servientibus & Subditis noſtris, qui, ex cauſis prædictis & aliis, conceſſerunt præfato *Johanni nunc Reſignanti*, durante Vitâ ſuâ naturali, Annuitates, prout in eorum Cartis Sigillis ſuis ſignatis continetur,

Significavit nobis etiam quod, ultra ſic in Feodo ſimplici con-

De PENTIONIBUS, *Decem Libras ſeptem Solidos & octo Denarios*,

De FINIBUS INSTITUTIONUM, *Undecim Libras ſex Solidos & octo Denarios*,

De FINIBUS TESTAMENTORUM & LITERARUM ADMINISTRATIONUM, *Triginta quatuor Solidos*,

De DECANIS RURALIBUS, *Sexaginta duos Solidos*,

De CONSISTORIO, *Septem Solidos*,

De DECIMA CUNAGII, *Sexdecim Libras duodecim Solidos & quatuor Denarios*,

Et ſic de TEMPORALIBUS & SPIRITUALIBUS in toto, Summam *Quingentarum ſexaginta quinque Librarum duorum Solidorum ſeptem Denariorum & unius Oboli*, unde in Feodis conceſſis Officiariis Epiſcopi & aliis ad terminum Vitæ ad Summam *Septuaginta novem * Librarum Treſdecim Solidorum & Quatuor Denariorum*, * XV. 283.

Videlicet,

CAPITALI SENESCALLO, *Decem Libras*,

SUBSENESCALLO, *Quatuor Libras*,

SUPERVISORI, *Treſdecim Libras Sex Solidos & octo Denarios*;

RECEPTORI, *Treſdecim Libras Sex Solidos & octo Denarios*,

AUDITORI *Quadraginta Solidos*,

ATTORNATO *Quadraginta Solidos*,

BALLIVO PALATII & CUSTODI CONVICTORUM, *Octo Libras*,

APPERITORI PRINCIPALI pro ejus Officio exercendo, *Sexaginta Solidos*,

Atque *Willielmo Stowbridge* RECEPTORI prædicto ac RECEPTORI Decimæ & Subſidii de Clero Exon. Diœc. pro Collectione & Solutione dictorum Subſidii & Decimæ apud Curiam Domini Regis de Primis Fructibus, percipienti annuatim, durante Vitâ dicti Reſignantis, *Viginti Libras*. Sic remanet de dictis SPIRITUALIBUS & TEMPORALIBUS, ultra Allocationes prædictas, *Quadringentas Octoginta quinque Libras Novem Solidos Tres Denarios & Unum Obolum*,

Nos igitur,

Sufficienter informati quod prædicta narrata fuerunt & ſunt vera, conſiderantes ejus Fidelia Servitia & Obſequia in diverſis Officiis Chariſſimo Patri noſtro per Viginti Annos & ultra exhibita, de quibus & aliis ſuis condignis Meritis apud Nos & Conſiliarios noſtros eſt fide dignorum Teſtimonio commendatus, idcirco, ex Conſiderationibus prædictis & aliis Nos ſpecialiter moventibus, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris,

Volumus & ordinamus quod quilibet ejus futurus Succeſſor Juramentum præſtabit corporale, in prima Admiſſione ſua ad Epiſcopatum Exon. prædictum, quod non impedit, ſed pro poſſe ſuo adjuvabit præfatum *Reſignantem*, non ſolùm percipere & habere Annuitates ſibi conceſſas, prout percepit & habuit ante Reſignationem ſuam prædictam, ſed etiam omnia Arreragia de Clero Exon. Diœceſis & Firmis prædictis debita tempore Reſignationis ſuæ prædictæ:

Mandantes Conſiliariis Servientibus & Subditis noſtris, qui dicta Annuitates & Arreragia ſolvere tenentur, quod ea præfato *Johanni Reſignanti*, plenè & integrè ſolvant ſeu ſolvi faciant, ſicut noſtram vitare intendunt Indignationem & Diſplicentiam,

Ulterius, ex certa Scientia & mero Motu noſtris, ordinamus & concedimus quod dictus *Johannes nunc Reſignans*, poſſit in omnibus Curiis de Recordo, vel in aliis noſtris Curiis ad ejus libitum & magnis commodum, Subditos noſtros quoſcumque implacitare & convenire per Nomen *Johannes Veſey* aliàs *Harmon* nuper Exon. Epiſcopi, & quod poſſit licitè retinere & habere unum Capellanum Beneficium vel Beneficia Curata habentem, qui ſibi deſerviens à Reſidentia in ſuis Beneficiis Curatis ſic Exoneratus, prout per Præſentes Exoneramus; Statutis quibuſcumque in contrarium editis non obſtantibus,

In-

Digitized by Google

Epiſcopatum Exon. ac ipſum *Milonem* in Epiſcopatum Exon. transferimus, & eundem *Milonem* Epiſcopum Exon & Diœceſis Exon. nominamus facimus creamus declaramus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum tenendum exercendum & gaudendum dictum Epiſcopatum Exon. eidem *Miloni* durante Vitâ ſuâ naturali, unà cum omnibus Dominiis Maneriis Terris Tenementis Hæreditamentis Poſſeſſionibus & Juribus, tam Spiritualibus quàm Temporalibus, ac omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Emolumentis Officiis Dignitatibus Auctoritatibus Præeminentiis & Juriſdictionibus quibuſcumque, eidem Epiſcopatui ac Officio Paſtorali ejuſdem modo ſpectantibus ſeu incumbentibus.

Ac volumus & per Præſentes concedimus præfato *Miloni nunc Exon. Epiſcopo* quod ipſe licitè liberè & quietè poſſit & valeat, quoſcumque Clericos idoneos infra Diœceſim Exon. ubicumque oriundos, & alios in ea parte legitimè dimiſſos & licentiatos,

Ad omnes etiam Sacros & Presbiteratos Ordines legitimè ordinare & promovère, Præſentatoſque ad Beneficia Eccleſiaſtica quæcumque infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs Exon. exiſtentia & conſtituta admittere, ac in & de eiſdem inſtituere & inveſtire, & ſi Functione Eccleſiaſticâ invenerit non idoneos deſtituere & ab eiſdem amovere, necnon quæcumque Beneficia Dignitates & Promotiones Eccleſiaſticas, ad Collationem & Diſpoſitionem *dicti Epiſcopi Exon.* ſpectantia & pertinentia, Conferre & Donare,

Teſtamentaque & ultimas Voluntates quorumcumque Defunctorum infra dictum Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs Exonien. atque Adminiſtrationes Bonorum quorumcumque, ejuſdem Diœceſis & Juriſdictionis ab Inteſtato ſeu per viam Inteſtati Decedentium approbare inſinuare & committere, ac Bona eorumdem Decedentium, in Caſibus à Jure permiſſis, ſequeſtrare, Calculumque Computum & Ratiocinium exigere & capere, & alia quæcumque in ea parte neceſſaria facere,

Atque Cauſas Lites & Negotia quæcumque, ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantia & pertinentia ad *dictum Epiſcopum*, per viam Querelæ ſeu Appellationis ſeu aliàs devolvenda, tam ad Inſtanciam & Petitionem Partium quàm ex Officio mero mixto vel promoto, audire expedire cognoſcere & examinare, ac ea & eas cum ſuis Incidentibus Emergentibus Dependentibus Annexis & Connexis quibuſcumque, diſcutere decidere terminare & finire,

Eccleſiam quoque Cathedralem Civitatis & Diœceſis Exon. totumque Clerum & Populum earumdem, tam in Capite quàm in Membris, quotiens & quando opus fuerit & videbitur expediens, Viſitare, ac de & ſuper quibuſcumque Criminibus Exceſſibus & Delictis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, infra dictam Diœceſim Exon. & Juriſdictionem Epiſcopatûs Exon. prædicti, commiſſis & perpetratis, tam Officio mero mixto quàm promoto, inquirere, & quoſcumque Delinquentes ſive Criminoſos, per Cenſuras Eccleſiaſticas & alia legitima Juris Eccleſiaſtici Remedia debitè corrigere reformare & punire,

Ac quoſcumque Officiales Commiſſarios & alios Miniſtros pro debita Executione Exercitio & Expeditione Præmiſſorum deputare & de novo præficere,

Cæteraque omnia & ſingula in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum, ac circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet oportuna, ac cætera quæcumque Aucthoritatem & Poteſtatem & Juriſdictionem Ordinarias & Epiſcopales, ac Officia Paſtoralia quoviſmodò reſpicientia tangentia & concernentia (præter & ultra ea quæ ex Sacris Literis divinitùs commiſſa eſſe dinoſcuntur) Vice Nomine & Auctoritate noſtris Regiis exequi exercere facere & expedire ac Executioni demandare;

Et ulteriùs volumus & concedimus ac licentiam damus *præfato Miloni Exon Epiſcopo* quod ipſe licitè & impunè, virtute harum Literarum Patentium, abſque Brevi de Liberatione vel Amovens

Præfectus Nominatus [illegible] *piſcopus Exon.* pro tempore exiſtens, ac dictus Epiſcopatus Exon. ac Poſſeſſiones & Reventiones ejuſdem Epiſcopatûs, onerarentur & onerabiles ſint & eſſent Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris cum annuali Summâ *Centum quinquaginta ſex Librarum Tresdecim Solidorum quinque Denariorum & unius Oboli* pro Decima ſive annuali Decima Parte dicti Epiſcopatûs Exon. ac Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs Exon. prout per Certificationem dictorum Commiſſionariorum de Poſſeſſionibus & Reventionibus dicti Epiſcopatûs Exon. in Curia noſtra Primitiarum & Decimarum de Recordo remanentem, & per dictum Actum Parliamenti pleniùs liquet & apparet,

Et cùm Poſſeſſiones & Reventiones dicti Epiſcopatûs *Exon.* jam multo diminuuntur, ratione & prætextu quarumdam ſeperalium Conceſſionum de diverſis Maneriis Terris Tenementis Rectoriis, ac aliis Hæreditamentis & Reventionibus Parcellæ Poſſeſſionum & Reventionum dicti Epiſcopatûs *Exon.* quibuſdam Perſonis ac eorum Hæredibus & Aſſignatis in Feodo ſimplici, per *Johannem nuper Exon. Epiſcopum* ad Requiſitionem noſtram, & cum Licentia noſtra antehac facta, ad proprium Uſum ipſarum Perſonarum Hæredum & Aſſignatorum ſuorum imperpetuùm, ita quod illæ Poſſeſſiones & Reventiones ejuſdem Epiſcopatûs quæ modò remanent, & ad eundem Epiſcopatum modò & adhuc ſpectant & pertinent, non excedunt clarum annuum Valorem *Quingentarum Librarum* ultra Repriſas & annualia Onera indè exeuntia aut eiſdem incumbentia, & eo prætextu non ſunt tanti annui Valoris quanti Poſſeſſiones & Reventiones ejuſdem Epiſcopatûs fuerunt ante Confectionem dictarum ſeperalium Conceſſionum per dictum nuper *Epiſcopum* dictis ſeperalibus Perſonis, ut præfertur, factarum;

Nos igitur Volentes, tam dictum Epiſcopatum Exon. ac Poſſeſſiones & Reventiones ejuſdem Epiſcopatûs *Exon.* quàm dictum *Milonem nunc Epiſcopum Exon.* & Succeſſores ſuos, de dicta Summa *Mille quingentarum ſexaginta ſex Librarum quatuordecim Solidorum ſex Denariorum & unius Oboli* pro Primitiis ſeu Primis Fructibus, ac de dicta annuali Summa *Centum quinquaginta ſex Librarum treſdecim Solidorum quinque Denariorum & unius Oboli* pro Decima Parte dicti Epiſcopatûs ac Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem, de cætero imperpetuùm totaliter exonerari & acquietari, ac Volentes quod dictus Epiſcopatus ac Poſſeſſiones & Reventiones ejuſdem, de cætero laxarentur ad Solutionem Primitiarum inde ad *Quingentas Libras* legalis Monetæ Angliæ & non ultra, & quod idem Epiſcopatus *Exon.* ac Poſſeſſiones & Reventiones ejuſdem de cætero laxarentur ad Solutionem Decimæ & annualis Decimæ Partis indè ad *Quinquaginta Libras* legalis Monetæ Angliæ per Annum & non ultra,

Sciatis quod Nos,

In conſideratione Præmiſſorum, ac pro aliis Cauſis & Conſiderationibus Nos ad præſens ſpecialiter moventibus, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris,

Volumus, ac pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris concedimus præfato *Miloni Exon. Epiſcopo* & * Succeſſoribus ſuis * XV. 128.
Epiſcopis *Exon.* quod Maneria Terræ Tenementa Rectoriæ Poſſeſſiones & Reventiones dicti Epiſcopatûs *Exon.* de cætero acceptantur fore & eſſe annui Valoris *Quingentarum Librarum* legalis Monetæ Angliæ & non ultra, ac eadem Maneria Terras Tenementa Rectorias Poſſeſſiones & Reventiones ad eundem annuum Valorem *Quingentarum Librarum* legalis Monetæ Angliæ & non ultra, ex certa Scientia noſtra extendimus aſſeſſamus ac valuamus per Præſentes, abſque aliqua Inquiſitione ſeu aliqua alia Extentione de annuo Valore Poſſeſſionum dicti Epiſcopatûs *Exon.* impoſterùm quoquomodò facienda;

Et Volumus, ac per Præſentes pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris ordinamus & concedimus quod *Epiſcopus Ex-*

quacumque in aliquo non obſtantibus,

Et ideò Sciatis ulteriùs quod Nos, pro Cauſis & Conſiderationibus prædictis, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, volumus concedimus & aggreamus, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, quod Nos Hæredes & Succeſſores noſtri de cætero Accipiemus Acceptavimus & de tempore in tempus Percipiemus, tam de Præfato moderno *Epiſcopo Exon.* quàm de qualibet Perſona & quibuſlibet Perſonis impoſterùm Nominandis Præſentandis ſeu Conferendis, Transferendis vel aliquo modo Appunctuandis ad dictum *Epiſcopatum Exon.* *Quingentas Libras* legalis Monetæ Angliæ tantùm & non ultra, nec majorem Pecuniæ Summam pro Primitiis ſeu Primis Fructibus dicti *Epiſcopatûs Exon.* ac omnium Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem *Epiſcopatûs*, ac in plenam Solutionem & Satisfactionem Primitiarum ſeu Primorum Fructuum, ac omnium & ſingularum Pecuniæ Summarum & cujuſlibet Pecuniæ Summæ pro Primitiis ſeu Primis Fructubus dicti *Epiſcopatûs Exon* ac omnium & ſingularum Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem *Epiſcopatûs*, totiens quotiens Primitiæ ſeu Primi Fructus ejuſdem *Epiſcopatûs*, aut Poſſeſſionum & Reventionum inde, ratione vel prætextu hujuſmodi Nominationis Præſentationis Tranſlationis ſeu Collationis, vel Appunctuationis alicuius Perſonæ aut aliquarum Perſonarum ad eundem *Epiſcopatum*, Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris imperpetuùm, impoſterum debiti fuerint, ratione & prætextu dicti Actûs Parliamenti de Conceſſione Primitiarum & Decimarum de Beneficiis Promotionibus & Dignitatibus Spiritualibus & Eccleſiaſticis, Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris in dicto Parliamento, Anno Regni dicti Præchariſſimi Patris noſtri *Henrici Octavi nuper Regis Angliæ* viceſimo ſexto, inter alia editi & proviſi,

Volumus tamen & per Præſentes, pro Nobis Hæredibus &
* XV. 287. Succeſſoribus noſtris, concedimus præfato *Miloni* modò * *Exon. Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis quod ſuper Compoſitionem & Aggreamentum pro Primitiis ſeu Primis Fructibus dicti Epiſcopatûs Exon. idem modò *Epiſcopus Exon.* & Succeſſores ſui, de tempore in tempus habeant & habebunt Allocationem de Decima ſeu annuali Decima Parte dicti Epiſcopatûs Exon. ac Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem, juxta formam Actûs Parliamenti, Anno Regni Præchariſſimi Patris noſtri *Henrici Octavi* nuper *Regis Angliæ* viceſimo ſeptimo, in hujuſmodi Caſu editi & proviſi, præſentibus Literis Patentibus aut aliquo in eiſdem contento in contrarium inde non obſtantibus;

Inſuper volumus, ac pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, per Præſentes concedimus quod *dictus nunc Epiſcopus Exon.* & quælibet Perſona impoſterùm nominanda præſentanda ſeu appunctuanda ad dictum *Epiſcopatum Exon.* non onerabitur nec erit onerabilis cum aliqua alia ſeu majori Pecuniæ Summa pro Primitiis ſeu Primis Fructibus dicti Epiſcopatûs aut Poſſeſſionum & Reventionum inde, præterquam cum dicta Summa *Quingentarum Librarum* tantùm pro Primitiis ſeu Primis Fructibus ejuſdem Epiſcopatûs, ac Poſſeſſionum & Reventionum inde, per nos, per Præſentes, ut præfertur, aſſignata & appunctuata nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris in forma prædicta ſolvenda: & volumus, ac pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris per Præſentes concedimus & aggreamus, quòd nos Hæredes & Succeſſores noſtri de cætero accipiemus, & de tempore in tempus imperpetuùm percipiemus de præfato *Milone Exon. Epiſcopo*, & Succeſſoribus ſuis *Epiſcopis Exon.* *Quinquaginta Libras* legalis Monetæ Angliæ tantùm & non ultra, nec majorem Pecuniæ Summam annuatim pro Decima ſeu annuali Decima Parte dicti *Epiſcopatûs Exon.* ac in plenam Solutionem & Satisfactionem Decimæ ſeu annualis Decimæ Partis omnium & ſingularum Denariorum Summarum, & cujuſlibet Pecuniæ Summæ pro Decima ſeu annuali Decima Parte dicti *Epiſcopatus Exon.* ac omnium & ſingularum Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs annuatim imperpetuùm, Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris ſeu Primis Fructibus dicti Epiſcopatûs Exon. ac Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs, nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris, ratione vel prætextu dicti Actûs Parliamenti, debitas ſeu quoquo modo impoſterùm debendas, præter dictam Summam *Quingentarum Librarum* tantùm pro Primitiis ſeu Primis Fructibus dicti *Epiſcopatûs Exon.* ac Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs, nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, ut præfertur, per Præſentes per nos aſſignatam & appunctuatam, nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris ſolvendam
pro Primitiis ſeu Primis Fructibus * dicti Epiſcopatûs Exon. ac * XV.
Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs, totiens quo- 288.
tiens Primitiæ ſeu Primi Fructus dicti *Epiſcopatûs Exon.* ac Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs, Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris impoſterùm ſolvi ſeu deberi contigerint,

Ac etiam dedimus conceſſimus pardonavimus remiſimus relaxavimus & quietè clamavimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus concedimus pardonamus remittimus relaxamus & quietè clamamus, præfato *Miloni Exon. Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis imperpetuùm, tam dictam annualem Summam *Centum quinquaginta ſex Librarum treſdecim Solidorum quinque Denariorum & unius Oboli*, quam quamcumque aliam Pecuniæ Summam & alias Pecuniæ Summas quaſcumque, pro Decima ſeu annuali Decima Parte dicti *Epiſcopatûs Exon.* ac Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs, Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, ratione vel prætextu dicti Actûs Parliamenti quoquo modo impoſterùm debendas præter dictam annualem Summam *Quinquaginta Librarum* annuatim tantùm pro Decima ſeu annuali Decima Parte dicti *Epiſcopatûs Exon.* ac Poſſeſſionum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs, Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, ut præfertur, per Præſentes per Nos aſſignatas & appunctuatas Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris in forma prædicta annuatim ſolvendas:

Mandantes enim & per Præſentes firmiter injungendo præcipientes, tam Cancellario & Conſilio Curiæ noſtræ Primitiarum & Decimarum, quàm Theſauro ejuſdem Curiæ, ac omnibus Auditoribus Receptoribus Collectoribus & aliis Officiariis & Miniſtris noſtris Hæredum & Succeſſorum noſtrorum quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, quod ipſi & eorum quilibet, dictas Quietantias Allocationes & Exonerationes in forma prædicta præfato *Miloni Exon. Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis, facient, & de tempore in tempus fieri cauſabunt, & hæ Literæ noſtræ Patentes, aut Irrotulamentum vel exemplificatio earumdem, erunt annuatim & de tempore in tempus, tam dictis Cancellario & Conſilio ac Theſaurario dictæ Curiæ noſtræ Primitiarum & Decimarum, ac omnibus & ſingulis Receptoribus Auditoribus Collectoribus & aliis Officiariis & Miniſtris noſtris Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ejuſdem Curiæ, quàm omnibus & ſingulis aliis Officiariis & Miniſtris noſtris Hæredum & Succeſſorum noſtrorum quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, ſufficiens Warrantum & Exoneratio in hac parte; dicto Actu Parliamenti, aut dictâ Certificatione annui Valoris Poſſeſſionum & Reventionum dicti Epiſcopatûs Exon. aut aliquo Actu Lege Ordinatione Proviſione ſeu Reſtrictione in contrarium inde antehac habitis factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ inquiſitione vel certificatione de valore vel certitudine Poſſeſſionum & Reventionum dicti Epiſcopatûs Exon. antehac factis ſeu impoſterùm quoquo modo fiendis aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus;

Ac ulteriùs ſciatis quod nos,

Volentes & intendentes prædictum *Milonem Exon. Epiſcopum* & Succeſſores ſuos, de omnibus & omnimodis Debitis & Arreragiis Debitorum quorumcumque, ac de omnibus & ſingulis Pecuniarum Summis ac de qualibet Pecuniæ Summa Nobis, aut præchariſſimo Patri noſtro *Henrico Octavo*, per *Johannem* nuper *Exon. Epiſcopum* pro Decimis ſive annuali Decima quacumque, & Subſidio

Digitized by Google

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Significavit pro Epiſcopo Exon.*

Ann. D. 15 1 *Pat. 5. E. 6. p. 1. m. 32.*

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutem.

Cum Epiſcopatu Exonienſi, per liberam Reſignationem *Johannis* nuper illius Loci *Epiſcopi*, nuper vacante, Dilecto Nobis *Miloni Coverdale* Sacræ Theologiæ Profeſſori, per Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, contulerimus dederimus & conceſſerimus præfato *Miloni Coverdale* dictum Epiſcopatum Exon. ac ipſum *Milonem* in Epiſcopum Exon. tranſtulerimus, & eundem *Milonem Epiſcopum Exon.* & *Diœceſis Exon.* nominaverimus ordinaverimus fecerimus creaverimus declaraverimus & conſtituerimus per Litteras noſtras prædictas, prout per eaſdem Literas noſtras Patentes plenius liquet & apparet; Et hoc vobis, Tenore Præſentium, Significamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini firmiter injungendo Mandantes, quatenus præfatum *Milonem Coverdale in Epiſcopum Exon.* conſecrare, Ipſumque, prout moris eſt, Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum Favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto Die Auguſti.

---

*Pro Epiſcopo memorato & Elizabetha Uxore, de Licentia.*

Ann. D. 1551. *Ibid. p. 2. m. 35.*

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, licentiam dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes licentiam damus & concedimus, Reverendo Patri *Miloni Coverdale Exon. Epiſcopo & Elizabethæ Uxori* ejus, quod ipſi & eorum uterque, cum quinque, aut ſex ad Summam convivis ad Menſam ſuam forſan accedentibus, deinceps durante Vitâ naturali dictorum *Milonis & Elizabethæ*, temporibus Quadrageſimalibus & aliis Diebus Jejunialibus quibuſcumque, Carnibus & Lacticiniis Veſci libere & impunè valeant & poſſint, & eorum alter valeat & poſſit;

Eo quòd expreſſa mentio de Certitudine Præmiſſorum, Actuque ſive Statuto de Abſtinentia à Carnibus in Parliamento noſtro Anno Regni noſtri ſecundo tento, aliquo vel alio Actu ſive Statuto noſtro qualitercumque edito ſive edendo, aut aliquâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtante.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

And their to Land, yf they ſhall think good, with Muletts, Horſes as well Stoned as Geldynges, Bugegers Fardells Coffers Jewells Money Gold, Sylver coyned and uncoyned, Lettres cloſed and open, and all other their Baggs and Baggages, repoſyng and refreſhing themſelfes and their Horſſes for a convenyent tyme, and two or three Days after, that the Wynd and Wether may ſerve theym agayn, to paſs by Sea into the Parties of Scotland, without any Serche Areſt Trouble or Ympedyment to be made to them or any of them, in their entryng or remaining within any our ſayd Realmes of England or Ireland, or any our Iſlandes belonging to either of the ſame, during this our preſent Saulf Conduct;

And yf the ſaid excellent *Princeſſe* and her Trayn, after the landyng in any Place or Porte of our Realm, ſhall think yt convenyent or more commodiouſe to paſs from her place of landyng thorough the reſt of our Realme by Land into Scotland, then we will and permytt alſo, that at hyr choyſe ſhe may the ſame do ſafely and without any maner of Impechement Let or Hynderaunce,

Wherefor we will and ſtright'y commaund you and every of you, not onely to receave the ſayd right excellent *Pryncеſſe* with her Treane in forme aforeſaide, but alſo, duryng their abode in our Realme or in hyr Journey thorough any part of our Realm into Scotland, to help and relieve them for their reaſonable Monay with all maner Cariages Poſthorſes Guydes, and all other ſuch things as they ſhall have nede of, and otherwiſe alſo entreate them in all their laufull Requeſtes gentilly and commenly, and eſpecially towardes the ſayd excellent *Princeſſe*, and to every of the other Eſtates in her Company as ſhall appertayn and of congruencie belong,

Provyded always that all manner of Parſons of her Train and every of them, do well behave themſelves towards *Us*, and our Subjectes, without doing any thing in our Prejudice or Contempte,

Foreſeing nevertheles that yf yt happen any of them to breake this our Save Conduct, We will not that any Hurt or Diſpleaſure be therefor doon or extended upon any other that haith not offended, but onely uppon ſuche as ſo ſhall infringe and breake this our Sauſe Conducte accordingly; notwithſtanding any Ordynaunces Cuſtumes and Defences made to the contrary.

In witnes whereof, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo Die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

---

* *Pro Apothecario Regis.* * XV. 291.

Ann. D. 1551. *Pat. 5. E. 6. p. 8. m. 38.*

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Nos,

In conſideratione boni veri & diligentis Servitii præchariſſimo Patri noſtro atque Nobis antehac impenſi impoſterumque impendendi, per dilectum & fidelem Servientem noſtrum *Johannem Hemyngwaye*,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus *eidem Johanni* Officium Apothecarii noſtri quod *Patricius Raynoulde* defunctus nuper habuit & exercuit, ac ipſum *Johannem* APOTHECARIUM NOSTRUM facimus ordinamus confirmamus & conſtituimus per præſentes,

Habendum tenendum gaudendum & occupandum Officium prædictum præfato *Johanni Hemmyngwaye* durante Vitâ ſuâ, cum omnibus Proficuis Commoditatibus & Advauntagiis dicto Officio pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & for-



Digitized by Google

p. 3. m. 3. mus, ac per præſentes licentiam damus & concedimus dilecto Conſiliario noſtro *Philippo Hobbye* Militi Magiſtro Ordinationum noſtrarum, quod ipſe cum quibuſcumque cum eo ad ſuam Menſam conveſcentibus deinceps durante Vitâ ſuâ naturali temporibus Quadrageſimalibus & aliis Diebus Jejunalibus quibuſcumque Carnibus & Lacticiniis veſci liberè & impunè valeat & poſſit;

Eo quod expreſſa mentio de Certitudine Præmiſſorum, Actuque ſive Statuto de Abſtinentia à Carnibus in Parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium Anno Regni noſtri ſecundo tento, aliquo vel alio Actu ſive Statuto noſtro qualitercumque edito vel edendo, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtante.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo Die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* XV. 192.

### * *De Licentia.*

Ann. D. 1551. Ibid.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Scatis quod Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, licentiam dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes licentiam damus & concedimus, Dilecto Conſiliario noſtro *Johanni Gates* Militi Vicecamerario noſtro & Capitaneo Valectorum Cameræ noſtræ, quod Ipſe, cum quibuſcumque cum eo ad ſuam Menſam conveſcentibus, deinceps durante Vitâ ſuâ naturali, temporibus quadrageſimalibus & aliis Diebus Jejunalibus, quibuſcumque Carnibus & Lacticiniis veſci liberè & impunè valeat & poſſit;

Eo quod expreſſa mentio de Certitudine Præmiſſorum, Actuque ſive Statuto de abſtinentiâ à Carnibus in Parliamento noſtro apud *Weſtmonaſterium*, Anno Regni noſtri Secundo tento, aliquo vel alio Actu ſive Statuto noſtro qualitercumque edito vel edendo, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque in aliquo nonobſtante.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo Die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Super Moneta Controfacta, de Pardonatione.*

Ann. D. 1551. Ibid.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm *Franciſcus Digby* nuper de Garroden in Comitatu Leiceſtriæ Generoſus, Decimo Die Julii Anno Regni noſtri Quarto, & aliis diverſis Diebus & Vicibus antea & poſt, apud Okley & infra Comitatum noſtrum Northamptoniæ, ac in Balliva ſive Civitate noſtra Briſtolliæ, in Comitatu ejuſdem Villæ ſive Civitatis Briſtolliæ, ac alibi in diverſis Locis in Regno noſtro Angliæ felonicè & proditoriè Cuneam noſtram de Solidis Anglicis vocatis SHILLINGES, & Groſſatis Anglicis vocatis GROTES, de falſo & mixto Metallo; videlicet, de Cupro & Stamno, ad Cuneam noſtram de Auro vocatam RIALLS & CROWNES controfecit, & cum eiſdem falſam Monetam & ſimilitudinem bonæ Monetæ noſtræ Angliæ, ad Summam *Centum Librarum* cuneavit, & dictam falſam Monetam, ſic factam controfactam & cuneatam, diverſis

Ac etiam omnes & omnimodas Utlagarias, ſi quæ in *ipſum Franciſcum* occaſionibus prædictis ſive earum aliqua fuerint promulgatæ ſive promulgandæ,

Necnon omnia & omnimoda Judicia Executiones & Pœnas Mortis ſuper prædictum *Franciſcum* hiis occaſionibus ſive earum aliqua reddita ſive adjudicata aut reddenda ſive adjudicanda, & firmam Pacem noſtram ei inde concedimus per Præſentes:

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris prædictis, per Conſenſum prædictum, pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac per Præſentes pardonamus remittimus & relaxamus *dicto Franciſco* omnes & omnimodas Forisfacturas Terrarum Tenementorum Bonorum & Catallorum ſuorum quorumcumque, nobis, ratione Præmiſſorum, per prædictum *Franciſcum* forisfactorum & deperditorum, ac ea omnia & ſingula eidem *Franciſco* damus concedimus & reſtituimus per Præſentes,

Habenda capienda gaudenda recipienda & retinenda eidem *Franciſco* Hæredibus Executoribus & Aſſignatis prædicti *Franciſci*, tam per manus prædicti *Franciſci*, quàm per manus Vicecomitum Eſcaetorum Ballivorum, & aliorum Officiariorum Miniſtrorum & Subditorum noſtrorum quorumcumque, in quorumcumque manibus exiſtunt, de Dono noſtro, abſque alio Compoto ſeu aliquo alio proinde reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Super Tractatu Matrimonii inter Regem & Elizabetham Franciæ, de Ratificationibus liberandis.*

Ann. D. 1551. Ex Autogr.

A Tous ceulx qui ces preſentes Lettres verront, nous *Claude de Laval* Chivalier Seigneur du Boiſdaulphin & de Theligny Baron de Marſilly, Cappitaine & Gouverneur des Ville & Chaſteau de Nantes, Conſeiller & Maiſtre d'Hoſtel ordinaire du Roy Treſchreſtien, Amballadeur de ſa Majeſte prez le Sereniſſime *Roy d'Angleterre* & Procureur ſuffiſaument fonde par Lettres dont la Teneur eſt cy ſoubz ſcripte, pour faire ce qui s'enſuit, Salut.

Comme, par le Traicte qui des *le dixneufieſme Jour de Juillet* dernier paſſe, a eſte faict conclud & accorde en la *Ville d'Angiers*, du Mariage du dit *Roy Sereniſſime* & de Treſilluſtre Princeſſe Madame *Elizabeth* Fille Ainſnee du dit *Roy Treſchretien*, entre leurs Depputez & Commiſſaires ayt eſte convenu promis & Arreſte, que tout le contenu en iceluy ſeroit approuve ratiffie & confirme par les dictz deux Roys reſpectivement, dedens ſix Moys lors prochains ſubſequentz, pour la quelle Ratiffication & Approbation d'iceluy Traicte, Accordz & Promeſſes y contenues recepuoir & accepter du dict Sereniſſime *Roy d'Angleterre*, pour & au Nom du dit *Roy Treſchreſtien*, & luy bailler & expedier Lettres & Deſcharges neceſſaires, il ayt pleu a la dite Majeſte Treſchreſtiene nous commectre & depputer:

Scavoir faiſons qu'a jourdhuy, en Vertu d'iceluy noſtre Pouvoir & Lettres de Commiſſion & Procuration, nous, pour & au nom du dict Roy *Treſchretien*, avons prins receu & accepte icelle Ratiffication & Confirmation de tout le contenu au dite Traicte du dit Sereniſſime *Roy d'Angleterre*, qui faicte a eſte en la forme & ainſy qu'il eſt plus a plein declare es Lettres Patentes ſignees de ſa Main & ſeellees de ſon Grand Seau, qui pour Foy de ce ont eſte expediees & miſes entre noz Mains par iceluy Sereniſſime *Roy d'Angleterre*, y aſſiſtans pluſieurs Grandz & Notables Seigneurs de ſon Conſeil;

*S'en-*

Digitized by Google

nous mouvans, avons faict cree ordonne & eſtably, faiſons creons ordonnons & eſtabliſſons, par ces Preſentes, noſtre Procureur general, & Luy avons donne plein Povoir Auctorite Commiſſion & Mandement eſpecial, de par nous & en noſtre nom, recepuoir d'iceluy noſtre dict bon *Frere & Filz* la Ratiffication & Approbation d'iceluy Traicte Accord & Promeſſes, y contenues en bonne & vaillable forme par ſes Lettres Patentes ſignees de ſa main & ſcellees de ſon Seau, Luy en bailler Deſcharge,

Et generallement faire en ce que deſſus & ſes Deppendences; ce que Nous meſmes ferions & faire pourrions ſi preſens en Perſonne y eſtions, ja coit qu'il y euſt Choſe qui requiſt Mandement plus eſpecial qu'il n'eſt contenu en ces dictes Preſentes:

Promectans en bonne Foye & Parole de Roy avoir aggreable ferme & ſtable a toujours tout ce qui y ſera faict par noſtre dict Procureur.

En Teſmoing de ce nous avons Signe ces Preſentes de noſtre Main, & a icelles faict metre & appoſer noſtre Seel.

Donne a *Chantilly* le vingt ſeptieſme Jour de l'Octobre, l'an de Grace mil cinq cens cinquante & ung, & de noſtre Regne le cinquieſme.

*Ainſy Signe*,

HENRY.

*Es ſur le Reply*,

*Par le Roy.*

DE L'AUBESPINE.

*Es Seelle du grand Seau ſoubz double Queue de Cyre Jaulne.*

En Teſmoing des quelles Choſes nous avons ſigne ces Præſentes de noſtre Main, & faict ſeeller du Seel de noz Armes, a *Weſtmeſtire* le deuxieſme Jour de Decembre, l'An de Grace mil cinq cens cinquante & ung.

CLAUDE DE LAVAL.

*Sub Sigillo prædicti Claud. de Laval de Cera rubea.*

---

¶ ¶ *Litera de conſtat, pro Lancaſtre Heraldo.*

Ann. D. REX omnibus ad quos, &c. Salutem.
1552. Conſtat Nobis, per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ
*An.* 6. Domini *H. nuper Regis Angliæ Octavi* Patris noſtri præchariſſimi,
*E.* 6. quod idem Dominus *H.* Literas ſuas Patentes fieri fecit in hæc
*Pat.* 6. verba.
E. 6. *p.* *Henricus Octavus*, Dei Gratiâ, *Angliæ & Franciæ Rex Fidei*
5. *m.* 42. *Defenſor Dominus Hiberniæ*, & in Terra *Supremum Caput* Anglicanæ Eccleſiæ, omnibus ad quos Præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quod Nos,

* XV. * De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Sciencia & mero Motu
295. noſtris, in conſideratione boni & fidelis Servitii quod dilectus Serviens noſter *Fulco ap Howell* aliàs *Rougedragon* ante hæc tempora impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Ereximus fecimus conſtituimus ordinavimus & creavimus, ac per Præſentes erigimus facimus conſtituimus ordinamus & creaquiſitionem prædicti *Falconis ap Howell*, duximus exemplificandum per Præſentes.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto Die Februarii.

---

*Super Judicio reddito contra Ducem Somerſet. Warrantum inde pro Executione.*

EDward the Sixte, by the Grace of God, *King of England*, Ann. D.
*Fraunce and Ireland Defendour of the Faithe*, and of the 1552.
Church of England and alſo of Ireland in Erth the Supreme *Clauſ.* 6.
Hedd, to the Reverend Father in God, our right truſtie and *E.* 6.
right welbelovid Counſaillour, *Thomas Buſhop of Elye* our Cha- *p.* 7.
uncellour of England, Greating. *m.* 16.

*We* let you to underſtond that, where *Edwarde Duke of Somerſets* hath byn before this tyme ſeverally indightid of Felony, for moving ſtirring and procuering of dyvers Perſones for the felonyus taking impriſonyng and kyling of dyvers of our Prevey Counſeill, agaynſt the Fourme of the Statutes and Lawes of our Realme, and upon the ſame Indightements hath byn at Weſtmynſter before, our truſtie and entierly belovid Cooſyn and Counſaillour, *William Marques of Wincheſter* our Highe Treaſourer of England, and for that tyme our *Highe Stewarde* of Englande, arraigned, and theruppon the ſaid *Duke* hath pleaded *Not Giltie*, and put hymſelfe to the Triall therof by his Peres, who, then and there, founde hym giltie of the ſaid Felonies wheruppon he was ſo araymed, and theruppon by our ſaid *Highe Stewarde* Judgement was geven that the ſaid *Duke* ſhould be hanged, as by the Record and Records therof more at large it doithe and may appere, and the ſaid *Duke* ſo attaynted, now remayning in our *Tower of London*, his Bodie is at our Will and Pleaſure, and by th'Actorite of
our Power Roiall to * be executed in ſuch Order and Form as * XV.
we think moſt conveinyent, 296.

And We mynding the Execution of Juſtice, and to have the manere of Execution of him alterid and chaungid, for certen Conſideracions and Cauſes Us ſpecially moving,

Woll and commaund you our ſaid *Chauncellour*, forthwith upon the ſight hereof, to make our dewe Proces Writt and Writts, to be directed aſwell to our *Conſtable of oure ſaid Towre of London* or to his Lieutenant or Deputy there, commaunding Hym or Them in our Name, that the ſaid Counſtable Lieutenant or Deputy forthwith to bring the ſaid *Duke* to the accuſtumed place without the Tower Gate, and there to delyver him to the *Shireffes* of our Cety of London, as alſo proceſſe Writt or Writts to the ſaid *Shireffes* of our ſaid Cety, commaunding Them by the ſame to receyve the Body of the *ſaid Duke* of the ſaid Counſtable or Lieutenant, and forthwith to bring the *ſaid Duke* to the *Scaffold uppon the Towre Hill*, and the Head of the *ſaid Duke* then and forthwith uppon the ſaid Scaffold at the Tower Hill aforeſaid to cauſe to be cut and ſtricken of from his Body, any Judgement Laws or Commandment before tyme had made ordeyned or given to the contrary in any wiſe notwithſtanding; and fail ye not herof as you will anſwer at your Paril: And theſe our Letters of Warrauntie Signed with our Hand ſhall be your ſufficient Warraunt and Diſcharge in this behalf, *&c.*

Yeven, *&c.*

*Per ipſum Regem.*

*Simile*

tid in ſuch order and fourm as We think mooſt convenient,

And We mynding th'Execution of Juſtice, and to have the manner of Execution of ſome of them altered and chaungid for certayne Conſiderations and Cauſes Us ſpeciallie moving,

We Woll and Commande you our ſaid *Chancellour*, forthwith upon the ſight hereof, to make out due Proceſſe Writt and Writts, to be directid aſwell to our *Conſtable of our ſaid Towre of London* or to his Lieutenant or Deputy there, commaunding Hym or Theym in our Name that the ſaid Counſtable Lieutenante or Deputy forthwith doo bring the ſaid *Raſe Vane Myles Partriche Thomas Arundell* and *Michell Stanhopp* to the accuſtomed Place without the Towre Gate, and there to delivere them to the *Sheriffs of our Cittie of London*, as alſo Proſſeſs Writt or Writts to the ſaid *Sheriffs* of our ſaid Cittie, commaunding them by the ſame to receyve the Bodies of the ſaid *Raſe Vane Myles Partriche Thomas Arundell* and *Michaell Stanhopp* of the ſaid *Conſtable or Lieutenante*, and forthwith to cauſe Execution of Them and eve-
* XV. 297. ry of Them to * be doon and executid in manner and forme following; That is to ſay, forthwith to bring the ſaid *Thomas Arundell* and *Michaell Stanhopp* to the *Scaffolde upone the Towre Hill*, and the Heids of the ſaid *Thomas Arundell* and *Michaell Stanhopp* and either of theym then and there forthwith, uppon the ſaid Scaffold at the Towre Hill aforeſaid, to be cut and ſtriken of and clerely ſevered from their Bodies, and this Execution to be uppon Friday next, any Judgement Law or Commaundyment before tyme hadde or made ordeyned or geven to the contrary in any wiſe notwithſtanding;

And alſo to bring the ſaid *Raſe Vane* and *Myles Partriche* to the ſaid Tower Hill, then and there fourthwith to be *Hangid upon the Gallowes* till they and either of theym be Dead according to the ſaid Judgment; and fail ye not hereof as you will aunſwer at your Parill, and theis our Letters of Warraunte Signed with our Hand ſhall be your ſufficient Warraunte and Diſcharge in that behalf.

Yeven at our *Palleis of Weſtminſter*, the xxv. of February.

---

*De Significavit pro Epiſcopo Glouceſtr.*

Ann. D. 1552. Pat. 6. E 6. p. 1. m. 40.

REX Reverendiſſimo in Chriſto Patri *Thomæ Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutem.

Cùm Epiſcopatu Glouceſtriæ, per Mortem Reverendi Patris *Johannis* nuper illius Loci *Epiſcopi*, nuper vacante, Dilecto Nobis *Johanni Hoper* Sacræ Theologiæ Profeſſori, per Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon de Aviſamento Concilii noſtri, contulerimus dederimus & conceſſerimus præfato *Johanni Hoper* prædictum Epiſcopatum *Glouc.* ac eundem *Johannem Hoper* in Epiſcopum *Glouceſtr.* Præferimus, ac ipſum *Johannem Hoper Epiſcopum Glouceſtriæ* ac *Diœceſis Glouceſt.* prædictæ Nominaverimus Fecerimus Ordinaverimus Creaverimus & Conſtituerimus per Literas noſtras prædictas, prout per eaſdem Literas noſtras Patentes pleniùs liquet & apparet; Et hoc vobis, Tenore Præſentium, Significamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini firmiter injungendo Mandantes, quatenus præfatum *Johannem Hoper in Epiſcopum Glouceſtriæ* conſecrare, Ipſumque, prout moris eſt, Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum Favore,

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſeptimo Die Martii.

*ta.*

---

** De Scripto Irrotulato pro Domino Rege, Decani & Capituli Glouceſtriæ.* * XV. 298.

Ann. D. 1552. Ibid. p. 6. n. 15.

OMnibus Chriſti Fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ & Individuæ Trinitatis Glouceſtriæ, Salutem in Domino ſempiternam.

Cùm Reverendus Pater *Johannes Howper Epiſcopus Glouc.*

Per Scriptum ſuum gerens Datam *Viceſimo ſexto Die Aprilis*, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, & Anno Regni, Præpotentiſſimi & Excellentiſſimi Principis Domini noſtri, *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, ac in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ *Supremi Capitis*, ſexto, pro diverſis juſtis & rationabilibus Cauſis & Conſiderationibus eundem *Epiſcopum* ad tunc moventibus & inſtigantibus,

Dederit & Conceſſerit præfato Domino noſtro Regi *Edwardo Sexto* totum Epiſcopatum & Sedem ſuam Epiſcopalem Glouc. cum. ſuis Juribus Membris, &c.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum Commune Præſentibus apponi fecimus.

Dat. viceſimo Die Maii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, & Anno Regni Domini noſtri *Edwardi Sexti*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Fidei Defenſoris*, & in Terrâ Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ *Supremi Capitis*, ſexto.

---

*Super Tranſlatione Epiſcopi Glouceſtrenſi ad Epiſcopatum Wigornienſem.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1552. Pat. 6 E. 6. p. 1. m. 34.

Cùm, per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato apud Weſtmonaſterium Quarto Die Novembris Anno Regni noſtri Primo, & ibidem tento, inter alia Statuta pro Republica noſtra edita, ordinatum inactitatum & ſtabilitum fuerit,

Quod nullum Breve de Licentia Eligendi (vulgariter vocatum CONGE D'ESLIER) deinceps concedendum foret, nec Electio alicujus *Archiepiſcopi* ſeu *Epiſcopi* per *Decanum & Capitulum* fieret, ſed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cum aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicui Perſonæ, quam nos idoneam exiſtimaremus, eundem conferre poſſemus & valeamus, & eadem Collatio, ſic, per Literas noſtras Patentes hujuſmodi Perſonæ facta & deliberata, cui Nos eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, vel ejus ſufficienti Procuratori aut Attornato, ſtaret & foret, ad omnes Intentiones & Conſtructiones, tanti & ejuſdem effectûs quanti & qualis foret, ſi Breve de Licentiâ Eligendi conceſſum eſſet, Electio ritè facta & eadem confirmata fuiſſet, & quod, poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona, cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus ſic foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari, Proſequi & habere Liberationem ſuam, ſeu *Breve de amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout ſi eædem Ceremoniæ & Electiones factæ & actæ fuiſſent,

Prout in eodem Statuto inter alia pleniùs liquet & apparet,

Ac cùm Epiſcopatus *Wigorniæ* ad præſens ſit Vacuus, ſuoque Paſtore ideo deſtitutus, per Deprivationem *Nicholas Hethe nuper Loci illius Epiſcopi*, & ob id ad Munus noſtrum Regium juſtè pertinere dinoſcatur alium in ejus Locum, qui, ob eximias animi Dotes, Populum noſtrum illius Diœceſis latè patentis, juxta Divi Pauli Normam dignè paſcat, ſurrogandum duximus:

Sciatis igitur Nos,

Exiſtimantes ac benè ſcientes Reverendum in Chriſto Patrem *Johannem Hoperum* nuper *Glouceſtren. Epiſcopum* Perſonam idoneam

Digitized by Google

dralem de uno *Decano Presbitero*, *de uno Archidiacono*, *& ſex Præbendariis Presbiteris*, Tenore prædictarum Literarum Patentium realiter & ad plenum erexit fundavit ordinavit fecit conſtituit & ſtabilivit, itaque, & per prædictas Literas ſuas Patentes, ordinavit quod prædicta Eccleſia eſſet & extunc imperpetuùm foret *Eccleſia Cathedralis & Sedes Epiſcopalis*, ac quod tota *Villa Gloceſtren.* extunc imperpetuùm eſſet *Civitas*, ipſamque *Civitatem Glouceſtren.* vocari appellari & nominari voluit & decrevit, ac ipſam Civitatem & Comitatum ejuſdem Civitatis, ac totum & integrum Comitatum Glouceſtriæ, prout per Metas & Limites dignoſcebantur & limitabantur, ab omni Juriſdictione Auctoritate & Diœceſe *Epiſcoporum Wigorn. Eboracen. & Hereforden.* ac Succeſſorum ſuorum & eorum cujuſlibet pro tempore exiſtentium, ſeparavit exemit exoneravit, & omnimodò, per prædictas Literas ſuas Patentes liberavit, ac omnem Juriſdictionem Epiſcopalem infra eaſdem Civitatem & Comitatum ejuſdem Civitatis, ac totum Comitatum Glouceſtriæ, prædicto Epiſcopo Glouceſtren. à prædicto nuper Rege per Literas ſuas Patentes nominando eligendo, & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Glouceſtren. prædicto Epiſcopatui Glouceſtren. adjunxit & univit, ac ex dicta Civitate & Comitatu ejuſdem Civitatis, & ex toto Comitatu Glouceſtriæ, Diœceſim fecit & ordinavit, illamque Diœceſim Glouceſtrenſem imperpetuùm ſimiliter vocari appellari nuncupari & nominari voluit & ordinavit,

Et, ut illa ſua intentio debitum & uberiorem ſortiretur effectum, prædictus nuper *Rex* quendam *Johannem Wakeman* Clericum ad Epiſcopatum dictæ Sedis Glouceſtren. nominavit & elegit, ac ipſum *Johannem Wakeman Epiſcopum Glouceſtren.* per prædictas Literas ſuas Patentes, nominavit fecit & creavit;

Et ulterius voluit conceſſit & ordinavit quod *idem Epiſcopus* eſſet Corpus Corporatum in Re & Nomine, ipſumque pro uno Corpore declaravit acceptavit ordinavit fecit & conſtituit, habereque Succeſſionem perpetuam, prout ſimiliter per prædictas Literas ſuas Patentes, inter alia pleniùs liquet & apparet;

Quæ quidem Sedes Epiſcopalis ad præſens vacua in Manibus Regis, ratione & occaſione Reſignationis Renunciationis ac Surſum-redditionis ſupradicti Reverendi Patris *Johannis Hoperi* nuper *Glouceſtren. Epiſcopi* exiſtit, & quia prædicta Civitas Glouceſtr. & Comitatus ejuſdem Civitatis, ac Comitatus Glouceſtren. priuſque facti fuerunt Glouceſtrenſis Diœceſis, ac ante confectionem prædictarum Literarum Patentium prædicto *Johanni Wakeman Epiſcopo Glouceſtren.* facti fuerunt, temporibus retroactis, partim infra Diœceſes, Eboracenſem & Herefordenſem, ac præcipuè infra Diœceſim Wigornienſem, ac Epiſcoporum ejuſdem pro tunc exiſtentium,

Nos Præmiſſa ſcientes conſideranteſque, ac pro diverſis juſtis & legittimis Cauſis ad hoc ſpecialiter moventibus, necnon de avi-
* XV. 300. ſamento Concilii noſtri, * *Eccleſiam Cathedralem* prædictam, ac *Civitatem Glouceſtren.* prædictam & Comitatum ejuſdem Civitatis, ac totum *Comitatum noſtrum Glouceſtren.* necnon Villam & Parochiam de *Kyngeſwood* infra dictum Comitatum Glouceſtriæ, prout per Metas Limites & Bundas dinoſcuntur & limitantur, ab omni Juriſdictione Auctoritate & Diœceſe Epiſcoporum Glouceſtren. Eboracen. Briſtoll. & Hereforden. ac Succeſſorum ſuorum & eorum cujuſlibet pro tempore exiſtentium, ſeparamus dividimus eximimus exoneramus, & omnimodò per Præſentes imperpetuùm liberamus, ac omnem Juriſdictionem Epiſcopalem infra prædictam Eccleſiam Cathedralem & Civitatem Glouceſtr ac infra totum Comitatum ejuſdem Civitatis, necnon infra totum & integrum Comitatum noſtrum *Glouc.* ac Villam & Parochiam *de Kingeſwood* prædicta, ac infra totum Archidiaconatum Glouceſtriæ & Archidiaconum ejuſdem, in *Diœceſim Wigornienſem* imperpetuùm convertimus transferimus adjungimus unimus annectimus & de novo reſtituimus, ac ea omnia & ſingula Parcellam Diœceſis Wigorn. & Epiſcopatûs Wigorn. realiter & in plenum creamus facimus & ſtabilimus perpetuis futuris temporibus duraturis eorumdem, ac cujuſlibet inde Parcellæ, vel eorum alicujus, prout per Metas Limites & Bundas dinoſcuntur & limitantur, ab omni Juriſdictione Epiſcopali Auctoritate & Diœceſe cæterorum quorumcumque Epiſcoporum ſeu aliorum Hominum, præterquam Juriſdictione Auctoritate & Diœceſe Wigorn. ac Epiſcopi ibidem, & Succeſſorum ſuorum Epiſcoporum Wigorn. pro tempore exiſtentium, ſeparamus eximimus exoneramus, ac imperpetuùm per Præſentes liberamus,

Ac omnem Juriſdictionem Epiſcopalem infra Eccleſiam Cathedralem Glouceſtren. prædictam, ac Civitatem Glouceſtr. ac Com. ejuſdem Civitatis, ac infra totum & integrum Com. noſtrum Glouceſtren. prædictum, necnon infra Villam & Parochiam *de Kyngeſwood* prædicta, ac infra totum Archidiaconatum Glouceſtren. prædictum, ac Archidiaconum ejuſdem ac Succeſſores ſuos Archidiaconos Glouceſtren. qui pro tempore eſt aut imposterùm erunt, ac infra omnia & ſingula loca prædicta, tam exempta quàm non exempta, unà cum Præcinctibus & Territoriis eorumdem ac cujuſlibet inde Parcellæ vel eorum alicujus, ſuperiùs nominata & aſſignata, prædicto Reverendo Patri *Johanni Hopero Epiſcopo Wigorn. moderno* & Succeſſoribus ſuis Wigorn. Epiſcopis, ac Epiſcopatui Wigorn. adjungimus unimus, & per Præſentes imperpetuùm annectimus, eaque omnia & ſingula infra Diœceſim Wigorn. creari erigi fundari & imperpetuùm ſtabiliri decernimus, ac Parcellam Diœceſis Wigorn. & Epiſcopatûs ejuſdem realiter & in plenum creamus facimus & ſtabilimus perpetuis
futuris * temporibus duraturam; & ſic ſtabiliri ac inviolabiliter * XV.
obſervari imperpetuùm volumus & per Præſentes jubemus, ac ea 301.
omnia & ſingula ſuperiùs præconceſſa, unà cum Præcinctibus & Territoriis prædictis, Parcellam Diœceſis Wigorn. & Epiſcopatûs Wigorn. vocari appellari nuncupari & nominari volumus ac per Præſentes imperpetuùm ordinamus:

Et inſuper Nos, de abundantiori Liberalitate noſtra, necnon de aviſamento Concilii noſtri, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, ſupradicto Reverendo Patri, *Johanni Hopero Wigorn. Epiſcopo*, & Succeſſoribus ſuis Wigorn. Epiſcopis, quod Ipſe & Succeſſores ſui Wigorn. Epiſcopi, de cætero imperpetuùm (ſi tamdiu benè ſe geſſerit & geſſerint in eodem) licitè & quietè, abſque Impedimento noſtro vel Hæredum noſtrorum, valeat & valeant, poſſit & poſſint *Archidiaconos* ac *Præbendarios* quoſcumque, infra Eccleſias Cathedrales *Wigorn.* & *Glouceſtr.* prædictas, Conferre & Donare quoties & quando continget eos ſive eorum aliquem, per Mortem Reſignationem Deprivationem, ſeu aliter quocumque modo vacare, Clericos itaque quoſcumque idoneos infra totam & integram *Diœceſim Wigorn.* prædictam, ac infra omnia & ſingula Loca tam Exempta quàm non Exempta, & Territoria ejuſdem, ac eorum cujuſlibet, Parcellam Diœceſis Wigorn. prædictæ per Literas noſtras Patentes ad præſens factam, ubicumque oriundos, & alios quoſcumque in ea parte legittimè Dimiſſos & Licentiatos, ad omnes etiam Sacros & Presbiteratos Ordines legittimè Ordinare & Promovere,

Præſentatoſque ad Beneficia aliqua Eccleſiaſtica quæcumque, infra totam & integram Diœceſim Wigorn. prædictam & Juriſdictionem ejuſdem, tam infra loca Exempta quàm non Exempta, exiſtentia & conſtituta, Admittere, ac in & de eiſdem Inſtituere & Inveſtire, ac eos ſeu eorum aliquem ab eiſdem ſive eorum aliquo Deſtituere, & ſi ita Res exigat penitùs Repellere & Amovere,

Necnon Beneficia & Promotiones Eccleſiaſticas quaſcumque, ad Collationem Præſentationem & liberam Diſpoſitionem ſupradicti Reverendi Patris *Wigorn. Epiſcopi* ſpectantia ſive pertinentia, Conferre Præſentare & Donare liberè licitè & quietè valeat & valeant, poſſit & poſſint,

Teſtamentaque & ultimas Voluntates quorumcumque Defunctorum infra totam & integram Diœceſim Wigorn. & Epiſcopatûs ejuſdem, tam intra Loca Exempta quàm non Exempta, ac Adminiſtrationes Bonorum quorumcumque prædictæ Diœceſis &



Digitized by Google

jus, deputare nominare facere & præficere,

Cæteraque omnia & ſingula in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſo-
* XV. 302. rum, aut circa * ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet requiſita, necnon cætera omnia & ſingula Juriſdictiones Auctoritates & Poteſtates Ordinarias & Epiſcopales, ac Officium Paſtorale quoviſmodo tangentia concernentia & reſpicientia (præter & ultra ea quæ ex Sacris Literis divinitùs eſſe dinoſcuntur) Vice Nomine & Auctoritate noſtris Regiis, exequi exercere facere & expedire, ac Executioni demandare valeat & valeant, poſſit & poſſint abſque Impedimento noſtro vel Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum; aliquâ aliâ Donatione Conceſſione ſive Commiſſione ante hæc tempora per Nos, vel aliquem Progenitorum ſive Prædeceſſorum noſtrorum, aut per aliquem Epiſcopum Wigorn. in contrarium factis datis conceſſis ſive commiſſis in aliquo non obſtantibus,

Et ulteriùs, de ampliori Gratia noſtra certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus ac reſtituimus, & per Præſentes damus concedimus & reſtituimus, *præfato Johanni Epiſcopo Wigorn.* omnia & ſingula Dominia Maneria Terras Tenementa ac Hæreditamenta quæcumque, cum Pertinentiis dicto Epiſcopatui Wigorn. ſpectantia ſeu quoviſmodo pertinentia, aut Parcellam Poſſeſſionum Jurium Reventionum ſive Hæreditamentorum ejuſdem Epiſcopatûs exiſtentia, ac omnia & ſingula Exitus Redditus Reventiones & cætera Proficua quæcumque dictorum Dominiorum Maneriorum & Meſuagiorum Terrarum Tenementorum & cæterorum Præmiſſorum quorumcumque & cujuſlibet inde Parcellæ, à Feſto Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque provenientia creſcentia ſeu emergentia, habenda *præfato Johanni Hopero Epiſcopo Wigorn.* quamdiu ſe benè geſſerit in eodem, ex Dono noſtro abſque Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodò reddendo ſolvendo vel faciendo, & abſque aliquo Brevi de Reſtitutione Temporalium, ſeu aliquo Brevi de Amoveas Manum, aut aliquo alio Brevi Proſecutione Liberatione ſeu Warranto quocumque, à Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodò impetrando obtinendo ſeu proſequendo; aliquo Actu Statuto Ordinatione Lege Proviſione Prohibitione Proclamatione Reſtrictione Conſtitutione aut Conſuetudine in contrarium inde antehac habitis factis editis ordinatis proviſis ſeu uſitatis, aut aliquâ aliâ Re Causâ ſeu Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus;

Et præterea, de ampliori Gratia noſtra volumus, ac per Præſentes concedimus, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, quod hæ Literæ noſtræ Patentes, & quodlibet Verbum Sententia & Clauſula in eiſdem contenta ſeu ſpecificata, interpretabuntur exponentur capientur intelligentur adjudicabuntur & determinabuntur, tam coram Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris quàm in quibuſcumque Curiis noſtris & Curiis Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, necnon in quibuſcumque aliis Curiis, tam Spiritualibus quàm Temporalibus, ac in omnibus aliis & ſingulis locis, ac coram quibuſcumque Judicibus Juſticiariis & aliis Perſonis quibuſcumque, & alia Perſona quacumque, ad maximum Commodum & Proficuum prædicti *Epiſcopi Wigorn.* ac Succeſſorum ſuorum Epiſcoporum Wigorn. & arctiſſimè erga Nos Hæredes & Succeſſores noſtros, & hoc licet Nomen aut Cognomen prædicti *Epiſcopi Wigorn.* vel certitudo veri Valoris Epiſcopatûs Wigorn. prædicti ſpecialiter & certitudinaliter in hiis Litteris noſtris Patentibus non exprimantur declarentur ſeu ſpecificentur, aut aliquâ Omiſſione Nominis ſeu Cognominis alicujus pecularis Juriſdictiones infra totos Comitatus Wigorn. aut Glouc. prædictos vel aliquo alio Defectu Negligentiâ Repugnantiâ ſeu Contrarioſitate in Præſentibus aut eorum aliquo, aut eò quod expreſſa mentio de vero Valore annuo, aut de Certitudine Præmiſſorum, aut de aliis Donis ſeu aliis Conceſſionibus per nos præfato *Epiſcopo Wigorn.* ante hæc tempora factis, in præſentibus minimè facta exiſtit, aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Reſtrictione noſtræ Patentes ... ratio Cancellario noſtro Angliæ in hac parte;

Eo quod expreſſa mentio de vero Valore annuo, aut de aliquo alio Valore vel Certitudine Præmiſſorum ſive eorum alicujus, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per Nos præfato Reverendo Patri *Johanni Wigorn. Epiſcopo* ante hæc tempora factis, in Præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione inde in contrarium factis editis ordinatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigill.*

---

### *De Tranſlatione Roffenſis Epiſcopi ad Sedem Ciceſtren.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cùm per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato 1552.
apud Weſtmonaſterium, *quarto die Novembris* Anno Regni noſtri Pat. 6.
primo, & ibidem tento, inter alia Statuta pro Republica noſtra E. 6.
edita ordinatum inactitatum & ſtabilitum fuerit, p. 1.

Quod nullum Breve de Licentia eligendi (vulgariter vocatum m. 32.
CONGE D'ESLYER) deinceps conceſſum foret, nec Electio alicujus Archiepiſcopi ſeu Epiſcopi per *Decanum & Capitulum* fieret, ſed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cùm aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicui Perſonæ quam Nos idoneam exiſtimaremus eundem conferre poſſemus & valeamus, & eadem Collatio, ſic, per Literas noſtras Patentes, hujuſmodi Perſonæ facta & deliberata, cui nos eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, ſeu ejus ſufficienti Procuratori vel Attornato, ſtaret & foret ad omnia Intentiones Conſtructiones & Propoſita, tanti & ejuſdem effectûs quanti & qualis foret ſi Breve de Licentiâ eligendi conceſſum eſſet, Electio ritè facta, & eadem confirmata fuiſſet, & poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus ſic foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari, proſequi, & habere Liberationem ſuam, ſeu Breve de *amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout ſi eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ,

Prout in eodem Statuto pleniùs liquet,

Ac cùm *Epiſcopatus Ciceſtrenſis* hoc tempore ſit Vacuus, ſuoque idoneo Paſtore deſtitutus, ratione Deprivationis ſeu Remotionis *Georgii nuper illius Loci Epiſcopi* ab eodem Epiſcopatu, & ob id ad Munus noſtrum Regium pertinere dinoſcatur alium in ejus Locum ſurrogandi, qui, ob eximias Animi Dotes, Populum noſtrum illius Diœceſis latè patentis, juxta *Divi Pauli* Normam, dignè paſcat,

Sciatis quod Nos,

Exiſtimantes Reverendum in Chriſto Patrem *Johannem Roff. Epiſcopum* ad Epiſcopatum Ciceſtr. prædictum modò vacantem, Perſonam idoneam, tam propter ſingularem Sacrarum Literarum Doctrinam, Moreſque probatiſſimos quibus *idem Reverendus Pater* modò *Epiſcopus Roff.* præditus eſt, quam propter hoc, quod, juxta Salvatoris noſtri Elogium, judicamus illum Virum imprimis
dignum * eſſe ut ſuper multa conſtituatur qui ſuper pauca fue- * XV.
rat fidelis, 304.

Ex gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, contulimus dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes conferimus damus & concedimus, præfato Reverendo Patri *Johanni* nunc *Roffen. Epiſcopo*, prædictum Epiſcopatum Ciceſtren. ac ipſum *Johannem* in Epiſcopum Ciceſtren. transferimus per Præſentes, ac ipſum *Johannem Epiſcopum Ciceſtren.* & *Diœceſis Ciceſtren.*

& Petitionem Partium quam ex Officio mero mixto vel promoto, audire expedire cognoſcere & examinare, ac ea & eas cum ſuis Incidentibus Emergentibus Dependentibus Annexis & Connexis quibuſcumque, diſcutere decidere terminare & finire,

Eccleſiam quoque Cathedralem Civitatis & Dioeceſis Ciceſtren. prædictæ, totumque Clerum & Populum earumdem, tam in Capite quam in Membris, quotiens & quando opus fuerit & videbitur expediens, Viſitare, ac de & ſuper quibuſcumque Criminibus Exceſſibus & Delictis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, infra dictam Dioeceſim Ciceſtren & Juriſdictionem Epiſcopatûs Ciceſtren. prædicti, commiſſis & perpetratis, tam ex Officio mero mixto quam promoto, inquirere, & quoſcumque Delinquentes ſive Criminoſos, per Cenſuras Eccleſiaſticas & alia legitima Juris Eccleſiaſtici Remedia debitè corrigere reformare & punire,

Ac quoſcumque Officiales Commiſſarios & alios Miniſtros pro debita Executione Exercitio & Expeditione Præmiſſorum deputare & præficere,

Cæteraque omnia & ſingula in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum, ac circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet requiſita, ac cætera quæcumque Auctoritatem Poteſtatem & Juriſdictionem Ordinarias & Epiſcopales, ac Officia Paſtoralia quoviſmodo reſpicientia tangentia & concernentia (præter & ultra ea quæ ex Sacris Literis divinitùs commiſſa eſſe dinoſcuntur) Vice Nomine & Auctoritate noſtris Regiis, exequi excercere facere & expedire & in Executione demandare;

Et ulterius, de ampliori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Johanni Ciceſtren. Epiſcopo*, omnia & ſingula Exitus Redditus & Proficua quæcumque dictorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Hæreditamentorum Poſſeſſionum & Jurium, tam Spiritualium quam Temporalium, ac omnium aliorum Emolumentorum ſeu Commoditatum eidem Epiſcopatui Ciceſtren. quoquomodò ſpectantia pertinentia ſive incumbentia, à Feſto Michaelis Archangeli ultimò præterito, hucuſque provenientia creſcentia
* XV, ſeu emergentia, habenda *præfato Ciceſtren.* * *Epiſcopo* ex Dono
305. noſtro, abſque Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De conſtituendo Regem Armorum & Principalem Heraldum Hiberniæ.*

Ann. D. REX omnibus ad quos, &c. Salutem.
1552. Sciatis quod, cùm inter reliquos qui ad noſtræ Regiæ Maje-
*Pat.* 6. ſtatis Splendorem Ornatumque ſpectant Officiarios, non infimum
*E.* 6. *p.* 4. ab antiquo inter primæ Claſſis Viros vendicant ſibi locum Heral-
*m.* 2. di, qui à Veteribus vocari HEROES ſoliti ſunt, quorum (ſcilicet) eſt Regum Lateribus pro eorum Magnificentia & Gloria aſſiſtere, Reipublicæ conſulere, Virtutes egregiaque Principum Facinora, & ampliſſimos Triumphos celebrare, fortia Virorum facta extollere, Vitia reprehendere, & Armorum Curam ſuſcipere, denique Domi & Militiæ Bonis omnibus uſui eſſe,

Nos muneri huic tam amplo Officioque ſplendido Virum alioquin induſtrium præficere cupientes,

Perpendenteſque Fidelitatem, Rerum praxim, Prudentiam, Pro-



tibus, aliiſque *Regibus Heraldis*, ac quampluriimis Magnatibus & Fidedignis Regni noſtri Angliæ prædicti, tunc coram Nobis præſentibus, & ſpecialiter per Nos ad hoc vocatis adhibitis & ſolempniter requiſitis, ſuper Sancta Dei Evangelia ſolempne præſtitit Juramentum;

Dedimus inſuper & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Bartholomæo*, à nobis in *Regem Armorum & Principalem Heraldum* totius Regni noſtri Hiberniæ, ut præfertur, erecto, *Quadraginta Marcas* bonæ & legalis Monetæ Angliæ per Annum, aut tot & tantas Denariorum Hiberniæ Summas quæ ſe extendant ad prædictum Valorem *Quadraginta Marcarum* Angliæ, ratione cauſâ & excercitio ejuſdem Officii pro Vadio & Feodo Officii prædicti, percipiendarum eidem *Bartholomæo* ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri Dublinenſis, per manus Theſaurarii & aliorum
Officiariorum * noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad * XV.
Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli æquis Portionibus 306.
annuatim ſolvendarum, unà cum tali Liberatura & Veſtura, quali & in eidem modo & forma prout cæteri *Reges Armorum & Principales Regni noſtri Angliæ Heraldi*, habent ſeu habere debent,

Habendas & percipiendas Liberaturam & Veſturam hujuſmodi eidem *Bartholomæo* annuatim, pro Termino Vitæ ſuæ, ad magnam Garderobam noſtram Angliæ, per Manus Cuſtodis ejuſdem pro tempore exiſtentis;

Eo quod expreſſa mentio, &c. aliquo Statuto, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Pardonatione ſpeciali pro Electo Epiſcopo Ciceſtr.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cùm in Statuto, in Parliamento Domini *Henrici nuper Re-* 1552.
*gis Angliæ Octavi* Patris noſtri præchariſſimi, *tertio Die Novem-* *Ibid.*
*bris*, Anno Regni ſui viceſimo ſexto tento apud Weſtmonaſte- *p.* 1. *m.*
rium ſuper Prorogatione edito, ordinatum & inactitatum ſit Au- 31.
ctoritate ejuſdem Parliamenti, modo & formâ ſequentibus;

Videlicet,

Quod præfatus Dominus *Rex* Hæredes & Succeſſores ſui Reges hujus Regni haberent & tenerent de tempore in tempus imperpetuùm duraturum, de qualibet hujuſmodi Perſona & quibuſlibet hujuſmodi Perſonis, qui aliquo tempore poſt primum diem Januarii tunc proximò ſequentem eſſet nominatus electus præfectus præſentatus collatus, aut alio quocumque modo appunctuatus, ad habendum aliquem Archiepiſcopatum Epiſcopatum Abbatiam Monaſterium Prioratum Collegium Hoſpitale Archidiaconatum Decanatum Præpoſituram Præbendam Rectoriam Vicariam Cantariam liberam Capellam, aut aliam Dignitatem Beneficium Officium aut Promotionem ſpiritualem infra hoc Regnum, aut alibi ubicumque infra quæcumque Domini Regis Dominia, cujuſcumque Nominis Naturæ ſeu Qualitatis fuerint, aut quorumcumque Fundationi Patronatui vel Donationi ſpectaverint, Primos Fructus Reventiones & Proficua pro uno Anno cujuſlibet hujuſmodi Archiepiſcopatûs Epiſcopatûs Abbatiæ Monaſterii Prioratûs Collegii Hoſpitalis Archidiaconatûs Decanatûs Præpoſituræ Præbendæ Rectoriæ Vicariæ Cantariæ, liberæ Capellæ, aut alicujus alterius Dignitatis Beneficii Officii vel Promotionis Spiritualis, prænominatorum, cuicumque vel quibuſcumque aliqua hujuſmodi Perſona vel aliquæ hujuſmodi Perſonæ,





Digitized by Google

perpetuùm ſolvendum dicto Domino *Regi* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis hujus Regni Angliæ, ad Feſtum Nativitatis Domini, Prima Solutio inde incipienda ad Feſtum Nativitatis Domini quod tunc eſſet in Anno Domini 1535.

Prout in Actu prædicto inter alia pleniùs liquet & apparet;

Sciatis quod Nos, pro diverſis rationabilibus Cauſis & Conſiderationibus Nos ad præſens ſpecialiter moventibus, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus conceſſimus remiſimus relaxavimus & quiete clamavimus, ac per Præſentes damus concedimus remittimus relaxamus & quiete clamamus, Reverendo in Chriſto Patri *Johanni nunc Epiſcopo Roffen. Electo Cicestr.* omnia & omnimoda Debita & Arreragia Debitorum quorumcumque, ac omnes & ſingulas Pecuniarum Summas & quamlibet Pecuniæ Summam, nobis, per prædictum *Johannem Roffen. Epiſcopum*, pro Decimis ſeu annuali Decima quacumque, & Subſidio *Epiſcopatûs & Diœceſis ſui Roffen prædictæ*, ac pro Primitiis & Primis Fructibus *dicti Epiſcopatûs Roffen.* ac omnium Poſſeſſionum Terrarum Tenementorum Hæreditamentorum & Reventionum ejuſdem Epiſcopatûs, nobis, ratione vel prætextu dicti Actûs Parliamenti debita, ac Arreragia eorumdem & quamlibet inde Parcellam, in Curia noſtra Primitiarum & Decimarum, & in Curia noſtra Scaccarii noſtri apud Weſtmonaſterium, & earum qualibet ſeu alibi, modò debita vel à retro inſoluta, vel aliter Nobis debita Rationibus ſeu Cauſis ſupradictis ſeu earum aliqua;

Necnon pardonamus remittimus & relaxamus, & imperpetuùm quiete clamamus, *præfato Johanni Roffen. Epiſcopo*, omnia & ſingula Compota & Compotorum Arreragia Foriſfacturas Fines Amerciamenta Pœnas Pœnalitates & Denariorum Summas, Detentiones Actiones Sectas Imperitiones & Demanda quæcumque ratione occaſione vel colore alicujus Debiti vel Arreragii Debitorum quorumcumque, vel alicujus Pecuniæ Summæ, per *prædictum nunc Epiſcopum Roffen.* nobis, in prædictis Curiis noſtris de Scaccario & Primitiarum & Decimarum, ſeu in earum aliqua ſeu alibi, quoquomodò, Rationibus ſeu Cauſis ſupradictis, debitorum reddendorum ſolvendorum vel faciendorum, & ipſum nunc *Epiſcopum Roffen.* de eiſdem, & qualibet inde Parcella, volumus penitùs exonerari & acquietari per Præſentes;

Ac etiam, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, pardonamus remittimus & relaxamus, & per Præſentes imperpetuùm quiete clamamus *præfato Johanni nunc Epiſcopo Roffen. Electo Cicestr.* omnia & ſingula Debita & Arreragia Debitorum quorumcumque, ac omnes & ſingulas Pecuniarum Summas & quamcumque Pecuniæ Summam, Nobis, per prædictum *Johannem nunc Epiſcopum Roffen. Electum Cicestr.* pro Decimis ſive annuali Decima quacumque, & Subſidio dicti Epiſcopatûs Cicestr. ac Poſſeſſionum & Reventionum inde ſeu alicujus inde Parcellæ, vel pro Arreragiis inde, in prædictis Curiis noſtris de Scaccario ac Primitiarum & Decimarum ſeu earum aliqua aut alibi, vigore Actûs prædicti quoquo modò debitis reddendis vel ſolvendis;

Necnon damus remittimus & relaxamus *eidem Epiſcopo Roffen.* nunc *Electo Cicestr.* omnia & ſingula Compota & Compotorum Arreragia, Foriſfacturas Fines Amerciamenta Pœnas Pœnalitates & Denariorum Summas, Detentiones Actiones Sectas Imperitiones & Demanda quæcumque, ratione occaſione vel colore alicujus Debiti vel Arreragii Debitorum quorumcumque vel alicujus Pecuniæ Summæ per *prædictum Epiſcopum nunc Electum Cicestr.* vel Prædeceſſorem ſuum, pro Decimis prædicti Epiſcopatûs Cicestr. in prædictis Curiis noſtris Scaccarii & Primitiarum ac Decimarum ſeu in earum aliqua, ſeu alibi quoquomodo, rationibus prædictis, ad Feſtum Natalis Domini Anno Regni noſtri quinto debita aut reddenda vel ſolvenda, & *ipſum nunc Epiſcopum Electum Cicestr.* de eiſdem Decimis Cicestr. & qualibet inde Parcella, & de Arreragiis ejuſdem, volumus eſſe penitùs exoneratum & acquietatum per Præſentes;

Proviſo ſemper quod hæc præſens Conceſſio noſtra, nec aliquid in eadem contentum & ſpecificatum, aliqualiter ſe extendat ad exonerandum dictum nunc *Epiſcopum* Succeſſores aut Executores ſuos, de aliquibus aliis Decimis aut Subſidiis infra dictos Epiſcopatûs Reſtrictione, in contrarium inde ante hac habitis factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Inquiſitione vel Certificatione de Valore vel Certitudine Poſſeſſionum & Reventionum dicti Epiſcopatûs Roffen. aut prædicti Epiſcopatûs Cicestr. antehac ſeu impoſterùm quoquo modo fiendis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus.

Volumus etiam & per Præſentes concedimus præfato *Johanni Roffen. Epiſcopo Cicestr. Electo* quod habeat & habebit has Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas abſque Fine ſeu Feodo magno vel parvo Nobis in Hanaperio noſtro, ſeu alibi ad Uſum noſtrum proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quarto Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Pardonatione ſpeciali pro Epiſcopo Wigorn.*

E*warde the Sixte, &c.* To our Truſtie and Welbeloved Counſellours Sir *John Baker* Knyght Chauncellour of our Courte of Fyrſte Fruictes and Tenthes, and to Sir *William Petre* Knyght Treaſourer of the ſame Courte, and all other our Offycers and Mynyſters unto whom it apperteyneth, Gretyng. Ann. D. 1552. Pat. 6. E. 6. p. 1. m. 30.

Wheras before this time We have, of our eſpecial Grace, conſerred and Gyven unto our Truſtie and Welbeloved, the Reverend Father in God *John Hoper* late *Byſſhop of Glouceſter* the late Buſſhoprike of Glouceſter, and ſince that tyme, upon dyverſe good Conſideracions Us movyng, We have by th'Advyſe of our Counſell, diſſolved and annihilated the ſaid Buſſhoprike of Glouceſter, and annexed unyted knytte made and eſtablysſhed for ever the ſame and every Part therof, to be really Parcel of the Buſſhoprike and Dioces of *Worceſter*,

Which *Buſſhoprike of Worceſter*, for the good Prouf and perfect Tryall of the Godly Behaviour and Excellent Vertues and Learnyng of the ſaid Reverend Father late *Buſſhop of Glouceſter*, We have given and conferred to the ſame Reverend Father by our Letters Patentes, beryng Date the *Twentieth Daye of Maye* this preſent Sixt Yere of our Reign, and by the ſame our Letters Patentes have made created and eſtablysſhed the ſaid Reverend Father *Byſſhop of the ſame Buſſhoprike of Worceſter*,

By reaſon whereof the ſaid Reverend Father is charged, and of right ought to be charged and chargeable unto Us our Heyrs and Succeſſors, with ſuche Summes of Money as be or in any wiſe may be due and paiable to Us our Heyrs and Succeſſours for the Fyrſt Fruicts Revenues and Proffytts, aſwel of the ſaid Buſſhoprike of Glouceſter as of the ſaid Buſſhoprike of Worceſter and for every of them, for one hole Yere, by force of the Statute concernyng Firſt Fruicts of Spiritual Promocions, made in the twenty ſixth Yere of the * Reigne of our moſt dere Father * XV. 309.
*Kyng Henry th' Eight*,

Having in our conſideracion and benynge remembraunce that the ſaid Reverend Father *John Hoper late Buſſhop of Glouceſter* and nowe *Buſſhop of Worceſter* hath, with correſpondent of Gratytude, Surrendred into our Hands all the ſaid *Buſſhoprike of Glouceſter*, and alſo departed with and geven to Us now preſently certeyne Lands Tenements and Hereditaments, being Parcell of the ſaid *Buſſhopricke of Worceſter*, and certeynly knowing that the Temporalities and Revenewes of the ſaid Buſſhoprike of Worceſter being ſo Dimynysſhed, that the ſaid *Buſſhop of Worceſter* ſhall not be ſo well hable to kepe and to mayntayn ſuch Hoſpitalitie, and ſuſteyn ſuch Charges as to the Callyng and Place of a Buſſhop we thynk convenyent, yf he ſhould be charged with the Fyrſt Fruycts Revenues and Profets of the ſaid

Buſ-

Digitized by Google

not only to accept the ſaid *Reverend Father* his Executors and Adminiſtrators, and the ſaid late *Buſſhoprick of Glouceſter* and the ſaid *Buſſhoprick of Worceſter*, and all the Lands Tenements and other Hereditaments to them or to either of them now or lately belongyng, ſufficiently Exonerated and Diſcharged of the Fyrſt Fruyctes, and one hole Yeres Profytt of the ſame late *Buſſhoprike of Glouceſter* and *Buſſhoprike of Worceſter*, and all the Lands Tenements and other Heredytaments to them or to either of them belongyng, by vertue of thies our Letters Patents, but alſo that you our ſaid Chauncellor and Treaſourer, and all other our Offycers and Mynyſters to whome it appertayneth, without delay and ymmediatly uppon the ſight hereof, execute and do and cauſe to be executed and don by the force and vertue of the ſame our Letters Patents, all and every Act and Acts, Thing and Things, aſwell by Cancellacion and Delyvery of the ſaid Obligacions and Bonds wherein the ſaid late *Buſſhop of Glouceſter* ſtandeth Bound to Us as is aforeſaid, as by all ſuche other Wayes and Meanes as may be moſt expedyent to the full and clere Exoneracion Diſcharge and Acquittall, aſwell of the ſaid *Reverend Father* and his Executors, as of the ſaid late *Buſſhoprike of Glouceſter* and *Buſſhoprike of Worceſter*, and of all the Landes Tenements and other their Hereditaments, nowe or late beinge parte or parcell of the ſame late *Buſſhoprike of Glouceſter* and of the ſaid *Buſſhoprike of Worceſter*, agaynſt Us our Heyres and Succeſſours, * XV. 310. of all ſuch Sommes of Money as be or * ought to be due unto Us by the ſaid Acte of Fyrſt Fruyčts, or by the ſaid ſeveral Collacions of the ſaid *Reverend Father* to the ſaid late *Buſſhoprike of Glouceſter* or to the ſaid *Buſſhoprike of Worceſter* or by either of them, or by the ſaid Obligations and Bondes or otherwiſe concernyng the Fyrſte Fruicts;

And further, of our more habundante Grace, we lycence and gyve full and lawfull Powre and Authoritie, by thies Preſents, to the ſaid *Reverend Father* to enter into th'actual and reall Poſſeſſion of the ſaid Buſſhoprike, and to receive th'Yſſues and Proffytts commyng riſyng or growyng of the ſame, from the Feaſte of Saynt Michaell th'Archangell laſt paſte to this preſent Daye withoute any Accompte, or any other thing therefore to be yelded geven or paide, and without any Somme of Money payng for the ſaid Fyrſt Fruyctes or other Profetts, or without any Compoſycion or Agremente to be made for the ſame by the vertue of the ſaid Acte or otherwiſe, wyllyng and commaundyng you and every of you, not only to permytte and ſuffer the ſame, but alſo to do all Thing and Things which apperteyn to the furtheraunce and advauncement of this our Pleaſuer, ſo as the ſaid *Reverend Father* and his Executors, neither by you our ſaid Chauncellour and Treaſourer, nor by any other our Offycers or Mynyſters of our ſaid Courte of Fyrſt Frutes and Tenthes, nor by any other Perſon or Perſons be in any wiſe hereafter moleſted vexed troubled or unquyeted for the ſaid Firſte Fruicts, or fyrſte hole Yeres Profyt of the ſaid late *Buſſhoprike of Glouceſter* or of the ſaid *Buſſhoprike of Worceſter*, or of any other the Premyſſes before expreſſed or of any parte or parcell of the ſame, nor for the ſaid Obligacions or Bondes wherein the ſaid *Reverend Father* late *Buſſhop of Glouceſter* ſtanddeth and is bounde to Us as is aforeſaid; the ſaid Statute made in the ſaid twenty ſixth Yere, or any other Statute Matter or Cauſe, or the ſaid Obligacions or any other Bondes to the contrary hereof in any wiſe notwithſtandyng; and thies our Letters ſhal be unto you at all tymes a ſuffycyent Warraunte and Diſcharge in this behalfe.

In witnes wherof, *&c.*

jus Regni, in majorem Augmentationem & Manutenentionem Regalis Statûs Coronæ ſuæ Imperialis, & Dignitatis Supremitatis Eccleſiæ Anglicanæ, annuatim * reciperent & gauderent ac caperent, unitam & annexam Coronæ ſuæ Imperiali imperpetuùm * XV. 311. quandam annualem Penſionem ſive Redditum, extendentem ad Valorem Decimæ Partis omnium Reventionum Reddituum Firmarum Decimarum Oblationum Emolumentorum, & omnium aliorum Proficuorum tam Spiritualium quam Temporalium, tunc pertinentium vel ſpectantium, aut quæ impoſterùm ſpectarent alicui Archiepiſcopatui Epiſcopatui Abbatiæ Monaſterio Prioratui Archidiaconatui Decanatui Hoſpitali Collegio, Domui Collegiatæ, Præbendæ, Cathedrali Eccleſiæ, Collegiatæ Eccleſiæ, Conventuali Eccleſiæ, Rectoriæ Vicariæ Cantariæ, liberæ Capellæ, aut alteri Beneficio vel Promotioni Spirituali, cujuſcumque Nominis Naturæ aut Qualitatis fuerint, infra aliquas Diœceſes hujus Regni vel in Wallia, dictam Penſionem vel annualem Redditum annuatim imperpetuùm ſolvendum dicto Domino *Regi* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis hujus Regni Angliæ, ad Feſtum Nativitatis Domini, Prima Solutione inde incipiente ad Feſtum Nativitatis Domini quod eſſet in Anno Domini 1535,

Prout in Actu prædicto inter alia pleniùs liquet & apparet;

Sciatis quòd Nos, pro diverſis rationabilibus Cauſis & Conſiderationibus Nos ad præſens ſpecialiter moventibus, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus conceſſimus remiſimus relaxavimus & quiete clamavimus, ac per Præſentes damus concedimus remittimus relaxamus pardonamus & quiete clamamus imperpetuùm, dilecto nobis in Chriſto, *Johanni Taylour Decano Lincolniæ nunc Electo Epiſcopo Lincoln.* omnes & ſingulas Pecuniarum Summas & quamcumque Pecuniæ Summam, nobis quocumque modo debitas, tam ratione & vigore Actûs prædicti, pro aliquibus Decimis ſive annuali Decima exeuntes provenientes & debitas, de pro & in Epiſcopatu Lincolniæ ac Poſſeſſion. & Revention. inde ſeu aliqua inde Parcella, aut ratione Epiſcopatûs ſeu Poſſeſſionum & Reventionum inde, vel pro Arreragiis dictarum Decimarum, ad Feſtum Nativitatis Domini Anno Regni noſtri quinto, quas vel quæ verſus præfatum *Johannem Tailour Electum Epiſcopum Lincoln prædictum*, ratione & vigore Actûs prædicti, pro annualibus Penſionibus Decimis ſeu Decima Parte Epiſcopatûs & Dignitatis prædictæ, ad Feſtum Nativitatis Domini prædictum, nobis ſunt & exiſtunt debitæ & inſolutæ, ita quòd non excedant Summam *Centum Marcarum*, quam omnia & ſingula Debita & Arreragia Debitorum quæcumque, ac omnes & ſingulas Pecuniarum Summas & quamcumque Pecuniæ Summam nobis, primo Die Octobris Anno Regni noſtri quinto ſupradicto, debitas & inſolutas, pro Subſidio dicti Epiſcopatûs Lincoln. ac Poſſeſſion. & Revention. inde, & nobis per Clerum Regni noſtri prædicti Auctoritate Parliamenti noſtri conceſſo, tenti apud Weſtm. ſuper Prorogatione *quarto Die Novembris* Anno Regni noſtri ſecundo, vel pro Arreragiis dicti Subſidii in Curiis noſtris Scaccarii & Primitiarum & Decimarum, ſeu in earum aliqua ſeu alibi quoquo modo, ratione & vigore ſeparalium Actuum prædictorum, vel alterius cujuſcumque Actûs Rei vel Cauſæ nobis debitis reddendis vel ſolvendis, ita quod non excedant Summam *Sexaginta Librarum*, & ipſum nunc *Electum in Lincoln. Epiſcopum* de eiſdem & eorum qualibet Parcella, volumus penitùs exonerari & acquietari per Præſentes;

Necnon damus remittimus pardonamus & relaxamus *eidem Johanni Taylour Electo Epiſcopo prædicto* omnia & ſingula Compota



Digitized by Google

noſtras Patentes de Primitiis in forma prædicta, præfato nunc *Electo Lincoln.* admittant & allocent, & quilibet eorum admittat & allocet, & hæ Literæ noſtræ Patentes, aut Irrotulamentum vel Exemplificatio earumdem, erunt, tam dicto Cancellario & Conſilio ac Theſaurario dictæ Curiæ noſtræ Primitiarum & Decimarum, ac omnibus & ſingulis Receptoribus Collectoribus & aliis Officiariis & Miniſtris noſtris Hæredum & Suceeſſorum noſtrorum ejuſdem Curiæ, quam omnibus & ſingulis aliis Officiariis & Miniſtris noſtris aliquarum aliarum Curiarum noſtrarum Hæredum & Succeſſorum quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, ſufficiens Warrantum & Exoneratio in hac parte; dictis ſeparalibus Actubus Parliamenti aut eorum aliquo, aut aliquo alio Actu Statuto Lege Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione, in contrarium inde antehac habitis factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Inquiſitione vel Certificatione de Valore vel Certitudine Poſſeſſionum & Reventionum dicti Epiſcopatûs Lincoln. antehac ſeu impoſterùm quoquo modo fiendis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus:

Volumus etiam & concedimus præfato nunc *Electo Lincoln.* quod habeat & habebit has Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine ſeu Feodo magno vel parvo Nobis in Hanaperio noſtro, ſeu alibi ad Uſum noſtrum proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium* decimo ſexto Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Collatione Epiſcopatus Lincoln.*

Ann. D. REX omnibus ad quos, &c. Salutem.
1552. Cùm per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato
*Pat. 6.* apud Weſtmonaſterium, *quarto Die Novembris* Anno Regni no-
*E 6. p. 1.* ſtri primo, & ibidem tento, inter alia Statuta pro Republica
*m. 29.* noſtra edita ordinatum inſtitatum & ſtabilitum fuerit,

Quod nullum Breve de Licentia eligendi (vulgariter vocatum Conge d'Eslyer) deinceps conceſſum foret, nec Electio alicujus Archiepiſcopi ſeu Epiſcopi per *Decanum & Capitulum* fieret, ſed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cùm aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, alicui Perſonæ quam Nos idoneam exiſtimaremus eundem conferre poſſemus & valeamus, & eadem Collatio, ſic, per Literas noſtras Patentes, hujuſmodi Perſonæ facta & deliberata, cui nos eundem conferremus Archiepiſcopatum ſeu Epiſcopatum, ſeu ejus ſufficienti Procuratori vel Attornato, ſtaret & foret ad omnia Intentiones Conſtructiones & Propoſita, tanti & ejuſdem effectûs quanti & qualis foret ſi Breve de Licentiâ eligendi conceſſum eſſet, Electio ritè facta, & eadem confirmata fuiſſet, & poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus ſic foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari proſequi & habere Liberationem ſuam, ſeu Breve *de amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout ſi eædem Ceremoniæ & Electiones fuiſſent factæ & actæ,

Prout in eodem Statuto pleniùs liquet,

Ac cùm *Epiſcopatus Lincolniæ* jam vacat, per Mortem *Henrici nuper illius Loci Epiſcopi*, & adhuc Vacuus, ſuoque idoneo Paſtore deſtitutus exiſtit, prout certam inde habemus notitiam, & ob id ad Munus noſtrum Regium pertinere dinoſcatur alium in ejus locum ſurrogandum, qui, tum Sacrarum Literarum ac Sacroſancti Evangelii Apoſtolicâ & incorruptâ Interpretatione, tum

& valeat quoſcumque [illegible] ubicumque oriundos, & alios in ea parte legitimè dimiſſos & licentiatos, ad omnes etiam Sacros & Presbiteratos Ordines, legitimè ordinare & promovere,

Præſentatoſque ad Beneficia Eccleſiaſtica quæcumque, infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs Lincoln. exiſtentia & conſtituta, admittere, ac in & de eiſdem inſtituere & inveſtire, & ſi ita res exigat eos deſtituere & ab eiſdem amovere,

Necnon quæcumque Beneficia Dignitates & Promotiones Eccleſiaſticas, ad Collationem & Diſpoſitionem *dicti Epiſcopi Lincoln.* ſpectantia & pertinentia, conferre & donare,

Teſtamentaque & ultimas Voluntates quorumcumque Defunctorum infra dictam Diœceſim & Juriſdictionem Epiſcopatûs Lincoln. atque Adminiſtrationes Bonorum quorumcumque ejuſdem Diœceſis & Juriſdictionis ab Inteſtatis ſeu per viam Inteſtati Decedentium approbare inſinuare & committere, ac Bona eorumdem Decedentium, in Caſibus à Jure permiſſis, ſequeſtrare, Calculumque Compotum & Ratiocinium exigere & capere, & alia quæcumque in ea parte neceſſaria facere,

Atque Cauſas Lites & Negotia quæcumque, ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantia & pertinentia ad *dictum Epiſcopum*, per viam Querelæ ſeu Appellationis ſeu alias devolvenda, tam ad Inſtantiam & Petitionem Partium quàm ex Officio mero mixto vel promoto, audire expedire cognoſcere & examinare, ac ea & eas cum ſuis Incidentibus Emergentibus Dependentibus Annexis & Connexis quibuſcumque, diſcutere decidere terminare & finire,

Eccleſiam quoque Cathedralem Civitatis & Diœceſis Lincoln. totumque Clerum & Populum earumdem, tam in Capite quàm in Membris, quotiens & quando opus fuerit & videbitur expediens, Viſitare, ac de & ſuper quibuſcumque Criminibus Exceſſibus & Delictis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, infra dictam Diœceſim Lincoln. & Juriſdictionem Epiſcopatûs Lincoln prædictam, commiſſis & perpetratis, tam ex Officio mero mixto quàm promoto, inquirere, & quoſcumque Delinquentes ſive Criminoſos, per Cenſuras Eccleſiaſticas & alia legitima Juris Eccleſiaſtici Remedia debitè corrigere reformare & punire,

Ac quoſcumque Officiales Commiſſarios & alios Miniſtros pro debita Executione Exercitio & Expeditione Præmiſſorum deputare & præficere,

Cæteraque omnia & ſingula in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum, aut circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet oportuna, ac cætera quæcumque Auctoritatem Poteſtatem & Juriſdictionem Ordinarias & Epiſcopales, ac Officia Paſtoralia quoviſmodo reſpicientia tangentia & concernentia (præter & ultra * ea quæ ex Sa- • XV.
cris Literis divinitùs commiſſa eſſe dinoſcuntur) Vice Nomine & 314.
Auctoritate noſtris Regiis, exequi excercere facere & expedire & in Executioni demandare;

Et ulteriùs, de ampliori Gratia noſtra certa Scientia & mero Motu noſtris prædictis, dedimus conceſſimus & reſtituimus, ac per Præſentes damus concedimus & reſtituimus *præfato Johanni Epiſcopo Lincoln.* omnia & ſingula Dominia Maneria Meſuagia Terras Tenementa ac Hæreditamenta quæcumque, cum Pertinentiis dicto Epiſcopatui Lincoln. ſpectantia ſeu quovis modo pertinentia, aut Parcellam Poſſeſſionum Jurium Reventionum ſive Hæreditamentorum ejuſdem, exiſtentia in dicto Comitatu Lincoln. ſeu alibi infra Regnum Angliæ, ac omnia & ſingula Exitus Redditus Reventiones & cætera Proficua quæcumque dictorum Maneriorum Dominiorum Meſuagiorum Terrarum Tenementorum ac cæterorum Præmiſſorum quorumcumque & cujuſlibet inde Parcellæ, à Feſto Michaelis Archangeli ultimò præterito huc uſque provenientia creſcentia ſeu remergentia, habenda eidem *Johanni Taylor Epiſcopo* ex Dono noſtro, abſque Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris

que-

[illegible] in Epiſcopum [illegible] conſecrare, ipſumque, prout moris eſt, Epiſcopalibus Inſigniis Inveſtire, cæteraque peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum Favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo primo Die Junii.

---

### *De Purſivando in Hibernia creato.*

Ann. D. 1552. *Ibid p. 4. m. 7.* REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, in conſideratione boni & fidelis Servitii quod dilectus Subditus noſter *Philippus Butler* ante hæc tempora impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Ereximus fecimus conſtituimus ordinavimus & creavimus, ac per Præſentes erigimus facimus conſtituimus ordinamus & creamus eundem *Philippum* in Officium unius *Purſivandorum noſtrorum Regni noſtri Hiberniæ*, ac ei Officium illud, necnon nomen vulgare ATHLOON * ac Stilum Titulum Libertates & Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia, ab antiquo conſueta, damus & concedimus per Præſentes,

* XV. 315.

Habendum & exercendum Officium illud, ac Nomen Stilum Libertates & Præeminentias prædicta, præfato *Philippo* aliàs *Athloon* durante Vitâ ſuâ;

Et ulteriùs conceſſimus, ac per Præſentes concedimus eidem *Philippo* aliàs *Athloon* ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ, pro Vadio & Feodo Officii prædicti, Summam *Decem Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ per Annum, aut tot & tantas Denariorum Hibernicorum Summas quæ ſe extendant ad prædictum Valorem, percipiendarum ſibi de Theſauro noſtro pro Termino Vitæ ſuæ prædictæ, ad Receptam Scaccarii noſtri Dublin. per Manus Theſaurarii & Camerariorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad *Feſta Sancti Michaelis Archangeli* & Paſchæ per æquales Portiones durante Vitâ ipſius *Philippi* aliàs *Athloon*;

Eo quod expreſſa mentio de vero Valore annuo aut de Certitudine Præmiſſorum, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per Nos eidem *Philippo* ante hæc tempora factis, in Præſentibus minime facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione in contrarium factis editis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque non obſtantibus.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Commiſſio ad Tractandum ſuper Terra vocata Contentioſa.*

Ann. D. 1552. *Ex Autogr.* MAria, Dei Gratiâ, *Regina Scotorum*, univerſis & ſingulis, ad quos Præſentes Literæ pervenerint,

NOTUM FACIMUS quod,

Quùm ſint iterum, in Occiduos Scotiæ atque Angliæ Fines, venturi utriuſque Regni Commiſſarii ad Terram, quæ *Contentioſa* dicitur, æquâ Ratione & Partitione dividendam,

Nos, cum Aſſenſu & Auctoritate Clariſſimi Chariſſimique Tutoris noſtri *Jacobi Ducis Caſtelli Heraldi Aran æ Comitis Domini Hamiltonn* noſtri Regni Protectoris & Gubernatoris, &c. de Fide Pro-

Ann. D. 1552. *Ex Autogr.* UNIVERSIS ET SINGULIS ad quos præſentes Literæ indentatæ pervenerint Salutem & Fidem certam eiſdem adhiberi.

Quoniam, poſt Hominum memoriam nulla Res Bello, præſertim inter Populos finitimos exercito, vel indignior vel etiam acerbior extitiſſe videatur, quod, ſi quæ forte quantumvis juſtas ob Cauſas intercidat, eo ſine melius ceſſiſſe intelligendum ſit, quanto citius honeſtæ Pacis Conditionibus propoſitis reprimatur, ne animi Civium aſſiduis hincinde Incurſuum ac Rapinarum Violentiis efferati, Pacis Artibus minus idonei reddantur; meritò ſanè quàm immortales Deo Optimo Maximo Gratias ardentiſſimis Animis Scotorum & Anglorum Nationes Nobiliſſimæ agere teneantur quod, poſt longum illud ſuperiorum Annorum Bellum, Pax ſancta & optata Fœdere demùm inter utriuſque ipſorum Principes icto ſubſequuta ſit, cum illud etiam ſingulari Laude efferre ac prædicare quod per quos primùm divino nutu Pax illa conſtitit, iidem illius nutriendæ augendæ ac conſtabiliendæ ſinceriſſimos Autores ac verè Principes ſeſe præbeant, dum non Bella ſolùm ſed Bellorum etiam Occaſiones ac Semina (quantum humanâ id ope) quæ ac perfici tam ſolicitè modis omnibus extingui, atque è medio tolli annitentur, ut inter alia præſentiſſimum Belli reintegrandi Fomen illud ac Pabulum nunc tandem removendum cenſuerint, quod de Agri cujuſdam dubii ac incertæ conditionis ad quem ipſorum pertineret Proprietate nimis diu interceſſerat: Enimverò quùm eis Ager utriuſque Regni Fines Occidentales prope Maris Fretum vel Eſtuarium (quod vulgò Sulway dicitur) interjacens, mirandos magnoſque, ſi quis illius Ambitum non adeò magnum reſpiciat, Motus inter utramque Gentem levibus ab Initiis ſæpiùs excitarit, Hominum potiſſimùm perditorum ac flagitioſorum Sentinâ poſt ipſorum ex alterutro Regno Proſcriptionem aut Fugam, eo tamquam ad Aſilum confluente, qui ubi nullis ſe Legibus, neque ullo Pœnæ Timore, neutro ibi Principum Imperium exercente, cohiberi cernerent, eo Audaciæ prorumpebant ut & Rapto vivere, Subitoſque utriuſque Principis ſpoliare, vel ad ſpoliandi Conſortium allicere, ac denique ea omnia pergebant facere, quæ ad Pacem turbandam ſpectabant; Opportunum atque etiam utriuſque Principis ac Populi Amicitiæ conſtabiliendæ viſum eſt neceſſarium, ſic de Agro illo dividendo, quoniam aliter poſt longum Annorum curriculum obſcurior Juris, quod quiſque in eò prætendebat, explicatio non ſinebat, Miſſis eò Inſpectoribus ſtatuere, ut Honore ambarum Partium ſalvo, Utilitatem etiam multò quam antehac uberiorem Subditi ibidem ex non rectè Subditis effecti caperent, ac tales denique Pacis diſſolvendæ Segetes, quales ex illius Agri abuſu ſuccreſcebant de cætero amputarentur.

Hinc eſt quod Nos *Jacobus Douglas* de Drumlangrig Miles, & *Richardus Maitland* de Lethingtonn, Illuſtriſſimæ & Excellentiſſimæ Principis *Mariæ*, Dei Gratia, *Scotorum Reginæ* Commiſſarii & Deputati ſpeciales, ſufficientem Poteſtatem ad Infraſcripta habentes, cum Nobilibus & Egregiis Viris *Thomâ Whartonn* Equite Aurato Domino de Whartonn, & *Thomâ Chaloner* itidem Equite, Sereniſſimi Potentiſſimi & Excellentiſſimi Principis Domini *Edwardi Sexti Angliæ Regis*, *&c.* Oratoribus Ambaſſiatoribus Commiſſariis & Deputatis ſpecialibus ſufficienti Poteſtate fulcitis, convenimus concordavimus & concluſimus, Auctoritateque Commiſſionum noſtrarum, quarum Tenores inferiùs inſeruntur, convenimus concordamus & concluſimus articulatim prout ſequitur;

AC PRIMUM, quùm dictus Ager nunc Variabilis, nunc Litigioſus, nunc *Terra Contentioſa* vocari ſolitus, communi verò utriuſque Gentis Vocabulo nuncupatus *The Debatable Land*, quaſi quis dicat Terram de cujus Jure tam Angli quam Scoti decertare ac contendere ſint ſoliti, formâ oblongâ atque inæquali protenditur ab Occidente in Orientem Initium, ſcilicet capiendo ab Oſtiis Duorum Fluviorum

Digitized by Google

dum, quas à loco movere aut deſtruere neutri Principum præfatorum, aut Subditorum ſuorum liceat, Foſsâ vel Sulco tranſverſo qualem diximus ambas Partes interſecante, deinde ſubtus ipſas Piramides Alveis præfatorum Fluviorum (*Esk* videlicet & *Sark*) utrinque deorſum verſum lectis & ſequutis quoad in Æſtuarium vel Fretum præfatum devolvantur, quicquid Agri Soli Fortalitiorum Molendinorum Ædificiorum Silvarum Pratorum Arvorum Paſcuorum Fluviorum Rivulorum, Aquarum ſtagnantium, Morarum ſeu Camporum Paluſtrium, Piſcariarum Advocationum Donationum Juriumque Patronatûs Eccleſiarum & Sacellorum, aut denique aliarum rerum quarumcumque, intra jam deſcriptos hoſce Limites vel Fines Partis Occidentalis comprehenduntur aut comprehendentur, pure merè ſeparatim & immediatè ad dictum Sereniſſimum *Angliæ Regem*, ſuoſque Hæredes ac Succeſſores, directo Jure Titulo & Dominii proprietate, pertinebunt ac poſthac perpetuis futuris temporibus, tanquam Portio Regni Angliæ, pertinere cenſebuntur; ita hanc dictam Agri præfati ſeu *Terræ Contentioſæ* Partem Occidentalem, unà cum ejuſdem Pertinentiis præmiſſis poſſidere, eiſdemque pro libito uti frui dictus Sereniſſimus *Rex* & Succeſſores ſui poſſit & valeat, poſſint & valeant, adeò plenè & integrè, & hoc abſque dictæ Illuſtriſſimæ *Reginæ* Hæredum Succeſſorum vel denique Subditorum ſuorum Juris Prætenſione, aut alio Impedimento quocunque in contrarium movendis, quàm ſi Regni Angliæ Territorium id antiquum atque indubium ab Initio in hunc uſque Diem indeſinenter extitiſſet.

Similiter, conventum concluſum & concordatum eſt inter nos Commiſſarios & Deputatos præfatos, quod reliqua Agri ſive *Terræ Contentioſæ* Pars (ſcilicet Orientalis Tractatus extra Metas præfatas conſtitutus) incipiendo à dictis Piramidibus ubi Foſſa aut Sulcus ille tranſverſus exiſtit, ac ſemper Orientem verſus procedendo, purè merè ſeparatim & immediatè ad dictam Excellentiſſimam *Scotiæ Reginam*, ipſiuſque Hæredes & Succeſſores directo Jure Titulo & Dominii Proprietate pertinebit, ac dehinc perpetuis futuris temporibus, tanquam Portio Regni Scotiæ, pertinere cenſebitur; Ita ut Agri præfati Orientem hanc Partem, unà cum omnibus & ſingulis Fortalitiis Ædificiis Molendinis Silvis Agris Pratis Arvis Paſcuis Fluviis Rivulis, Aquis ſtagnantibus, Moris ſive Campis Paluſtribus, Piſcariis Advocationibus Donationibus, Juribuſque Patronatûs Eccleſiarum & Sacellorum, necnon aliis denique Rebus quibuſcunque, extra jam deſcriptos Limites vel Fines Partis Occidentalis, conſtitutis & comprehenſis, dicta *Illuſtriſſima Regina* Hæredes & Succeſſores ſui poſſidere, iiſdemque pro libito uti frui poſſit ac valeat, poſſint & valeant; adeò plenè & integrè abſque dicti *Sereniſſimi Regis* Hæredum Succeſſorum vel Subditorum ſuorum Juris prætenſione aut alio Impedimento quocunque in contrarium movendis, quàm ſi Regni Scotiæ Territorium id antiquum atque indubium ab Initio in hunc uſque diem indeſinenter extitiſſet.

Item, quin jacto felici hoc Fundamento non operæ pretium
* XV. 318. nobis viſum * fuerit circa ſingula quæ hic deſignantur, præſertim quod ad Metas ponendas attinet, moram terere, conventum & concluſum eſt inter nos Commiſſarios præfatos, quod Gardiani ſeu Locumtenentes Weſtmarchiarum Angliæ & Scotiæ, communibus operâ & expenſis quamprimùm id fieri poſſit, Foſſam vel Sulcum illum tranſverſum effodi curabunt, aut ubi Loci aſperitate Terra fodi non poſſit, Lapides ſaltem ingentes pro Terminis conſtitui, ac præcipuè Piramides ipſas in Locis à Nobis ſuperiùs deſcriptis fundari atque erigi, quibus ambabus hoc inſuper adjiciendum ſancivimus, uti Arma ſeu Principum prædictorum Inſignia inſculpantur; ita ſcilicet ut quod Latus utriuſque Piramidis quod Occidentem ſpectat, dicti Sereniſſimi *Angliæ Regis* inſigniatur Armis; quodque Orientem reſpicit, præfatæ Illuſtriſſimæ *Scotiæ Reginæ* Armis condecoretur, atque in hunc modum Honori Principum benè de Patriâ meritorum, tum etiam Commodo rudioris Populi, quo melius ex iſtis Signis Diviſionis hujus Diſcrimine percipiant conſultum eſto.

Sciatis quod Nos,

Litium & Controverſiarum prædictarum, & aliarum quarumcumque Occaſiones tollere cupientes, volenteſque quod Pax, quæ inter Nos ac dictam chariſſimam Sororem noſtram nuper feliciter concluſa eſt, felicius aucta modis omnibus roboretur, & in multa Secula maneat & duret ſancta & inviolata,

De fidelitate induſtria circumſpectione prædilecti Conſanguinei & Conſiliarii noſtri *Henrici Comitis Weſtmerland*, dilecti & fidelis Conſiliarii noſtri *Thomæ Wharton* Equitis Aurati Domini Wharton, ac dilectorum Conſiliariorum noſtrorum, *Thomæ Chaloner* & *Thomæ Palmer* Equitum, plurimùm confidentes, eoſdem noſtros veros legitimos & indubitatos Oratores Ambaſſiatores Commiſſarios & Deputatos facimus conſtituimus per Præſentes:

Dantes eiſdem quatuor tribus aut duobus plenam Poteſtatem ac Mandatum ſpeciale, pro nobis & nomine noſtro, cum Oratoribus Ambaſſiatoribus ſive Commiſſariis dictæ chariſſimæ *Sororis noſtræ*, ſufficientem ad id Authoritatem habentibus, conveniendi, ac cum eiſdem, tam de & ſuper plena & certa Diviſione Terræ illius (vulgò appellatæ *the Debatable Land*) Finibuſque & Limitibus utriuſque Regni in Terris conſtituendis ponendis & ſanciendis quàm de & ſuper aliis, ſi quæ ſunt, Occidentalium utriuſque Regni Marchiarum Finibus & Terminis conſtituendis, aliiſque quibuſcunque Litium ſive Controverſiarum Cauſis diffiniendis & componendis, tractandi concordandi & concludendi, Metaſque ſive Limites in Terris vocatis *the Debatable Land* prædictis, aliiſque Locis Occidentalibus Marchiarum prædictarum, cum quibuſcunque ponendi limitandi & præfigendi;

Damus inſuper Commiſſariis eiſdem Oratoribus ſive Deputatis noſtris * authoritatem dandi & concedendi ſalvum Conductum * XV. 319.
ſive plenam Securitatem quibuſcunque dictæ *Chariſſimæ Sororis noſtræ* Commiſſariis, quod ipſi, eorumque Miniſtri & Famuli, cum ſuis Bonis & Rebus quibuſcunque infra Regnum noſtrum venire, ibidemque pro tempore Conventionis hujuſmodi commorari, libereque illinc recedere poſſint quoties eis videbitur expedire;

Et generaliter omnia & ſingula faciendi, quæ circa Præmiſſa quovis modo neceſſaria ſive requiſita fuerint, licet Mandatum de ſe exigant magis ſpeciale quam Præſentibus eſt expreſſum:

Promittentes bona Fide & in Verbo Regio Nos Ratum & Gratum perpetuò habituros quæcunque per dictos Commiſſarios noſtros Acta ſive Geſta fuerint in Præmiſſis.

In cujus Rei Teſtimonium, hiis Litteris noſtris Patentibus Manu noſtrâ ſignatis, Sigillum noſtrum Magnum Angliæ apponi juſſimus.

Datum in *Regia noſtra Weſtmonaſterii*, Octavo Die Menſis Martii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, & Regni noſtri ſexto.

In quorum omnium & ſingulorum Fidem, Nos *Jacobus Douglas* de Drumlangrig Miles, & *Richardus Maitland* de Lothingtonn, ſæpefatæ Illuſtriſſimæ Reginæ Commiſſarii & Deputati ſupradicti, præſentes Litteras Indentatas, Manuum noſtrarum Subſcriptione & Sigillorum noſtrorum Appoſitione conſtabiliendas (quodque Deus bene ac feliciter vertat) communiendas duximus.

Datum in ipſis *Terræ Contentioſæ Campis* Die viceſimo quartò Menſis Septembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo.

James Douglas.
Richard Matland.

*Sigillis avulſis.*

*Re-*

Datum in ipſis *Terræ Contentioſæ Campis* viceſimo quarto Die Menſis Septembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo.

Sciatis quod Nos, tam Pacis Fœdera quam quæ ad Pacem conſervandam attinent ſedulò curantes, Tractatum ſuperiùs deſcriptum, atque omnia & ſingula Capitula Articulos & Clauſulas in eodem deſcripta & contenta, Diviſionemque Terræ Contentioſæ ſive Litigioſæ prædictæ (vulgò appellatæ *The Debatable* * *Land*) Limiteſque ac Limitum utriuſque Regni in eâdem Terrâ Aſſignationes, ac cætera omnia & ſingula in Tractatu antedicto conventa & concordata, cum Conſenſu & Auctoritate præfati noſtri Chariſſimi Conſanguinei & Tutoris ac Regni noſtri prædicti Gubernatoris, laudamus authoriſamus approbamus ratificamus & confirmamus, ac pro laudatis authoriſatis approbatis ratificatis & confirmatis, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris habemus & haberi volumus per Præſentes:

* XV. 320.

Promittentes in vim Pacti, & in Verbo Regineo, quod dictum Tractatum ac omnia & ſingula Capitula & Articulos ejuſdem, ut præmittitur, fideliter & bonâ Fide omnique cum effectu obſervabimus & exequemur, & per Subditos Vaſſallos ac Ligeos noſtros, quatenus ipſos tangunt, obſervari & exequi faciemus.

In quorum omnium & ſingulorum Teſtimonium has Litteras noſtras Patentes, Manu ejuſdem noſtri Tutoris & Regni Gubernatoris ſubſcriptas, Sigillo noſtro Magno ſigillari & muniri fecimus.

Apud *Oppidum noſtrum de Jedburgh*, Die Nono Menſis Novembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, & Regni noſtri Decimo.

JAMES G.

*Sigillo avulſo.*

---

*De Conceſſione pro Epiſcopo Wigorn. & Glouc.*

Ann. D. 1552. *Pat.* 4. *E.*6.*p.*1. *m.* 14.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cum, per quendam Actum in Parliamento noſtro inchoato apud Weſtmonaſterium Quarto Die Novembris Anno Regni noſtri Primo, inter alia Statuta pro Republica noſtra edita, ordinatum inſtitutum & ſtabilitum fuerit,

Quod nullum Breve de Licentia Eligendi (vulgariter nuncupatum CONGE D'ESLIER) deinceps concedendum foret, nec Electio alicujus *Archiepiſcopi* ſeu *Epiſcopi* per *Decanum & Capitulum* fieret, ſed quod Nos, per Literas noſtras Patentes, quolibet tempore cum aliquis Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus vacaret, eundem alicui Perſonæ idoneæ conferre poſſemus & valeamus; & quod Collatio, ſic, per Literas noſtras Patentes hujuſmodi Perſonæ facta & deliberata, ſtaret & foret ad omnes Intentiones & Conſtructiones tanti & hujuſmodi effectûs, quanti & qualis foret ſi Breve de Licentiâ Eligendi conceſſum eſſet, Electio ritè facta & eadem confirmata eſſet, & quod, poſt hujuſmodi Collationem, eadem Perſona, cui hujuſmodi Archiepiſcopatus ſeu Epiſcopatus ſic foret collatus ſeu datus, poſſet conſecrari, Proſequi & habere Liberationem ſuam, ſeu Breve *de amoveas Manum*, ac omnia alia agere prout ſi eædem Ceremoniæ & Electiones factæ & actæ fuiſſent,

Prout in eodem Statuto inter alia pleniùs liquet & apparet,

Ac cùm *Epiſcopatus Wigorniæ & Glouceſtriæ* ad præſens vacent,

Noſque etiam ulteriùs ſcrutantes & Præmiſſa conſiderantes, cupienteſque Populum noſtrum prædictarum Diœceſium Wigorn. & Glouc. juxta *Divi Pauli* Normam dignè paſci & ſpiritualiter gubernari, Epiſcopum idoneum atque Paſtorem vigilantem ibidem præficiendo duximus & ducimus per Præſentes:

Sciatis igitur quod Nos,

Adjudicantes & ſatis benè ſcientes Reverendum Patrem *Johannem Hoperum* prædictorum Epiſcopatuum *Wigorn. & Glouc.* reſpectivè nuper *Epiſcopum*, Perſonam idoneam eſſe ad Epiſcopatus Wigorn. & Glouc. ſupradictos modò vacantes, Nominandum & Conferendum, tam propter ſingularem Sacrarum Litterarum Doctrinam, quàm Mores honeſtos & probatiſſimos, quibus idem Reverendus Pater præditus eſt, ac propter hoc, quod, juxta *Salvatoris noſtri* Elogium, illum Virum imprimis dignum eſſe judicamus ut ſuper Multa conſtituatur qui ſuper Pauca fuerit Fidelis,

Ex Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, contulimus dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes conferimus damus & concedimus præfato Reverendo Patri *Johanni Hopero Epiſcopatus Wigorn. & Glouc.* ac eundem *Johannem Hoperum* in Epiſcopum Wigorn. & Glouc. transferimus per Præſentes, ac ipſum *Johannem Epiſcopum Wigorn. & Glouc. ac Diœceſis Wigorn. & Glouc.* eligimus ordinamus nominamus facimus creamus declaramus & conſtituimus per Præſentes,

Et volumus ac per Præſentes concedimus & ordinamus, quod idem *Epiſcopus Wigorn. & Glouc.* ſit Corpus Corporatum in Re & Nomine, ipſumque pro uno Corpore declaramus acceptamus ordinamus facimus & conſtituimus per Præſentes imperpetuùm, habeatque Succeſſionem perpetuam, ac quod ipſe & Succeſſores ſui, per Nomen & ſub Nomine *Epiſcopi Wigorn. & Glouc.* nominabitur & vocabitur, nominabuntur & vocabuntur imperpetuùm, ac quod ipſe & Succeſſores ſui, per idem Nomen & ſub ipſo Nomine, Proſequi Clamare & Placitare ac Implacitari, Defendere & Defendi, Reſpondere & Reſponderi in quibuſcumque Curiis & Locis Legum noſtrarum ac Hæredum & Succeſſorum noſtrorum & alibi, in & ſuper omnibus & ſingulis Cauſis Actionibus Sectis Brevibus Demandis & Querelis, realibus perſonalibus & mixtis, tam Temporalibus quàm Spiritualibus, ac in omnibus aliis Rebus Cauſis & Materiis quibuſcumque,

Et per idem Nomen Maneria Dominia Terras Rectorias Penſiones Portiones, & alia quæcumque Hæreditamenta Poſſeſſiones Proficua & Emolumenta, tam Spiritualia ſive Eccleſiaſtica quàm Temporalia, ac alia quæcumque, per Literas noſtras Patentes *præfato Epiſcopo* & Succeſſoribus ſuis, per Nos ſeu Hæredes noſtros debitè modò fiendas, vel per quamcumque aliam Perſonam ſeu alias quaſcumque Perſonas, ſecundùm Leges noſtras & Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, dandas ſive concedendas, Capere Recipere Gaudere & Perquirere, ac Dare Alienare & Dimittere poſſit & poſſint, valeat & valeat, & ea Onerare ſeu Onerari poſſit & valeat, poſſint & valeant, ac generaliter omnia alia & ſingula recipere gaudere dare concedere onerare & facere, prout & eiſdem modo & formâ quibus *Epiſcopus Coventren. & Lichefelden.* aut *Epiſcopus Bathon. & Wellen* ſeu cæteri Epiſcopi infra hoc Regnum noſtrum Angliæ, recipere dare concedere onerare aut facere poſſit aut poſſint, valeat aut valeant, ſeu aliquis Epiſcopus infra Regnum noſtrum Angliæ recipere dare concedere onerare aut facere poſſit aut valeat, & non aliter nec ullo alio modo;

Habendos tenendos occupandos & gaudendos prædictos Epiſcopatus & Sedes Epiſcopales, ac Diœceſes Wigorn. & Glouc. unà cum omnibus & ſingulis eorum Juriſdictionibus Dignitatibus Privilegiis Præeminentiis Proficuis & Emolumentis univerſis, prædictis Epiſcopatibus ſeu eorum alteri, Jure ſive Juriſdictione Epiſcopali quoquo modo pertinentibus ſive ſpectantibus, eidem Reverendo

ne, vel eorum alicujus, prout per Metas Limites & Bundas di-noſcuntur & limitantur, ab omni Juriſdictione epiſcopali Auctoritate & Diœceſe cæterorum quorumcumque Epiſcoporum ſeu aliorum Hominum, præterquam Juriſdictione Auctoritate & Diœceſi Epiſcopi Wigorn. & Glouc. ac Epiſcopi ibidem, & Succeſſorum ſuorum Epiſcoporum Wigorn. & Glouc. pro tempore exiſtentium, ſeparamus eximimus exoneramus, ac imperpetuùm liberamus per Præſentes,

Ac omnem & omnimodam Juriſdictionem Epiſcopalem infra Eccleſias Cathedrales & Civitates noſtras Wigorn. & Glouc. & totos Comitatus earumdem Civitatum, ac totos & integros Comitatus noſtros Wigorn. & Glouc. prædictos, ac totam illam partem Comitatûs noſtri Warrewici ab antiquo infra Diœceſim Wigorn. exiſtentem, necnon totam Villam & Parochiam *de Kyngeswood* juxta *Wotton Under Edge* in Comitatu noſtro Glouc prædicto, ac etiam Archidiaconatus Wigorn. & Glouc. ac Archidiaconos ibidem, & Succeſſores ſuos Archidiaconos Wigorn. & Glouc. qui pro tempore jam ſunt aut imposterùm erunt, ac etiam omnia & ſingula alia loca prædicta (etiam ſi exempta, aut alicujus vel aliquorum peculiaris Juriſdictionis vel Juriſdictionum fuerint vel extiterint) unà cum Præcinctibus & Territoriis eorumdem, & cujuſlibet inde Parcellæ vel eorum alicujus, ſuperiùs nominata & aſſignata, prædicto Reverendo Patri *Johanni Hopero Epiſcopo Wigorn. & Glouc. moderno*, & Succeſſoribus ſuis Wigorn. & Glouc. Epiſcopis, ac Epiſcopatibus Wigorn. & Glouc. adjungimus unimus, & per Præſentes imperpetuùm annectimus, eaque omnia & ſingula infra Diœceſes Wigorn. & Glouc. creari erigi fundari & imperpetuùm ſtabiliri decernimus, ac Parcellam Diœceſium & Wigorn. & Glouc. & Epiſcopatum ejuſdem realiter & in plenum creamus facimus & ſtabilimus perpetuis futuris temporibus duraturam, & ſic ſtabiliri ac inviolabiliter obſervari imperpetuùm volumus & jubemus per Præſentes, ac ea omnia & ſingula ſuperiùs præconceſſa, unà cum Præcinctibus & Territoriis prædictis, Parcellam Diœceſium Wigorn. & Glouc. & Epiſcopatuum Wigorn. & Glouc. vocari appellari nuncupari & nominari volumus, ac per Præſentes Imperpetuùm ordinamus:

Et inſuper Nos, de ampliori Gratia noſtra, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, ſupradicto Reverendo Patri, *Johanni Hopero Wigorn. & Glouc. Epiſcopo*, ac Succeſſoribus ſuis Wigorn. & Glouc. Epiſcopis, quod Ipſe, & Succeſſores ſui Wigorn. & Glouc. Epiſcopi, de cætero imperpetuùm licitè & quietè, abſque Impedimento noſtro Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, valeat & valeant, poſſit & poſſint *Archidiaconos* & *Præbendarios* quoſcumque, infra Eccleſias Cathedrales *Wigorn.* & *Glouceſtr.* prædictas, conferre collare & donare quoties & quando continget eos ſeu eorum aliquem, per Mortem Reſignationem Deprivationem, ſeu aliter quocumque modo vacare, Clericos itaque quoſcunque idoneos * infra totos & integros Epiſcopatus & Diœceſes

* XV. 323. Wigorn. & Glouc. prædictos, ac infra & omnia & ſingula Loca, tam exempta quàm non exempta, & Territoria ejuſdem ac eorum cujuſlibet, Parcellam Diœceſium Wigorn. & Glouc. prædictarum per has Literas Patentes ad præſens factam, ubicumque oriundos, ac alios quoſcumque in ea parte legitimè dimiſſos & licentiatos, ad omnes etiam Sacros & Presbiteratos Ordines legitimè ordinare & promovere,

Præſentatoſque ad Beneficia aliqua Eccleſiaſtica quæcumque, infra totos & integros Epiſcopatus & Diœceſes Wigorn. & Glouc. prædictos, & Juriſdictiones eorumdem, tam infra loca exempta quàm non exempta, exiſtentia & conſtituta, admittere, ac in & de eiſdem inſtituere & inveſtire, ac eos ſeu eorum aliquem ab eiſdem ſive eorum aliquo deſtituere, &, ſi ita Res exigat, penitùs repellere & amovere,

Necnon Beneficia & Promotiones Eccleſiaſticas quaſcumque, ad Collationem Præſentationem & liberam Diſpoſitionem ſupradicti Reverendi Patris *Wigorn. & Glouc. Epiſcopi* ſpectantia ſive pertinentia, conferre collare præſentare & donare liberè & licitè valeat & valeant, poſſit & poſſint,

totas Juriſdictiones *Wigorn. & Glouc.* prædictas & *Epiſcopatuum* earumdem, ſeu earum alterius, commiſſis & perpetratis, committendis ſeu perpetrandis, tam ex Officio mero mixto quàm promoto, inquirere & examinare, & quoſcumque Delinquentes ſive Criminoſos, per Cenſuras Eccleſiaſticas, & alia legittima Juris Eccleſiaſtici Remedia, debitè corrigere reformare & punire, Vicarias itaque Generales ſive Officiales, necnon Commiſſarios ac Regiſtrarios, & alios Nuncios ſive Miniſtros quoſcumque, pro debitâ Executione & Expeditione Præmiſſorum ſive eorum alicujus, deputare nominare facere & præficere,

Cæteraque omnia & ſingula in Præmiſſis ſeu alicui Præmiſſorum, aut circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet requiſita, necnon cætera omnia & ſingula Juriſdictiones Auctoritates & Poteſtates Ordinarias & Epiſcopales, ac Officia Paſtoralia quoviſmodo tangentia concernentia & reſpicientia (præter & ultra ea quæ ex Sacris Literis divinitùs eſſe dinoſcuntur) Vice Nomine & Auctoritate noſtris Regiis, exequi exercere facere & expedire, ac Executioni demandare valeat & valeant, poſſit & poſſint abſque Impedimento noſtro vel Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum; aliquâ aliâ Donatione Conceſſione ſive Commiſſione ante hæc tempora per Nos, vel aliquem Progenitorum noſtrorum ſeu Prædeceſſorum noſtrorum, in contrarium factis datis conceſſis ſeu commiſſis in aliquo non obſtantibus,

Et quia volumus dictum *Epiſcopum Wigorn. & Glouc.* ac Succeſſores ſuos Epiſcopos Wigorn. & Glouc. honorificè dotari, de ampliori Gratia noſtra ex * certa Scientia & mero Motu noſtris * XV.
prædictis, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & 324.
concedimus præfato Reverendo Patri *Joh. Wigorn. & Glouc. Epiſc.* omnia & ſingula Palatia Manſiones & Domos dictorum Epiſcopatuum Wigorn. & Glouc. & eorum utriuſque, ac omnia & ſingula Ædificia Ortos Pomaria Gardina Terras & Solum noſtra, infra Scitum & Præcinctum eorumdem Palatiorum & Manſionum ſeu eorum alicujus exiſtentia, necnon totam illam Manſionem & Domum nuper Epiſcopi Wigorn. & ſituatum infra nuper Scitum Domûs dudum Fratrum Carmilitarum juxta Civitatem noſtram London. cum omnibus & ſingulis Domibus Ædificiis Structuris Clauſtris Deambulatoriis Gardinis Terra Solo Juribus & Pertinentiis ſuis univerſis,

Habenda tenenda occupanda & gaudenda, præfato Reverendo Patri *Johanni Hopero Wigorn. & Glouc. Epiſcopo*, & Succeſſoribus ſuis Wigorn. & Glouc. Epiſcopis imperpetuùm (tenenda de nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris in puram & perpetuam Eleemoſinam) ex Dono noſtro, abſque Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodò reddendo ſolvendo vel faciendo, & abſque aliquo Brevi de Reſtitutione Temporalium, ſeu aliquo Brevi de Amoveas Manum, aut aliquo alio Brevi Proſecutione Liberatione ſeu Warranto quocumque, à Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodò impetrandis obtinendis ſeu proſequendis; aliquo Actu Statuto Ordinatione Lege Prohibitione Proclamatione Reſtrictione Conſtitutione aut Conſuetudine in contrarium inde antehac habitis factis editis ordinatis proviſis ſeu uſitatis, aut aliquâ aliâ Cauſâ ſeu Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus;

Et ulterius volumus, & per Præſentes ordinamus & concedimus, quod prædictus Reverendus Pater *Johannes Wigorn. & Glouc. Epiſcopus*, & Succeſſores ſui Wigorn. & Glouc. Epiſcopi, exnunc & deinceps imperpetuùm habeant Sigillum autenticum ſeu Sigilla autentica pro Rebus & Negotiis ſuis agendis, & ſervitutum ad omnem Juris effectum ſimili modo & formâ prout *Epiſcopus Coventren. & Lichfelden.* ac *Epiſcopus Bathon. & Wellen.* ſeu eorum alter, habeat vel habere poteſt,

Et quod omnes & ſingulæ Dimiſſiones & Conceſſiones per *eundem Epiſcopum*, aut Succeſſores ſuos Epiſcopos Wigorn. & Glouc. fiendæ ſeu concedendæ, ac per *Decanos & Capitula* prædictarum Eccleſiarum Cathedralium Wigorn. & Glouc. confirmatas ſeu confirmandas, ſint & erunt adeò benè validè & in Lege efficaces ad omnia Intentiones & Propoſita, ſecundùm Tenorem

Digitized by Google

habeat & habebit has Literas noſtras Patentes ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine ſeu Feodo magno vel parvo Nobis in Hanaperio noſtro, ſeu alibi ad uſum noſtrum quoquo modo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, octavo Die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Ratificationibus tradendis.*

Ann. D. 1552. *Ex Autogr.*

MAria, Dei Gratiâ, *Regina Scotorum*, omnibus & ſingulis, ad quorum Notitias Præſentes pervenerint, Salutem.

Notum facimus quod quum ſuperioribus Diebus emiſſi eſſent, tam noſtri quàm Illuſtriſſimi Principis *Edvardi Sexti Angliæ Regis* Fratris & Conſanguinei noſtri chariſſimi, Legati, ad dividendum Agrum illum Contentioſum, qui Occiduas utriuſque Regni Partes interjacet (quem vulgò vocant *The Debatabill Land*) atque in eâ Legatione tam dexterè Rem adminiſtrârint ut de Agri diviſi Finibus & Metis abinde convenerint, ut in Tractatu deſuper confecto latiùs continetur,

Nos, eam ipſam Partitionem exiſtimantes eſſe ex Uſu utriusque noſtri, & propterea eam Ratam facere volentes, ſimulque confidentes de Fide Prudentia & Legalitate dilectorum noſtrorum *Johannis Maxwell* de Terreglis Equitis & Gardiani Occidentalium Marchiarum Regni noſtri verſus Angliam, & *Johannis Johneſtoun* de eodem conjunctim & diviſim, cum conſenſu & aſſenſu chariſſimi Tutoris noſtri *Jacobi Ducis de Catellerault Araniæ Comitis Domini Hammiltoun* Regni noſtri Protectoris & Gubernatoris, eos aut eorum alterum facimus creamus, & per Præſentes conſtituimus noſtros veros & indubitatos Oratores Procuratores Legatos & Nuncios ſpeciales;

Dantes & concedentes eis plenam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale ad conveniendum decimâ quintâ Decembris, aut alio quocunque Die ſuper prædicto Agro olim Contentioſo, nunc diviſo, & ibidem omnia & ſingula per utriuſque Regni Legatos, quantùm ad eam Diviſionem, Geſta & Statuta confirmandi, Literaſque noſtras ejuſce Rei Confirmatorias, Magno noſtro Sigillo munitas, tradendi & deliberandi;

Similesque Confirmatorias, & ejuſdem Partitionis Ratificatorias, à Sereniſſimi Principis Angliæ Regis Commiſſariis requirendi & recipiendi;

Et generaliter omnia alia faciendi, quæ ad Partitionem hanc ſtabiliendam neceſſaria & oportuna videbuntur:

Promittentes in Verbo Regio ratum gratum firmum atque ſtabile perpetuò habere, quicquid præfati noſtri Oratores Procuratores Legati & Nuncii, eorumve alter conjunctim & diviſim in Præmiſſis vel circa ea fecerint ſtatuerint & ordinârint.

In quorum Fidem præſentibus noſtris Literis, à præfato noſtro

The Letters Patentis ratificatorie for the part of Scotland, bering the Dait the nynt Day of November, to be deliverit by the Rytht Honorable Schir *Johnne Maxwell* Knygt Wardan of the Weſt Marches of Scotland, and *Johne Johnſtoun* of that Ilk, to Schir *Thomas Dacre* Knytht Deputie Wardane of the Weſt Marches of Ingland foranentis Scotland, and Schir *Richard Muſgraiff* Knyght, being auctoriſit by the *King of Ingland* to reſſave the ſame;

And lykwyſe,

The Letters Patentis ratificatorie for the part of Ingland, bering the Dait the twenty of November, to be delivered by the ſaid *Schir Thomas Dacre* and *Schir Richard Muſgrawe* Capitaine of the Kingis Majeſteis Caſtell of Carliſle, to *Schir John Maxwell* Knyght, and *Johne Johnſtoun* of that Ilk, ſufficientlie actoriſit, by the *Quene of Scottis* and hir Graces Hienis Protectour and Governour, to reſſave the ſame: Quharunto the ſame Letters Patentis Confirmatorie and Ratificatorie have bene the Day of this preſentis red oppinlie and diſtinctlie:

And tharupone the ſaidis Letters Patentis of the *King of Ingland*, deliverit to *Schir Johne Maxwell* Knyght, and *Johne Johnſtoun* of that Ilk, auctoriſit to reſſave the ſame for the behufe and uſe of the ſaid Serene and Mythty Princes *Marie Quene of Scottis*; And the ſaidis Letters Patentis of the ſaid *Quene of Scottis* be and war deliverit to *Schir Thomas Dacre* and *Schir Richerd Muſgrawe*, auctoriſit to reſſave the ſamyn for the behufe and uſe of the ſaid moiſt excellent Prince *Edverd the Sext Kyng of Ingland*.

In witnes quhairof this preſent Teſtimoniall being indentit was ſubſcrivit and ſealit alſwele by the ſaid *Schir Thomas Dacre Richard Muſgrawe*, as *Schir Johne Maxwell* and *Johne Johnſtoun*, as by divers utheris Perſonnis of baitht the Realmes of Scotland and Ingland quha Names be herefter written, the fiftene Day of December, in the Yere of God ane thowſand fywe hundretht fyfty twa Zeris.

| | |
|---|---|
| *John Maxwell*, of the Hills. | Super Plicam, |
| *Robert Maxwell*, of Cowhill. | |
| *Williame Synclare*, of al Kinkanko. | *Henry Turtten.* |
| | *John Lamplugh.* |
| *Johne Maxwell.* | *Lanclett Lancaſter.* |
| *John Johnſten.* | *Rycherd Duley.* |
| *Edwart Maxwell.* | *John Muſgrave.* |
| *Thomas Dacre* | *John Dalſton.* |
| *John Johnſtone* of Nitove. | *Thomas Wyber.* |
| *Richard Muſgrave.* | *William Pykeryng.* |
| *Charlis Murray* of Cokpud. | *Thomas Denam.* |
| *Jhon* of Solm d. | *John Thompſon.* |

*Sub Sigillis prædictorum Commiſſariorum de Cerâ rubeâ pendentibus a duplicibus caudis Pergamenæ.*



Digitized by Google

Feodum præfato *Roberto* pro Termino & ad Terminum Vitæ ſuæ prædictæ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portione, unà cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Advantagiis Preeminentiis & Emolumentis eidem Officio debitis conſuetis pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & forma prout præfatus *Johannes Dux Northumbriæ*, aut *David Owen* Miles, aut *Ricardus Page* Armiger & poſtea Miles, aut aliquis alius ſive aliqui alii nuper habens aut habentes Officium illud habuit gaviſus fuit ſive percepit, aut habuerunt gaviſi fuerunt ſive perceperunt in vel pro Exercitio & Occupatione ejuſdem Officii;

Et quia prædictus Dominus *Robertus Dudley* Officium prædictum a Feſto Sancti Michaelis Archangeli Anno Regni noſtri quinto hucuſque Sumptibus ſuis propriis & Expenſis excercuit & occupavit, nulla Vadia ſive Feoda proinde à Nobis habens ſive percipiens, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Roberto* tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas prædicta Vadium & Feodum *Quinquaginta Librarum* per Annum, a prædicto Feſto Sancti Michaelis Archangeli dicto Anno Regni noſtri quinto, hucuſque inter ſe attingunt,

Habendas & percipiendas eidem *Roberto* de Dono noſtro ſpeciali, de Theſauro noſtro prædicto, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum prædictorum pro tempore exiſtentium, abſque Computo ſeu aliquo alio pro Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum Nobis vel Hæredibus noſtris reddendo ſolvendo ſeu faciendo,

Eo quod expreſſa mentio de Certitudine Præmiſſorum ſive eorum alicujus, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus, per Nos præfato *Roberto* ante hæc tempora factis, in præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione ſive Proviſione in contrarium facto edito ordinato ſeu proviſo, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo Die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

• XV. 328. ** De Scripto Dominæ Annæ Cleve Irrotulato pro Rege.*

Ann. D. 1553. *Claus. 7 E. 6. p. 3. m. 5.*

OMnibus Chriſti Fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, Domina *Anna Cleve* Filia *Johannis* nuper *Ducis de Cleve Gulick Gelder. & Barry*, ac Soror *Wilhelmi Ducis de Cleve Gulick. Gelder. & Barry*, ac *Comitis de Marke Ravensborough & Sutfyn*, ac *Domini de Ravenſten*, Salutem

Sciatis Me præfatam Dominam *Annam Cleve* Tradidiſſe Conceſſiſſe, & hoc præſenti Scripto meo Confirmaſſe & Surſumreddidiſſe, Excellentiſſimo Principi & Domino, Domino *Edwardo Sexto*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regi Fidei Defenſori* & in Terra Eccleſiæ Anglicanæ & Hibernicæ *Supremo Capiti*, Scitum nuper *Monaſterii de Biſham* aliàs *Buſtleſham Mountague* in Comitatu Berks, ac totam Rectoriam de Biſham aliàs Buſtleſham, ac Advocationem Donationem & Jus Patronatûs Vicariæ Eccleſiæ Parochialis de Biſham aliàs Buſtleſham, cùm ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis in Comitatu prædicto, ac omnia Domos Ædificia Horrea Stabula Columbaria Ortos Pomaria Gardina Stagna Vivarias ac Terras & Solum, & alia Proficua Commoditates Emolumenta & Hæreditamenta mea quæcumque infra Scitum Circuitum Ambitum & Procinctum ejuſdem nuper Monaſterii, ac omnia Domos Ædificia Horrea Stabula Columbaria Orto- Pomaria Gardina Terras Glebas Portiones, Decimas Bladorum Granorum & Fœni, ac alia Decimas, Jura Proficua Commoditates & Emolumenta, quæcumque, dictæ Rectoriæ ſpectantia, ac totam Dominam *Annam Cleve*, ac dicto nuper Monaſterio quondam ſpectantem & pertinentem,

Ac omnia & ſingula Meſuagia Grangias Toſta Cotagia Terras Tenementa prædicta Paſcuas Paſturas Communias Boſcos Subboſcos Redditus Reverſiones Servitia Curias Letas Viſ. Franc. Pleg. Eſcaetas Relevia Fines Amerciamenta Jura Juriſdictiones Francheſias Libertates Privilegia Proficua Commoditates Emolumenta & Hæreditamenta mea quæcumque, cum Pertinentiis in Biſham aliàs Buſtleſham Montague & Cokeham, ſeu alibi in dicto Comitatu Berk. dicto Manerio de Biſham aliàs Buſtleſham Montague quoquomodò ſpectantia ſive pertinentia, aut ut Membra Partes vel Parcellas ejuſdem Manerii habita cognita accepta ſeu reputata exiſtentia, ac Reverſionem & Reverſiones quaſcumque omnium & ſingulorum Præmiſſorum,

Necnon Redditus & annualia Proficua quæcumque ſuper quibuſcumque Dimiſſionibus & Conceſſionibus de Præmiſſis ſeu de aliqua inde Parcella quoquomodo factis, ac totum Jus meum Statum Titulum & Intereſſe de & in Præmiſſis, ac de & in qualibet inde Parcella.

Quæ quidem Præmiſſa, ego prædicta Domina *Anna Cleve* inter alia modò habeo & teneo pro Termino Vitæ meæ, ſi tamdiu infra hoc Regnum Angliæ habitavero & Moram fecero, & non receſſero * ſeu exiero in aliquas Partes exteras ſeu trans Mare • XV. 329.
ſine Licentia dicti *Domini Regis* Hæredum ſeu Succeſſorum ſuorum in hac parte priùs habita & optenta, Reverſione Præmiſſorum dicto Domino *Regi* nunc & Hæredibus ſuis ſpectante,

Exceptis tamen ſemper & omnimodo reſervatis michi præfatæ Dominæ *Annæ Cleve* toto illo Molendino vocato *Temple Mylle*, ac uno Tenemento apud Marlowe Bridge, ac tribus Acris Prati & le Wynche, ac Inſulâ & Piſcariâ ac Piſcatione eidem Molendino pertinentibus, aut cum eiſdem ad Firmam dimiſſis & conceſſis *Johanni Brynhurſt* pro Termino  Annorum, cum eorum pertinentiis in Parochia de Biſham, prædicto, ac etiam uno Molendino cum pertinentiis in Magna Marlowe in Comitatu Bucks

Habenda tenenda & gaudenda prædictum Scitum dicti nuper Monaſterii, ac prædicta Manerium Rectoriam Advocationem Meſuagia Terras Tenementa Prata Paſturas Communias Boſcos Subboſcos Redditus Reverſiones Servitia Curias Letas Viſ. Franc. Pleg. ac cætera omnia & ſingula Præmiſſa cum pertinentiis (exceptis præexceptis) præfato *Domino noſtro Regi* nunc *Edwardo Sexto* Hæredibus & Aſſignatis ſuis, ad Beneplacitum ſuum inde faciendum;

Et ulteriùs ſciatis me præfatam Dominam *Annam Cleve* dediſſe & conceſſiſſe, præfato Domino Regi *Edwardo Sexto*, omnia Exitus Redditus Reventiones & Proficua dictorum Manerii Rectoriæ Meſuagiorum Terrarum Tenementorum & cæterorum Præmiſſorum cum pertinentiis (exceptis præexceptis) à Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito hucuſque provenientia ſeu creſcentia, habenda eidem *Domino Regi* per Manus Receptorum Ballivorum Firmariorum Tenentium ſeu aliorum Occupatorum Præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus Sigillum meum appoſui.

Dat. viceſimo Die Novembris Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edwardi Sexti* ſexto.

ET MEMORANDUM *quod decimo nono Die Februarii Anno dicti Domini Regis ſeptimo, præfata Domina* Anna Cleve *venit coram eodem Domino Rege, in Cancellaria ſua, & recognovit Scriptum prædictum ac omnia & ſingula in eodem contenta in forma ſupradicta.*



Digitized by Google

*Goodacre* Clerici ultimi Incumbentis ibidem ad Archiepiſcopatum Caſſhellienſem infra Regnum noſtrum Hiberniæ vacantem, & ad noſtram Præſentationem, ratione Prærogativæ noſtræ Regiæ ſpectantem, dilectum nobis *Nicholaum Udall* Artium Magiſtrum vobis præſentamus;

Rogantes quatenus eundem *Nicholaum Udall* ad dictam Eccleſiam Parochialem admittere, ipſumque Rectorem in eadem inſtituere, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali velitis cum Favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Cancellario Ordinis Garterii conſtituto.*

Ann. D. 1553. *Ibid. m.* 27.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Quoniam neceſſarium eſſe judicamus Officium ac Munus Cancellarii Prænobilis Ordinis noſtri Garterii Viro Probo, & Generoſi Sanguinis Equiti, conferre, juxta Leges à nobis nuper deſcriptas pro Ordinis hujus Celebratione,

Sciatis Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac tam pro bono & fideli Servitio quod dilectus Conſiliarius noſter *Willielmus Cecill* Miles unus duorum Secretariorum noſtrorum antehac impendit & indies impen-

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege *apud Weſtmonaſterium*, duodecimo Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *Carta irrotulata pro Rege.*

* XV. 331.

Ann. D. 1553. *Clauſ.* 7. *E.* 6. *p.* 5. *m.* 34.

OMnibus Chriſti Fidelibus ad quos hoc præſens Scriptum pervenerit, *Johannes Goodman Succentor Eccleſiæ Cathedralis Wellen. & Præbendarius Præbendæ de Currey*, in eadem Eccleſia Cathedrali, Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Me præfatum *Johannem Goodman*, Animo deliberato certâ Scientiâ & mero Motu meis, ex quibuſdam Cauſis Juſtis & rationabilibus Me ſpecialiter ad præſens moventibus, ultrò & ſponte dediſſe, &c.

In cujus rei Teſtimonium Præſentibus Sigilium meum appoſui.

Dat. viceſimo primo die Novembris, Anno Regni dicti Domini Regis nunc *Edwardi Sexti* primo.

MEMORANDUM *quod ſecundo die Junii, Anno Regni dicti Domini Regis ſeptimo, præfatus* Johannes Goodman *venit coram dicto Domino Rege in Cancellaria ſua & recognovit Cartam prædictam, ac omnia & ſingula in eadem contenta & ſpecificata in forma ſupraſcripta.*



Digitized by Google

jours plus Ferme Stable & Indiſſoluble, par toutes voyes & moyens que verrons concerner la Seurete Conſervation & Deffence de l'Eſtat Commun de Nous & noſtre dit bon Frere, nos ditz Royaumes Païs & Subgeƈtz:

Scavoir faiſons que,

Pour la parfaiƈte & entiere confiance que Nous avons des Perſonnes de noz Amez & Feaulx *Anthoine Eſcallin des Emars Seigneur & Baron de la Garde* noſtre Chambelian Ordinaire Cappitaine General de noz Galaires & Cappitaine & Gouverneur d'Eſteppes, & *Meſſieur Odet de Selue* Conſeiller en noſtre Grand Conſeil & noſtre Ambaſſadeur Reſidant au dite Païs d'Angleterre, & de leurs Sens Vertuz Integrite & bonne Diligence,

Iceulx, pour ces Cauſes & autres a ce Nous mouvans, avons Commis & Depputez, Commeƈtons & Depputons par ces Preſentes;

Et leur avons Donne & Donnons plain Pouvoir Puiſſance Auƈtorite & Mandement eſpecial, de Traiƈter & Capituler, avec noſtre dit bon Frere *le Roy d'Angleterre*, noſtre dit Couſin *le*

Donne a la *Muette* le xv. Jour de Fevrier, l'An de Grace Mil Cinq Cens Quarante ſix, & de noſtre Regne le Trente Troyſieſme.

*Sub Plica*,

FRANCOYS.

*Super plicam*,

*Par le Roy.*

BOCHETEL.

*Sub Magno Sigillo de Cerâ albâ pendente à Caudâ Pergamenâ*,

FOE-

Et cujuſcunque generis

# ACTA PUBLICA.

*TOMI VI. PARS IV.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem & Auctoritatem habentibus, Salutem.

Ad Eccleſiam Parochialem, infra Marchias noſtras Villæ Caleſiæ Morinenſis Diœceſis dictæ Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſi immediate , jam de Jure Vacantem & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum Nobis *Martinum Morlande* Clericum in Artibus Magiſtrum, Præſentium Tenore, Vobis Nominamus ac Præſentamus intuitu Charitatis;

Rogantes quatinus eundem *Martinum* ad Eccleſiam Parochialem antedictam Admittere, Ipſumque Rectorem ejuſdem Inſtituere, cum omnibus ſuis Juribus, Membris & Pertinentiis univerſis, cæteraque Peragere & Perimplere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas de Præſentatione habent ſubſcripti; videlicet,

*Johannes Yardeley* Clericus, ad Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis *de Wrotheam* Cantuar. Diœc.

*Antonius Wharton* Clericus, Artium Magiſter, ad Rectoriam *de Honekyrke* infra Marchias Caleſiæ Cantuar. Juriſdictionis.

*Johannes Fermer* Clericus, ad Rectoriam perpetuam Eccleſiæ Parochialis *de Southam* Lichfelden. & Coventren. Diœc.

*Johannes Ramrigge* Clericus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ad Eccleſiam Parochialem *de Boſſeworthe* in Com. Leic. Lincoln. Diœc.

*Johannes Rixman* in Artibus Magiſter, Presbiter, ad Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis *de Bryxham*, cum Capellis de Kynſwere & Thurſton eædem Eccleſiæ annexis & ab eadem dependentibus, Exonien. Diœc.

---

• XV. 334. * *Super Nullitate Sententiæ contra Epiſcopum Dunolmenſem Commiſſio Appellationis.*

Ann. D 1553. Pat. 1. M. R. p. 10. m. 5.

MArye, by the Grace of God, &c. to our right Truſtie and right Welbeloved Couſyn and Counſayllour *Henry Erle de Arundell*, and to our Truſtie and Welbeloved Sir *John Baker* Knight, Sir *Edwarde Carue* Knight, Sir *Richarde Southwell* Knight, Sir *Thomas Moyle* Knight, *Richarde Morgan* Sergaunte at Lawe, *Davye Poole* Doctour of the Lawe, and *Henry Cole* Doctour of the Lawe, and *William Armyſted* Chanon of the Cathedrall Churche of Saynt Pawle London, Greating.

Whereas *Cuthbert Buſſhop of Dureſme* hathe made Complaynte unto Us that of late our mooſte Deareſt Brother, of famous Memorye, *Edwarde the Sixte* (whoſe Sowle God Pardon) Graunted his Commyſſion to Sir *Roger Cholmeley* Knight then Chief Juſtice, Sir *Richarde Reade* Knight then one of the Maiſtres of the Requeſts, *John Goſnolde* Eſquyer then Sulycitour Generall, *Rychard Goodrik* Eſquier then Attourney of the Court of the Augmentions and Revenues of the Crowne, *Robert Childley* Eſquyer then Attourney of the Court of Firſte Fruyts and Trenthes, *Wylliam Stamford* Eſquier and *Rychard Lyell* Doctour of the Lawe, upon wrong Information made to hym againſt the ſaid *Buſſhop*, Commmaunded the ſaid Commiſſioners to Procede againſt the ſaid *Buſſhopp* as a Conſpiratour againſt our ſaide late Brother and his Realme, giving full Power and Auctoritie to all the abowe named Seven Six or Fyve of them, to make Proceſſe and Inquire or to ſaye in his Juſtification, proceed to the giving of an unjuſt Sentence agaynſte hym, whiche Sentence is not vayleable in the Lawe, but a Sentence bothe unjuſte and in Law of none effect, depriving hym of his Buſſhopriche after dyvers and many Proteſtations of dyvers Greves doon unto hym, and appeale made upon the ſame, not onelye *apud Acta*, but alſo in tyme convenient before Witneſſes, ſythens whiche tyme he hath remayned ſtill by Commaundement in cloſe Priſon during the Lieff of our ſaide late Brother, not ſuffered to ſue his ſaide Appeal unto nowe of late, that he being enlarged out of cloſe Priſon, made ſuyte unto us to have his ſaid Cauſe of Nullitie and Appeale to be commytted and harde by ſuche Commiſſioners as We ſhulde thinke conveyent to hear and finally to determyn the ſaid Cauſe of the pretenſed Sentence of his Deprivation, and his Appeal from the Nullytye and Iniquitie of the ſame:

We therfore, being determyned to have Juſtice to procede in our Realme, and that none of our loving Subjects ſhal be oppreſſed and excluded from the benefite therof, of our own mere Mocyon and certeyn Knowledge, Will and Commaunde you nyne eight ſeven ſixe fyve four or three of you, to Procede to the Hearing of the ſaid Cauſe of Nullitye and Appeale with all Matters and Cauſes annexed incydent emergent or dependyng of the ſame or any parte therof, *ex Officio mero mixto vel promoto, omni Appellatione remotâ, ſummariè & de plano, abſque omni forma & figura Judicii, ac ſolâ Facti veritate inſpectâ, diebus etiam ordinariis, & extraordinariis in quibus Jus reddi non ſolet*;

Willing that, whiche by any nyne eight ſeven ſixe fyve foure or three of you ſhal be begon, ſhall and may from tyme to tyme be contynued and ended by any of the ſame, or any other of you Nyne,

And ſuch Perſons as you ſhall ſende for and Commaunde, to appere before you concerning thies Matters, and chiefly Maiſter *William Saye*, the Actuarye of the ſaid pretended Proceſſe, to bring before you all and every the ſaid Acts, Proceſſe and Sentence, hoolye by you all you or three of you, to be peruſed, if he or they appere not, or appearing obey not your Precepts, We give you full Power and Auctoritie to Ponysſhe theym and compell theym, aſwell by Impriſonment as by ſuche wayes and meanes as to you nyne eighte ſeven five ſixe foure or three of you as is aforeſaide ſhall ſeme convenient;

• And finallie, if ye ſhall fynde Cauſe reaſonable to appeare before you that the Sentence gyven againſt the ſaid *Buſſhoppe* is not vayleable in the Lawe, but a Sentence voyde in Lawe and injuſtlye gyven contrary to th'Ordre of the Law, to reſtoore hym to Buſhoppriche hoolye, and all Attempts made or doon after the ſaid pretended Sentence, or after the Appeale from the ſame, to be revoked, and to be pronounced by you by a Sentence diffinityve that his Appeale or Complaynte from the ſaid pretended Sentence is juſte and made of good Cauſes, and he by the ſame to be fully and wholly reſtored to all the Rents Revenues and Fruyts of his Biſſhopriche; or els, if ye ſhall finde the contrarie, to pronounce his Appeale and Complaynte not good; • XV. 335.

And ſeyng the ſaid *Buſſhopp* was reſtrayned from his Liberty, beyng in cloſe Priſon as is aforeſaid, to reſtore hym to all Advantage of Proceſſes that he might have hadd if he had been at Libertie, and the lapſe of any tyme for lacke of intimation of his Appeale, or not purſyng of the ſame not to be imputed unto hym,

Commanding and ſtraightly charging all and ſinguler our Mayers Shireffs Baillieffs, and other our Miniſters whatſoever, to be attending ayding and aſſiſting to you in the doing of the Premiſſes.

In witnes whereof, &c.

*Per ipſam Reginam.*



Digitized by Google

ce in hur ſaide Subjectes, that, if the State the Cauſe and Honour of the Realm ſhall ſo require, they wol at all tymes hereafter exhibite their ſemblable Service;

Notwithſtandig in the latter Seſſion of the laſte Parliamente holden in the tyme of the ſaid late *Kynge Edwarde the Sixte*, towards the Payments and Diſcharge of the ſaide notable Debts, there was graunted by Acte of Parliament unto the ſaid *King Edward* two Dyſmes and two Fiftynes, and one *Subſedye of four Shillings the Pounde*, to be rayſed and levyed of the Manours Lands and Tenements, and *two Shillings eight Pence* of the Goods and Catalls of hur ſaide Subjects, whiche Graunts are now due unto hur *Highnes* by the ſaide Acte, and wold diſchardge one great Price of the ſaid Debts:

*Her Majeſtie*, for the Conſiderations afore reherſen, of her mere Grace and great Clemencie, for the Relief and Succour of hur ſaide good Subjects, hathe freelye, for hur and her Heyres and Succeſſours, pardoned and remytted, and by thies Preſents, freely and fullye pardonnethe and remyttethe unto her ſaid Subjects and their Heires and Executours, * the ſaide *Subſedye of four Shillings the Pound* and *two Shillings eight Pence the Pound* graunted in the ſaide latter Seſſion of the laſte Parliamente, truſting her ſaide good Subjects wil have loving conſideracion therof for their parts, whome the requirethe hartelye to bende theym ſelfs hollye to ſerve God to his Glorie, withe contynuall Prayer unto the ſame for the Honour and Advancement of *hur Grace* and the Common Weale.

* XV. 336.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Arraiatione facienda.*

Ann. D. 1553. *Pat. 1. M. R. p. 2. m. 2. dorſ.*

MARY, by the Grace of God, &c. to our right truſtie and welbeloved *William Graye* Knight Lorde Graye of Wilton, Greting.

*Knowe ye* that, fort the ſinguler Confidence We have in you, and alſo for the great Truſte We likewiſe have in your approved Fidelitie Wiſdom and Diſcretion, We have aſſigned and appoynted you, and by theſe Preſents We give full Power and Auctoritie unto you, to levye gather and call togither of our loving Subjects, inhabiting and dwelling within our Counties of Midd. Kent and in our Citie of London, or in any of them, aſwell within Liberties as without, the Nombre of *Three hundreth and Fyftie Footmen and fiftie Horſemen Demy Launcys*, mete and apte for the Warres of our Service to be done, and theym to trye arraye and put in Redynes, and theym alſo and every of them, after their Habilities Degrees and Faculties, well and ſufficiently to cauſe to be armed and ſufficiently weaponed, and to take the Muſters of them from time to time in placys moſt mete for that purpoſe, after your good Diſcretion, and alſo the ſame Nombre of our Subjects, aſwell Horſemen, as Footemen, ſo arayed tried and armed to leade bringe carye or conducte to our Caſtel and Towne of Gynes beyonde thee See;

And further by theſe Preſentes We do give unto you full Power and Auctoritie to do fulfill and execute all and ſinguler other Thinges, which ſhall be requiſite for the leavyeng leadyng and Governement of the ſaid Nombre of our Subjects ſo by you in forme aforeſaid levyed and to be ledd; wherfor We will and commaunde you that ye withe all diligence do execute the Premiſſes with effect;

And further We wol and commaund all and ſinguler our faithfull Subjects, within our ſaid Counties and Citye to whom it ſhall appertayne, that they and every of them from tyme to tyme ſhall be attendaunte ayding aſſiſting counſailling and helping you in the Execution hereof, as they and every of them tendre oure Pleaſure, and will aunſwere for the contrarye at their uttermoſte Peryll.

** De Licentia Prædicandi.*

* XV. 337.

Ann. D. 1553. *Pat. 1. M. R. p. 2. m. 2. dor.*

MARY, by the Grace of God, &c. to the Right Reverend Father in God, our right Truſtie and right Welbeloved Counſaillour, *Stephen Biſhop of Wynchester* our Chauncellour of England, Greting.

*Knowe ye* that, for the ſpecial Truſte and Confidence We have conceived in your approved Fidelitie Circumſpection and Diligence, We have Auctoriſed you, like as by thes Preſents We do Auctoriſe you to give Licence from tyme to tyme, under our Great Seal of England, being in your Cuſtody, to ſuche Grave Learned and Diſcrete Prſones whiche, for there Gravitie Lernyng and Diſcretion, ſhall ſeme unto you mete and able Men, to *Preache Godes Worde*, and them and every of them, ſo by you to be Licenſed, to Preache in any Cathedral Churche Pariſhe Churche or Chappell, within any Shire City Toune or Village of this our Realme of England accordingly, and as by your Diſcretion ſhaal be thought convenient; and this Bill ſigned with our Hande ſhall be your ſufficient Warrant and Diſcharge in that behalf: And yet neverthelefs our Pleaſure is that ye ſhall and maye have the ſame under our Great Seal of England at your Wil and Pleaſure.

In Witnes whereof, &c.

Witnes Our ſelfe at *Weſtminſter* the twenty ninth Day of Auguſte.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Pardonatione.*

Ann. D. 1553. *Ibid. m. 2.*

REgina, &c. omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac, per Præſentes, pardonamus remittimus & relaxamus Præchariſſimo Conſanguineo noſtro *Thomæ Duci Norfolciæ*, quocumque alio Nomine Cognomine, ſive Additione Nominis aut Cognominis, idem *Dux* cenſeatur, omnes & omnimodas Proditiones, tam majores quàm minores, ac Crimina Læſæ Majeſtatis, necnon Meſpriſiones Proditionum, & illicitas Verborum Prolationes, per *ipſum Ducem*, perpetratas ſive factas contra Præchariſſimum nuper Patrem noſtrum *Henricum Octavum nuper Regem Angliæ*, licet idem *Dux* inde vel alicujus inde Partis vel Parcellæ, Indictatus Rectatus Appellatus Convictus Attinctus vel Adjudicatus exiſtat vel non exiſtat, aut Indictari Rectari Appellari Convinci Attingi vel Adjudicari contigerit in futurum, & firmam Pacem noſtram ei inde concedimus per Præſentes; Ita tamen quod ſtet recto in Curiâ noſtrâ ſi quis verſus eum loqui voluerit de præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono die Auguſti.

*Per ipſam Reginam.*

De

Digitized by Google

Letters Preceptis and Commaundements under our Signet there, in as large manere and fourme as heretofore We have byn accuſtomed, and otherwiſe as by your Wisdome and good Diſcretion ſhall be thought moſte mete and convenient, for the good Obſervation of our Laws, Quyetnes of the Contrie, Obediens of the People, and Puniſhment of Offenders,

And furthermore We Gyve unto you, by thes Preſentes, full Power and Auctboritie to take Recogniſaunces of any our Subjectes, inhabiting within our Counties Cities and Towns aforeſaid, aſwell for Apparaunce of any the ſame oure ſaid Subjectes to be made before you, as for annye other Matter Cauſe or Condition whatſoever, in as large and ample maner as annye of the Maiſters of our High Court of Chauncerye may or have uſed to doo by the Lawes and Cuſtumes of our ſaid Realm: Wherfor We Will and Commaunde you to Execute the Premiſſes withe effecte untill ſuche tyme as you ſhall be advertiſed of our Pleaſure to the contrarye,

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Richemont* Primo Die Septembris.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Servitiis, in Diem Coronationis, faciendis.*

Ann. D. 1553. Ibid. p. 2. m. 2. dor. REgina, &c. chariſſimo Conſanguineo & Conſiliario ſuo *Johanni Comiti Bathon.* ac Prædilectis & Fidelibus Conſiliariis, *Ricardo Riche* Militi *Domino Riche*, *Willielmo Paget* Militi *Domino Paget*, ac Dilecto & Fideli Conſiliario ſuo *Ricardo Morgan* Armigero Capitali Juſticiario ſuo de Banco, Salutem.

Cùm quidam Domini Magnates Milites, ac alii Proceres & Ligei noſtri Regni noſtri Angliæ, ratione & prætextu Tenuræ Hæreditatum ſuarum vel aliter, diverſa ſpecialia Servitia Obſequia & Miniſteria circa Perſonam noſtram in Die ſolempnis *Coronationis* noſtræ, quæ jam appropinquat, adtunc & ibidem agere facere & præſtare ſolent & teneantur; & ſuperinde ſua Feoda habere & conſequi debeant;

Nos idcirco,

Unicuique Ligeorum noſtrorum Juſtitiæ complementum fieri; & Nobis de hujuſmodi Servitiis prout decet fideliter reſponderi volentes,

De Fidelitatibus Induſtriis & providis Circumſpectionibus veſtris pleniùs confidentes, aſſignavimus conſtituimus vos, tres & duos veſtrùm, Commiſſarios noſtros in ea parte;

Dantes & Concedentes vobis, tribus & Duobus veſtrûm, in formâ prædictâ, plenam Tenore Præſentium Poteſtatem & Auctoritatem, ad omnes & ſingulos hujuſmodi Tenentes noſtros, ac alios quoſcumque coram vobis, Tribus vel Duobus veſtrûm, in Camerâ noſtrâ Stellatâ apud Weſtmonaſterium, ad certos Dies quos ad hoc provideritis, Evocandum & venire faciendum, ac ipſos & eorum quemlibet, Petitioneſque ſuorum ac Clamea, ſecundùm Leges & Conſuetudines Regni noſtri Angliæ, Audiendum Terminandum Adjudicandum & Finiendum, cæteraque omnia & ſingula quæ de Jure & Conſuetudine in hac parte requiruntur faciendum excercendum & expediendum;

Et ideò vobis mandamus quod circa Præmiſſa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ debitâ & conſuetâ:

* XV. 339. * Mandantes inſuper, Tenore Præſentium, omnibus Ducibus Comitibus Baronibus Juſticiariis, & omnibus aliis Officiariis Miniſtris Servientibus & Ligeis noſtris quibuſcumque, quod vobis

the *firſt Day of October* nexte cominge, according to their Ducties and her Majeſties Lawes;

Wherfore her Highnes Pleaſure ys that every Man, havinge any thing to do before the ſaid Commiſſioners, ſhall gyve their Attendaunce at the ſaid Day and Place accordinglie.

Teſte Regina.

*Per ipſam Reginam.*

---

*Pro Magno Eleemoſinario Reginæ.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ibid. p. 8. n. 41.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, & mero Motu noſtris, dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes dare & concedere Reverendo in Chriſto Patri *Georgio Ciceſtrenſi Epiſcopo* ac Magno Eleemoſinario noſtro, in Augmentationem Eleemoſinariæ noſtræ, tam omnia & ſingula Bona, Debita & Catalla quarumcumque Perſonarum Felonum de ſe, & cujuſlibet Perſonæ Felonis de ſe, quàm omnia & ſingula Deodanda infra Regnum noſtrum Angliæ, ac Wallliam & Marchias ejuſdem, & infra Villam noſtram Caleſii & Marchias ejuſdem, tam infra Libertates quàm extra, inventa ſive invenienda, foriſfacta ſive foriſfacienda, quæ nobis nunc pertinent, vel unquam poſt ſextum Diem Julii ultimò ante datam Præſentium præteritum quoviſmodo pertinuerunt ac pertinere debuerunt, & deinceps quamdiu *ipſum Epiſcopum* Eleemoſinarium noſtrum fore contigerit, pertinuerint vel contigerint ullo modo;

Et volumus & concedimus *eidem Eleemoſinario noſtro* quòd benè liceat ei ac Deputatis & Servientibus ſuis, omnia hujuſmodi Bona Debita & Catalla Felonum de ſe, ac Deodanda, ubicumque invenire poterint, tam infra Libertates quàm extra, ut præfertur, ſeiſire recuperare & colligere, aſſignantes præfatum *Eleemoſinarium noſtrum* ac Deputatum ſuum & Deputatos ſuos ad inquirendum, de tempore in tempus, viis & modis quibus meliùs ſcire poterit ſive poterint, de hujuſmodi Bonis Debitis & Catallis Felonum de ſe, & Deodandis, * ac ad eandem ſeiſiendum capiendum & recuperandum & levandum, per ſe ſive Deputatos ſuos ſufficientes, ubicumque infra Regnum noſtrum Angliæ prædictum, ac Walliam prædictam & Marchias ejuſdem, & infra Villam noſtram Caleſii prædictam & Marchias ejuſdem, fuerint inventa, tam infra Libertates quàm extra, & ipſa ſic levata recuperata & collecta, per ſe, ubi meliùs videbitur, pro Nobis in Eleemoſinam diſtribuendum, abſque Compoto ſive Ratiocinio inde nobis reddendo ſeu faciendo; * XV. 340.

Per Præſentes mandantes & præcipientes univerſis & ſingulis Majoribus Vicecomitibus Coronatoribus Ballivis & Conſtabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris noſtris tam infra Libertates quàm extra, & eorum cuilibet, Tenore Præſentium, quod præfato *Eleemoſinario noſtro*, ac Deputatis & Servientibus ſuis, in Executione Præmiſſorum ſupportantes ſint & intendentes, auxiliantes & defendentes, ſub Periculo quod incumbit.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

1553. *ibid.* Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus chariſſimo Conſanguineo & Conſiliario noſtro *Henrico Comiti Arundellæ* Officium *Magni Conſtabularii* noſtri Angliæ, ac ipſum *Comitem* MAGNUM CONSTABULARIUM noſtrum Angliæ ordinamus & conſtituimus per Præſentes;

Habendum & occupandum Officium prædictum, per totum triceſimum diem inſtantis Menſis Septembris tantùm; videlicet, diem proximum & immediatè præcedentem diem (Deo dante) futuræ ſolempnis *Coronationis* noſtræ, unà cum omnibus Juribus & Pertinentiis eidem Officio, pro eodem Die tantùm, ſpectantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Turrem London.* viceſimo nono Die Septembris.

*Per ipſam Reginam.*

---

• XV. 341.

### * *De Magno Seneſcallo conſtituto.*

Ann. D 1553. *Pat. 1. M. R. p. 2. m. 1.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus Chariſſimo Conſanguineo & Conſiliario noſtro *Edwardo Comiti Derbiæ* Officium *Magni Seneſcalli* noſtri Angliæ, ac ipſum *Comitem* MAGNUM SENESCALLUM noſtrum Angliæ ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum & Occupandum Officium prædictum, per totum Primum Diem Menſis Octobris proximò futurum, ab Ortu Solis ejuſdem Diei uſque ad Occaſum, quo Die (Deo dante) ſolempniter *Coronari* intendimus, unà cum omnibus Juribus & Pertinentiis eidem Officio, pro eodem Die tantùm ſpectantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Turrim London.* viceſimo nono Die Septembris.

*Per ipſum Reginam.*

---

### *De Theſaurario ordinato.*

Ann. D. 1553. *ibid. p. 7. m. 34.*

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

Quibuſdam certis de Cauſis & Conſiderationibus Nos ſpecialiter moventibus, necnon de Fidelitate & provida Circumſpectione Chariſſimi Conſanguinei & Conſiliarii noſtri *Willielmi Marchionis Winton.* quamplurimùm confidentes,

Damus & concedimus eidem *Willielmo* Officium *Theſaurarii* Scaccarii noſtri, ac ipſum *Willielmum Marchionem Winton.* THESAURARIUM Scaccarii noſtri prædicti conſtituimus & ordinamus per Præſentes,

Habendum occupandum exercendum & exequendum Officium illud, à ſexto Die Julii Anno Regni noſtri Primo quamdiu Nobis placuerit, cum omnibus & omnimodis Feodis Vadiis Regardis & Proficuis, necnon aliis omnibus Libertatibus Commoditatibus & Emolumentis eidem Officio quoquo modo pertinentibus ſive ſpectantibus, adeò plenè integrè, ac in tam amplis modo & formâ prout *Johannes Dynham Miles Dominus Dynham*, aut *Thomas* dudum *Dux Norffolciæ* Pater *Thomæ nunc Ducis Norffolciæ*, ſive idem *Thomas nunc Dux Norffolciæ*, aut *Edwardus nuper Dux Somerſetiæ*, vel eorum aliquis vel aliquis alius, Officium illud nuper habentes ſive occupantes habens vel occupans, habuerint & perceperint, habuerit vel perceperit;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Præſentium, durante Vitâ naturali ipſius ... ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, Annunciationis beatæ Mariæ, & Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, per æquales Portiones;

Volentes & concedentes etiam per Præſentes quòd præfatus *Thomas Huys*, Serviens noſter, prædictum Officium, cum omnibus & ſingulis pertinentiis, ac prædictam Annuitatem & Feodum *Centum Librarum* annuatim ſive per Annum, modo & formâ ut prædicitur ſolvendam, ac omnia & ſingula Proficua Dietas Allocationes prædicta, & Bowge le Courte, cum omnibus Emolumentis Præheminentiis Auctoritatibus & Commoditatibus quibuſcumque eidem Officio ſpectantibus, habeat percipiat & gaudeat durante Vitâ ſuâ, in tam amplis modo formâ & effectu, prout aliqua Perſona ſive aliquæ aliæ Perſonæ dictum Officium cum Pertinentiis, ac cætera omnia Præmiſſa ante hæc tempora occupantes, habuerit aut perceperit habuerunt aut perceperunt aut habuere aut percipere debuerunt aut potuerunt;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Præſentationibus.*

REgina, Reverendo in Chriſto Patri, *Nicholao Wygorniensi Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia Vicario ſuo in Spiritualibus Generali, Salutem. Ann. D. 1553. *Pat. 1. M. R. p. 2. m. 46.*

Ad Vicariam de Pyllerton veſtræ Diœceſis, per Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem jam Vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum nobis *Ricardum Eylotts* Clericum Vobis Præſentamus,

Rogantes, quatenus eundem *Ricardum* ad Vicariam prædictam Admittere, Ipſumque Rectorem in eadem Inſtituere, cum omnibus ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque Peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali velitis cum Favore.

In cujus, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſtrium*, ſeptimo Die Octobris.

Conſimiles Literæ Patentes conceſſæ ſunt Perſonis ſequentibus; videlicet,

*Humfridus Horton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Marſton* Coventr. & Lich. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ *Coventr. & Lich. Epiſcopo* ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo Die Aprilis.

*Willielmus Porter* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Kennesbury* Coventr. & Lich. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ, *Coventr. & Lich. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo Die Aprilis.

*Willielmus Cocks* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Ridlyngton*, Petriburgenſ. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione

Digitized by Google

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo Die Aprilis.

*Johannes Barne* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Beeſton* Norwicen. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Norwicen Epiſcopo* ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo Die Aprilis.

*Johannes Weſtowe* Clericus habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Uggley* London. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *E.* permiſſione Divinâ, *London Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo primo Die Januarii.

*Rogerus Houghton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Audeley* Coventr. & Lich. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *R. Coventr. & Lich. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo primo Die Januarii.

*Ricardus Morgan* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Penmayne* Meneven. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Meneven. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo Die Maii

*Ricardus Warde* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Tymbealande* Winton. Diœc. & diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *Winton. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto Die Novembris.

*Willielmus Collynge* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Lyttleton* Briſtoll. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Briſtoll. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

* XV. 344. * Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto Die Maii.

*Rogerus Dioes* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Stratforde* ſuper Aven Coventr. & Lich. Diœc Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *R. Coventr. & Lich. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo Die Aprilis.

*Robertus Johnſ.* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Clune* Heref. Diœc. Et diriguntur Literæ ille Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ, *Heref. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo die Aprilis.

*Thomas Gyll* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Clewſworth* Bathon & Wellen. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ, *Bathon. & Wellen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo Die Aprilis.

*Thomas Aſtell* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Eydon* Petriburgenſ. Diœc. Et diriguntur Literæ ſuæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ, *Petriburgen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto Die Aprilis.

*Martinus Hoggarde* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Burcham* Roffen. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Roffen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo Die Aprilis.

* *Thomas Meye* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Newenton* Sarum Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Sarum Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali. * XV. 345.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo Die Aprilis.

*Georgius Elletſon* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Bruikirke* Carliolen. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Carlioll. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo Die Aprilis.

*Thomas Frend* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Holle* Exon. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ, *Exon.*

Digitized by Google

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, octavo die Novembris.

*Robertus Hope* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Felſham* Ciceſtren. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *G.* Permiſſione Divinâ, *Ciceſtren. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo primo die Novembris.

*Criſtoferus Matton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Moreton.* Lincoln. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ, *Lincoln. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono die Maii.

*Henricus Pendylton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Præbendam de Cloughton* in Eccleſia Cathedrali Lich. Coventr. & Lich. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ, *Coventr. & Lich. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Junii.

*Edmundus Harcock* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de
* XV. 346. * Præſentatione ad *Vicariam de Broke* Norwicen. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Norwicen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentiâ *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Octobris

*Robertus Teſdale* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Edythorpe* Norwic. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri Permiſſione Divinâ, *Norwicen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Octobris.

*Johannes Coſyn* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Kettelſton* Norwicen. Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Norwicen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Junii.

*Nicholaus Brydge* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam Omnium Sanctorum in Stamforde* Lincoln Diœc. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *Johanni*, Permiſſione Divinâ, *Lincoln. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto Die Octobris.

*Henricus Milward* aliàs *Smyth* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Harlyngton* Diœc. Lincoln. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *Johanni*, Permiſſione Divinâ, *Lincoln. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto die Octobris.

*Willielmus Edynſon ad Vicariam de* ...

*Thomas Downe ad Vicariam de Buryngton*, Heref. Diœc.

*Rogerus Dowſton ad Vicariam Sancti Laurentii*, London. Diœc.

*Ricardus Gatekyll ad Vicariam de Purſley*, Sarum Diœc.

*Johannes Fermer ad Rectoriam de Strete*, Ciceſtren. Diœc,

*Willielmus Holland ad Vicariam de Stewkeley*, Lincoln. Diœc.

*Willie Brantyngham ad Rectoriam de Thymbleby*, Lincoln. Diœc.

*Henricus Trykett ad Rectoriam de Colſterworth*, Lincoln. Diœc.

* *Ricardus Hutton ad Rectoriam de Burton*, Coven. & Lich. * XV. 347. Diœc.

*Willielmus Gervys ad Rectoriam Sancti Nicholai Feltwel*, Norwicen. Diœc.

*Thomas Munden ad Rectoriam de Haydon*, Norwicen. Diœc.

*Thomas Weſte ad Vicariam de Calſton* aliàs *Colſton Baſſet*, Eborum Diœc.

*Ricardus Hadcock ad Rectoriam de Wymmondham*, Lincoln. Diœc.

*Ricardus Edmonds ad Vicariam de Barryngton*, Glouc. Diœc.

*Willielmus Harryſon ad Vicariam de Hudderſfeld*, Eborum Diœc.

*Henricus Wilſon ad Vicariam de Byllyngborrowe*, Lincoln. Diœc.

*Thomas Davye ad Vicariam de Abbatis Carſwell*, Exon. Diœc.

*Rogerus Page* ad unam Medietatem *Rectoriæ de Trowell*, Eborum Diœc.

*Hugo Bydnam ad Rectoriam de Chetyngton*, Lincoln. Diœc.

*Thomas Helme ad Rectoriam de Letheley*, Eborum Diœc.

*Willielmus Halyday ad Rectoriam de Wyndthorpe*, Eborum Diœc.

*Alanus Holte ad Rectoriam de Cleydon*, Norwic. Diœc.

*Robertus Thompſon ad Rectoriam de Litle Cheverell*, Sarum Diœc.

*Robertus Bruce ad Vicariam de Morelynch*, Bathon. & Wellen. Diœc.

*Ricardus Wylde ad Vicariam de Stapleford*, Lincoln. Diœc.

*Thomas Boyne ad Vicariam de Tywarderth*, Exon. Diœc.

*Thomas Fawkener ad Vicariam de Tuddenham*, Glouc. Diœc.

*Johannes David ad Vicariam de Kewſtocke*, Bathon. & Wellen. Diœc.

*Jacobus Proctor ad Rectoriam de Chelſythe*, London. Diœc.

*Robertus Howe ad Vicariam de Alnham*, Dunelmen. Diœc.

*Johannes Bowden ad Vicariam de Totnet*, Exon. Diœc.

*Willielmus Caprycke ad Rectoriam de Johnſton*, Meneven. Diœc.

*Willielmus Buddeſley ad Rectoriam de Parva Aſſhebye*, Lincoln. Diœc.

*Henricus Banner ad Vicariam de Sadyngton Sancti Petri*, Glouc. Diœc.

*David Spencer ad Rectoriam de Henton Martine*, Briſtoll. Diœc.

*Thomas Davys ad Rectoriam de Llanvadocke*, Meneven Diœc.

*Gilbertus Saunder ad Rectoriam de Thorne Tryſſyn*. Bathon. & Wellen. Diœc.

*Johannes Ex ad Vicariam de Frampton*, Bryſtoll. Diœc.

*Thurſton Bradeley ad Rectoriam de Weſterfeld*, Norwicen. Diœc.

*Willielmus Kyngeſton ad Rectoriam de Gawdeby*, Lincoln. Diœc.

*Johannes Hatley ad Rectoriam de Tylbrocke*, Lincoln. Diœc.

*Thomas Mathewe ad Rectoriam de Llanvehangel Penbedowe*, Meneven. Diœc.

*Criſtoferus Aſhton ad Rectoriam Omnium Sanctorum in Northſtrete*, Eborum Diœc.

*Matheus Baylye ad Vicariam de Buckmynſter*, Lincoln. Diœc.

*David Lynn ad Vicariam de Conwyll Gay*, Meneven. Diœc.

*Michaell Carpenter ad Vicariam de Skalford*, Lincoln. Diœc.

*Criſtoferus Grene ad Rectoriam de Hempſted*, Norwicen. Diœc.

*Jo-*

Digitized by Google

*Johannes Sheldon ad Rectoriam de Naunton*, Wigorn. Diœc.
*Johannes Fayrehayre ad Rectoriam de Heryngſwell*, Norwicen. Diœc.
*Johannes Cave* ad Eccleſiam Parochialem de* *Halſham*, Eborum Diœc.
*Rogerus Clerke ad Rectoriam de Mychyng*, Ciceſtren. Diœc.
*Johannes More ad Rectoriam de Mewe*, Exon. Diœc.
*Riccardus Kydde ad Rectoriam de Offham*, Roffen. Diœc.
*Willielmus Clough ad Rectoriam de Dytton*, Roffen. Diœc.
*Johannes ap Edward ad Rectoriam de Manavon*. Landaven. Diœc.
*Laurentius Tucker ad Vicariam de Midleſwey*, Bathon. & Wellen. Diœc.
*Radulphus Shawe ad Rectoriam de Ardern*. Cantuar. Diœc.
*Thomas Lyer ad Rectoriam de Eſſe*, London. Diœc.
*Willielmus Wyther ad Vicariam de Butteley*, cum Capella de Bolſtonborough Bathon. & Wellen. Diœc.
*Otwellus Gylys ad Vicariam de Nova Wyndeſore*, Sarum Diœc.
*Thomas Aleyn ad Vicariam de Arlyngham*, Glouc. Diœc.
*Thomas Gylbye ad Rectoriam de Saltflethye*, Lincoln. Diœc.
*Henricus Lasham ad Vicariam de Hyrnhyll*, Cantuar. Diœc.
*Nicholaus Grenewaye ad Rectoriam de Graveſend*, Roffen. Diœc.
*Willielmus Bery ad Hoſpitalem Sancti Nicholas juxta Richemond* Ceſtren. Diœc.
*Willielmus Wrexham ad Rectoriam de Brymyngham*, Coven. & Lich. Diœc.
*Willielmus Ryland ad Vicariam de Elmely*, Wigorn. Diœc.
*Thomas Crouke ad Vicariam de Rogate*, Ciceſtren. Diœc.
*Reginaldus Webbe ad Rectoriam de Chylcome*, Winton. Diœc.
*Johannes Williams ad Rectoriam de Treredonock*, Landaven. Diœc.
*Ricardus Braddock ad Vicariam de Buſton*. Lincoln. Diœc.
*Robertus Williams ad Vicariam de Frampton*, Glouc. Diœc.
*Rogerus Slade ad Rectoriam Sancti Pancracii*, Exon. Diœc.
*Martinus Jamys ad Rectoriam de Roche*, Exon. Diœc.
*David Ellys ad Vicariam de Dorſton*, Heref. Diœc.
*Johannes Coterell ad Rectoriam de Chylcombe*, Briſtoll. Diœc.
*Carolus Walley ad Rectoriam de Langley*, Cantuar Diœc.
*Willielmus Jaye ad Rectoriam de Munckſyllyth*, Norwicen. Diœc.
*Hugo David ad Rectoriam de Eſt Stragnyll*, Meneven. Diœc.
*Thomas Downes ad Rectoriam de Palgrave*, Norwicen. Diœc.
*Robertus Tomſon ad Vicariam de Boiton*, Cantuar. Diœc.
*Thomas Balgay ad Rectoriam de Tauborn*, Sarum Diœc.
*Thomas Towneſday ad Vicariam de Kemble*, Sarum Diœc.
*Johannes Stacye ad Vicariam de Barton*, Norwicen Diœc.
*Hugo Jones ad Vicariam de Llanvihangell Kylcarnell*, Meneven. Diœc.
*Thomas Penforde ad Vicariam de Coughton*, Wigorn. Diœc.
*Thomas Wylſon ad Vicariam de Radwey*, Coventr. & Lich. Diœc.
*Johannes Jewes ad Vicariam de Rothewell*, Petriburgen. Diœc.
*Ricardus Creſweller ad Rectoriam de Burdham*, Ciceſtren. Diœc.
*Jaſperus Hopkyns ad Vicariam Sancti Nicholai Atwade* in Inſula de Thannett, Cantuar. Diœc.
*Robertus Feron ad Rectoriam de Ethelburge*, infra Byſhopſgate London. Lond Diœc.
*Galfridus Bayly ad Rectoriam Sanctæ Margaretæ Moyſes* in Frydayſtreet, Lond. Doeic.
*Johannes Curtays ad Vicariam de Eppyngbery*, London. Diœc.
*Johannes Smyth ad Rectoriam de Stanwyke*, Petriburgen. Diœc.

bery London London. Diœc
*Henricus Skots ad Vicariam de Swamborne*, Lincoln. Diœc.
*Nicholaus Grenewye ad Vicariam de La..ham*, Cantuar. Diœc.
*Jacobus Bounde ad Vicariam de Wellyngton* cum Capella de Buckland eidem annexa Bathon. & Well. Diœc.
*Jacobus Holneſſe ad Rectoriam de Kennerton*, Cantuar. Diœc.
*Willielmus Kempſall ad Rectoriam de Wytton*, in Villa de Wyche, & *Rectoriam Sanctæ Andreæ*, in Villa de Wyche eidem annexam, Wigorn. Diœc.
*Johannes Howſeman ad Hoſpitalem de Bawtre*, Eborum Diœc.
*Edwardus Clyfton ad Rectoriam de Morton*, London. Diœc.
*Johannes Hewys ad Rectoriam de Treredroyer*, Meneven. Diœc.
*Thomas ap Rice ad Rectoriam de Nymmeſfeld*, Glouc. Diœc.
*Edmundus Coſyn ad Rectoriam Sancti Edmundi in Northlyme*, Norwicen. Diœc.
*Thomas Shell ad Rectoriam de Higham Gobyn*, Lincoln. Diœc.
*Johannes Burnell ad Rectoriam de Altham*, Cantuar. Diœc.
*Ricardus Taylor ad Rectoriam de Aure*, Glouc. Diœc.
*Thomas Huddleſton ad Rectoriam de Heskerton*, Eborum Diœc.
*Ricardus Croſſe ad Rectoriam de Eſtbrygde*, Cantuar. Diœc.
*Robertus ap Grene ad Rectoriam de Eglonſall*, cum Capella de Clanverian eidem annexa, Bangoren. Diœc.
*Georgius Byrche ad Rectoriam de Uley*, Glouc. Diœc.
*Humfridus Plumpton ad Rectoriam de Wodmancote*, Ciceſtren. Diœc.
*Elizeus ap Richard ad Rectoriam de Dolgelly*, Bangoren. Diœc.
*Johannes Phillips ad Rectoriam de Prendergaſt*, Meneven. Diœc.
*Ricardus Mychell ad Rectoriam Lydford*, Exon. Diœc
*Jacobus Bell ad Rectoriam de Stuteley*, Lincoln. Diœc.
*Thomas Lylford ad Vicariam de Tylmanſton*, Cantuar. Diœc.
*Ricardus Clare ad Rectoriam de Stretfort Tony*, Sarum Diœc.
*Johannes Saywell ad Rectoriam de Adderley*, Lincoln. Diœc.
*Willielmus Collyn ad Rectoriam de Lyttleton*, Glouc. Diœc.
*Jacobus Tenant ad Vicariam de Bodenham*, Hereforden. Diœc.
*Petrus Prelande ad Vicariam de Sanbache*, Ceſtren. Diœc.
*Thomas Chapman ad Rectoriam de Merſton*, Ciceſtren. Diœc.
*Henricus George ad Rectoriam de Nudygate*, Winton. Diœc.
*Johannes Tytherley ad Rectoriam de Hatche Reacham*, Bathon. & Wellen Diœc.
*Chriſtoferus Walwen ad Vicariam de Marche magna*, Heref. Diœc.
*Johannes Rudd ad Rectoriam de Kyrſtede*, cum Capella de Langhall eidem annexa, Norwicen. Diœc.
**Edwardus Wormale* ad *Vicariam de Owlſton*, Lincoln. Diœc. *XV.
*Criſtoferus Browe ad Rectoriam de Tullyngton*, Ciceſtren. Diœc.
*Thomas Bolte* ad *Rectoriam de Rolſton*, Coven. & Lich. Diœc. 35°.
*Georgius Todd* ad *Rectoriam de Wemerſton*, Norwicen. Diœc.
*Johannes Buck* ad *Rectoriam de Slyargate*, Cantuar. Diœc.
*Johannes Backhowſe* ad *Vicariam de Askarth*, Ceſtren. Diœc.
*Willielmus Stapleford* ad *Rectoriam de Morſton*, Cantuar. Diœc.
*Willielmus Helyn* ad *Rectoriam de Whytnaſhe*, Coventr. & Lich. Diœc.
*Robertus Wethy* ad *Vicariam de Davenham*, London Diœc.
*Willielmus Mann* ad *Vicariam de Norborne*, cum Capella de Sheldon Moungeham & parva Rectoriali eidem annexa, Cantuar. Diœc.
*Jacobus Baſſet* ad *Canonicatum & Præbendam de Butteſant*, in Eccleſia Metropolitica Sancti Petri Eboracen. fundat. & ſtabilit. Eborum Diœc.

longinge, in as large and ample maner as ... Knightes of like Degre, beinge made in the tyme of oure Progenitors, have, and of right ought to have had or enjoyed.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo die Octobris.

*Per ipſam Reginam.*

---

### *Pro Jacobo Dyer Milite de Conceſſione ad Placitum.*

Ann. D. 1553. *Ibid.* *p. 6. m. 23.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, ex mero Motu & certa Scientia noſtris, conſtituimus dilectum & fidelem noſtrum *Jacobum Dyer* Militem unum *Servientum noſtrorum ad Legem*; necnon conceſſimus eidem *Johanni* Officium unius Servientum noſtrorum ad Legem,

Habendum occupandum & exercendum dictum Officium, necnon ad eſſendum unum Servientum noſtrorum ad Legem quamdiu Nobis placuerit, capiendo & percipiendo annuatim in & pro Officio illo exercendo eidem *Jacobo* Vadium Feodum Veſturam & Regardum dicto Officio debita ſive pertinentia, prout aliquis Ser-
* XV. 351. vientum noſtrorum ad * Legem, pro hujuſmodi Officio exercendo, percipiet ſive habere vel percipere debet.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo nono die Octobris.

*Per ipſam Reginam.*

---

### *De Cuſtodia Bibliothecæ Weſtmonaſt.*

Ann. D. 1553. *Ibid.* *p. 11. m. 24.*

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm præcariſſimus Frater noſter *Edwardus Sextus* nuper *Rex Angliæ*, per Literas ſuas Patentes, datas apud Weſtmonaſterium quartodecimo die Decembris Anno Regni ſui tertio, *Bartholomæum Traheron Bibliothecæ ſuæ Weſtmonaſterii* præfecerit, dictumque *Bartholomæum* Cuſtodem dictæ Bibliothecæ per eaſdem conſtituerit ordinaverit & creaverit, & ut ejus ſtudium ac Diligentiam ea in re magis exercuerit, eidem *Bartholomæo*, pro Regia ſua Munificentia, conceſſerit & dederit annuatim quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum* Sterlingorum per Annum,

Habendam & annuatim percipiendam eandem Annuitatem ſive annualem Redditum *præfato Bartholomæo* & Aſſignatis ſuis æquis Portionibus, ſolvendam ad Feſta Nativitatis Chriſti & Sancti Johannis Baptiſtæ quamdiu dictus *Bartholomæus* vixerit, de Theſauro ſuo ad Receptam Scaccarii ſui, per manus Theſaurarii & Camerariorum ſuorum ejuſdem Scaccarii pro tempore exiſtentium, cum omnibus aliis Emolumentis quibuſcumque dictæ *Bibliothecæ* Cuſtodiæ ab antiquo debitis & conſuetis, atque ut in ejus Poteſtate eſſet idoneum aliquem ſubſtituere, qui ipſius Munere fungeretur, quoties illi adeſſe non fuiſſet commodum, prout in prædictis Literis Patentibus pleniùs continetur;

Jamque præfatus *Bartholomæus Traheron* in Voluntate exiſtit Literas Patentes prædictas nobis in Cancellariam noſtram ſurſum reddere cancellandas, eâ intentione quod nos alias Literas noſtras Patentes de officio prædicto & cæteris Præmiſſis, dilecto Servienti noſtro *Johanni Clyffe* uni Clericorum Signeti noſtri in forma ſequenti gratioſè concedere dignaremur,

Nos,

Præmiſſa conſiderantes, ac pro eo quod prædictæ Literæ Patentes ad præſens cancellatæ exiſtunt, ut certam inde habemus notitiam,

... noſtris Bibliothecis huc liberè comportare Libros omnes qui aut Bibliothecam hanc noſtram ornare, aut Studia noſtra quoquomodo promovere poſſe videbuntur, modò id fiat ſine alterius Damno aut Incommodo ratione alicujus Conceſſionis aut Donationis per Nos aut Progenitores noſtros in ſimili Cauſa cuivis factæ;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Pro Servitio contra Rebelles.*

REgina, omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd Nos, 1553.

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu *Par. 1.*
noſtris, necnon pro bono & acceptabili Servitio nobis impenſo *M. R.*
per, prædictum & fidelem Conſiliarium noſtrum, *Willielmum* *p. 9.*
*Drurie* Militem, apud *Fremlingham* in Comitatu noſtro Suffolciæ, tempore Rebellionis contra Nos & Perſonam noſtram Reginalem attemptatæ, *m. 1.*

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus præfato *Willielmo Drurie* quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Marcarum* legalis Monetæ Angliæ,

Habendam gaudendam & annuatim percipiendam eandem Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Marcarum* præfato *Willielmo* & Aſſignatis ſuis, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ad terminum & pro termino Vitæ ejuſdem *Willielmi Drurie*, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum prædictorum, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones annuatim ſolvendam; Primâ Solutione inde incipiente ad prædictum Feſtum Annunciationis beatæ Mariæ Virginis proximò futurum;

Præcipimus etiam, ac per Præſentes eiſdem Theſaurario & Camerariis noſtris Hæredum & Succeſſorum noſtrorum prædictorum mandamus, quod de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum in Cuſtodia ſua pro tempore exiſtente, dictæ Annuitatis ſive annualis Penſionis eidem *Willielmo* Solutionem fieri faciant de Feſto in Feſtum ſecundùm vim formam & effectum hujus noſtræ Conceſſionis;

Et quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, primo die Novembris.

*Per Dominum Cancellarium Angliæ, virtute Warranti Reginæ.*

---

### *Pro Servitio contra Proditores.*

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quod Nos, 1553.

Pro & in Conſideratione boni veri fidelis & acceptabilis Servi- *Ibid.*
tii Nobis, per dilectum & fidelem Conſiliarium noſtrum, *Tho-* *p. 3.*
*mam Weſte Militem Dominum de la Warre* in Servitio noſtro erga *m. 30.*
Proditorem noſtrum *Johannem Ducem Northumbriæ* multipliciter præ-

1553. Sciatis quod Nos,

Pat. 1. M. R. p. 11. m. 33. De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, in conſideratione boni & fidelis Servitii quod dilectus Subditus noſter *Hugh Cowsbgrave* ante hæc tempora impendere intendit,

Ereximus fecimus conſtituimus ordinavimus & creavimus, ac per Præſentes erigimus facimus conſtituimus ordinamus & creamus eundem *Hugonem* in Officium unius *Purſivandorum noſtrorum* ad Arma, ac Officium illud, necnon Nomen vulgare ROUDGECROSSE, ac Stilum Titulum Libertates & Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia, ab antiquo conſueta, damus & concedimus per Præſentes,

Habendum & exercendum Officium illud, ac Nomen Stilum Titulum Libertates & Præeminentias prædictas, præfato *Hugoni* aliàs *Roudgecroſſe* durante Vitâ ſuâ;

Et ulteriùs dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Hugoni* aliàs *Roudgecroſſe* durante Vitâ ſuâ, pro Vadio & Feodo Officii ſui prædicti, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Decem Librarum* Sterlingorum, percipiendarum ſibi de Theſauro noſtro pro Termino Vitæ ſuæ prædictæ, ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, à Feſto Sancti Michaelis ultimò præterito; videlicet, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones;

Damus etiam, & per Præſentes concedimus, eidem *Hugoni* aliàs *Roudgecroſſe*, tot & tantas Denariorum Summas, ad quot quantas prædicta Annuitas ſive annualis Redditus *Decem Librarum*, à Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, quod fuit in Anno Regni præcariſſimi Fratris noſtri, inclitæ Memoriæ, *Edwardi Sexti* nuper *Regis Angliæ*, ſeptimo, hucuſque ſe extendit & attingit, juxta Ratam prædictam,

Habendas eidem *Hugoni* aliàs *Roudgecroſſe*, ex Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

XV. 354. ** De Rougecroix Purſivando cum Titulo, Lancaſtre Haraldi, inſignito.*

Ann. D. 1553. REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Pat. 1. M. R. p. 15. m. 4. De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii quod, dilectus Serviens noſter *Nicholaus Tubman*, aliàs *Rouge Croix*, unus Purſivandorum noſtrorum ad Arma, antehac impendit, & durante Vitâ ſuâ nobis impendere intendit,

Fecimus nominavimus ereximus & inveſtivimus eundem *Nicholaum Tubman*, unum Haraldorum noſtrorum ad Arma, eique Nomen illud LANCASTRE imponimus, Stilum Titulum & Libertates ac Præeminentias, hujuſmodi Officio convenientia & concordantia ab antiquo conſueta, damus autem & concedimus per Præſentes,

Habendum, tenendum, gaudendum, & exercendum Officium



nus Purſivandorum noſtrorum ad Arma, antehac impendit, & durante Vitâ ſuâ nobis impendere intendit,

Fecimus nominavimus ereximus & inveſtivimus eundem *Martinum* unum Haraldorum noſtrorum ad Arma, eique Nomen illud YORK imponimus, Stilum Titulum & Libertatem ac Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia, ab antiquo conſueta, damus etiam & concedimus per Præſentes,

Habendum, tenendum, gaudendum & excercendum Officium illud, ac cætera Præmiſſa eidem *Martino Marruf*, aliàs *York*, durante Vitâ ſuâ.

Et ulteriùs dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Martino Marruf*, aliàs *York* ſingulis Annis, pro Excertio & Occupatione Officii prædicti, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *viginti Marcarum* Sterlingorum;

Habendam & annuatim percipiendam prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum 20. *Marcarum*, eidem *Martino Marruf*, aliàs *York*, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore * exiſtentium, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales XV. 355. Portiones, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præeminentiis & Emolumentis quibuſcumque eidem Offcio qualitercumque debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma prout aliquis alius ſive aliqui alii Haraldorum noſtrorum ad Arma habuit & percepit, habuerunt & perceperunt pro Exercitio & Occupatione ejuſdem Officii.

Damus etiam & per Præſentes concedimus eidem *Martino Marruf* aliàs *York* tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas prædicta Annuitas ſive annualis Redditus *Viginti Marcarum*, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli, quòd fuit in Anno Regni præcariſſimi Fratris noſtri, inclitæ Memoriæ, *Edwardi Sexti*, nuper *Regis Angliæ* Sexto, hucuſque ſe extendit & attingit juxta Ratam prædictam, habendas eidem *Martino Marruf*, aliàs *York*, ex Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxiv. die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro bono Servitio contra Rebelles.*

REgina, omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1553.

Sciatis quòd Nos, *Ibid.* p. 2. m. 12.

Tam in conſideratione boni veri & fidelis Servitii, præcariſſimo Patri noſtri *Henrico Octavo*, quondam *Regi Angliæ* & præcariſſimo Fratri noſtro *Edwardo Sexto*, nuper *Regi Angliæ*, per dilectum & fidelem Conſiliarium noſtrum *Ricardum Southwell* Militem, facti & impenſi, quàm in conſideratione boni veri & fidelis & acceptabilis Servitii per eundem *Ricardum Southwell* nobis facti & impenſi in illa Rebellione quæ, per *Johannem* nuper *Ducem Northumbriæ* & ſibi Confœderatis, contra Nos dudum attemptata fuit,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris præfato *Ricardo Soutwell* Militi, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum* legalis Monetæ Angliæ,



Ha-

* XV. 356.

** De Præſentatione.*

Ann. D. 1553. Ibid. m. 11. REgina, &c. Reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino *Johanni*, Permiſſione Divinâ, *Lincolnienſi Epiſcopo*, veſtrove Vicario in Spiritualibus Generali cuicumque, Salutem.

Ad Eccleſiam Parochialem *de Kegworth*, in Comitatu noſtro Leiceſtriæ veſtræ Lincoln. Diœceſis jam de Jure Vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, dilectum Subditum noſtrum *Robertum Parker* Clericum vobis præſentamus,

Rogantes quatenus eundem *Robertum* ad præfatam Eccleſiam Parochialem Admittere, ac Ipſum Rectorem ibidem legitimè Inſtituere, unà cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali veſtris cum Favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Conceſſio Johanni Cawood Officii Impreſſoris omnium Statutorum.*

Ann. D. 1553. Ibid. m. 25. REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni veri & acceptabilis Servitii, per dilectum Servientem noſtrum *Johannem Cawood*, perantea facti & impenſi,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus præfato *Johanni Cawood* Officium *Impreſſoris* noſtri omnium & ſingulorum Statutorum Librorum Actuum Proclamationum Injunctionum & aliorum Voluminum & Rerum quorumcumque, quocumque Nomine Termino aut Senſu nominentur vocentur vel cenſeantur, per Nos Hæredes vel Succeſſores noſtros in Anglicana Lingua jam editorum vel impoſterùm edendorum, & ad Imprimendo Ponendum,

Quod quidem Officium jam vacans & in Diſpoſitione noſtra exiſtit, eo quod *Ricardus Grafton*, qui Officium illud nuper habuit & exercebat, idem Officium foriſfecit per Impreſſionem cujuſdam Proclamationis continentis in ſe quandam *Janam* Uxorem *Guildeford Dudley* eſſe Reginam Angliæ, quæ quidem *Jana* falſa Proditrix eſt & non Regina Angliæ,

Ac ipſum *Johannem Cawood* Impreſſorem noſtrum in Præmiſſis, ut præfertur, facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum, gaudendum, occupandum & exercendum Officium prædictum præfato *Johanni Cawood* per ſe, vel per ſufficientem Deputatum vel ſufficientes Deputatos ſuos, durante Vitâ naturali ipſius *Johannis Cawood*, unà cum omnibus Proficuis Commoditatibus Advantagiis Præeminentiis & Privilegiis eidem Officio quoquomodo ſpectantibus ſive pertinentibus, in tam amplis modo & forma prout dictus *Ricardus Grafton*, vel aliquis alius ſive aliqui alii idem Officium antehac habuerunt excercuerunt, habuit ſeu excercuit, vel habere ullo modo debuerunt aut debuit;

Quocirca prohibemus vetamus & inhibemus omnibus & ſingulis Subditis noſtris quibuſcumque, ubivis Gentium ac Locorum agentibus, & cæteris aliis quibuſcumque, ne illi vel illorum aliquis, per ſe vel per alium vel alios Imprimat vel Imprimant ſeu Imprimi faciat vel faciant, infra ſeu extra Dominia noſtra quæcumque, aliquod Volumen Librum aut Opus, ſeu aliqua Volumina aut Opera quæcumque, de quibus Impreſſio per Præſentes per Nos conceditur præfato *Johanni Cawood*, ac quod Nullus aliquos gaudeat & excerceat:

Conceſſimus etiam & per Præſentes concedimus dicto *Johanni Cawood* pro Excercitio Officii prædicti Feodum ſive Annuitatem *Sex Librarum treſdecim Solidarum & quatuor Denariorum* per Annum,

Habendum & annuatim percipiendum prædictum Feodum ſive Annuitatem *Sex Librarum treſdecim Solidorum & quatuor Denariorum* præfato *Johanni Cawood*, durante Vitâ ſuâ naturali, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Paſchæ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, per æquales Portiones ſolvendum;

Et ulteriùs, cùm *Dominus Edwardus Sextus* nuper *Rex Angliæ*, præcariſſimus Frater noſter, de Gratia ſua ſpeciali, ac ex aſſenſu præcariſſimi Avunculi ſui *Edwardi nuper Ducis Somerſetiæ*, Regnorum & Dominiorum ſuorum Protectoris ac Perſonæ ſuæ Regiæ Gubernatoris, necnon de cæterorum Conſiliariorum ſuorum conſenſu, per Literas ſuas Patentes ſub Magno Sigillo ſuo Angliæ, gerentes datam apud Grenewiche, *decimo nono Die Aprilis*, Anno Regni ſui primo, dederit & conceſſerit dilecto Subdito ſuo *Reginaldo Wolff*, Officium Tipographi ac Bibliopolæ ſui in Latino, Græco, Hebraicoque Sermone, necnon Licentiam & Auctoritatem non ſolùm imprimendi & excudendi omnes & ſingulos Libros Latinos Græcos & Hebraicos cujuſcumque generis fuerint, ac etiam Gramaticas Græcas ſive Latinas, quamvis Anglico Sermone intermixtas, necnon Cartas Mappas, cæteraque hujuſmodi quæ ſibi ac Regionibus ſuis in dictis Linguis & Sermonibus uſui aut neceſſaria impoſterùm aliquo tempore eſſe poterint, verùm etiam ad opus & uſum ſuum parandi & providendi tot & tales Libros quot & quales ſibi impoſterùm parari voluerit aut aſſignaverit, ac ipſum *Reginaldum* Tipographum & Bibliopolam ſuum in Præmiſſis, ut præfertur, fecit ordinavit & conſtituit,

Habendum, gaudendum & excercendum Officium prædictum, ac cætera Præmiſſa, præfato *Reginaldo* per ſe vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive Deputatos ſuos ſufficientes, durante Vitâ ejus naturali,

Et ulteriùs, de uberiori Gratia ſua, ac ex aſſenſu & conſenſu prædictis, dederit, & per eaſdem Literas Patentes conceſſerit, præfato *Reginaldo*, pro Exercitio & Occupatione Officii prædicti, Vadium & Feodum *Viginti & ſex Solidorum & octo Denariorum*, habendum & annuatim percipiendum prædicto *Reginaldo* de Theſauro ſuo ad Receptam Scaccarii ſui, per manus Theſaurarii & Camerariorum ſuorum ibidem pro tempore exiſtentium, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli tunc proximò futuro, ad terminos in dicto Scaccario uſuales æquis Portionibus ſolvendum durante Vitâ ſuâ prædictâ, unà cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus & Advantagiis eidem Officio quoquomodò ſpectantibus ſive pertinentibus,

Omnibus & ſingulis Tipographis Bibliopolis & Excuſoribus Librorum infra hoc Regnum Angliæ firmiter præcipiens & mandans, quòd nullus eorum deinde auderet vel præſumeret aliquos Libros * Cartas Mappas, cæteraque vel hujuſmodi quæ per præfatum *Reginaldum* impramenda curaverit aut aſſignaverit, vel quæ præfatus *Reginaldus* propria ſuâ Induſtria Diligentiâ atque Labore conquiſierit, Sumptuique ſuo impreſſerit, vel ſub Nomine ſuo imprimi fecerit, ſub Tipis aut Prelis ſuis excudere ſeu imprimere vel excudi ſeu imprimi facere, nè eadem, per aliquem quemcumque preter prædictum *Reginaldum* impreſſa & excuſa, alicui Perſonæ vendere ſeu vendendo apponere, ſub Pœna Foriſfacturæ & Deperditionis Librorum cæterorumque prædictorum, quos vel quæ ſic vendiderit aut vendendo expoſuerit, ac ulterius incurrendi in gravem Offenſionem, prout per eaſdem Literas Patentes, inter alia, pleniùs liquet, * XV. 358.

Nos,

De uberiori Gratia noſtra, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris,

Digitized by Google

ctantibus ſive pertinentibus;

Quare omnibus & ſingulis Tipographis Bibliopolis & Excuſoribus Librorum infra hoc Regnum noſtrum Angliæ, per Præſentes, firmiter præcipimus & concedimus quod nullus poſt Mortem *dicti Reginaldi*, & durante Vitâ naturali prædicti *Johanni Cawood*, audeat vel præſumat aliquos Libros Cartas Mappas, cæterave hujuſmodi, quæ nos præfatum *Johannem*, poſt Mortem *dicti Reginaldi*, imprimenda curabimus aut aſſignabimus, vel quæ præfatus *Johannes*, poſt Mortem dicti *Reginaldi*, propria ſua Induſtria Diligentia atque Labore conquiſierit, Sumptuique ſuo impreſſerit, vel ſuo Nomine imprimi fecerit, ſub Tipis aut Prelis ſuis excudere ſeu imprimere vel excudi ſeu imprimi facere, nec eadem, per alium quemcumque præter *prædictum Johannem* impreſſa aut excuſa, alicui Perſonæ vendere ſeu vendendo exponere, ſub Pœna Foriſfacturæ & Deperditionis Librorum cæterorumque prædictorum, quas vel quæ ſic vendiderit aut vendendo expoſuerit, ac ulterius incurrendi in gravem noſtri Offenſionem.

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

XV. 359. ✠ Ann. D. 1554. Par. 1. M. R. p. 12. m. 17.

### * *Pro Porcullis Purſivando.*

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii quod dilectus Subditus noſter *Johannes Cocke* nobis durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Fecimus nominavimus creavimus ereximus & ordinavimus, ac per Præſentes facimus nominamus creamus erigimus & ordinamus eundem *Johannem Cocke* unum Purſivandorum noſtrorum ad Arma, ac ei Nomen illud vulgare nuncupatum PORCULLIS imponimus, Stilumque Titulum Libertatem & Præminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia ab antiquo conſueta damus ei etiam & concedimus per Præſentes,

Habendum tenendum occupandum exercendum & gaudendum prædictum Officium, ac cætera omnia & ſingula Præmiſſa præfato *Johanni Cocke* durante Vitâ ſuâ naturali,

Dedimus etiam & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Johanni Cocke*, pro Officio prædicto exercendo, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *decem Librarum*, habendam & annuatim percipiendam prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *decem Librarum* præfato *Johanni Cocke* & Aſſignatis ſuis, à Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, pro termino Vitæ ipſius *Johannis Cocke*, ſolvendam annuatim ad duos Anni terminos; viz. ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, per manus Theſaurarii & Camerariorum ſive Receptorum Scaccarii noſtri, ſive aliorum Officiariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præeminentiis & Emolumentis eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma prout aliquis alius ſive aliqui alii Purſivandorum habuit & percepit, habuerunt & perceperunt de in & pro Exercitio Officii ejuſdem, habendam eidem *Johanni Cocke* aliàs *Porcullis* ex Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis vel Hæredibus aut Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

XV. 360 Ann. D. 1554. Pat 1. M. R. p. 2. m. 16.

### * *De Purſivando Rouge dragon creato.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii quod, dilectus Subditus noſter *Willielmus Colbarne* nobis durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Fecimus nominavimus creavimus ereximus & ordinavimus, ac per Præſentes facimus nominamus creamus erigimus & ordinamus eundem *Willielmum Colbarne* unum Purſivandorum noſtrorum ad Arma, ac ei Nomen illud vulgare nuncupatum ROUDGEDRAGON imponimus, Stilumque Titulum Libertates ac Præeminentias, hujuſmodi Officio convenientia & concordantia ab antiquo conſueta, damus ei etiam & concedimus per Præſentes,

Habendum tenendum occupandum exercendum & gaudendum prædictum Officium, ac cætera omnia & ſingula Præmiſſa præfato *Willielmo Colbarne* durante Vitâ ſuâ naturali,

Dedimus etiam & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Willielmo Colbarne*, pro Officio prædicto exercendo, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Decem Librarum* legalis Monetæ Angliæ,

Habendam & annuatim percipiendam prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *decem Librarum*, ut præfertur, *dicto Willielmo Colbarne* & Aſſignatis ſuis, à Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, pro termino Vitæ ipſius *Willielmi Colbarne*, ſolvendam annuatim ad duos Anni terminos; viz. ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis per æquales Portiones, per manus Theſaurarii & Camerariorum ſive Receptorum Scaccarii noſtri ſive aliorum Officiariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præeminentiis Emolumentis & Libertatibus eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & formâ, prout aliquis alius ſive aliqui alii Purſivandorum habuit & percepit, habuerunt & perceperunt vel debuerunt percipere de in & pro Exercitio Officii ejuſdem, habendis eidem *Willielmo Colbarne* aliàs *Rouge-dragon* ex Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto, ſive aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo, ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Super Rebellionem contra Reginam, de Pardonatione ſpeciali.*

Ann. D. 1554. ibid. p. 8. m. 14.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm *Willielmus Parre* nuper *Marchio Northamptoniæ* nuper de Southwerke in Comitatu noſtro Surriæ, per Nomen *Willielmi Marchionis Norham.* nuper de Southwerke in Com. Surr. indictatus fuiſſet de eo quod ipſe & alii falſi Proditores & Rebelles, contra nos, Deum præ oculis ſuis non habentes, ſed Inſtigatione diabolicâ ſeducti, ac debitas Ligeantias ſuas minimè ponderantes, machinantes, imaginantes, obeuntes & compaſſantes nos, de regali Statu, Titulo, Regimine & Poteſtate noſtris Regni noſtri

Murdra Felonias & aliorum Articulorum ſupradictorum Audiendum & Terminandum Aſſignatis, *Decimo quarto Die Auguſti* Anno Regni noſtri Primo.

Cumque ad Seſſiones tentas apud *Weſtm.* in Comitatu noſtro Midd. videlicet, *Die Veneris decimo octavo Die Auguſti* Anno Regni noſtri Primo, coram *Thoma Duce Norffolciæ* pro ea Vice Seneſcallo Angliæ, venit prædictus *Willielmus nuper Marchio Northamptoniæ*, ſub Cuſtodia *Johannis Gage* Militis Conſtabularii Turris noſtræ London. in cujus Cuſtodia præantea ex Cauſis prædictis, & aliis certis de Cauſis, per Mandatum noſtrum commiſſus fuit, ac ad Barram in propria Perſona ſua ductus, & ſtatim de Proditionibus prædictis in Indictamento prædicto ſpecificatis, allocutus qualiter ſe voluiſſet inde acquietari, dicebat quod ipſe non potuiſſet dedicere quin Ipſe de Proditionibus prædictis fuit culpabilis, & expreſsè cognovit Proditiones prædictas ei tunc impoſitas, & poſuit ſe inde in manus noſtras, ſuper quo inſtanti Serviens noſter ad Legem ac Attornatus noſter, pro eo quod prædictus *Willielmus nuper Marchio Northamptoniæ* Proditiones prædictas ei impoſitas expreſsè cognoviſſet, juxta debitam Legis formam, petierunt verſus eundem *Willielmum nuper Marchionem* Judicium & Executionem ſuper inde pro Nobis habenda, ſuper quo per Curiam adtunc conſideratum erat,

*Quod prædictus* Willielmus Marchio Northamptoniæ *duceretur per præfatum Conſtabularium uſque dictam Turrim London. & de inde per Medium Civitatis Londoniæ uſque ad* Furcas de Tybourne *traheretur, & ibidem ſuſpenderetur, & vivens ad Terram proſterneretur, & Interiora ſua extra Ventrem ſuum caperentur, ipſoque vivente comburerentur, & Caput ejus amputaretur, quodque Corpus ſuum in Quatuor Partes divideretur, ac quod Caput & Quarteria illa ponerentur ubi Nos ea aſſignare voluerimus,*

Prout in Recordo illo plenius continetur,

Cumque etiam Parliamentum noſtrum inchoatum apud *Weſtm.* 5. *die Octobris* Anno Regni noſtri Primo, & ibidem continuatum uſque 21. *diem dicti Menſis Octobris* Anno prædicto, & deinde uſque *Weſtm.* 24. *diem dicti Menſis Octobris* Anno prædicto prorogatum, & ibidem tunc tentum & continuatum uſque ad 6. *diem Decembris*, inactitatum fuit in eadem Seſſione prorogata modo & formâ ſequentibus his verbis:

In their moſt humble wiſe beſechen your moſt Royal Majeſtie the Lordes Spiritual and Temporal, and all other your moſt loving and obedient Subjects the Commons of this your moſt High Court of Parliament aſſembled, That where *John Duke of Northumberland*, *Thomas Cranmer Archebuſhop of Cantorbury*, *William Merques of Northampton*, *John Erle of Warwicke*, *Sir Ambroſe Dudley* Knight, *Guildeforde Dudley* Eſquyer and *Jane* his Wife, *Henry Dudley* Eſquier, *Sir Andrew Dudley* Knight, *Sir John Gate* Knight, and *Sir Thomas Palmer* Knight, moſt Falſeſly and Trayterouſly have committed perpetrated and don many deteſtable and abhominable Treaſons to the moſt ferful perill and daunger of the Diſtruction of your moſt Roiall Perſon, and to the utter Loſſe Diſheriſone and Diſtruction of this your Realm of England, if God of his infinite Goodnes had not in dew tyme revealed and gyven Knouledge to your Highnes their Traiterous Intents, of and for the which ſaid Treaſon, being manifeſtly and plainly proved, the ſai *John Duke of Northumberland*, *Thomas Archbuſhop of Canterbury*, *William Marques of Northampton*, *John Erle of Warwicke*, *Sir Ambroſe Dudley*, *Guildeforde Dudley*, *Jane* his Wife, *Henry* * *Dudley Sir Andrew Dudley Sir John Gate*, (* XV. 362.)
and *Sir Thomas Palmer* have ben laufully juſtly, and according to the Lawe of your Realme, convicted and atteinted, as by the Records of their ſeveral Attainders more playnly may appere; for the which ſeverall Offences, the ſaid *Duke of Northumberland*, *Sir John Gate*, and *Sir Thomas Palmer*, have ſuffred therefore Paynes of Death according to their Demeritts,

It may therfore pleaſe your *Highnes* of your moſt excellent and

Fermes ſhall be deemed veſted and judged to be in the actual and real Poſſeſſion of your *Majeſtie*, without any Office or Inquiſition thereof hereafter to be taken or found according to the Common Law of this your Realme, ſavyng to every Perſon and Perſons, Bodies Politike and Corporate, and to their Aſſignes and Succeſſours of every of them, other then the ſaid *Duke of Northumberland*, *Thomas Archebiſhopp of Cantorbury*, *William Marques of Northampton*, *Johnn Erle of Warwick*, *Sir Ambroſe Dudley*, *Guildeforde Dudley*, *Jane* his Wife, *Henry Dudley*, *Sir Andrew Dudley*, *Sir John Dudley*, *Sir John Gate* and *Sir Thomas Palmer* and their Heires, and the Heires of every of them, hereafter clayming the Premiſſes as Heir or Heires by or from them, or by or from any of them, or to th'Uſe of any of their ſaid Heires, all ſuch Right Title Uſe Poſſeſſion Intereſt Reverſion Remainder Entree Condition Fees Offices Rents Annuitees Commons, and all other Commodities and Hereditaments whatſoever, they or any of them might could or ought to have had, if this Acte had never ben had or made:

Provided alwayes that this Acte ne any thing therein conteyned ſhal not in any wiſe extend to entitle your *Highnes* your Heires or Succeſſours to any Honors Caſtells Mannours Meſes Lands Tenements Rents Reverſions Services Libertees Franchiſes, or other Hereditaments perteynyng or belonging to the See or Buſſhoprike of Cantorbury, but that the Succeſſour and Succeſſours of the ſaid *Archebiſhopp* and every of them, ſhall and may have hold and enjoy the ſame, in as ample and large manner as they myght ſhuld or ought to have don, as if the ſaid *Archebuſſhopp* had never ben Atteynted, any thing mentioned in this Act to the contrarye in any wiſe notwithſtanding:

Provyded alway that this Acte or any thing therin conteyned, ſhall not extend to geve the *Quenes Highnes* her Heires or Succeſſours any Benefitt or Commoditie of or to any Goods Catals * or Debts that were the ſaid *Dukes*, or any of the ſaid Per- (* XV. 363.)
ſons attaynted at the tyme of the ſeverall Treaſons by them don and committed, and by them or any of them laufully and juſtly, without fraude or covyn, gyven graunted bargained, releaſed or diſcharged before the Day of their ſeveral Apprehenſions, but that all and every ſuche Perſon or Perſons, to whom any laufull Bargayne Gifte Graunte Releaſe or Diſcharge hath ben made, as is aforeſaid, ſhall and may have hold and enjoy the ſame, and be acquited and diſcharged thereof, in ſuch and like mannour and forme to all intents and purpoſes, as though this Acte had never been had and made, any thing in the ſaid Acte conteyned notwithſtanding:

Prout in Actu prædicto apparet,

Damus autem univerſis & ſingulis Capitaneis Vicecapitaneis Locatenentibus Baronibus Baronettis Dominis Militibus Hominibus ad Arma Armatis Sagittariis & aliis quibuſcumq; in Claſſe & Armata noſtra prædicta retentis & retinendis, tenore Præſentium, firmiter in mandatis quod eidem *Willielmo Domino Howarde* noſtro Locumtenenti Generali ſuper Mare, in executione Præmiſſorum, de tempore in tempus, prout opus fuerit, intendentes ſint auxiliantes & obdientes in omnibus, prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium* octavo Die Aprilis.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

REgina, dilecto ſibi *Majori Civitatis ſuæ Ceſtriæ* ac Eſcaetori Ann. D.
ſuo in eadem Civitate, Salutem. 1554.
Vacante nuper Epiſcopatu Ceſtrienſi, per Deprivationem ultimi *Ibid. p. 1.*
Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Ce- *m. 21.*
ſtriæ prædictæ (Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ) dilectum nobis in Chriſto, Magiſtrum *Georgium Cotes* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſq; Electi Fidelitatem nobis pro dicto Epiſcopatu debitam cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem, habenda & percipienda eidem *Electo* a tempore Vacationis Epiſcopatûs illius,

Et ideò vobis mandamus quòd eidem *Electo*, Temporalia prædicta,

noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſq; *Electi* Fidelitatem Nobis pro dicto Epiſcopatu debitam cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem, habenda & percipienda eidem *Electo* a tempore Vacationis Epiſcopatûs illius;

Et ideò tibi præcipimus, quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta cum Pertinentiis, in Balliva tua, ſine dilatione, Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium* decimo octavo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub eadem Data, videlicet,

*Eſc. Reginæ in Com. Suff.*
*Eſc. R. in Com. Norff.*
*Eſc. R. in Com. Northt.*

Et mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Roffen. prædicto, quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Epiſcopatum Roffenſem prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*De Reſtitutione Baton.*

Ann. D. 1554. *Ibid. m.* 22.

REgina Eſcaetori ſuo in Comitatu Somerſeriæ, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Bathon. & Wellen. per liberam Reſignationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Wellen. prædictæ (Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ) Dilectum nobis Magiſtrum *Gilbertum Bourne* Sacræ Theologiæ Bacalarium in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſq; *Electi* Fidelitatem, Nobis pro dicto Epiſcopatu debitam, cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem habenda & percipienda eidem *Electo*, a tempore Vacationis Epiſcopatûs illius;

Et ideò tibi præcipimus quòd eidem *Electo*, Temporalia prædicta cum Pertinentiis, in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium* viceſimo Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub eadem Data; videlicet;

*Eſcaetori Reginæ in Com. Devon.*
*Eſcaetori R. in Com. Glouc. ac March. Walliæ eidem Com. adjacen.*
*Eſcaetori R. in Com. Berk.*
*Eſcaetori R. in Com. Midd.*

Et mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Bathon. & Wellen. prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ

*Eſcaetori R. in Com. Radnor.*
*Eſcaetori R. in Com. Glamorgan.*
*Dilecto & fideli ſuo* Thomæ White *Militi Majori Civitatis London. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Menevenſi prædicto, quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Epiſcopatum Menevenſem prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*De Reſtitutione Hereforden.*

REgina Eſcaetori ſuo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem. Ann. D. 1554. *Ibid.*

Vacante nuper Epiſcopatu Herefordenſi, per Deprivationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Herefordiæ prædictæ (Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ) Reverendum in Chriſto Patrem *Robertum Epiſcopum Aſſavenſem*, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſque *Electi* Fidelitatem, Nobis pro dicto Epiſcopatu debitam, cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem, habenda & percipienda eidem *Electo*, à tempore Vacationis Epiſcopatûs illius;

Et ideò tibi præcipimus quod eidem *Electo*, Temporalia prædicta cum Pertinentiis, in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo quarto Die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub eadem Data; videlicet;

*Eſcaetori R. in Com. Glouc. ac March. Walliæ eidem Com. adjacen.*
*Eſcaetori R. in Com. Wigorn.*
*Dilecto ſibi Majori Civitatis ſuæ Herefordiæ ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Eſcaetori R. in Com. Salop. ac March. eidem Com. adjacen.*
*Dilecto & fideli ſuo* Thomæ White *Militi Majori Civitatis London. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Eſcaetori Reginæ in Com. Mountgomery.*

Et mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Hereford. prædicto, quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Epiſcopatum Hereford. prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

* XV. 386.

* *Pro Rysbank, Purſivando.*

Ann. D. 1554.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. *Pat. 1. M. R. p. 15. m. 39.*

Sciatis quod Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris,

m. 27. norem ſuum de Ampthyll *tertio Die Novembris*, Anno Regni ſui triceſimo quinto, recitando in eiſdem, quod cùm ipſe, per alias Literas ſuas Patentes, quarum Data eſt apud Weſtm. *nono Die Decembris*, Anno Regni ſui viceſimo octavo, dederit & conceſſerit Dilecto Servienti ſuo *Anthonio Knyvett* Armigero uni Generoſorum Hoſtiariorum Privatæ Cameræ ſuæ, Officium *Virgæ Bajuli* aliàs dictum Virgarium, ad portandum Virgam coram dicto nuper Rege aut Locumtenente ſuo, ad Feſtum Sancti Georgii infra Caſtrum ſuum de Wyndeſore in Comitatu Berks ſeu alibi, tunc Vacans, & in Manu & Diſpoſitione dicti nuper Regis exiſtens, ratione Foriſfacturæ & Attincturæ *Henrici Norres* Armigeri, tunc de Alta Proditione attincti,

Habendum & occupandum Officium illud, præfato *Anthonio* per ſe in propria perſona ſua, aut per ſufficientem Deputatum ſuum, ad terminum Vitæ ejuſdem *Anthonii*, cum quodam Vadio ſive Feodo *Duodecim Denariorum* Sterlingorum per Diem, & qui quidem *Anthonius Knyvett*, dictas Literas Patentes ejuſdem nuper Regis, ſibi in forma prædicta confectas, in Cancellaria dicti nuper Regis ſurſum reddidit cancellandas & ibidem cancellatæ fuerunt & exiſtunt, ad Intentionem quod dictus nuper *Rex* alias Literas ſuas Patentes, Dilecto & Fideli Servienti ſuo *Philippo Hobbye* tunc Armigero ac uni Generoſorum Hoſtiariorum Privatæ Cameræ ſuæ, de Officio prædicto concedere gratioſe dignaretur,

Super quo idem nuper *Rex* non ſolùm, Præmiſſis conſideratis, verùm etiam bonum & acceptabile Servitium per prædictum Servientem ſuum *Philippum Hobby* eidem nuper Regi ante nunc impenſum & impoſterùm impendendum, per prædictas Literas ſuas Patentes, gerentes Datam dicto *tertio Die Novembris*, Anno triceſimo quinto ſupradicto, dedit & conceſſit eidem *Philippo Hobby* dictum Officium Virgæ-bajuli aliàs dictum Virgarium, ad portandum Virgam coram dicto nuper Rege aut Locumtenente ſuo, ad Feſtum Sancti Georgii, infra Caſtrum ſuum de Wyndeſore in Comitatu Berks ſeu alibi,

Habendum & occupandum Officium illud præfato *Philippo* per ſe in propriâ Perſona ſua, aut per ſufficientem Deputatum ſuum, ad Terminum Vitæ ejuſdem *Philippi*,

• XV. 387. • Et idem nuper *Rex* per dictas Literas ſuas Patentes, ſic eidem *Philippo* factas, dedit & conceſſit eidem *Philippo*, pro Officio prædicto modo & formâ præmiſſis excercendo, quoddam Vadium ſive Feodum *duodecim Denariorum* Sterlingorum per Diem, ac omnia alia Vadia Proficua & Advantagia eidem Officio pertinentia ſive ſpectantia, in tam amplis modo & formâ, prout *Anthonius Knyvett*, aut aliquis alius ſive aliqui alii Officium prædictum excercentes habuit ſive percepit, habuerunt ſeu perceperunt in eodem,

Habendum & annuatim percipiendum prædictum Vadium ſive Feodum *duodecim Denariorum* Sterlingorum per Diem eidem *Philippo* durante Vitâ ſuâ, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, ad Receptam Scaccarii, ſic per manus Theſaurarii & Camerariorum ejuſdem nuper Regis ibidem pro tempore exiſtentium annuatim de Theſaurio ſuo ad dictam Receptam ſolvendum, aliquo Statuto Actu Ordinatione ſive Reſtrictione in contrarium ante dicta tempora factis ordinatis ſive proviſis in aliquo non obſtantibus, prout in eiſdem Literis Patentibus pleniùs liquet;

Qui quidem *Philippus Hobby* Literas Patentes prædictas ſic ei confectas in Cancellariam noſtram apud Weſtm. ſurſum reddidit & reſtituit cancellandas, ad intentionem & effectum quod Nos alias Literas noſtras Patentes, in Lege ſufficientes de Præmiſſis, dilecto Servienti noſtro *Johanni Norres* Armigero, uni Generoſorum Hoſtiariorum Cameræ noſtræ, & *Willielmo Norres* Filio & Hæredi apparenti dicti *Johannis Norres* in forma ſequente gratioſè concedere dignaremur, & quæ quidem Literæ Patentes, eidem *Philippo* ſic factæ, in Cancellariam noſtram prædictam jam ſur-

Diem, eiſdem *Johanni Norres* & *Willielmo Norres*, & alteri eorum diutius viventi, durante Vitâ eorum & alterius eorum diutius viventis, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, annuatim de Theſauro noſtro ad dictam Receptam ſolvendum; aliquo Statuto Actu Ordinatione ſive Reſtrictione, in contrarium ante hæc tempora factis ordinatis ſive proviſis, in aliquo non obſtantibus;

Eo quod expreſſa mentio, &c.
In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* primo Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### * *De Reſtitutionibus Temporalium pro Epiſcopo Lincoln.* • XV. 388.

REgina Eſcaetori ſuo in Comitatu Lincolniæ, Salutem. Ann. D.

Vacante nuper Epiſcopatu Lincolnienſi, per Deprivationem 1554.
ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathe- Pat. 1.
dralis Lincolniæ prædictæ (Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter M. R. p.
& obtentâ) dilectum nobis Magiſtrum *Johannem White* Sacræ 1. m. 21.
Theologiæ Bacalarium, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſq; Electi Fidelitatem nobis pro dicto Epiſcopatu debitam cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem, habenda & percipienda eidem *Electo* à tempore Vacationis Epiſcopatûs illius,

Et ideò tibi præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* ſecundo Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori Reginæ in Com. Bedd.*
*Eſcaetori R. in Com. Buk.*
*Eſcaetori R. in Com. Cantebr.*
*Eſcaetori R. in Com. Hunt.*
*Eſcaetori R. in Com. Oxon.*
*Eſcaetori R. in Com. Northt.*
*Dilecto & fideli ſuo Majori Civitatis ſuæ Lincoln. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Lincoln. quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum Linc. prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.
Teſte ut ſupra.



Digitized by Google

ve annualis Redditus *Viginti Librarum*, ſive Adnichilatione prædictarum Literarum noſtrarum Patentium, in eiſdem Literis expreſſis & ſpecificatis, in aliquo non obſtantibus;

Dedimus inſuper & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Rogero Askham* tot & tantas Denariorum Summas ad quot & quantas dicta Vadium & Feodum *quadraginta Marcarum*, a Feſto Natalis Domini ultimò præterito hucuſque, ſe extendunt,

Habendas & percipiendas eidem *Rogero* ſive Aſſignatis ſuis, de Theſauro noſtro prædicto, & hoc abique Compoto, ſive aliquo alio Nobis Hæredibus ſeu Succeſſoribus noſtris proinde reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* ſeptimo Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Epiſcopo Glouceſtriæ, de Reſtitutione.*

Ann. D. 1554. Pat. 1. M. R. p. 1. m. 21.

REgina Eſcaetori ſuo in Comitatu Glouceſtriæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Glouceſtriæ, per Deprivationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Glouceſtriæ prædictæ (Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ) dilectum nobis in Chriſto Magiſtrum *Jacobum Brokes* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſq; *Electi* Fidelitatem, Nobis pro dicto Epiſcopatu debitam, cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem, habenda & percipienda eidem *Electo* à tempore Vacationis Epiſcopatûs illius;

Et ideò tibi præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta cum Pertinentiis, in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* octavo Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data, videlicet,

*Eſcaetori R. in Com. Wigorn.*

*Dilecto ſibi* Majori *Civitatis ſuæ Glouc. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

*Eſcaetori R. in Com. Hereford. ac Marchiis Walliæ eidem Com. adjacen.*

*Eſc. Reginæ in Com. Monmoth.*

*Eſcaetori R. in Com. Breknok.*

Et mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Glouceſtr. prædicto, quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad E-



---

*De Prælectore in Arte Medicinali Oxon. conſtituto.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1554. ibid.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, dilecto Subdito noſtro, *Thomæ Frauncer* Artium Magiſtro ac Artis Medicinalis Prælectori, Lectionem, Officium & Locum Prælectoris noſtri in Scientia & Facultate Medicinali, a Sereniſſimo Patre noſtro nuper erectum & fundatum in uſum & perfectionem Juventutis noſtræ Anglicanæ, in Alma Academia noſtra Oxon. ac ipſum *Thomam* PRÆLECTOREM SEU INFORMATOREM SCIENTIÆ ET FACULTIS PRÆDICTÆ in eadem Univerſitate, facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum exercendum & occupandum Lectionem Officium & Locum prædictum præfato *Thomæ Frauncer*, a Feſto Annunciationis beatæ Mariæ ultimò præterito pro termino & ad terminum Vitæ naturalis dicti *Thomæ*, percipiendo inde annuatim pro Feodo & Stipendio ſuo *quadraginta Libras* bonæ & legalis monetæ Angliæ, ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ, ad Feſtum Michaelis Archangeli, ad Feſtum Nativitatis Domini & ad Feſtum Annunciationis beatæ Mariæ, per æquales Portiones annuatim ſolvendas;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium* viceſimo primo Die Maii.

---

*Pro Georgio Ceſtrienſi Epiſcopo de Pardonatione.*

MARY, by the Grace of God, &c. to the Treaſourer Chancelour and Barones of our Exchequyer, and to all other our Offycers and Mynyſters there, and to every of them, Gretyng. Ann. D. 1554. Pat. 1. M. R. p. 15. m. 30.

Where *John Byrde late Buſſhop of the Dyoces of Cheſter*, is indebted unto Us in the Somme of a *Thouſand fourescore ſeven Pounds eightene Shillings Halfpeny Fardyng*, due to our late Brother *Kynge Edwarde the Syxte*, and ſynce hys Death due to Us, for the Tenthes and Subſydies of the Poſſeſſions of the ſaid Buſſhopryche of Cheſter, and for the Tenthes and Subſydies of diverſe other ſpirituall Promotyons within the Dioces of the ſayd Buſſhopryke, collected and gathered by hym during the tyme that he was Buſſhopp of the aforeſayd Buſſhopryke, and whereas further, the ſayd *late Buſſhopp* is indebted unto Us for dyverſe and ſondry other Cauſes as Buſſhopp of Cheſter, as in our ſayd Courte of Eſchequyer more playnely appereth of Recorde,

And whereas nowe our truſtye and welbeloved Chapleyn, and the * Reverend Father in God, *George Cotys* Doctour of Dyvynitye is elected created and enſtalled Buſſhop of the ſayd Dyoces of Cheſter, and hath clerely and laufully gyven unto hym all the ſayd Buſſhoppryke with all the Promotyons Poſſeſſyons Profytts Commodities and Advantages to the ſame Buſſhopryke belongyng * XV. 391.

D

guler the ſayd Debts, and the true Cauſes of the ſame, ex-
preſly and partyculerly herein recyted,

Wyllyng and Commaunding you our ſayd Treaſourer Chauncelor and Barons, and every of you, and all and every our other Offycers aforeſayd, that you, upon the ſhewyng onely of theſe our Letters under our Greate Seale, without any other Warraunte in this behalf to be obteyned from Us our Heyres or Succeſſors, doo not onelye utterly ſurceaſe of all and all maner Proceſſes Executyons Troubles Moleſtatyons and Demaunds to be had or made agaynſt the ſayd *Biſſhopp* his Executors Admynyſtrators and Succeſſors, or upon the Manors Lands Tenements Heredytaments and Poſſeſſyons of the ſayd Biſſhopryke of Cheſter or belongyng unto the ſame or any parte or parcell thereof, for the ſaid Debt of *a thouſande fourſcore ſeven Pounds eightene Shillings halfpeny farding*, or any parte or parcell thereof, or for any other Debte or Dutye before expreſſed, due unto Us or to any of our Progenytors by the ſayd late *Buſſhopp of Cheſter*, or chargeable upon the ſame Buſhoppryke or the Poſſeſſyons of the ſame, before and unto the ſayd *twenty and ſixte Day of Decembre* laſt paſt,

But alſo that you and every of you doe, upon the onely ſhewyng of thieſe our Lettres, or the Inrollement of the ſame, without any other Warraunte Writte or other Thynge or Act in that behalf to be obteyned, exonerate acquyte and dyſcharge, aſwell the ſayd *Buſſhopp* his Executors Admynyſtrators and Succeſſors, as alſo the ſayd Biſhopryke and the Poſſeſſyons of the ſame and evere parte thereof, of and for the ſayd Debt of *a thouſand fourſcore ſeven Pounds eightene Shillings halfpeny fardying*, and every parcell thereof, and of and for all other Debts or Dutyes before reherſed or expreſſed and thieſe our Letters Patent ſhal be a ſuffycient Warrante and Dyſcharge for you and every of you in that behalf; any Lawe Statute or Courſe of our ſayd Eſchequer, or any Ambiguytie Doubt or Queſtion, or any other Lauwe Statute Thynge Act or Matter, you or any of you to the contrary movying, in any wiſe notwithſtanding.

* XV. 392. * Or becauſe expreſſe Mencyon, &c.

In witneſs whereof, &c.

Witneſs our ſelf *at Weſtminſter* the twenty eighth daye of Maye.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Præſentationibus.*

Ann. D. 1554. Pat. 1. M.R.p. 6.m. 37.

REgina, reverendo in Chriſto Patri & Domino, Domino *Gilberto*, permiſſione divinâ, *Bathon & Wellen Epiſcopo*, ejuſve *Vicario* in Spiritualibus Generali, ſeu Commiſſario in hac parte competenti cuicumque, Salutem.

Ad Eccleſiam Parochialem *de Northpeterton* in Comitatu noſtro Somerſetiæ, Veſtræ Bathon. & Wellen. Diœceſis jam de jure vacantem & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum *Richardum Edon* Clericum Sacræ Theologiæ Baccalaureum, Vobis Præſentamus,

Rogantes quatenus eundem *Richardum Edon* ad præfatam Eccleſiam Parochialem Admittere, ac ipſum Vicarium ibidem, unà cum ſuis Juribus Comoditatibus Proficuis & Emolumentis Eccleſiaſticis quibuſcumque, atque Pertinentiis ejuſdem univerſis, legittimè Inſtituere & Inveſtire, Cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio paſtorali velitis cum Favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* Primo Die Junii.

*Per ipſam Reginam.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. 1554. Pat. 1. M.R.p. 3.m. 33.

Sciatis quòd Nos,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, certis Conſiderationibus Nos ſpecialiter moventibus,

Pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac per Præſentes, pardonamus remittimus & relaxamus *Criſtofero Valeſco* nuper de London Generoſo aliàs dicto *Criſtofero Valaſco* de Hiſpania, & *Andream Pomer* nuper de London. Auritabro alias dicto *Andra Pomer* Doucheman, ſeu quibuſcumq; Nominibus ſive Additionibus Nominum vel Cognominum iidem *Criſtoferus* & *Andreas* cenſeantur, aut eorum alter cenſeatur ſive nuncupetur, omnes & omnimodas Proditiones, tàm majores quàm minores, Fabricationes Falſæ Monetæ, & contrafacturas Monetæ hujus Regni noſtri Angliæ, aut aliarum Partium Exterarum, Crimina Læſæ Majeſtatis, Meſpriſiones, * Tranſgreſſiones Confœderationes Actiones Conſpirationes Falſitates Contemptus & Offenſas quæcumque, contra Nos Coronam & Dignitatem noſtras, & contra communem legem & formam quorumcumq; Statutorum hujus Regni noſtri prædicti, per ipſos *Criſtoferum* & *Andream* ſeu eorum alterum, ante præſentem Diem qualitercumq; facta ſive perpetrata ac Acceſſar. eorumdem, necnon Fugam ſuperinde, licet iidem *Criſtoferus* & *Andreas* de Præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum indictati rectati appellati convicti attincti utlagati condempnati ſive adjudicati exiſtant, ſeu eorum alter exiſtat vel non exiſtat, aut indictari rectari appellari convinci attingi utlagari condempnari ſive adjudicari contigerint ſeu eorum alter contigerit in futurum, necnon omnia & omnimoda Judicia Executiones & Pœnas Mortis, ſuper ipſos *Criſtoferum* & *Andream* ſeu eorum alterum pro Præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum reddita ſive adjudicata aut reddenda ſive adjudicanda, * XV. 393.

Et de uberiori Gratia noſtra pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac per Præſentes pardonamus remittimus & relaxamus præfatis *Criſtofero* & *Andreæ* omnes & omnimodas Foriſfacturas & Deperditiones quorumcumq; Bonorum & Catallorum ſuorum, per eos ſeu eorum utrumq; occaſione Præmiſſorum vel eorum alicujus nobis foriſfactorum & deperditorum, & eadem Bona & Catalla eiſdem *Criſtofero* & *Andreæ* damus concedimus & reſtituimus per præſentes, habenda & tenenda, tam per Manus ſuas proprias quàm per Manus aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcunque, in quorumcunq; Manibus eadem ad præſens exiſtunt, de Dono noſtro, abſque Compoto ſeu aliquo alio Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo vel faciendo, & firmam Pacem noſtram eis inde concedimus per Præſentes; ita tamen quòd ſtent recto in Curia noſtra ſi quis verſus eos ſeu eorum alterum loqui voluerit de præmiſſis vel aliquo præmiſſorum; nolentes quod dicti *Criſtoferus* & *Andreas*, ratione præmiſſorum vel eorum alicujus, per Nos ſeu Hæredes noſtros, Juſticiarios Eſcaetores Vicecomites aut alios Officiarios noſtros vel Hæredum noſtrorum quoſcumq; in futurum, occaſionentur moleſtentur perturbentur in aliquo ſeu graventur, aut eorum alter moleſtetur perturbetur ſeu gravetur;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* ſecundo die Junii.

*Per ipſam Reginam.*

Con-

Digitized by Google

Contrarotulatorem ac Ducatûs Lancaſtriæ Cancellarium,

* XV. 394. * Et *Willhelmum Petre* Equitem auratum Secretarium primarium Sereniſſimæ Dominæ *Mariæ Angliæ Franciæ & Hiberniæ Reginæ* Conſiliarios ac Commiſſarios, ex altera Parte,

Sufficientibus utrinq; mandatis munitos, tractatum conventum & concluſum ſit, tam de Matrimonio inter *Nos* & dictam Sereniſſimam *Reginam* contrahendo; quàm etiam de nonnullis aliis Pactis & Conventionibus in eam Cauſam neceſſariis & convenientibus,

Ac in eis, inter cætera, expreſsè cautum ſit quod Nos hujuſmodi Tractatum ratificare, ac Juramento noſtro ejuſdem contenta confirmare debeamus, prout latiùs ex Tenore ejuſdem proſpici poteſt, qui de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

Universis et singulis ad quorum notitiam præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Ad Laudem Gloriam & Honorem Dei Optimi Maximi, & pro conſtabilienda veteri Amicitiâ Fœderibuſque, necnon pro bona conſervatione & augmento Honorum & Statuum Regnorum Patriarum & Dominiorum, Invictiſſimi ac Potentiſſimi Principis & Domini Domini *Caroli Romanorum Imperatoris Hiſpaniarum Regis Archiducis Auſtriæ, &c.* ac, Sereniſſimi & Excellentiſſimi Domini Domini *Philippi Principis Hiſpaniarum*, &c. unici ejuſdem Filii Hæredis & Succeſſoris, ex una, & Sereniſſimæ ac Potentiſſimæ Dominæ Dominæ *Mariæ Reginæ Angliæ, &c.* ex altera Parte,

Poſt multas & varias Conſultationes & Tractatus, tam ſuper Matrimonio inter præfatum Sereniſſimum *Principem Hiſpaniarum* ac dictam *Dominam Mariam Reginam* contrahendo, & iis quæ de eo dependent, quàm ſuper Conſervatione & Confirmatione Fœderum Veterum, inter nos *Stephanum Wynton. Epiſcopum* magnum Angliæ Cancellarium, *Henricum Comitem d'Arundellæ* magnum Seneſchallum Hoſpitii dictæ Dominæ Reginæ & Concilii ejuſdem Præſidentem Ordinis Garterii Militem, *Willhelmum Dominum Paget* de Beaudeſert ejuſdem Ordinis Garterii Militem, *Robertum Rocheſter* Militem Hoſpitii dictæ Dominæ Reginæ Contrarotulatorem Ducatûs Lancaſtriæ Cancellarium, & *Willhelmum Petre* Militem ac dictæ Dominæ Reginæ Principalem Secretarium, &, Magnificos Illuſtres & Nobiles Viros, Dominum Admorallum *Comitem Egmondæ & Principem Gauriæ*, &c. & *Dominum Carolum Comitem de Lalaing* Baronem Scornaci, &c. Locumtenentem Capitaneum Generalem & Supremum Baylivum Comitatûs Hannoniæ, Equites Ordinis Aurei Velleris, *Johannem de Montmoranci Equitem Dominum de Coerrieres* Baylivum Comitatûs Aloſtenſis, *Philippum Nigri* Præpoſitum Eccleſiæ Collegiatæ Harlebecenſis & Cancellarium dicti Ordinis Aurei Velleris, & *Simonem Renard* Locumtenentem Ballivatûs d'Amont, Conſiliarios Oratores & Procuratores utriuſq; partis, habitos (accedente tandem divinâ Gratiâ) conventum concordatum & concluſum fuit inter eos in hunc qui ſequitur modum;

Imprimis, conventum concordatum & concluſum eſt, quod inter dictum Sereniſſimum Principem & dictam Sereniſſimam Dominam *Mariam Reginam*, in propriis Perſonis, quamprimùm id commodè fieri poſſit, Matrimonium verum purum legitimum, per verba de præſenti, in Anglia contrahatur celebretur & conſummetur, virtute cujus Matrimonii ita contracti celebrati & conſummati, dictus Sereniſſimus *Princeps Philippus* Regnorum & Dominiorum dictæ *Sereniſſimæ Reginæ* pertinentium, unà cum eadem Sereniſſima *Regina* Conſorte ſuâ, Stilo Honore & Nomine Regio, conſtante Matrimonio prædicto, cenſebitur & gaudebit, eamq; Sereniſſimam Conſortem ſuam, in fœlici Regnorum & Dominiorum ſuorum Adminiſtratione, adjuvabit; ſalvis tamen Juribus Legibus Privilegiis ac Conſuetudinibus eorundem & Uſus eorundem Bonorum, quatenus ea in Patrimonio ſuo & non alienata, aut aliis obligata fuerint; in quantum verò aliqua ex his alienata aut obligata reperiantur, loco eorum alia ejuſdem Valoris, cæteris ſuis Dotalitiis bonis vicina & propinqua, intra Trimeſtre ſubſtituentur, & in debita forma aſſignabuntur, quibus quidem præfata *Domina* eiſdem modo & formâ utetur & fruetur, quibus prædicta Domina *Margarita de Anglia* antea uſa & fruita fuit;

Et nè inter Liberos Controverſiæ de Succeſſione exoriantur, quæ ſperatum ex hoc Matrimonio perpetuæ Concordiæ fructum inter Regna & Dominia utriuſque Partis queant perturbare, de ea, hunc qui ſequitur modum, Diſpoſitum ſit:

Primo quod, quantum pertinet ad Maternæ Hæreditatis Jura in Regno Angliæ & aliis Regnis & Dominiis de eo dependentibus, Maſculi & Fœminæ ex hoc Matrimonio naſcituri, in eis ſuccedent ſecundùm Jura Statuta & Conſuetudines eorum; quantùm verò attinet ad Bona quæ ipſe Sereniſſimus *Princeps Hiſpaniarum* relicturus eſt; Imprimis, reſervabuntur Filio ſuo Primogenito Domino *Carolo d'Auſtria Infanti Hiſpaniarum*, Liberiſq; & Hæredibus ex ipſo deſcendentibus, tam Fœminis quàm Maſculis, omnia & ſingula Jura quæ dicto *Principi* vel nunc competunt vel inpoſterum competitura ſunt, & ad Eum, Morte Sereniſſimæ *Reginæ Aviæ ſuæ*, vel Invictiſſimi *Imperatoris Car.* V. Genitoris ſui (quam Deus diu avertat) quandocunq; devolventur, in *Regnis Hiſpaniarum*, necnon *utriuſq; Siciliæ*, omnibuſq; eorum dependentiibus & pertinentiis, *Ducatuq; Mediolani*, & aliis Terris & Dominiis *Lumbardiæ & Italiæ*, quocunq; Nomine Titulôve cenſeantur, cum Onere tamen præfati Dotalitii *quadraginta millia Librarum*, in quibus quidem Regnis Dominiis & Terris, ipſo Domino *Carolo Infante* aut Deſcendentibus legitimis ex eo ſtantibus, Liberi ex præſenti Matrimonio nihil prætendere poterunt, ſed ſi ipſum Dominum *Carolum*, Deſcendentéſq; ex eo, deficere contingat, tunc, & in eo caſu, Primogenitus ex præſenti Matrimonio in prædictum Jus ſubrogabitur, & juxta eorum Regnorum & Dominiorum Naturam Leges & Conſuetudines ſuccedere debebit, idem etiam ſuccedet in omnibus Ducatibus Comitatibus Dominiis & Terris Patrimonialibus ad dictum Dominum *Imperatorem* pertinentibus, tam in *Burgundiæ* quàm in *Inferiori Germania*; ſcilicet, Ducatibus *Brabantiæ Luxenburgiæ Gueldriæ*, Comitatibus *Flandriæ Artheſiæ Hollandiæ Zeelandiæ Namurciæ Zutphaniæ Burgundiæ Friſiæ Trajecti, Patriæ Tranſiſulanæ*, & aliis quibuſcunq; Patrimonialibus inde dependentibus eiſdemve annexis, cum omnibus eorum Juribus & Querelis: ſed ſi dictus Dominus *Carolus* Deſcendenteſque ex eo extabunt, fueritq; ex hoc Matrimonio aliqua Proles Maſcula, eo caſu, dictus Dominus *Carolus* ſuive Deſcendentes, erunt, & manebunt excluſi à dictis Terris & Dominiis Patrimonialibus *Inferioris Germaniæ & Burgundiarum*, illaque, cum omni Jure devolventur ad Filium Primogenitum ex hoc Matrimonio naſciturum, cæteris autem Maſculis & Fœminis ex eodem naſcituris congrua aſſignabitur Portio & Dos in Regno Angliæ & Dominiis de eo dependentibus dictiſve Terris & Dominiis Patrimonialibus *Inferioris Germaniæ*, nec poterit quoque, ſeu Primogenitus ex hoc Matrimonio, ſeu alii Filii ex eodem geniti, quicquam Juris prætendere in *Regnis Hiſpaniarum* aut aliis Dominiis de eiſdem dependentibus, & dicto Domino *Carolo Infanti* reſervatis, niſi & in quantum per Paternam aut Aviam Diſpoſitionem ipſis Datum aut Relictum fuerit;

Porrò ſi nullus fortè Maſculus ex hoc Matrimonio naſcatur ſed Fœmina duntaxat, eo caſu, Primogenita in prædictis Terris & Dominiis *Inferioris Germaniæ* * *& Burgundiarum* pleno Jure ſuccedet, dummodò ſi aliquem non *Originarium Angliæ* aut *Inferioris Germaniæ* eligere velit Maritum, Eum, de Conſilio & Conſenſu dicti Domini *Caroli Infantis* Fratris ſui Matrimonium contraxerit, * XV. 396.



Digitized by Google

Tractatus arctioris Amicitiæ, & Declarationem ejuſdem, de data apud *Weſtmonaſterium* Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo quantùm ad Tractatum, & *Trajecti xvi. Januarii*, Anno Domini 1546. quantùm ad Declarationem.

Quæ omnia & ſingula ita, ut præfertur, conventa concordata & concluſa per dictum Invictiſſimum *Cæſarem*, tam nomine ſuo quàm Sereniſſimi Principis *Philippi* ejus Filii, & Sereniſſimam *Dominam Reginam*, ſolenniter ratificabuntur in verbis Imperialibus ac Regiis, & medio Juramento, pro ſe Hæredibus Succeſſoribuſq; ſuis, quamprimùm poterunt Literas, in forma debita viciſſim tradent aut tradi facient; quibus Literis ratificatoriis & Juramento etiam illud cavebitur expreſſis verbis, quòd omnia hic conventa & concluſa bonâ fide obſervabunt & adimplebunt obſervari & adimpleri curabunt, omneſq; & ſingulas Securitates præſtabunt, quæ, de Jure & Conſuetudine in ſimilibus Tractatibus pro illorum ſubſiſtentia firmiori præſtari debent ſeu conſueverint, juſtâve aliquâ Ratione pro Natura Rei præmiſſæ, hincinde exigi aut requiri poſſint, Renunciantes omnibus Juris Legum vel Statutorum Pragmaticarumq; Diſpoſitionibus aut Beneficiis quibuſcunq; in contrarium, eiſque, quantùm contra prædicta faciant, ex plena Scientia, proprioque Motu, & ex plenitudine Poteſtatis ipſis, a Deo, in dictis Regnis & Dominiis tributæ, derogantes; Statuentéſque, ea omnia & ſingula debere in omnibus ſuis Punctis & Articulis firma manere, perpetuæque & inviolabilis Legis Vim obtinere.

*Tenores Commiſſionum ſequuntur & ſunt tales*,

*Maria*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regina* ejus Nominis prima, Fidei Defenſor, &c. univerſis & ſingulis ad quos præſentes Litteræ perneverint, Salutem.

Quum nobis, ad regale Faſtigium Dei Summi benignâ & potenti manu evectis, tum Muneris ſuſcepti Ratione, tum multorum Adhortatione & Precibus perſuaſum fuerit, Virginitatis Cultum (quem hactenus Divino præſidio illibatum conſervavimus) Thorali & Conjugali vitâ commutare, quod Nobis Regniſq; noſtris felix ac fauſtum ſperamus, tum autem placuerit Illuſtriſſimo ac Potentiſſimo Principi *Carolo*, Dei gratiâ, ejus nominis *Quinto*, divinâ favente Clementiâ, *Romanorum* Imperatori ſemper Auguſto, ac *Germaniæ Hiſpaniarum utriuſq; Siciliæ Hieruſalem Hun-*
* XV. 397. *gariæ Dalmatiæ Croatiæ*, *Inſularum Balearium*, * *Sardiniæ*, *Fortunatarum & Indiarum*, ac *Terræ firmæ Maris Oceani*, &c. Regi, Archiduci *Auſtriæ*, Duci *Burgundiæ Lotharingiæ Brabantiæ Limburgiæ Lucemburgiæ Geldriæ*, &c. Comiti *Abſpurgi Flandriæ Tirolis Arthesii & Burgundiæ*, Palatino *Hannoniæ Zelandiæ Ferreti Kiburgi Namurci & Zutphaniæ*, Lantgravio *Alſatiæ*, Marchioni *Burgoviæ & Sacri Romani Imperii*, &c. Domino *Friſiæ Molinæ Salinarum Tripolis & Mechlinæ*, &c. Conditionem Matrimonii, cum, Sereniſſimo & Illuſtriſſimo Principe Filio ſuo cariſſimo, Domino *Philippo de Auſtria Principe Hiſpaniarum*, &c. contrahendi, nobis proponere, miſſis etiam Oratoribus, qui, ampliſſimis Mandatis inſtructi, ſuo & ejuſdem Filii ſui Nomine, tam de Matrimonio contrahendo quàm etiam de cæteris Pactis & Conventionibus, in eam Cauſam neceſſariis & convenientibus, tractarent atque concluderent,

Sciatis quod Nos,

De Fidelitatibus & Induſtriis, prædilectorum Conſiliariorum noſtrorum, Reverendi in Chriſto Patris, *Stephani*, *Vinton. Epiſcopi* Cancellarii noſtri Angliæ, prædilecti & fidelis Conſanguinei & Conſiliarii noſtri, *Henrici Comitis Arundell* Magni Seneſcalli Hoſpitii noſtri ſecretioris Conſilii noſtri Præſidentis ac Ordinis noſtri Garterii Equitis, *Willielmi Domini Pages* de Beaudeſert ejuſdem Ordinis noſtri Equitis, *Roberti Rocheſter* Militis Hoſpitii noſtri Contrarotulatoris ac Ducatûs noſtri Lancaſtriæ Cancellarii, *Willielmi Petre* Equitis Aurati Secretarii noſtrii Primarii, plurimùm confidentes,

quid, per dictos noſtros Commiſſarios Oratores & Procuratores in Præmiſſis & circa factum fuerit, ratum gratum & firmum habituras, atq; ea omnia ratificaturas, nec contra ea quoquomodò facturas vel venturas, ſed inviolabiliter obſervaturas, & ab omnibus Subditis noſtris obſervari curaturas.

In cujus rei Teſtimonium, his Literis noſtris, manu noſtrâ ſubſcriptis, magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus.

Datum apud *Palatium noſtrum de Weſtm.* primo Die Menſis Januarii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, & Regni noſtri Anno primo.

*Carolus Quintus*, Divinâ favente Clementiâ, *Romanorum* Imperator ſemper Auguſtus, ac *Germaniæ Hiſpaniarum utriuſq; Siciliæ Hieruſalem Ungariæ Dalmatiæ Croatiæ Inſularum Balearium*, *Sardiniæ*, *Fortunatarum & Indiarum ac Terræ firmæ Maris Oceani*, &c. Rex, Archidux *Auſtriæ*, Dux *Burgundiæ Lotharingiæ Brabantiæ Limburgiæ Lucemburgiæ Geldriæ*, &c. Comes *Habſpurgi Flandriæ Tirolis Arthesii & Burgundiæ*, Palatinus *Hannoniæ Zelandiæ Ferreti Kiburgi Namurci & Zutphaniæ*, Lantgravius *Al-*
*ſatiæ*, * Marchio *Burgoviæ & Sacri Romani Imperii*, &c. Do- * XV. 398.
minus *Friſiæ Molinæ Salinarum Tripolis & Mechlinæ*, &c. univerſis & ſingulis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Notum facimus quod Nos,

De ſumma Prudentia Dexteritate Fide & Integritate, Generoſorum Nobilium Spectabilium Dilectorum ac Fidelium Conſanguineorum & Conſiliariorum noſtrorum, Domini Admorali *Comitis Egmondiæ* & *Principis Gauriæ*, &c. Domini *Caroli Comitis de Lalaing* Baronis Scornaci, &c. Locumtenentis Capitanei Generalis & Supremi Baylivi Comitatûs noſtri Hannoniæ, Equitum Ordinis noſtri Aurei Velleris, *Johannis de Montmorancy* Equitis Domini de Courrieres Baylivi Comitatûs noſtri Aloſtenſis, *Philippi Nigri* Præpoſiti Harlebeccenſis & Cancellarii dicti Ordinis noſtri Velleris Aurei, *Simonis Renard* Locumtenentis noſtri Baylivatûs d'Amont, plurimùm confidentes,

Eoſdem abſentes tanquam præſentes, noſtros veros certos & indubitatos Commiſſarios Oratores & Procuratores ordinavimus deputavimus & conſtituimus, ordinamus deputamus & conſtituimus per Præſentes,

Dantes eiſdem conjunctim, ſeu tribus aut duobus eorundem diviſim, Authoritatem Facultatem Poteſtatem generalem & Mandatum ſpeciale, pro nobis & noſtro necnon Illuſtriſſimi Domini *Philippi de Auſtria Principis Hiſpaniarum*, &c. Filii noſtri chariſſimi (pro quo nos de rato ſpondemus) nomine, cum Sereniſſima Domina *Maria Angliæ & Franciæ Regina Domina Hiberniæ*, ejuſve Conſiliariis Commiſſariis & Procuratoribus ad hoc ſufficienti mandato munitis, tractandi concordandi & concludendi de & ſuper Matrimonio inter præfatum Principem Filium noſtrum & dictam Sereniſſimam Reginam contrahendo, Articuliſq; & Capitulis, Dotem Dotalitium ſive Donarium, Liberorumque inde naſcendorum Succeſſionem, Adminiſtrationem Securitatem & Bonum Regnorum & Dominiorum, necnon Conſervationem Statuum, tam noſtrorum quam *dictæ Dominæ Reginæ*, aliaque inde dependentia concernentibus,

Super eis quodlibet licitum Juramentum in Animam noſtram & noſtro nomine præſtandi, Bona etiam noſtra quæcunque, ſi opus fuerit, obligandi & hypothecandi,

Deq; omnibus & ſingulis hujuſmodi Tractatus pactis conventis & concluſis Literas Inſtrumenta & alia Documenta conficiendi & dandi, & ab altera parte petendi & recipiendi,

Et generaliter omnia alia & ſingula faciendi quæ ad hujuſmodi Matrimonium, & ad perpetuam Concordiam & Unionem Regnorum Provinciarum Patriarum & Dominiorum utrinque, opportuna & in prædictis & circa ea neceſſaria fuerint, & quæ Nobis dictoq; Filio noſtro facere liceret ſi Præmiſſis intereſſemus, etiamſi ad

Digitized by Google

affirmamus quòd omnia ſupra ſcripta, per Commiſſarios Oratores & Procuratores dicti Colendiſſimi Genitoris noſtri conventa & concluſa, bonâ Fide obſervabimus & adimplebimus, obſervari & adimpleri curabimus, omneſq; & ſingulas Securitates præſtabimus quæ de jure vel conſuetudine in ſimilibus Tractatibus pro illorum firmiori ſubſiſtentia præſtari debent ſeu conſueverunt, juſtave aliqua ratione pro natura Rei promiſſæ a Nobis exigi aut requiri, renuntiantes omnibus Juris Legum vel Statutorum Pragmaticarumq; Diſpoſitionibus aut Beneficiis quibuſcunq; in contrarium, eiſq; quantùm contra prædicta faciant ex plena Scientia proprioq; Motu & ex plenitudine Poteſtatis Nobis competentis, aut quomodocunque competituræ, exnunc prout exnunc, derogavimus ac derogamus, ſtatuimuſq; omnia & ſingula debere in omnibus ſuis Punctis & Articulis firma manere, perpetuæq; ac inviolabilis Legis vim obtinere.

In quorum Teſtimonium præſentes Literas, Manu noſtrâ ſignatas, Sigillo noſtro muniri juſſimus.

Datum in *Civitate Sancti Jacobi* ad Compoſtellam, die vigeſimâ quintâ Menſis Junii, Anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto.

Præſentibus ibidem pro Teſtibus,

Illuſtriſſimis ac Generoſis Viris,
*Don Ferdinando Alvarez a Toleto Duce Albæ Marchionæ Cæriæ* Cæſareæ Majeſtatis Prætorii Præfecto, Conſiliarioq; Status & Capitaneo Generali,
*Rui Gomez de Sylva* Primo Cubiculario noſtro,
*Don Antonio a Toleto* Primarii Equitis noſtri Præfecto,
*Don Joanne a Benavides*, & *Don Joanne de Acugnia*, ex Nobilibus Cameræ noſtræ,
Et,
Licentiato, *Franciſco de Menchaca* Conſiliario Cæſareæ Majeſtatis ac Noſtro.

PHILIPPUS.

*Et quia ego* Joans Vargſ. *de Moliana Sacræ Cæſareæ ac Catholicæ Majeſtatis Conſiliarius & Secretarius, ac Publicus Auctoritate Regiâ Notarius, his omnibus interfui, ideò hoc Ratificationis Inſtrumentum confeci ſignavi & ſubſcripſi in Fidem Præmiſſorum.*

JOANNS VAROS. DE MOLINA Secretarius ac Notarius præſens.

PHilippus, Dei Gratiâ, Princeps *Hiſpaniarum & utriuſque Siciliæ* Archidux *Auſtriæ*, Dux *Burgundiæ Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *&c.* ad perpetuam rei memoriam.
Recognoſcimus & notum facimus univerſis, quòd quùm inter,
Generoſos Nobiles & Spectabiles Conſanguineos noſtros, & Fideles Dilectos,
Dominum Admoralum *Comitem Egmondæ & Principem Gauriæ*, *&c.*
Dominum *Carolum Comitem de Lalaing* Baronum Schormaci, &c. Locumtenentem Capitaneum Generalem & Supremum Bailivum Comitatûs Hannoniæ,
Equitus Ordinis Aurei Velleris,
*Joannem de Montmoranci* Equitem Dominum de Courrieres Bailivum Comitatûs Aloſtenſis,

cum, magnificis illuſtribus & nobilibus Viris, Domino Admoralo *Comite Egmondæ* & Principe Gauriæ, &c. Domino *Carolo Comite de Lalaing* Barone Schormaci, &c. Locumtenente Capitaneo Generali & Supremo Bailivo Comitatûs Hannoniæ, Equitibus Ordinis Aurei Velleris, *Joanne de Montmoranci* Equite Domino de Courrieres Bailivo Comitatûs Aloſtenſis, *Philippi Nigri* Præpoſito Eccleſiæ Collegiatæ Harlebeccenſis dicti Ordinis Aurei Velleris Cancellario, & *Simone Renard* Locumtenente Bailivatûs d'Amont, nomine Invictiſſimæ *Cæſareæ Majeſtatis* & Sereniſſimi Principis *Philippi* Filii ejuſdem, contrahentibus & paciſcentibus, tractavimus & convenimus in hunc qui ſequitur modum,

Quùm in Tractatu Matrimoniali inter Sereniſſimum Dominum *Philippum Principem Hiſpaniarum* & Sereniſſimam Dominam *Mariam Reginam Angliæ*, &c. generaliter dictum & cautum ſit, quod Officia ejuſdem Regni Dominiorumq; inde dependentium debeant adminiſtrari per Originarios & Naturales eorundem, quodque in omnibus debeant ſervari Jura Privilegia & Conſuetudines ipſorum, cupientes, contra futura pericula & inconvenientia, quæ ex diverſarum Nationum conjunctione & extraneorum admiſſione nonnunquam evenire ſolent, de maturo providere Remedio, dictus Dominus *Princeps Hiſpaniarum*, antequam Nuptiarum Solemnia celebrabuntur, ſolenniter & in Verbo Principis promittet & Juramento etiam firmabit Capitula ſequentia,

PRIMO, quod nullum extraneum ſeu non natum ſub Dominio & Subjectione Sereniſſimæ Dominæ *Reginæ Angliæ* promovebit admittet ſeu recipiet ad aliquod Officium Adminiſtrationem vel Beneficium in dicto Regno Angliæ & Dominiis ei annexis,
Quod dictus Sereniſſimus *Princeps* in Servitium Domûs & Curiæ ſuæ recipiet & admittet Nobiles & Vaſſallos dicti Regni Angliæ in numero competenti, eoſque ut proprios ſuos Subditos commendatos habebit tractabit atq; favebit, nec ullas in ſuo Comitatu adducet aut habebit qui Subditis dicti Regni aliquam inferant Moleſtiam, & ſi intulerint condignâ Punitione eos affici & de ſua Curia expelli curabit;
Quod dictus Sereniſſimus *Princeps* nihil faciet ut aliquid innovetur in Statu & Jure publico aut privato, Legibuſque & Conſuetudinibus dicti Regni Angliæ Dominiorumve de eo dependentium, ſed contra confirmabit & obſervabit ſingulis Statibus & Ordinibus ſua Jura & Privilegia;
Quodq; dictus Dominus *Princeps* præfatam Sereniſſimam Dominam *Reginam* extra Fines Regni ſui Angliæ, niſi ipſa id fieri rogaverit, non abducet, neque Liberos qui ex hoc Matrimonio naſcentur ex eodem Angliæ Regno diſtrahet, ſed ibidem eos ad ſpem futuræ Succeſſionis nutriri & educari ſinet, niſi aliud de Conſenſu Magnatum Angliæ faciendum videbitur,
Et in Caſu quo, multis relictis Liberis, Sereniſſima Domina *Regina* præmoriatur, dictus Dominus *Princeps* nullum ſibi in dicto Regno Angliæ Jus vindicabit, ſed ejus Succeſſionem ad eos quos ſecundùm Jura & Leges ejuſdem Regni ſpectabit pervenire ſine aliquo impedimento permittet;
ITEM, quod dictus Sereniſſimus *Princeps* non poterit extra dictum Regnum portare vel transferre Jocalia & Res pretioſas majoris æſtimationis, nec quoq; alienabit quicquam de pertinentiis dicti Regni Angliæ, aut quicquam per ſuos Subditos aut alios de eis uſurpari permittet; ſed omnia loca Regni, & præſertim Fortalitia & Limitropha ejus fideliter ad uſum & utilitatem dicti Regni & per Originarios & Naturales ejuſdem cuſtodiri & conſervari curabit, nec inde Naves Bombardas aut alia quæcunq; Belli & Defenſionis Inſtrumenta amoveri ſinet, ſed contra diligenter et



Digitized by Google

*Brabantiæ Limburgiæ Lucemburgiæ Gheldriæ*, &c. Comiti *Habſpurgi Flandriæ Tirolis Artheſii & Burgundiæ*, Palatino *Hannoniæ Zelandiæ Ferreti Kiburgi Namurci & Zutphaniæ*, Langravio *Alſatiæ*, Marchioni *Burgoviæ & Sacri Romani Imperii*, &c. Domino *Friſiæ Molinæ Salinarum Tripolis & Mechlinæ*, &c. Conditionem Matrimonii, cum, Sereniſſimo & Illuſtriſſimo Principe Filio ſuo cariſſimo, Domino *Philippo de Auſtria Principe Hiſpaniarum*, &c. contrahendi, nobis proponere, miſſis etiam Oratoribus, qui, ampliſſimis Mandatis inſtructi, ſuo & ejuſdem Filii ſui Nomine, tam de Matrimonio contrahendo, quàm etiam de cæteris Pactis & Conventionibus, in eam Cauſam neceſſariis & convenientibus, tractarent atque concluderent,

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus & Induſtriis, prædilectorum Conſiliariorum noſtrorum, Reverendi in Chriſto Patris, *Stephani Winton. Epiſcopi* Cancellarii noſtri Angliæ, prædilecti & fidelis Conſanguinei & Conſiliarii noſtri, *Henrici Comitis Arundell* Magni Seneſcalli Hoſpitii noſtri ſecretioris noſtri Concilii Præſidentis ac Ordinis noſtri Garterii Equitis, *Willelmi Domini Paget* de Beaudeſert ejuſdem Ordinis noſtri Equitis, *Roberti Rocheſter* Equitis Aurati Hoſpitii noſtri Contrarotulatoris ac Ducatûs noſtri Lancaſtriæ Cancellarii, & *Willelmi Petre* Equitis Aurati Secretarii noſtri Primarii, plurimùm confidentes,

Ipſos noſtros veros & indubitatos Commiſſarios Oratores Procuratores & Deputatos facimus per Præſentes,

Dantes & concedentes eiſdem conjunctim, ſeu tribus aut duobus eorundem diviſim, plenam tenore Præſentium Poteſtatem Auctoritatem & Mandatum generale ac ſpeciale, pro nobis & nomine noſtro, cum, præfato Illuſtriſſimo & Potentiſſimo Principe, *Carolo*, divinâ favente Clementiâ, *Romanorum Imperatore* ſemper Auguſto, &c. ac cum, eodem Illuſtriſſimo & Sereniſſimo Principe Domino *Philippo Hiſpaniarum Principe*, *&c.* dicti Imperatoris Filio cariſſimo, Conſanguineis noſtris chariſſimis, eorumve Procuratoribus Commiſſariis Deputatis & Nunciis, ab eiſdem *Imperatore* & *Principe* conjunctim vel diviſim Auctoritatem & Poteſtatem ſufficientem habentibus, de & ſuper Sponſalibus & Contractu Matrimonii, inter præfatum Illuſtriſſimum *Principem Hiſpaniarum*, &c. & *Nos* (Deo Duce) contrahendi, Articuliſque & Capitulis Dotem Dotalitium ſive Donarium, ac Liberorum inde naſcendorum Succeſſionem, Securitatem Adminiſtrationem & Bonum Regnorum & Dominiorum, necnon Conſervationem Statuum, tam *noſtrorum* quàm dictorum *Imperatoris* & *Hiſpaniarum Principis*, cæteraque inde Dependentia concernentibus vel tangentibus, tractandi concordandi & concludendi,

Superque eis quodlibet licitum Juramentum in Animam noſtram & nomine noſtro præſtandi, Bona etiam noſtra quæcunque, ſi opus fuerit, obligandi,

Deque omnibus & ſingulis hujuſmodi Tractatûs pactis & con-
* XV. clusis, Literas & Inſtrumenta conficiendi tradendi, & * ab altera
402. Parte petendi & recipiendi,

Ac generaliter omnia alia & ſingula faciendi quæ ad hujuſmodi Matrimonium, & ad perpetuam Concordiam & Unionem Regnorum Provinciarum Patriarum & Dominiorum utrinque opportuna & circa prædicta neceſſaria fuerint, & quæ nobiſmet ipſis facere liceret ſi Præſentes intereſſemus, etiam ſi mandatum de ſe exigerent magis ſpeciale quàm Præſentibus eſt expreſſum;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio nos totum & quicquid, per dictos noſtros Commiſſarios Oratores & Procuratores in Præmiſſis & circa ea factum fuerit, ratum gratum & firmum habituras, atque ea omnia ratificaturas, nec contra ea quoquomodò facturas vel venturas, ſed inviolabiliter ea obſervaturas, & ab omnibus Subditis noſtris obſervari curaturas.

In cujus rei Teſtimonium, his Literis noſtris, manu noſtrâ ſubſcriptum ſpeciale, pro nobis & nomine noſtro necnon Illuſtriſſimi Domini *Philippi de Auſtria Principis Hiſpaniarum*, &c. Filii noſtri chariſſimi (pro quo nos de rato ſpondemus) nomine, cum Sereniſſima Domina D. *Maria Angliæ & Franciæ Regina Domina Hiberniæ*, ejuſve Conſiliariis Commiſſariis & Procuratoribus ad hoc ſufficienti mandato munitis, tractandi concordandi & concludendi de & ſuper Matrimonio inter præfatum Principem Filium noſtrum & dictam Sereniſſimam Dominam Reginam contrahendo, Articuliſq; & Capitulis, Dotem Dotalitium ſive Dotarium, Liberorumque inde naſcendorum Succeſſionem Adminiſtrationem Securitatem & Bonum Regnorum & Dominiorum, necnon Conſervationem Statuum, tam noſtrorum quam *Dictæ Dominæ Reginæ*, aliaque inde dependentia concernentibus,

Super eis quodlibet licitum Juramentum in Animam noſtram & noſtro nomine præſtandi, Bona etiam noſtra quæcunque, ſi opus fuerit, obligandi & hypothecandi,

Deq; omnibus & ſingulis hujuſmodi Tractatus pactis conventis & concluſis Literas Inſtrumenta & alia Documenta conficiendi & dandi, & ab altera parte petendi & recipiendi,

Et generaliter omnia alia & ſingula faciendi quæ ad hujuſmodi Matrimonium, & ad perpetuam Concordiam & Unionem Regnorum Provinciarum Patriarum & Dominiorum utrinque, opportuna & in prædictis & circa ea neceſſaria fuerint, & quæ Nobis dictoq; Filio noſtro facere liceret ſi Præmiſſis intereſſemus, etiamſi ad ea perficienda de ſui natura Mandatum exigeretur magis ſpeciale;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Imperiali ac Regio, id totum & quicquid dicti noſtri Commiſſarii Oratores & Procuratores in Præmiſſis & circa ea duxerint faciendum, nos ratum gratum & firmum habituros, atq; illa, quatinùs opus ſit, ex abun-
danti ratificaturos, * & per dictum Illuſtriſſimum *Principem* Fi- * XV.
lium noſtrum ratificari curaturos nec contra ea ullo unquam tem- 403.
pore facturos vel quovis Pacto venturos, ſed inviolabiliter ea obſervaturos.

In cujus rei Teſtimonium & Fidem Præſentes manu noſtrâ ſubſcripſimus, Sigillique noſtri juſſimus appenſione communiri.

Datum *Bruxellæ* die xxi. Menſis Decembris, Anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, Imperii noſtri trigeſimo quarto, & Regnorum noſtrorum trigeſimo octavo.

In quorum omnium Fidem & Teſtimonium nos Procuratores & Commiſſarii Sereniſſimæ Dominæ *Reginæ* antedictæ præſentes Literas manibus noſtris ſubſcripſimus, & Sigillorum noſtrorum appenſione communiri fecimus.

Dat. apud *Weſtm.* xii. die Menſis Januarii, Anno Domini ſecundùm Computationem Eccleſiæ Anglicanæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio.

GODSALVI.

Nos, hujuſmodi Articulos, prout ſuperiùs de verbo ad verbum inſeruntur, ratos & gratos habentes, præſentibus ac petentibus generoſis Viris, *Johanne Domino Roſſel Comite de Bedfort*, Cuſtode Privati Sigilli Milite Ordinis Garterii, & *Thoma Radecliff. Vicecomite Fitzwauter* Primogenito *Comitis Suſſexiæ*, præfatæ Sereniſſimæ *Dominæ Mariæ Angliæ Franciæ & Hiberniæ Reginæ*, Oratoribus ad nos deſtinatis, eos, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, approbavimus laudavimus & ratificavimus, approbamus laudamus & ratificamus per Præſentes, omniaque in eis contenta, his modis & formis quibus tractata ſunt, nos bonâ & ſincerâ Fide obſervaturos, & obſervari curaturos, ſolemniter & in Verbo Principis promittimus, omni Exceptione ſeu Contradictione ceſſante, eademque,

Digitized by Google

Ann. D. 1554. Pat. 1. 2. P. & M. p. 1. m. 26.

R Egina dilectis nobis in Chriſto *Decano & Capitulo*, Eccleſiæ Cathedralis Elienſis, Salutem.

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ibidem, jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, nos alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem licentiam per Præſentes duximus concedendam;

Mandantes quod talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Sacrarum Literarum Cognitione ad id Munus aptus, Deo devotus, Nobis & Regno noſtro utilis & fidelis, Eccleſiæque noſtræ prædictæ neceſſarius exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Farneham* decimo Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

♦ XV. 404.

### * *Super Stylo Regis & Reginæ, de Proclamatione.*

Ann. D. 1554. Pat. 1. M. R. p. 2. m. 5.

R. &c. to the Righte Reverende, &c. Greatinge.

Where in the Parliamente begonne and holden at *Weſtm.* the *Secunde Daie of Aprill* laſte paſte, one Acte entituled, An Acte touching the Articles of the Quenes Highnes moſte noble Mariage was then made, wherein, emongeſts other things, it was eſtablyſhed and enacted that all and ſinguler Gifts Graunts Letters Patents Exchaunges Confimacions Leaſes and other Writings, which, after the ſaide Mariage and duringe the ſame, ſhulde paſſe and be made within the Realmes of Englande Irelande and Wales and other Dominions to Us, the ſaide *Quene Mary*, apperteyning and belonginge, ſhoulde be entituled and ſetforthe joyntely in the Names of Us the ſaide *Prince of Spaine* and *Marie Quene of Englande*, whether we the ſaid *Prince* ſhold be preſent within the ſaid Realms and Dominions or any of them or abſent, as by the ſaide Acte more plainly appearith, foraſmuche as, by th' adviſe of our Counſell, We have reſolvid and determyned that our ſaide Stiles and Titles ſhall be ſetforth, written and made in all Gifts Graunts Letters Patents and other Writyngs before mencioned, aſwel in Laten as Engliſhe, according to the forme hereafter following.

*Philippus & Maria, Dei Gratia,* Rex *&* Regina *Angliæ Franciæ Neapolis Jeruſalem & Hiberniæ*, Fidei Defenſores, Principes *Hiſpaniarum & Ciciliæ*, Archiduces *Auſtriæ*, Duces *Mediolani Burgundiæ & Brabantiæ* Comites, *Haſpurgi Flandriæ & Tirollis.*

*Phillippe and Mary, by the Grace of God*, Kynge *and* Quene *of Englande Fraunce Neaples Jeruſalem and Ireland*, Defendours of the Faithe, Princes *of Spayne and Cicille*, Archeduks *of Auſtria*, Dukes *of Millayne Burgon and Brabant*, Countes *of Haſpurge Flaunders and Tirolle.*

We woll and commaunde youe, that furthwithe youe cauſe to be made under our Greate Seale of Englond, being in your custodye, ſuche and ſo many ſeverall Writte and Writtes, to be directed to the Sheriffs of our ſeverall Shires of Englande and Wales, end to other our Officers of Cities and Borough Townes within the ſame, as ye by your Diſcretion ſhall think mete; commaundyng them by the ſame, in our Names, not only to proclayme divulge and publyſhe the ſaid Stiles and Tytles, in ſuche Places as in like caſes hathe byn heretofore accuſtomed, but alſo, on our behalfe, ſtraitly to commaunde all and every our ſaide Subjects to uſe the ſaide Styles and Titles in all their Writyngs, and none other nor otherwiſe, as they will avoide our highe In-

hac parte edita & proviſa, cum Favore & Diligentia facere velitis.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

R EX & Regina *Decano & Capitulo*, Eccleſiæ Cathedralis Norwicenſis, Salutem. Ann. D. 1554. Pat. 1. 2. P. & M. p. 1. m. 26.

Cùm Eccleſia noſtra prædicta, per Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris, & perquam dilecti & fidelis Conſiliarii noſtri, *Thomæ*, permiſſione divinâ, nuper *Epiſcopi ibidem* ad Epiſcopatum Elienſem, jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos, alium vobis Eligendi in Epiſcopum, licentiam per Præſentes duximus concedendam;

Mandantes igitur quatenus talem vobis eligatis in Epiſcopum, qui Deo Devotus, Nobis & Regno noſtro Fidelis, Eccleſiæque noſtræ prædictæ Utilis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Hampton Courte*, quarto die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Reſtitutione Temporalium.*

R EX & Regina, &c. Eſcaetori ſuo in Comitatu Cantebrigiæ, Salutem. Ann. D. 1554. Ibid.

Vacante nuper Epiſcopatu Elienſi, per Mortem naturalem *Thomæ Goodrike*, ultimi Incumbentis ibidem, Reverendus in Chriſto Pater, *Thomas Thirleby* nuper *Epiſcopus Norwicenſis*, in Epiſcopum & Paſtorem ejuſdem Epiſcopatus (noſtro Regio Aſſenſu prius obtento) legittimè eſt præfectus, prout inde Nobis plena eſt facta fides,

Quare Nos, Fidelitatem ipſius *Thomæ Thirleby*, Nobis pro Temporalibus Epiſcopatûs Elienſis prædicti debitam cepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs, prout moris eſt, præfato *Epiſcopo*, reddidimus & reſtituimus;

Et ideò tibi præcipimus quod eidem *Thomæ Thirleby*, Temporalia prædicta, cum pertinentiis in Balliva tua liberes, a die Mortis dicti ultimi Incumbentis; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege & Regina apud *Honorem ſuum de Hampton Courte*, decimo quinto die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub eadem Data, videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Hunt.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Norff.*
*Eſcaetori ſuo in Com Suff.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Eſſex.*
*Eſcaetori ſuo in Com Hertf.*
*Dilecto & fideli ſuo* Thomæ White *Militi Majori Civitatis London. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis

Digitized by Google

### *De Significavit pro Epiſcopo Norwicen.*

Ann. D. REX & Regina, Reverendo in Chriſto Patri, *S. Epiſcopo Wintonienſi*, Cancellario ſuo Angliæ, Salutem.

1554. *Ibid.* Cùm nuper, vacante Epiſcopatu Norwicenſi,

Per Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris, *Thomæ Thirleby*, ad Epiſcopatum Elienſem, *nuper Epiſcopi ibidem*,

Ad humilem Supplicationem Dilectorum Nobis *Decani & Capituli*, Eccleſiæ Cathedralis Norwicenſis, eiſdem per Literas noſtras Patentes, Licentiam conceſſerimus alium ſibi Eligendi in Epiſcopum Loci prædicti & Paſtorem, ac iidem *Decanus* & *Capitulum* prætextu Licentiæ noſtræ prædictæ, dilectum & fidelem Capellanum noſtrum, *Johannem Hopton* Sacræ Theologiæ Doctorem ſibi elegerint in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas ſuas Patentes, Communi Sigillo ſuo ſigillatas, Nobis inde directas pleniùs apparet,

Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, & hoc Vobis, Tenore Præſentium, Significamus;

Rogantes, ac, in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter vobis Mandantes, quatenus præfatum *Johannem Hopton Norwicenſem Electum*, & Electionem prædictam confirmare, & eundem *Johannem Hopton in Epiſcopum Norwicenſem*, conſecrare, ipſumque prout moris eſt Epiſcopalibus Inſigniis inveſtire, cæteraque peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore,

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, tertio die Octobris.

---

### *De Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. REX, & Regina Eſcaetori ſuo in Comitatu Norffolchiæ, Salutem.

1554. *Ibid.* Vacante nuper Epiſcopatu Norwicenſi,

Per Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris, ac noſtri prædilecti & fidelis Conſiliarii, *Thomæ Thirleby*, ad Epiſcopatum Elienſem, ultimo Epiſcopi ibidem,

*Decanus & Capitulum*, Eccleſiæ Cathedralis Norwicenſis (Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ) Dilectum Capellanum noſtrum, *Johannem Hopton*, Sacræ Theologiæ Doctorem, in eorum Epiſcopum & paſtorem elegerunt,

* XV. 407. * Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſque *Electi* Fidelitatem Nobis pro dicto Epiſcopatu Norwicenſi debitam cepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs prout moris eſt, præfato *Epiſcopo Norwicen.* reddidimus & reſtituimus;

Et ideò tibi præcipimus, quòd eidem *Johanni Hopton*, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, Liberes a primo Die Vacationis ejuſdem Epiſcopatûs Norwicenſis; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, quarto Die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub eadem Data, videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Suff.*

ſiæ Cathedralis Lichefeldenſis, Salutem. 1554.

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis Lichefelden. & Coventr. per *Ibid. m.*
Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ibidem, jam ſit Paſtoris ſolatio 25.
deſtituta, nos alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem licentiam per Præſentes duximus concedendam;

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Sacrarum Literarum Cognitione ad id Munus aptus, Deo devotus, Nobis & Regno noſtro utilis & fidelis, Eccleſiæque noſtræ prædictæ neceſſarius exiſtat.

In cujus, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, xxv. Die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Regio Aſſenſu.*

REX, & Regina, omnibus Archiepiſcopis Epiſcopis, ſive aliis Ann. D.
quibuſcumque quorum in hac parte intererit, Salutem 1554.
Vacante nuper Epiſcopatu Lichefeldenſi & Conventrienſi, per *Ibid.*
Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum*, Eccleſiæ Cathedralis Lichefeldenſis prædictæ (Licentia primitùs à nobis per ipſos, alium eligendi * in eorum Epiſcopum & * XV.
Paſtorem, petitâ pariter & obtentâ) *Radulphum Banye*, Sacræ 408.
Theologiæ Baccalaureum in eorum Paſtorem & Epiſcopum canonicè elegerunt & nominaverunt, ſicuti per eorum Literas inde pleniùs liquet & apparet,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ (humilibus eorum mediantibus Supplicationibus) noſtrum Regium adhibemus Favorem pariter & Aſſenſum, & eundem *Electum* apud vos recommendatum habemus;

Quocirca vobis mandamus, quòd cætera omnia, quæ per vos, ad Confirmationem & Conſecrationem ejuſdem in dicto Epiſcopatu, fieri conſueverunt, ſecundùm Leges & Statuta Regni noſtri Angliæ in hac parte edita & proviſa, cum favore & diligentia facere velitis.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* x. die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Regio Aſſenſu.*

REX & Regina, omnibus Archiepiſcopis Epiſcopis ſive aliis Ann. D.
quibuſcumq; quorum in hac parte intererit, Salutem, 1554.
Vacante nuper Epiſcopatu Briſtolliæ, per legittimam Depriva- *Ibid. m.*
tionem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* ibidem (Li- 26.
centiâ primitùs à nobis per ipſos, alium eligendi in eorum Epiſcopum petitâ & obtentâ) Dominum *Johannem Holyman*, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Paſtorem & Epiſcopum canonicè elegerunt & nominaverunt, ſicuti per eorum Literas inde Pleniùs liquet & apparet,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic Electæ (humilibus eorum mediantibus Supplicationibus) noſtrum Regium adhibemus Favorem pariter & Aſſenſum, & eundem Electum apud vos recommendatum habemus;

Quocirca vobis mandamus quòd cætera omnia, quæ per vos ad Confirmationem & Conſecrationem ejuſdem in dicto Epiſcopatu, fieri conſueverunt ſecundùm Leges & Statuta Regni noſtri Angliæ in hac parte edita & proviſa, cum Favore & Diligentia facere velitis.

In

Digitized by Google

* XV. 409. And our further Pleaſure and Comandement ys, and, by this our * Proclamacion, We puplyſhe and declare, that the ſayd Woodes called the *Grange Parke* and *Sart*, and all thoſe our litle Cloſes adjoyning to the ſame Wooddes or any of them, wherof th'one ys called the *Bryckhowſe Cloſe*, or by what name or names ſoever they or any of them be called or knowen, ſhall, from the Feaſt of Chryſtmas next coming, be annexed united and knit to our ſaid *Foreſt of Rockingham*, and ſhal be reputed taken and knowen as part parcell and Member of the ſame Forreſt to all intentes conſtruccions and purpoſes, and ſhall have like Liberties Preemynences and Previlegis as the ſame Forreſt have heretofore had or ought to have, and that all and every Perſon and Perſons whatſoever he or they ben, which ſhall at any tyme after the ſaid Feaſte of the Byrthe of our Lorde God, wrongfully attempte hunt chaſe or kill any Deare within the ſaid Woodes or Cloſes, or in either of them, or within the Preſinctes of the ſame or any of them, withoute our ſpeciall Lycence or Commaundement, that every ſuche Offender and Offendours whiche ſhal be therof proved culpable convicted or otherwiſe founde giltie, according to the Lawes and Statutes of this our Realme, ſhall have and ſuffer ſuch like Punyſthement and incurre ſuche Loſſe and Forfeitures for the ſame, as is ordeyned and provided by our Lawes and Statutes of this our Realme, agaynſt ſuche Offendours in any other Forreſtes Parkes or Chaſes within this ourd ſai Realme of England,

And further will that the ſaid Woodes and Cloſys, and every of them, ſhal be, from the ſaid Feaſt of Chriſtmas, within the Rewle and Direccion of our Juſtices of our ſaid Forreſt and other our Forreſtes Parkes and Chaſes on this ſide the Trent, and that all Offendours therin ſhall, from tyme to tyme after the ſaid Feaſt of the Byrth of our Lord God, be called and punyſhed by the ſame Juſtice or Juſtices, as yf the ſame Offence hadd been done and commytted within any other our Foreſts Parks or Chaſes within this our Realme, any Lawe Article Cuſtome or Preſcripcion to the contrary notwithſtanding:

And further We will and charge all our lovyng Subjectes that this our Proclamacion be to all intents and purpoſes obſerved and kept, without any Violation or Infringe of the ſame, as thy intend to avoyd our further Diſpleaſure.

T. Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, xiii. Die Novembris..

*Per ipſos Regem & Reginam.*

---

*De Reſtitutionibus Temporalium.*

Ann. D. 1554. Pat. 1. 2. P. & M. p. 1. m. 26. REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Glouceſtriæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Briſtollienſi, per legittimam Deprivationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum*, Eccleſiæ Cathedralis Briſtolliæ prædictæ (Licentiâ noſtrâ primitùs petitâ pariter & obtentâ) dilectum nobis *Johannem Holyman*, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & Favorem, ipſiuſque *Electi* Fidelitatem Nobis pro dicto Epiſcopatu debitam cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt præfato *Epiſcopo* reddidimus & reſtituimus,

Et ideò tibi præcipimus, quod eidem *Johanni Holyman*, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, ſine dilatione



Fidelitatem nobis pro dicto Epiſcopatu debitam cepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs, prout moris eſt, præfato *Epiſcopo*, reddidimus & reſtituimus;

Et ideò tibi præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, à tempore Vacationis ejuſdem Epiſcopatûs, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, ſexto Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Salop. ac March. eidem Com. adjacen.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Derb.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Warr.*
*Camerario ſuo Ceſtriæ.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Coventr. & Lich. prædicto, quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Pro Epiſcopo Coventr. & Lich. de Exoneratione.* ✠

REX & Regina, omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1555.

Cùm, in Statuto in Parliamento Domini *Henrici nuper Regis Angliæ*, Patris noſtræ Reginæ, tento apud Weſtmonaſterium Anno Regni ſui viceſimo ſexto, inter alia, editum proviſum ſtabilitum & ordinatum fuit, Ibid. p. 14. m. 38.

Quod prædictus Pater noſter Reginæ, Hæredes & Succeſſores ſui Reges hujus Regni Angliæ, haberent & gauderent; de tempore in tempus imperpetuum duraturum, de qualibet tali Perſona & talibus Perſonis, quæ, ad aliquod tempus poſt *primum diem Januarii* tunc proximò ſequentis, nominaretur præſentaretur, conſerreretur, vel aliquo alio modo appunctuaretur, alicui Archiepiſcopatui Epiſcopatui Abbatiæ Monaſterio Prioratui Collegio Hoſpitali Archidiaconatui Decanatui Præpoſituræ Præbendæ Rectoriæ Vicariæ Cantariæ, liberæ Capellæ, aut alicui Dignitati Beneficio Officio aut Promotioni ſpirituali infra hoc Regnum Angliæ, aut alibi infra aliqua Dominia ſua, cujuſcumque Nominis Naturæ vel Qualitatis fuerint, aut cuicumque Fundationi Patronatui aut Donationi pertinerent, Primos Fructus Reventiones & Proficua pro uno Anno cujuſlibet talis Archiepiſcopatûs Epiſcopatûs Abbatiæ Monaſterii Prioratûs Collegii Hoſpitalis Archidiaconatûs Decanatûs Præpoſituræ Præbendæ Rectoriæ Vicariæ Cantariæ, liberæ Capellæ, aut alicujus Dignitatis Beneficii aut Promotionis Spiritualis cujuſcumque Nominationis, ad quod ſive ad quæ, aliqua talis Perſona aut Perſonæ, poſt prædictum *primum diem Januarii*, eſſet vel eſſent nominatæ electæ præfectæ præſentatæ collatæ, aut aliquo alio modo appunctuatæ;

Cumque etiam in eodem Statuto ſimiliter, inter alia, editum proviſum ſtabilitum & ordinatum fuit, quod prædictus nuper *Rex Henricus Octavus*, Pater noſter Reginæ, Hæredes & Succeſſores ſui Reges hujus Regni Angliæ, annuatim haberent caperent gauderent & reciperent (unitum & annexum Coronæ * ſuæ * XV. 411.



Digitized by Google

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Radulpho Epiſcopo Coventr. & Lich.* omnes & omnimodas Primitias, & Primos Fructus, ac omnes & omnimodas annuales Decimas, ſive annuales Penſiones omnium & ſingulorum Maneriorum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum, ac Hæreditamentorum quorumcumque dicti Epiſcopatûs, ac omnes & ſingulas Denariorum Summas, Nomine, aut pro Primitiis & Primis Fructubus, aut pro annualibus Decimis, ſive annuali Penſione omnium & ſingulorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum, & Hæreditamentorum quorumcumque dicti Epiſcopatûs Coventr. & Lich. aut aliquarum inde Parcellarum, ratione dicti Actûs Parliamenti, vel aliquo quocumque modo, Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris, per prædictum nunc *Epiſcopum*, quoquomodò reddendis vel ſolvendis,

Habendas & gaudendas eidem *Radulpho Epiſcopo Coventr. & Lich.* de libero Dono noſtro, abſque Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodò reddendo ſolvendo vel faciendo;

Ac etiam volumus & damus, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, per Præſentes concedimus præfato *Radulpho Epiſcopo Coventr. & Lich.* Executoribus & Adminiſtratoribus ſuis, quod Nos Hæredes & Succeſſores noſtri, habebimus petiemus clamabimus vel vendicabimus ab eodem nunc *Epiſcopo* aut Executoribus ſeu Adminiſtratoribus ſuis, aliquas Primitias vel Primos Fructus, aut aliquam annualem Decimam, ſive annualem Penſionem, ſive aliquas Primitias ſive Primos Fructus, aut aliquas annuales Decimas, ſive annuales Penſiones de aut pro prædictis Maneriis Terriis Tenementis Reventionibus Proficuis Poſſeſſionibus & Hæreditamentis quibuſcumque dicti *Radulphi Epiſcopi Coventr. & Lich.* nec de aut pro aliqua inde Parcella, nec aliqua Exitus Reventiones ſeu Proficua, nec aliquas Pecuniæ Summas pro Primitiis & Primis Fructubus, aut pro annualibus Decimis, aut Nomine ſive pro annuali Penſione omnium & omnimodorum Primitiarum & Primorum Fructuum, aut annualium Decimarum, ſive annualium Penſionum omnium & ſingulorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum quorumcumque dicti *Radulphi Epiſcopi Coventr. & Lich.* ſeu aliquarum inde Parcellarum, ſed quod idem *Radulphus Epiſcopus Coventr. & Lich.* Executores & Adminiſtratores ſui ſint & erunt penitùs exonerati & acquietati, aut indempnes conſervati

* XV. 412. verſus Nos Hæredes & Succeſſores noſtros, de * aut pro Primitiis ſive primis Fructubus, ac pro annualibus Decimis, ſive annualibus Penſionibus omnium & ſingulorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum, & Hæreditamentorum quorumcumque dicti *Radulphi Epiſcopi Coventr. & Lich.* & cujuſlibet inde Parcellæ, ac de, & pro omnibus & omnimdis Denariorum Summis quibuſcunque, Nomine aut pro Primitiis ſive Primis Fructubus, aut pro annualibus Decimis ſive annualibus Penſionibus omnium & ſingulorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum, & Hæreditamentorum quorumcumque dicti *Radulphi Coventr. & Lich. Epiſcopi*, aut aliquarum inde Parcellarum, Nobis Hæredibus aut Succeſſoribus noſtris debitis ſeu ſolvendis,

Ac etiam pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac, per Præſentes, pardonamus remittimus & relaxamus præfato *Radulpho Epiſcopo Coventr. & Lich.* prædictas Primitias ſive Primos Fructus, ac Prædictas annuales Decimas, ſive annuales Penſiones, Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Terrarum Tenementorum Proficuorum Poſſeſſionum, & Hæreditamentorum quorumcumque dicti *Epiſcopi Coventr. & Lich.* & cujuſlibet inde Parcellæ, ac omnes & omnimodas Pecuniæ Summas, Nomine aut pro Primitiis ſive Primis Fructubus, ac pro annualibus Decimis ſive annuali Penſione omnium & ſingulorum Terrarum Tenementorum ex libero Dono noſtro, abſque aliquo Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodò reddendo ſolvendo vel faciendo,

Ac etiam volumus, de ampliori Gratia noſtrâ, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, per Præſentes, concedimus præfato *Radulpho Epiſcopo Coventr. & Lich.* quòd ipſe habeat & habebit has Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine, ſive aliquo alio Warranto, ſive Privato Sigillo, ſeu Feodo magno vel parvo, Nobis, in Hanaperio noſtro ſeu alibi, ad uſum noſtrum quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, decimo die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### * *Pro Mercatoribus Stapulæ Caleſii.* * XV. 413.

Ann. D. 1555. *Ex Autogr.*

THIS INDENTURE MADE, betwene, the moſt High and Mighty Prynces oure moſte gracious Soveraigne Lord and Lady, *Philippe and Mary*, by the Grace of God, Kynge *and* Quene *of Englande France Naples Jeruſalem* and *Ireland*, Defenders of the Faithe, Pryncys *of Spayne and Cicily*, Archedukes *of Auſtria*, Dukes *of Myllayn Burgundy and Brabant*, Countes *of Haſpurg Flaunders and Tyroll* on the one part, and the *Mayer Conſtables* and *Felawſhipp of Merchants of the Staple in the Towne of Calais*, of the other parte,

WITNESSETH, that wher ther Majeſties of ther moſt Benignite and accuſtomed Goodnes, have lycenſyde and graunted, and by this Prezens doo licenſe and grante, that the faide *Mayor Conſtables and Felawſhipp of Merchantes of the ſaid Eſtaple*, and every of them, ſhall ſhipp and tranſport owt of thi ther Realm of Englande unto the Staple at Calais aforeſaid, all thoſe ther Wools Woollefells and Fells callyd Shorlynges and Morlynges, at oon tyme, or at ſondre tymes at ther Labertes and Pleaſurs, without Lett or Interruption of our ſaid Soveraignes the *Kyng and Quenes Majeſties*, for the ſpace and tyme hereafter mencyoned and expreſſed: That is to ſaie, from the *Firſte Daye of Awguſt*, next enſwyng the Datte herof, untill the End and Terme of Fyftene Yeres then next immediately followyng, and to have lick Conduct and Waftyng for the ſurer convayance of their Goodes unto Calais, as they have allwayes heretofore byn accuſtomed to have;

And furthermor *ther Majeſties* at pleaſyd, and by thes Preſens, of ther moſt habonndant Goodnes and gracious Diſpoſitions, granntithe, that the ſaide *Mayer Conſtables and Felawſhipp of Marchantes*, or anny of them, ſhall not be compellide to paie any more or larger Somme or Somes of Monney, then for ſo muche Goodes of Staple Marchandizis as they ſhall ſhipp and tranſport unto the ſaid Staple at Calais, duryng the tyme aforſayde:

And the ſaide *Mayor Conſtables* and *Felawſhipp of Marchantes of the ſaide Staple*, and every of them, promyſe, and by thes Preſents byndeth themſelffes, and every of them, unto the *Kinge and Quenes* moſt gracious Majeſties, well and trulye to contente and paye, or cauſe to be contentid and paide all and ſinguler their Cuſtomes and Subſidies that ſhal be dewe for and uppon the ſame ther Staple Merchandizes at the *Sixth Daye of October*, and as the *Sixth Day of Aprill*, within the Towne of Calais aforeſaide, unto the Towne of Calais for the tyme beynge, in ſuche forme and ſorte, and after ſuche rates, both heir in England and at Calais, for ſo muche as they ſhall ſhipp, as heretofore hath byne accuſtomyde.

In

Digitized by Google

… ejuſdem nuper *Fratris noſtri*, virtute Warranti ſuæ Majeſtatis, prædictæ *Conſanguineæ noſtræ* annuatim ſolutæ fuerint,

Nos,

Ex parte prædictæ *Conſanguineæ noſtræ*, accipientes Solutionem prædictæ Summæ *Centum & ſexdecim Librarum* per Annum, per Diſſolutionem Curiæ Primitiarum & Decimarum prædictarum, jam ceſſare, Continuationemque Solutionis ejuſdem Summæ præfatæ *Conſanguineæ noſtræ*, conſideratione prædictâ volentes, ac Securitatem eidem *Conſanguineæ noſtræ* inde adhibere ampliorem cupientes,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, prædictæ Dominæ *Annæ Cleve* Conſanguineæ noſtræ, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum & ſexdecim Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ per Annum,

Habendam gaudendam & annuatim percipiendam eandem Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum & ſexdecim Librarum* per Annum, eidem Dominæ *Annæ Cleve* & Aſſignatis ſuis, durante Vitâ ipſius Dominæ *Annæ Cleve* (ſi eadem Domina *Anna Cleve* tam diu infra hoc Regnum noſtrum habitaverit & moram fecerit & non receſſerit ſeu exierit in aliquas Partes exteras ſeu tranſmarinas ſine noſtra aut Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum Licentia in hac parte priùs habita & obtenta) ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per manus Theſaurarii & Camerariorum ejuſdem Receptæ pro tempore exiſtentium, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones annuatim ſolvendarum;

Et Nos etiam, de uberiori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfatæ Dominæ *Annæ Cleve Centum ſexaginta & quatuordecim Libras* eidem Dominæ *Annæ Cleve*, de prædictis *Centum & Sexdecim Libris* per Annum, jam à retro & inſolutis exiſtent', pro uno Anno integro & dimidio, finito in Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito,

Habendas gaudendas & immediatè percipiendas eaſdem *Centum ſexaginta & quatuordecim Libras*, prædictæ Dominæ *Annæ Cleve* ad receptam prædictam de Theſauro prædicto, per manus Theſaurarii & Camerariorum ejuſdem receptæ,

Et ulterius Nos, Securitatem Solutionis Summarum prædictarum præfatæ Dominæ *Annæ Cleve* ampliorem volentes, volumus &, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus, ac prædictis Theſaurario & Camerariis, firmiter injungendo, præcipimus, quod eadem Domina *Anna Cleve*, ſuper Exhibitione harum Literarum noſtrarum Patentium, ſive Irrotulamenti earumdem, in prædicta Recepta factâ abſque aliquo Breve ſeu Brevibus noſtrorum ſive Hæredum aut Succeſſorum noſtrorum, extra Cancellariam noſtram Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, ſuper has Literas noſtras Patentes proſequendis, ac Theſaurario & Camerariis prædictis pro tempore exiſtentibus aliquatenus dirigendis, Solutione, tam prædictarum *Centum & ſexdecim Librarum* per Annum in forma prædicta annuatim, quàm prædictarum *Centum ſexaginta & quatuordecim Librarum* de Arreragiis prædictis, gaudere valeat;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ *apud Weſtmonaſterium* decimo ſeptimo die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium* xxii. Die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia Eligendi pro Epiſcopo Bangorenſi.*

REX & Regina dilectis Nobis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Bangor. Salutem. Ann. D. 1555. *Ibid.*

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, nos alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem licentiam per Præſentes duximus concedendam;

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Sacrarum Literarum Cognitione ad id Munus aptus, Deo devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis, Eccleſiæque noſtræ prædictæ neceſſarius exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, quarto Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutionibus Temporalium.*

REX & Regina Eſcaetori ſuo in Comitatu Wigorniæ, *Salutem.* Ann. D. 1555. *Ibidem. m. 25.*

Cùm Reverendus in Chriſto Pater, *Richardus Pate*, ad Eccleſiam Cathedralem Wigornienſem nominatus, ac in ipſius Eccleſiæ Epiſcopum Præfectus ſit & Paſtorem, Nos, pro eo quod ejuſdem *Epiſcopi* Fidelitatem pro Temporalibus Epiſcopatûs prædicti in hac parte Nobis debitam, cepimus, ac Temporalia Epiſcopatûs illius, prout moris eſt, reſtituimus eidem;

Et ideò tibi præcipimus, quòd eidem *Epiſcopo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium* quinto Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet, * XV. 416.

*Eſcaetori ſuo in Com. Salop. ac March. eidem Com. adjacen.*

*Eſcaetori ſuo in Com. Hereford. ac March. Wall. eidem Com. adjacen.*

*Eſcaetori ſuo in Com. Glouc. ac March. Walliæ eidem Com. adjacen.*

*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

*Dilecto & fideli ſuo Majori Civitatis London. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et Mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Wigorniæ prædicto, quòd eidem *Richardo Pate*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Epiſcopatum Wigornienſem prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

unto, oure truſtie and welbeloved Servante and Subjecte, *Thomas Hawleye* alias *Clarenceux* the Rome or Office of a *King of Armes* of the Sowthe Eaſte and Weſt part of our Realme frome Trent Southward,

To have occupie and enjoye the ſaid Rome or Office during his Lieff naturall, with the Fee of *twentie Poundes* yerelie, for the exercyſyng of the ſame, and all other many of Rights Interements Profitts Commodities Prehemynences and Emoluments whatſoever the be to the ſame Rome and Office in any wiſe belonging or apperteynyng, as by the ſaide Letters Patents, amongeſte other thinges therein conteyned, dothe appeare.

And whereas alſo, as well our ſaide late Father *King Henry the Eight* as our late deare and welbeloved Brother *King Edward the Syxte*, did, by their ſeverall Letters Patents, gyve graunt and confirme to our ſaide Servante *Thomas Hawley* alias *Clarencyeux*, for the ſpecyall Truſte and Confidence whiche our ſaide deare Father and welbeloved Brother had in hym, full Power Licence and Auctoritie to vyſytt all the Parteis aforeſaide, by hymſelf or by his ſufficient Deputie when he ſhulde thinke moſte neceſſarie and convenyent,

And to correcte all falſe Arms Creſts and Cognizaunces, unlefull, or unlefullie taken and borne,

Or any ſet or made in Scochens Squares or Lozenges, and theym to deface whereſoever the were,

* XV. 447. * And alſo Banners Standers Pennons or Cote Armes, by any Perſon or Perſons, whatſoever theie were not havyng Auctoritie,

And alſo to take Note of Diſcents and Mariages, according to his Othe made at his Coronation in this Behaulf,

And alſo to reforme all ſuche as at Enterements do were Mornyng Gownes and Hoodes with Tippetts above their Degrees and Eſtates; that is to wytt, that no Man under the Degree of an Eſquyer were Hoode with Tippett accordynge to the Reformacion taken in the tyme of our dear Grandfather, *King Henry the Seventh*, and alſo that all ſuche that ſhuld dyſobeie the ſame ſhuld anſwere thereunto, upon leſul Monycyon unto hym or theym geven, before the *High Marſhall* of Englande,

And that the ſaide *Clarencyeux* ſhulde alſo regeſter or cauſe to be regeſtred trulie all the Armes of Noblemen and Gentlemen of his ſaid Provynce in his Regeſtres,

And furthermore that no Graver nor Paynter ſhulde grave paynte devyſe or ſet fort any Armes Creſtes or Cognizaunces, withowt the knowledge or conſent of the King of Armes of the Provynce or of his Deputie or Deputies,

And our ſaid late *Father* and *Brother* dyd by their ſaide ſeverall Letters Patents charge prohibitt and defend any maner of Parſon or Parſons to medle or intermedle in any thinge belonging to his ſaide Office within the ſaide Provynce of the ſaide *Clarencieux* withowt his ſpecyall Licence and Authoritie or of his lefull Deputie in that behalf; any Acte Statute Ordinaunce to the contrarye notwithſtanding;

And alſo willed and graunted, by the ſaide ſeverall Letters Patents, that the Premyſſes ſhulde ſtande in full force and effecte to our ſaide Servant duryng his naturall Lyff, as by the ſaide ſeverall Letters Patents, whereof th'one beryng Date *the ſeconde daie of Julie*, in the xxxiii. Yeare of the Raign of our ſaid moſte dearlie beloved Father *King Henrye the Eight*, and the other beryng Date *the xxviii. daie of June*, in the ſyxte Yere of our ſaide welbeloved Brother's Reign, more playnlie at large to Us have appeared:

Nowe knowe ye that, calling to our remembrance the honorable and goode Meanynges of our ſaid deare *Father* and *Brother* in the Premyſſes, the whiche tended chieflye to the Advauncemente of Nobilitie and to impeche thoſe that ſhulde attempte or practyſe any thing to deface the ſame, by bearyng or gyvyng of Armes, or by uſurpyng ſuche thinges as by the Order and Lawe of Armes, and convenyent to do the ſame,

In witnes whereof, &c.

Witnes the Kinge and Quene at *Weſtminſter* the xix. daie of Marche.

*Per ipſos Regem & Reginam.*

---

### *De Cuſtodia Temporalium.*

REX & Regina, omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1555.

Cùm Archiepiſcopatus Eccleſiæ Cathedralis ſive Metropoliticæ Eborum, per Deprivationem *Roberti Holgate* ultimi Archiepiſcopi Eccleſiæ prædictæ, vacaverit, & Paſtoris ſolatio deſtituta fuerit, & in præſenti vacans extiterit, quo prætextu nunc Nos, Cuſtodiam Archiepiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem in manibus noſtris, occaſione prædictâ, habemus & habere deberemus; *Pat. 1. & 2. P. & M. p. 1. m. 12.*

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, Reverendo in Chriſto Patri, & dilecto & fideli Conſiliario noſto, *Nicholao Heth* nuper Epiſcopo Wigorniæ, & nunc nominato & electo Archiepiſcopo prædictæ Eccleſiæ Cathedralis ſive Metropoliticæ Eborum, Cuſtodiam dicti Archiepiſcopatûs Eboracenſis, ac omnium Temporalium ejuſdem Archiepiſcopatûs, necnon omnium Caſtrorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Reddituum Servitiorum Portionum Penſionum Annuitatum & aliarum Poſſeſſionum quarumcumque eidem Archiepiſcopatui ac prædictæ Sedi Archiepiſcopali qualitercumque pertinentium ſive ſpectantium;

Conceſſimus etiam *prædicto Reverendo Patri* omnia & omnimoda Feoda Militum, Servitia Warda Maritagia, & Cuſtodiam omnium Hæredum quorumcumque Tenentium Archiepiſcopatûs prædicti, infra Ætatem, & Cuſtodiæ noſtri, occaſione prædictâ, pertinentium,

Ac omnimodas Eſcaetas omnium & ſingulorum Tenentium Archiepiſcopatûs prædicti, ſive eidem Archiepiſcopatui, quoviſmodo pertinentes ſive ſpectantes;

Habendam percipiendam gaudendam & retinendam Cuſtodiam prædictam, & omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet, præfato *Reverendo Patri* & Aſſignatis ſuis, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Vacatione prædictâ, & quamdiu Eccleſia prædicta de Archiepiſcopo vacari contigerit, necnon quouſque Nos vel Hæredes noſtri, Temporalia Archiepiſcopatûs illius, *præfato Reverendo Patri* nunc *Electo* reſtituerimus & liberaverimus, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè liberè & integrè, prout Nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet,

Conceſſimus etiam eidem *Reverendo Patri* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes, ac Incumbentium Inſtitutiones, Eccleſiarum Archidiaconatuum Dignitatum Collegiorum Hoſpitalium, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, de Patronatu ſive Advocatione Archiepiſcopatus prædicti exiſtentium, quoquomodo, durante Vacatione prædictâ, vacari contingentium,

Habendas conferendas dandas præſentandas & inſtituendas ad libitum ipſius *Reverendi Patris* abſque impetitione noſtri aut alicujus alterius Perſonæ vice & nomine noſtro vel pro nobis;

Et inſuper concedimus præfato *Reverendo Patri* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros & alios Officiarios quos-

Digitized by Google

*Per Breve de Privato Sigillo.*

## *De Cuſtodia Archiepiſcopatus Dubliniæ conceſſa.*

Ann. D. REX & Regina, Omnibus ad quos, &c. Salutem.
1555. Cùm Archiepiſcopatus Eccleſiæ Cathedralis ſive Metropo-
Pat. 1. liticæ Dublinenſis, per Deprivationem *Georgii Browne ultimi Ar-*
2. P. & *chiepiſcopi* Eccleſiæ prædictæ, vacaverit, & Paſtoris ſolatio deſti-
M. p. 11. tuta fuerit, & in præſenti vacans extiterit, quo prætextu nunc Nos,
m. 16. Cuſtodiam Archiepiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem in Manibus noſtris, occaſione prædictâ habemus & habere deberemus;

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, dilecto Nobis in Chriſto, *Hugoni Corren* Decano Eccleſiæ Cathedralis Herefordenſis, nunc nominato & electo Archiepiſcopo prædictæ Eccleſiæ Cathedralis ſive Metropoliticæ Dublin. Cuſtodiam dicti Archiepiſcopatus Dublin. ac omnium Temporalium ejuſdem Archiepiſcopatus, necnon omnium Caſtrorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Reddituum Servitiorum Portionum Penſionum Annuitatum, & aliarum Poſſeſſionum quarumcumque, eidem Archiepiſcopatui ac prædictæ Sedi Archiepiſcopali qualitercumque pertinentium ſive ſpectantium.

Conceſſimus etiam prædicto *Hugoni Corren* omnia & omnimoda feoda Militum Servitia Warda Maritagia & Cuſtodiam omnium Hæredum quorumcumque Tenentium Archiepiſcopatus prædicti infra Ætatem & Cuſtodiæ noſtrî occaſione prædicta pertinentium,

Ac omnimodas Eſcaetas omnium & ſingulorum Tenentium Archiepiſcopatûs prædicti ſive eidem Archiepiſcopatui quoviſmodo pertinentes ſive ſpectantes;

Habendam percipiendam gaudendam retinendam Cuſtodiam prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet præfato *Hugoni Corren* & Aſſignatis ſuis, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Vacatione prædictâ, & quamdiu Eccleſia prædicta de Archiepiſcopo vacari contigerit, necnon quouſque Nos vel Hæredes noſtri, Temporalia Archiepiſcopatûs illius, præfato *Hugoni Corren* nunc *electo* reſtituerimus & liberaverimus, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè & integrè prout Nos ea omnia & ſingula haberemus ſive habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet;

Conceſſimus etiam *Hugoni Corren* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes, ac Incumbentium Inſtitutiones, Eccleſiarum Archidiaconatuum Dignitatum Collegiorum Hoſpitalium Capellarum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, de Patronatu ſive Advocatione Archiepiſcopatûs prædicti exiſtentium, quoquomodo, durante Vacatione prædictâ, vacari contingentium,

* XV. 420. * Habendas conferendas dandas præſentandas & Inſtituendas ad libitum ipſius *Hugonis Corren* abſque impetitione noſtri aut alicujus alterius Perſonæ vice & nomine noſtro vel pro Nobis;

Et inſuper concedimus præfato *Hugoni Corren* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros, & alios Officiarios quoſcumque Archiepiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem, adeò liberè prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſe-

## *De Officio Regiſtrarii, Ordinis Garterii, conceſſo.*

PHilipp and Mary, by the Grace of God, &c. to all Men to whome, &c. Greatyng. Ann. D. 1555.
Knowe ye that We, of our Grace eſpeciall certayn Knowledge and meare Motion, have gyven and graunted, and by thies Preſentes, for Us our Heires and Succeſſours, do gyve and graunte, unto our welbeloved *Owen Oglethorpe* Doctor in Divinitie Deane of our Collegiate Churche of Wyndſoure; *th'Office of Regiſter and Regiſterſhip of our mooſt Noble Order of the Garter*, and the ſame *Owen* Regiſter of our ſaid Noble Order We do make ordeyne and conſtitute by thies Preſents, Pat. 1. 2. P. & M. p. 14. m. 25.

To have holde uſe exerciſe and enjoye the ſaid Office, to the ſaid *Owen* either by hymſelf or his ſufficient Deputie or Deputies, during the naturall Life of the ſame *Owen*,

And, of our further eſpecyal Grace, We have gyven and graunted, and by thies Preſentes, for Us our Heires and Succeſſours, do gyve and graunte unto the ſaid *Owen* for th'Exerciſe of the ſaid Office, the Stipende and Fee of *Fiftie Poundes* of laufull Money of *Englande* by Yere,

To have hold and yerely to perceive and receive the ſaid Stipend and Fee of *Fiftie Poundes* by Yere, unto the ſaid *Owen*, from the Feaſt of th'Annuncyacion of our Ladie which was in the firſt Yeare of ours the Quenes Reign, owte of the Treaſure of Us our Heires and Succeſſours, at the Receipt of our Eſchequier, by the Handes of the Treaſourer and Chamberlayns of Us our Heires or Succeſſours for the tyme beyng, at two Termes of the Yere; that ys to ſay, at the Feaſtes of Saynt Michaell th'Arkeangel and th'Annunciation of our Ladie, by even Porcions to be paid during the Lief of the ſaid *Owen*; the firſt Payment therof to begyn at Michaelmas laſt paſt, with all other Fees Profittes Commodities and Preemynences and Advantages * * XV. 421.
to the ſaid Office in any wiſe incident apperteynyng or belongyng, in as large and ample maner and forme as any Regiſter, havyng heretofore the ſaid Office, enjoyed or ought to have and enyoie by reaſon of the ſame Office;

Provyded alwayes that yf the ſaid *Owen* at eny tyme hereafter be promoted or advaunced to any ſpirituall Promotion or other Dignitie, of the clere yerely Value of *Fiftie Poundes* by Us oure Heires or Succeſſours, that then and from thenſfurth thies Preſentes ſhal be utterly voyd, and the ſaid Fee no longer to be payable,

Provyded alſo that whenſoever the ſaid *Owen*, at any tyme hereafter, ſhal be promoted by Us our Heires or Succeſſours to any ſpirituall Living or other promotion of the clere yerely Value of *twentie or thirtie Poundes* or therabouttes, that yn that caſe he the ſaid *Owen* ſhall furthwith yielde upp unto our Uſe and to the Uſe of our Heires and Succeſſours, ſo muche of the ſaid Stipend and Fee of *fiftie Poundes* by the Yere, as the Somme or Value of the ſame ſpirituall Lyvyng ſhall extende unto, and otherwiſe the ſaid Fee to be entirely payd hym from tyme to tyme as is aforſaid;

Although expreſſe mention, &c.

In witnes wheteof, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, primo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

præfato *Jacobo Turbervyle* & Aſſignatis ſuis, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Vacatione prædicta, & quamdiu Eccleſia prædicta de Epiſcopo vacari contigerit, necnon quouſque Nos vel Hæredes noſtri, Temporalia Epiſcopatûs illius, *præfato Jacobo Turbervyle* nunc *Electo* reſtituerimus & liberaverimus, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè liberè & integrè, prout Nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet,

Conceſſimus etiam eidem *Jacobo Turbervyle* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes, ac Incumbentium Inſtitutiones, Eccleſiarum Archidiaconatuum Dignitatum Collegiorum Hoſpitalium, Capellarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, de Patronatu ſive Advocatione Epiſcopatûs prædicti exiſtentium, quoquomodo, durante Vacatione prædictâ, vacari contingentium,

Habendas conferendas dandas præſentendas & inſtituendas ad libitum ipſius *Jacobi Turbervyle* abſque impetitione noſtrûm aut alicujus alterius Perſonæ vice & nomine noſtro vel pro nobis;

Et inſuper concedimus præfato *Jacobo Turbervyle* plenam Pote-
* XV. 412. ſtatem & * Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros & alios Officiarios quoſcumque Epiſcopatûs prædicti & omnium Temporalium ejuſdem, adeò liberè prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſemus ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in manibus noſtris remanſiſſent;

Et ulteriùs, de uberiori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Jacobo Turbervyle* omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium & aliorum Præmiſſorum quorumcumque, & cujuſlibet inde Parcellæ, à prædicto Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque & exnunc, & durante Vacatione prædictâ qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia,

Habenda & percipienda, tam per Manus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum, quàm per manus nuper & nunc Eſcaetorum Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum Firmariorum Receptorum, & aliorum Occupatorum Temporalium prædictorum, & omnium & ſingulorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ, ad uſum proprium ipſius *Jacobi Turbervyle*, abſque Compoto, aut aliquo alio nobis inde reddendo ſeu faciendo, & abſque perturbatione moleſtatione inquietatione ſeu gravamine Noſtrî vel Hæredum noſtrorum aut aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quod expreſſa mentio de vero Valore eorumdem, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per Nos, vel per aliquem Progenitorum noſtrorum præfatæ Reginæ eidem *Jacobo Turbervyle* nunc *Epiſcopo Exon.* nominato & electo ante hæc tempora, in Præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Proviſione in contrarium inde ante hæc tempora factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, ſexto Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Cuſtodia Temporalium Epiſcopatus Sancti Aſſaph.*

Ann. D. 1555. Ibid. m. 10.

REX & Regina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm Epiſcopatus Eccleſiæ Cathedralis Sancti Aſſaph. per Tranſlationem *ultimi Epiſcopi* ibidem ad Epiſcopatum Herefor-

& ſingula [illegible] noſtra ei inde facta non fuiſſet;

Conceſſimus etiam *Thomæ Goldwel* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes, ac Incumbentium Inſtitutiones, Eccleſiarum Archidiaconatuum Dignitatum Collegiorum Hoſpitalium Capellarum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, de Patronatu ſive Advocatione Epiſcopatûs prædicti exiſtentium, quoquomodo, durante Vacatione prædictâ, vacari contingentium,

Habendas conferendas dandas præſentandas & Inſtituendas ad libitum ipſius *Thomæ Goldwell* abſque impetitione noſtri aut alicujus alterius Perſonæ vice & nomine noſtro vel pro Nobis;

Et inſuper concedimus præfato *Thomæ Goldwell* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros, & alios Officiarios quoſcumque Epiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem, adeò libere prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſimus, ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in manibus noſtris remanſiſſent;

Et ulteriùs, de uberiori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Thomæ Goldwell* omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium & aliorum Præmiſſorum quorumcumque, & cujuſlibet inde Parcellæ, a prædicto tempore Vacationis Sedis prædictæ per Tranſlationem ultimi Epiſcopi ibidem hucuſque & exnunc durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia,

Habenda & percipienda, tam per manus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum, quàm per manus nuper & nunc Eſcaetorum Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum Firmariorum Receptorum aut aliorum Occupatorum Temporalium prædictorum, & omnium & ſingulorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ, ad uſum proprium ipſius *Thomæ Goldwell* abſque Compoto, aut aliquo alio Nobis inde reddendo ſeu faciendo, & abſque perturbatione moleſtatione inquietatione ſeu gravamine Noſtrî vel Hæredum noſtrorum, aut aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quòd expreſſa mentio de certo Tempore Vacationis Epiſcopatûs prædicti, aut de Temporalibus prædictis, aut de aliis Præmiſſis, ſeu de Exitibus prædictis, vel de vero Valore eorumdem aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per Nos, vel per aliquem Progenitorum noſtrorum præfatæ Reginæ, eidem *Thomæ Goldwell* nunc *Epiſcopo Sancti Aſſaph.* nominato & electo, ante hæc tempora in præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Proviſione in contrarium inde ante hæc tempora factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, xii. Die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Regibus Armorum, Heraldis & Purſivandis, Literæ de Incorporatione, ac de Conceſſionibus.*

REX & Regina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1555. Pat. 1. 2. P. & M. p. 2. m. 35. dor.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, conceſſimus pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm præfatæ Reginæ;

Dilectis Nobis,

*Gilberto Dethyke* aliàs dicto *Garter* Militi Principali *Regi Armorum Anglicorum*,

*Thomæ*

morum, & Succeſſores ſui, per hujuſmodi Nomen, Terras Tenementa Hæreditamenta & Poſſeſſiones, ac Bona & Catalla quæcumque perquirere & habere poſſint, ac pro Terris Tenementis Redditibus & Poſſeſſionibus Juribus Rebus Bonis & Catallis quibuſcumque, in quibuſcumque Actionibus Cauſis Demandis Querelis & Placitis, tam realibus & perſonalibus, quàm mixtis, cujuſcumque generis fuerint vel naturæ, in quibuſcumque Curiis coram quibuſcumque Juſticiariis aut Judicibus, ſpiritualibus vel ſecularibus, placitare & implacitari, ac reſpondere & reſponderi valeant imperpetuùm, prout in eodem modo quo cæteri Ligei noſtri Perſonæ habiles & capaces in Lege placitare & implacitari reſpondere & reſponderi potuerunt & conſueverunt,

Quodque prædicti *Garter* Rex Armorum Anglicorum, *Clarencieulx* Rex Armorum Partium Auſtralium, *Norry* Rex Armorum Partium Borialium, & *Heraldi Proſecutores ſive Purcivandi Armorum* & eorum Succeſſores, ad eorum libitum invicem comorentur, ac ad dies locos & tempora congrua & oportuna, quotiens & quando eis placuerit, ad tractandum communicandum conferendum & concordandum inter ſeipſos, unà cum aliis, pro conſilio & adviſamento pro bono Statu Eruditione & Regimine Facultatis ſuæ prædictæ, convenire poſſint,

Et,

Ut ipſi, Recorda Irrotulamenta & alia Emolumenta, Facultatem ſuam prædictam tangentia & concernentia, magis ſecurè & ſalvò cuſtodire valeant & poſſint, & ut ipſi quendam Locum ſive Manſionem congruam in ea parte habeant,

De uberiori Gratia noſtra dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm *præfatæ Reginæ*, damus & concedimus præfato *Gilberto Dethyck* modò *Garter* Principali Regi Armorum Anglicorum, *Thomæ Hawley* aliàs *Clarencieulx* modò Regi Armorum Partium Auſtralium, *Wilhelmo Harvy* aliàs *Norry* modò Regi Armorum Partium Borialium, & aliis *Heraldis Proſecutoribus* & *Purcivandis* prædictis & Succeſſoribus ſuis, totum illud Capitale Meſuagium noſtrum ſive Domum vocatum *Derby Place* cum pertinentiis, ſcituatum & exiſtens in Parochiis Sancti Benedicti & Sancti Petri infra Civitatem noſtram Londoniæ, in quodam Vico ibidem ducente ab *Oſtio Auſtrali Eccleſiæ Cathedralis Sancti Pauli* uſque quendam Locum ibidem vocatum *Paules Wharfe*, ac etiam omnia Domos Ædificia Cameras Shopas Sellaria Solaria Gardina Terras, vacua Funda & Eaſiamenta noſtra quæcumque, eidem Capitali Meſuagio ſive Domui vocato *Derby Place* ſpectantia ſive pertinentia, aut cum eodem dimiſſa locata uſitata ſeu occupata, exiſtentia modò in Tenura ſive Occupatione *Richardi Sakevyle* Militis, ac nuper Parcellam Terrarum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum *Edwardi Comitis Derbiæ*, ac Reverſionem & Reverſiones prædicti Capitalis Meſuagii ſive Domûs, ac cæterorum Præmiſſorum cum pertinentiis & cujuſlibet inde Parcellæ, necnon Redditus & annualia Proficua quæcumque, reſervata ſuper quibuſcumque Dimiſſionibus ſive Conceſſionibus de Præmiſſis, ſeu de aliqua inde Parcella, quoquomodò factis, adeò plenè & integrè, ac in tam amplis modo & forma, prout dictus *Edwardus Comes Derbiæ*, aut aliquis alius ſive aliqui alii præmiſſa, aut aliquam inde Parcellam, antehac habentes poſſidentes aut ſeiſiti inde exiſtentes, unquam habuerunt tenuerunt vel gaviſi fuerunt,
* XV. 425. habuit * tenuit vel gaviſus fuit, ſeu habere tenere vel gaudere debuerunt aut debuit, & adeò plenè liberè & integrè, ac in tam amplis modo & formâ, prout prædictum Capitale Meſuagium ſive Domum ac cætera omnia Præmiſſa, ad manus noſtras, ſeu ad manus, præchariſſimi Fratris noſtri, *Edwardi Sexti nuper Regis Angliæ*, ratione vel prætextu alicujus Eſcambii devenerunt ſeu devenire debuerunt, ac in manibus noſtris jam exiſtunt ſeu exiſtere debent vel deberent,

Teſte Rege & Reginâ apud *Hampton Court* decimo octavo die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutionibus.*

REX & Regina Eſcaetori ſuo in Comitatu Devoniæ, Salutem. Ann. D. 1555. Pat. 2. 3. P. & M. p. 1. m. 34.

Cùm, Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Sede Eccleſiæ Cathedralis Exonienſis, per Mortem naturalem, bonæ memoriæ, *Johannis ultimi Epiſcopi* ejuſdem Eccleſiæ, Perſonam, dilecti & fidelis noſtri, *Jacobi Turberfild* Sacræ Theologiæ Profeſſoris ejuſdem Eccleſiæ *Electi*, ipſum, ad Eccleſiam Exonienſem prædictam, auctoritate Apoſtolicâ, providerit, ac præfecerit in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas Bullatas ipſius Domini *Summi Pontificis*, nobis inde directas, nobis conſtat,

Nos, pro eo quòd idem *Electus*, omnibus & ſingulis Verbis Nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expreſsè renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, volentes cum eo in hac parte agere gratioſè, Fidelitatem ipſius *Electi* cepimus, & Temporalia dicti Epiſcopatûs Exon. prout moris eſt reſtituimus eidem.

Et ideò Tibi Præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, à tempore Vacationis ejuſdem Epiſcopatûs, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

T. Rege & Reginâ apud *Grenewiche* viceſimo primo die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub data ſupradicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Cornub.*
* *Dilecto & fideli ſuo* Majori *Civitatis ſuæ Exon. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.* * XV. 426.

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatus prædicti quòd *eidem Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*De Reſtitutione Temporalium pro Epiſcopo Bangoren.*

REX & Regina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Carnarvan, Salutem. Ann. D. 1555. Pat. 2. 3. P. & M. p. 6. m. 15.

Cùm, Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Sede Eccleſiæ Cathedralis Bangorienſis, per Mortem naturalem, bonæ memoriæ, *Thomæ ultimi Epiſcopi* ejuſdem Eccleſiæ, Perſonam, dilecti, & fidelis noſtri *Willielmi Glyn*. Sacræ Theologiæ Profeſſoris, ejuſdem Eccleſiæ *Electi*, ipſum, ad Eccleſiam Bangorenſem prædictam, auctoritate Apoſtolicâ, providerit, ac præfecerit in Epi-

Teſte ut ſupra.

*De Commiſſione pro Cancellariatu.*

Ann. D. 1555. Ibid. p. 2. m. 18. d. PHilipp and Mary, by the Grace of God, Kynge and Quene of *England Fraunce Neaples Jeruſalem and Ireland*, Defendours of the Faeth, Princes of *Spayn* and Cicill, Archedukes of *Auſtria*, Dukes of *Mayllarne Burgon and Brabant*, Countes of *Haſpurge Flanders and Tyroll*, to our truſtie and welbeloved Counſailour, *Nicholas Hare* Knyght Maſter of the Rolles of our Highe Courte of Chauncery, Greating.

Foraſmuch as the Office and Rome of our Chauncellourſhipp of England is nowe become voyde, by the Death of, our right truſty and right welbelovyd Counſalour, *Stephyn late Buſſhopp of Wyncheſter*, by reaſon whereof dyvers and many of our Subjectes, havyng Suetes and Cauſes of Controverſie depending in our ſaid Courte of Chauncery, are greatly delayed of Juſtice to there extreme Detriment and Hynderaunce,

* XV. 427. * Know ye therefore that we, havyng ſpecyall Truſte and Confidence in your Fidelitie and approved Wiſdome, have aſſigned ordeyned and deputed youe to here and determyne all ſuche Matters Sutes and Debates as be depending, or that hereafter ſhall depend, in our ſaid Court of Chauncery, and further to do and execute all maner of Cauſes and Maters of Juſtice in our ſaid Court, after the Courſe of the ſame Chauncery, in like maner and forme as the Chauncellour of England for the tyme being ſhuld myght or ought to do, and theſe our Letters Patents ſhall be your ſufficiente Warraunte in that behalfe, the ſame to ſtand in force and contynewe duryng our Pleaſure.

In witneſs whereof we have cauſed theſe our Letters to be made Patentes.

Witnes our ſelves at *Weſtm.* the xiii. Day of Novembre in the ſecond and third Yeres of our Reignes.

*Pro Sebaſtiano Caboto de Annuitate conceſſa.*

Ann. D. 1555. Ibid. m. 31. REX & Regina, Omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni veri & acceptabilis Servitii Nobis, per dilectum Servientem noſtrum *Sebaſtianum Caboto* Armigerum ante hac impenſi & impoſterùm impendendi,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus præfato *Sebaſtiano*, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum ſexaginta ſex Librarum treſdecim Solidorum & quatuor Denariorum* legalis Monetæ Angliæ,

Habendam gaudendam & annuatim percipiendam eandem Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum ſexaginta ſex Librarum treſdecim Solidorum & quatuor Denariorum* præfato *Sebaſtiano* & Aſſignatis ſuis, a Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, ad terminum & pro termino Vitæ ejuſdem *Sebaſtiani*, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones annuatim ſolvendam; pri-

* cepimus Fidelitatem ipſius *Nicholai*, ſic ad dictam Eccleſiam * XV.
Eborum tranſlati, & Temporalia Archiepiſcopatûs illius, prout 428.
moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Nicholao*, ſic ad dictam Eccleſiam Eborum tranſlato, Temporalia prædicta, cum pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, ſeptimo Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub data ſupradicta; videlicet,

*Majori Civitatis ſuæ Eborum ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Majori Villæ ſuæ de Kyngeſton ſuper Hull ac Eſcaetori ſuo in eadem Villa.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Glouc. ac March. Wall. eidem Com. adjacen.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Surr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Notyngh.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Northumbr.*

Et Mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatus prædicti, quòd eidem *Nicholao*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*De Reſtitutionibus Temporalium ex Proviſione Papali.*

REX & Regina Eſcaetori ſuo in Comitatu Denbigh, Salutem. Ann. D. 1556. Ibid. m. 33.

Cùm, Dominus *Summus Pontifex*, nuper Vacante Sede Eccleſiæ Cathedralis Aſſavenſis, per Tranſlationem ultimi Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ, Perſonam dilecti noſtri *Thomæ Goldwell* Sacræ Theologiæ Baccalaurei ejuſdem Eccleſiæ *electi*, ipſum, ad Eccleſiam Aſſavenſem prædictam, Auctoritate Apoſtolica providerit, ac præfecerit in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas Bullatas ipſius Domini *Summi Pontificis* nobis inde directas, nobis conſtat,

Nos, pro eo quod idem *Thomas*, omnibus & ſingulis Verbis nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram nobis palàm & expreſſè renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, volentes cum eo in hac parte agere gratioſè, Fidelitatem ipſius *Thomæ* cepimus, & Temporalia dicti Epiſcopatus Aſſavenſis prout moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideò tibi præcipimus, quod eidem *Thomæ*, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Con-

Digitized by Google

Executiones eorumdem, Advocationes Eccleſiarum Feoda Militum Poſſeſſiones, Decimas, Foriſfacturas, Wrecca Maris, Feoda firma, Tolneta, Cuſtumas, Advocationes Eccleſiarum Vicariarum Capellarum Præbendarum ac aliorum Beneficiorum & Promotionem Eccleſiaſticorum quorumcumque, Francheſias Libertates Privilegia Juriſdictiones, tam ſpiritulia quàm temporalia, Res Poſſeſſiones Paſſagia Ferias Mercata Proficua & Hæreditamenta cum ſuis pertinentiis quæcumque, in Anglia, Wallia Marchiis Walliæ, & Dominio noſtro Hiberniæ, ac in Villa noſtra Caleſii & Marchiis ejuſdem, de quibus *Robertus nuper Archiepiſcopus Eborum* fuit ſeiſitus in Dominico ſuo ut de Feodo, vel ut de Feodo in Jure Archiepiſcopatûs Eborum, die Deprivationis dicti *Roberti nuper Eborum Archiepiſcopi* ab dicto Archiepiſcopatu, & quæ, per ſive poſt Deprivationem dicti *Roberti nuper Archiepiſcopi*, ad Manus noſtras, vel ad Manus noſtrûm præfatæ Reginæ, devenerunt ſeu devenire debuerunt aut debent, licitè & impunè intrare ingredi & ea ſeiſire, retinere habere tenere percipere gaudere & poſſidère poſſit ſibi & Succeſſoribus ſuis Eborum Archiepiſcopis, juxta Titulum ſuum ſive Titulos ſuos in eiſdem, abſque impetitione ſeu perturbatione noſtris, vel Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum præfatæ Reginæ, ſeu aliquorum Officiariorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque, & abſque aliquibus Inquiſitionibus ſive aliqua Inquiſitione de Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum ſuperinde proſequendis ſeu fiendis, & quod hujuſmodi Ingreſſus Seiſina & Poſſeſſio, per ipſum *Nicholaum nunc Eborum Archiepiſcopum*, in Præmiſſis & eorum quolibet, ratione vigore & auctoritate Conceſſionis & Licentiæ noſtrarum prædictarum, habiti & obtenti ſibi & Succeſſoribus ſuis Eborum Archiepiſcopis, tanti Vigoris exiſtant in Lege & virtute & adeò validi & efficaces in Lege eidem *Nicholao nunc Eborum Archiepiſcopo* & Succeſſoribus ſuis, acſi eadem Dominia Meneria Parci Terræ Tenementa & cætera Præmiſſa in Manus noſtras capta & ſeiſita fuiſſent, poſt Deprivationem dicti *Roberti nuper Eborum Archiepiſcopi*, ac Liberatio & Reſtitutio eorumdem Dominiorum Maneriorum Rectoriarum Terrarum Tenementorum & cæterorum Præmiſſorum, per præfatum *Nicholaum nunc Eborum Archiepiſcopum*, extra manus noſtras, ſecundùm Legem & Curſum Cancellariæ noſtræ in forma debita, habita ſeu proſecuta fuiſſet, & quòd hujuſmodi Ingreſſus Seiſina & Poſſeſſio, & hæ Literæ noſtræ Patentes ſint adeò validè præfato *Nicholao nunc Eborum Archiepiſcopo* & Succeſſoribus ſuis erga Nos & Hæredes noſtros, prout bona ſufficiens debita & legalis Liberatio & Reſtitutio eſſet indè, per ipſum *Nicholaum nunc Eborum Archiepiſcopum*, extrà Manus noſtras, per Curſum communis Legis noſtræ in Cancellaria noſtra, debito modo proſecutæ & habitæ ac Nobis, de omni eo quod ad Nos pertinere debeat ſeu deberet ex aliqua Cauſa, ſatisfactum eſſet & contentatum; aliquâ Negligentiâ Omiſſione Meſpriſione Errore Repugnantiâ Contrarietate, aut aliquo Defectu quocumque limitato vel limitando, aſſignato vel aſſignando, non obſtantibus.

Nolentes quòd prædictus *Nicholaus* modo *Eborum Archiepiſcopus* vel Succeſſores ſui, ratione Ingreſſûs & Seiſinæ ſuorum hujuſmodi, per Nos, vel Hæredes noſtrûm præfatæ Reginæ, Ju-
* XV. 430. ſticiarios * Eſcaetores Vicecomites, vel aliquos Ballivos ſeu Miniſtros noſtros, vel Hæredum noſtrorum præfatæ Reginæ, quoſcumque, moleſtentur inquietentur impetentur vexentur perturbentur in aliquo ſeu graventur, nec quod iidem Eſcaetores Vicecomites ſeu Miniſtri nec eorum aliquis, ſe, in Præmiſſis ſeu in aliqua Parcella eorumdem, in aliquo intromittet vel intromittat, ſed quod idem *Nicholaus nunc Eborum Archiepiſcopus* & Succeſſores ſui, ac prædictorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum & cæterorum Præmiſſorum ſeu alicujus eorum Parcellæ, Tenens ſive Tenentes, necnon omnes Eſcaetores Vicecomi-



... aut per præfatum *Robertum nuper Eborum Archiepiſcopum*, ſeu eorum alterum, ſive aliquem Anteceſſorum ſive aliquos Anteceſſores ipſius *Nicholai nunc Eborum Archiepiſcopi*, factas & habitas, Licentiâ Regiâ non obtenta, ac etiam omnimoda Fines Adjudicationes Amerciamenta Exitus Foriſfactas Relevia Debita Compora Præſtita Arreragia, Redditus Firmariorum & Compotorum, Nobis aut Progenitoribus noſtris præfatæ Reginæ, per ipſum *Nicholaum nunc Eborum Archiepiſcopum*, aut per præfatum *Robertum nuper Eborum Archiepiſcopum*, ſeu eorum alterum, aut aliquem Prædeceſſorem ſeu aliquos Prædeceſſores ipſius *Nicholai nunc Eborum Archiepiſcopi*, debita & pertinentia, ac omnimodas Actiones Sectas Querelas & Demanda & Executiones eorumdem quæ vel quas Nos, verſus ipſum *Nicholaum nunc Eborum Archiepiſcopum*, occaſionibus prædictis ſeu eorum aliqua, habuimus, ſeu habere poterimus in futurum,

Et ſimiliter, tam eoſdem nunc Eſcaetores noſtros & eorum quemlibet, quàm omnes nuper Eſcaetores noſtros, ſive Progenitorum vel Prædeceſſorum noſtrorum nuper Regum Angliæ aut eorum alicujus, & eorum quemlibet, in Anglia Wallia & Marchiis Walliæ, Caleſiæ & Marchiis Caleſiæ, de omnibus & omnimodis Exitibus Proficuis Reventionibus & Firmis omnium Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ, per ipſos ſeu eorum aliquem, vel per aliquam aliam Perſonam ante præſentem Diem habitis ſive perpetratis, exoneramus & acquietamus per Præſentes;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, viii. die Februarii.

*Per Billam Reginæ.*

---

* *De Commiſſione ad Hæreticum Comburendum.* * XV. 431.

PHilipp and Marye, by the Grace of God, *King and Quene of England France*, &c. to the right Reverend Father in God and our right truſtie and right wellbeloved Counſaillour, *Nicholas Archebuſſhopp of Yorke*, and Lorde Chauncellour of England, Greting. Ann. D. 1556. Pat. 2. 3. P. & M. p. 2. m. 18. d.

We woll and commaunde you, that, immedyatlye upon the ſight hereof and by Warraunte of the ſame, ye do cauſe to be made a Wrytt for the Execution of *Thomas Cranmer late Archbuſſhopp of Canterburye*, and the ſame ſo made, to ſeale with our Grett Seale of England being in your Cuſtody, accordyng to the Tenour and Forme hereafter following;

*Philippus & Maria*, Dei Gratiâ, *Rex & Regina*, &c. Majori & Ballivis Civitatis Oxon. Salutem.

Cùm, Sanctiſſimus Pater noſter, *Paulus Papa* ejuſdem Nominis *Quartus*, per Sententiam definitivam, Juris Ordine in ea parte requiſito in omnibus obſervato, & juxta Canonicas Sanctiones judicialiter & diffinitivè, *Thomam Cranmer nuper Cantuarienſem Archiepiſcopum*, fore *Hæreſiarcham Anathematizatum & Hæreticum manifeſtum*, propter ſuos varios nefandos Errores, manifeſtos & dampnabiles Hæreſes, & deteſtandas & peſſimas Opiniones Fidei noſtræ Catholicæ, & univerſalis Eccleſiæ Determinationi obviantes & repugnantes, & per dictum *Thomam Cranmer* multis modis contractos commiſſos dictos affirmatos perpetratos & publicè & pertinaciter tentos & defenſos, judicavit declaravit pronunciavit & condempnavit, &c, ea de cauſa, idem ſanctiſſimus Pater noſter *Papa Paulus Quartus* judicialiter & diffinitivè, more ſolito, prædictum



Digitized by Google

que Chriſtianorum Exemplum manifeſtum;

Et, hoc ſub Pœna & Periculo incumbenti, ac prout nobis ſuperinde reſpondere volueritis, nullatenus omittatis.

Teſte nobis ipſis apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto die Februarii annis Regni noſtri ſecundo & tertio.

And this Bill, ſigned with the hande of Us the ſaide Quene, ſhall be your ſufficient Warraunte and Diſcharge for the ſame.

*Per ipſam Reginam.*

---

* XV. 432. *ibid.* m. 21.

** De Præſentatione.*

REX & Regina, &c. Reverendo in Chriſto Patri & Domino, *Johanni*, Permiſſione Divinâ, *Briſtolliæ Epiſcopo*, veſtrove Vicario in Spiritualibus Generali, aut alii Ordinario in hac parte competenti cuicumque, Salutem.

Ad Eccleſiam Parochialem de Okeford Fytzpaye veſtræ Briſtolliæ Diœceſis, modo de jure vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, dilectum Subditum noſtrum, *Willielmum Moone* Preſbiterum Juris Canonici Baccalarium vobis præſentamus;

Rogantes & requirentes quatenus eundem *Willielmum Moone* ad dictam Eccleſiam Parochialem admittere, ipſumque Rectorem inſtituere & inveſtire canonicè in & de eadem cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Grenewich* nono die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutionibus Temporalium pro Reginaldo Domino Cardinale Poole Archiepiſcopo Cantuar.*

Ann. D. 1556. *ibid.* p. 14. m. 30.

REX & Regina Eſcaetori ſuo in Comitatu Kantiæ, Salutem.

Cùm, Dominus *Summus Pontifex*, nuper Vacante Eccleſiâ Cathedrali Cantuarienſi, Perſonam, Reverendiſſimi in Chriſto Patris ac præchariſſimi Conſanguinei noſtri, *Reginaldi Domini Cardinalis Poole* à Latere Legati, ejuſdem Eccleſiæ nuper Electi, in ipſius Eccleſiæ Archiepiſcopum præfecerit & Paſtorem, ſicut per Litteras Bullatas ipſius Domini *Summi Pontificis* nobis inde directas, nobis conſtat,

Nos, pro eo quod idem *Electus*, omnibus & ſingulis Verbis nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram nobis palàm & expreſsè renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, volentes cum eo in hac parte agere & gratioſè, Fidelitatem ipſius *Electi* cepimus, & Temporalia Archiepiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideò tibi præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli, Anno Regni noſtri dictæ Reginæ primo, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

T. Rege & Reginâ apud *Grenewiche* viceſimo primo die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Ad Rectoriam & Eccleſiam Parochialem de Atherington in Comitatu Devoniæ veſtræ Diœceſis modò, per liberam Reſignationem *Gravami Hodſon* Clerici ultimi incumbentis ejuſdem, vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, dilectum nobis in Chriſto *Gregorium Baſſet* Clericum, intuitu Charitatis vobis præſentamus; & 3. P. & M. m. 22.

Rogantes quatenus eundem *Gregorium Baſſet* ad eandem Eccleſiam & Rectoriam de Atherington prædicta admittere, ipſumque in Rectoriam ejuſdem Eccleſiæ inſtituere cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere omnia & ſingula velitis in hac parte quæ veſtro incumbunt Officio Paſtorali cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewich*, viceſimo ſecundo die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Officio Servientis Pictoris Dato.*

REX & Regina, omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1556. *ibid.*

Sciatis quod Nos,

In conſideratione boni veri & fidelis Servitii, tam Præchariſſimo Patri noſtro præfatæ Reginæ, feliciſſimæ memoriæ *Henrico Octavo*, &c, dilectiſſimo Fratri noſtro præfatæ Reginæ, *Edwardo Sexto*, nuper Regibus Angliæ, quàm Nobis præfatæ Reginæ, ante hæc tempora impenſi per, dilectum Servientem noſtrum, *Nicholaum Lyſarde*, ac Impoſterum impendendi,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis & Hæredibus & Succeſſoribus noſtris præfatæ Reginæ, damus & concedimus eidem *Nicholao* Officium Servientis Pictoris noſtrorum, ac, ipſum *Nicholaum* Servientem Pictorem noſtrorum, facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum gaudendum exercendum & occupandum Officium prædictum, *præfato Nicholao Lyſard* per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive Deputatos ſuos ſufficientes, ad Terminum & pro Termino Vitæ ſuæ,

Concedimus inſuper & damus per Præſentes præfato *Nicholao*, pro Excercitio & Occupatione Officii prædicti, Vadium & Feodum *Decem Librarum* per Annum,

Habendum & percipiendum prædictum Vadium & Feodum *Decem Librarum* per Annum præfato *Nicholao Lyſard* pro Termino Vitæ ſuæ prædictæ, tam de *Parva Cuſtuma* noſtra quàm de *Subſidio noſtro Trium Solidorum de Dolio, & Duodecim Denariorum de Libra*, Nobis in Portu noſtro Civitatis noſtræ Londoniæ, proveniente ſive creſcente, proventuro ſive creturo, ſeu eorum aliquó, ad libitum ipſius *Nicholai*, per manus Cuſtumariorum ſive Collectorum eorundem Cuſtumarum & Subſidiorum ſive eorum aliquorum vel alicujus, pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, ſolvendam ſuper ſolam Demonſtrationem harum Literarum noſtrarum Patentium, ſive eorum Irrotulamenti, in Scaccario noſtro pro tempore exiſtentibus, oſtenſarum, abſque aliquo Breve vel aliquibus Brevibus ſive Mandatis, extra Cancellariam noſtram, ſuper eaſdem Literas noſtras Patentes proſequendis, ac præfatis Theſaurario & Baronibus, aut Cuſtumariis ſive Collectoribus de Parva Cuſtuma noſtra prædicta, vel de dicto Subſidio noſtro in Portu noſtro aliquatenus dirigendis, unà cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus & Advantagiis eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & formâ, prout *Johannes Browne*, *Andreas Wryght*, aut aliquis alius ſive aliqui alii prædictum Officium habens ſeu habentes, habuit ſive percepit,

bis præſentamus;

Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Thomam Parker*, ad dictam Vicariam perpetuam admittere, ipſumque Vicarium perpetuum inſtituere & inveſtire canonicè in & de eadem, unà cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Cuſtodia Temporalium Epiſcopatus Ceſtriæ.*

Ann. D. 1556. Pat. 2. 3. P. & M. p. 1. m. 30.

REX & Regina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm Epiſcopatus Eccleſiæ Cathedralis Ceſtriæ per Mortem naturalem *ultimi Epiſcopi* Eccleſiæ prædictæ vacaverit, & Paſtoralis ſolatio deſtituta fuerit, & in præſenti vacans exiſtat, quo prætextu nunc Nos Cuſtodiam Epiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem in manibus noſtris, occaſione prædictâ, habemus & habere debemus;

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, dilecto nobis in Chriſto, *Cuthberto Scott* Sacræ Theologiæ Profeſſori, nunc nominato & electo Epiſcopo prædictæ Eccleſiæ Cathedralis Ceſtriæ, Cuſtodiam dicti Epiſcopatûs Ceſtriæ ac omnium Temporalium ejuſdem Epiſcopatûs, necnon omnium Caſtrorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Reddituum Servitiorum Portionum Penſionum Annuitatum & aliarum Poſſeſſionum quarumcumque eidem Epiſcopatui ac prædictæ Sedi Epiſcopali qualitercumque pertinentium ſive ſpectantium;

Conceſſimus etiam prædicto *Cuthberto* omnia & omnimoda Feoda Militum, Servitia Warda Maritagia, & Cuſtodiam omnium Hæredum quorumcumque Tenentium Epiſcopatûs prædicti, infra Ætatem, & Cuſtodiæ noſtri, occaſione prædictâ, pertinentium.

Ac omnimodas Eſcaetas omnium & ſingulorum Tenentium Epiſcopatûs prædicti, ſive eidem Epiſcopatui, quoviſmodo, pertinentes ſive ſpectantes;

Habendam percipiendam gaudendam & retinendam Cuſtodiam prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet præfato *Cuthberto* & * Aſſignatis ſuis, à Feſto Sancti Andreæ ul-
* XV. 435. timò præterito, durante Vacatione prædictâ, & quamdiu Eccleſia prædicta de Epiſcopo vacari contigerit, necnon quouſque Nos vel Hæredes noſtri, Temporalia Epiſcopatûs illius, præfato *Cuthberto* nunc *Electo* reſtituerimus & liberaverimus, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè liberè & integrè, prout Nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet.

Conceſſimus eidem *Cuthberto Scott* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes, ac Incumbentium Inſtitutiones, Eccleſiarum Archidiaconatuum Digni-

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Heraldo ad Arma, de Pardonatione.*

REX & Regina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1556.

Pro & in conſideratione boni & fidedigni Servitii nobis, per Ibid. m.
dilectum Servientem noſtrum *Laurentium Dalton* aliàs *Rychemond* 10.
*Heraldum ad Arma* antehac impenſi & impoſterùm impendendi, necnon ex ſpeciali Gratia certa Scientia & mero Motu noſtris, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, & Hæredum noſtrorum, quantùm in nobis eſt, noſtraque Regali Poteſtate & Prærogativâ Regiâ,

Liberè plenariè & omnimodò pardonavimus, & per Præſentes Patentes noſtras Literas liberè plenariè & omnimodò pardonamus, præfato *Laurentio* Servienti noſtro, omnes & omnimodas Uſuras, & Nummorum ſeu aliarum rerum Uſu Captiones, per dictum *Laurentium* antehac captas detentas ſeu aliqualiter receptas de aliquo Subdito aut Subditis noſtris aut Progenitorum noſtrorum;

* Necnon de Gratia noſtra ſpeciali, certa Scientia & mero * XV.
Motu noſtris, per Præſentes, *præfato Laurentio*, relaxamus, pro 436.
Nobis & Hæredibus noſtris, omnes & omnimodas Actiones Sectas Querelas Billas Informationes & earumdem quamlibet, in aliqua Curiarum noſtrarum ſeu alibi captas inceptas aut jam proſecutas, capiendas incipiendas aut impoſterùm proſequendas, ſuper aliquo Statuto aut aliquibus Statutis aut Proviſionibus Parliamentorum noſtrorum aut Progenitorum noſtrorum pro dicta Uſura & Nummorum ſeu aliarum Rerum Uſu Captionibus, per dictum *Laurentium* de aliquo Subdito aut aliquibus Subditis noſtris aut Progenitorum noſtrorum antehac, captis detentis aut aliqualiter receptis;

Et ulteriùs, de Gratiâ Scientiâ & mero Motu noſtris, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, per Præſentes, præfato *Laurentio* Servienti noſtro, quantum in nobis eſt, pardonamus & remittimus omnia & omnimoda dictarum Actionum Sectarum Querelarum Billarum Informationum & earumdem cujuſlibet, Judicia & Judiciorum Executiones, & Executiones Amerciamenta Exitus Fines Utlagarias & Impriſonamenta futura, poſthac causâ aut ratione Uſurarum aut Uſu Captionis prædictarum;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, xxvi. die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

patûs illius, præfato *Johanni White* nunc *electo* reſtituerimus & liberaverimus, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè liberè & integrè, prout Nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet:

Conceſſimus etiam eidem *Johanni White* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes, ac Incumbentium Inſtitutiones, Eccleſiarum Archidiaconatuum Dignitatum Collegiorum Hoſpitalium, Capellarum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, de Patronatu ſive Advocatione Epiſcopatûs prædicti exiſtentium, quoquomodo, durante Vacatione prædictâ, vacari contingentium,

Habendas conferendas dandas præſentandas & inſtituendas ad libitum ipſius *Johannis White* abſque impetitione noſtri aut alicujus alterius Perſonæ vice & nomine noſtris vel pro Nobis;

* XV. 437. * Et inſuper concedimus præfato *Johanni White* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros, & alios Officiarios quoſcumque Epiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem, adeò liberè prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſemus, ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in manibus noſtris remanſiſſent;

Et ulteriùs, de uberiori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Johanni White* omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium & aliorum Præmiſſorum quorumcumque, & cujuſlibet inde Parcellæ, a Morte prædicti *Stephani ultimi Epiſcopi*, hucuſque & extunc durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia,

Habenda & percipienda, tam per manus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum, quàm per manus nuper & nunc Eſcaetorum Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum Firmariorum Receptorum & aliorum Occupatorum Temporalium prædictorum; & omnium & ſingulorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ, ad uſum proprium ipſius *Johannis White*, abſque Compoto, aut aliquo alio Nobis inde reddendo ſeu faciendo, & abſque perturbatione moleſtatione inquietatione ſeu gravamine Noſtri vel Hæredum noſtrorum, aut aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quòd expreſſa mentio de certo Tempore Vacationis Epiſcopatûs prædicti, aut de Temporalibus prædictis, aut de aliis Præmiſſis, ſeu de Exitibus prædictis, vel de vero Valore eorumdem aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per Nos, vel per aliquem Progenitorum noſtrorum præfatæ Reginæ, eidem *Johanni White* nunc *Epiſcopo Winton.* nominato & electo, ante hæc tempora, in Præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Proviſione inde in contrarium ante hæc tempora factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium* xvi. Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *J.* permiſſione divinâ, *Lincoln.* *Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium* quarto die Julii.

* *Johannes Royden* aliàs *Cogſall* Clericus, habet Literas *Regis* & * XV.
*Reginæ* Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Tollyſhunt Militis*, & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *E.* 438.
permiſſione Divinâ, *London. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Julii.

*Thomas Grene* Clericus, habet Literas *Regis & Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Vicariam de Toderyngton*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *J.* permiſſione Divinâ, *Glouc. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxii. die Maii.

*Ricardus Powle* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Vicariam perpetuam de Leomynſter*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *R.* permiſſione Divinâ, *Hereford. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo die Junii.

*Walterus Colmere* Clericus, habet Literas Patentes *Regis* & *Reginæ* de Præſentatione *ad Rectoriam de Cornewall*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *R.* permiſſione Divinâ, *Oxon. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche* ſeptimo die Martii.

*Edwardus Marſhe* Clericus, habet Literas *Regi* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam de Wellſes Newton* aliàs dictam *Nova Villa Lupi*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *A.* permiſſione Divinâ, *Landavon. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche* ſeptimo die Martii.

*Robertus Tayler* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam Sanctæ Mariæ Grymmesby*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *J.* permiſſione Divinâ, *Lincoln. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche*, ſexto die Martii.

*Johannes Scotte* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam de Weſtwinche*; & diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri permiſſione divinâ, *Norwicen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche*, xxviii. die Februarii.

*Georgius Sharpe* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Paten-

tes

*Henricus Adam* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Vicariam de Llanvihangell Kilcarnell*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *A.* permiſſione Divinâ, *Landaven. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, xxvii. die Aprilis.

*Willielmus Powell* Clericus, habet Literras *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Langton*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri permiſſione Divinâ, *Oxonienſi Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, xxii. die Februarii.

*Ricardus Bradburn* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam de Thorpſton*; & diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri, permiſſione Divinâ, *Petriburgen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Regina *apud Weſtmonaſterium*, xvii. die Februarii.

*Henricus Woolſes* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Vicariam de Frodyngham*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *J.* permiſſione Divinâ, *Lincolnienſi Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Sipiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xvii. die Februarii.

*Johannes Smyth* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Vicariam de Chalke*; & diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri, *M.* permiſſione Divinâ, *Roffen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche*, xxv. die Februarii.

*Willielmus Holgreve* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam ſive Eccleſiam Curatam de Blakeborowe*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *J.* permiſſione Divinâ, *Oxon. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche*, xxv. die Martii.

*Robertus Jones* Clericus, habet Literas *Regis* & *Reginæ* de Præſentatione ad *Vicariam de Monmouth*; & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *R.* permiſſione Divinâ, *Herefordens. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche*, xii. die Martii.

Habendam gaudendam & annuatim percipiendam prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum & quinquaginta Librarum* præfato *Angelo de Marianis* Equiti & Aſſignatis ſuis, à Feſto Natalis Domini ultimò præterito, quamdiu ſe benè geſſerit, de Theſauro noſtro, Hæredum & Succeſſorum noſtrûm præfatæ Reginæ, ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. Hæredum & Succeſſorum noſtrûm præfatæ Reginæ, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum, ac Hæredum & Succeſſorum noſtrûm præfatæ Reginæ, ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos; viz. Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli & Natalis Domini, æquis Portionibus annuatim ſolvendam;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vii. Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Officio Seneſcalli Foreſtæ conceſſo.*

REX & Regina, omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1556.
In conſideratione boni veri & acceptabilis Servitii, nobis per *Ibid. m.*
præcariſſimum Conſanguineum noſtrum *Henricum Comitem Weſt-* 48.
*merlandiæ* nuper impenſi in Debellatione & Apprehenſione *Thomæ Stafford* Militis & aliorum Compliciorum ſuorum, in *Caſtro noſtro de Scardborough* in Comitatu noſtro Eborum, nuperimè exiſtentium, quam pro diverſis aliis Cauſis & Conſiderationibus nos ſpecialiter moventibus,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm * præfatæ Reginæ, damus & * XV.
concedimus, eidem *Henrico Comiti Weſtmerlandiæ*, Officium *Se-* 441.
*neſcalli Foreſtæ* noſtræ de Galtries, ac Laundæ infra Foreſtam prædictam, cum omnibus & ſingulis ſuis Pertinentiis, necnon Officium *Magiſtri Deductûs* omnium Ferarum in eadem Foreſta noſtra, ac etiam totum Herbagium Pannagium & Rupturas Boſci vocatas *Wynefalne Tres* & *Broſyng*, infra Foreſtam prædictam, cum omnibus & ſingulis ſuis Pertinentiis Proficuis Commoditatibus Advantagiis Emolumentis Regardis, ſimul cum omnibus & ſingulis Vadiis & Feodis Annuitatibus Penſionibus & Redditibus, tam eiſdem Officiis ſive eorum alteri, quàm prædictis Laundis, ab antiquo qualitercumque ſpectantibus ſive pertinentibus,

Habenda tenenda & excercenda, tam Officium *Seneſcalli Foreſtæ* noſtræ prædictæ ac Laundarum prædictarum, prædicto *Henrico Comiti Weſtmerl.* quàm Officium *Magiſtri Deductûs* Ferarum noſtrarum dictæ Foreſtæ noſtræ, ac omnes & omnimodas Laundas prædictas, ſimul cum Herbagio Pannagio & Rupturis Boſcorum vocatis *Wynefalne Trees* & *Broſyngs*, pro termino Vitæ ipſius *Henrici Comitis Weſtmerl* per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive Deputatos ſuos ſufficientes,

Percipiendo recipiendo & capiendo annuatim omnia & ſingula prædicta Vadia Feoda Proficua Commoditates Advantagia Emolumenta Regarda Annuitates Penſiones & Redditus, tam eiſdem Officiis ſive eorum alteri, quàm Laundæ prædictæ, qualitercumque pertinentia ſive ſpectantia & ab antiquo debita uſitata & con-



Digitized by Google

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xvi. die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Licentia Eligendi pro Epiſcopo Carliolen.*

Ann. D. 1556. Ibid. m. 18. REX & Regina, dilectis Nobis in Chriſto *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Carliolenſis, Salutem.

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, per Mortem naturalem *Roberti Aldridge ultimi Epiſcopi* ibidem, jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, nos, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem licentiam per Præſentes duximus concedendam;

Mandantes quod talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Sacrarum Literarum Cognitione ad id Munus * aptus, Deo devotus, Nobis & Regno noſtro utilis & fidelis, Eccleſiæque noſtræ prædictæ neceſſarius exiſtat. * XV 442.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxi. die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Præſentationibus.*

Ann. D. 1556. Ibid. p. 10. m. 17. *Willielmus Goode* Clericus habet Literas Regis & Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Mere*, & diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Gilberto*, permiſſione divinâ, *Bathon. & Wellen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali.

Teſtibus Rege & Reginâ apud *Croydon* viceſimo octavo die Auguſti.

*Nicholaus Labuaham*, ad Vicariam Sancti Martini in Villa Leic.
*Mauricius ap David*, ad Vicariam ſive Portionem Curatiæ de Llanwy Wilfry.
*Hugo apud Jevan*, ad Vicariam perpetuam de Pencarreke.
*Alexander Barlo*, ad Vicariam de Bray,
*Johannes Kalway*, ad Vicariam de Eſtbucklond.
*Petrus Tayler*, ad Rectoriam de Marum.
*Ricardus Papeworth*, ad Rectoriam Sanctæ Mariæ de Axe.
*Henricus ap Rice*, ad Rectoriam de Llandenyalim.
*Griffinus William*, ad Vicariam de Llangadoike Genelygge.
*Hugo Harrys*, ad Rectoriam de Holwall.
*Thomas Brown*, ad Rectoriam de Retherhothe Winton. Diœc.
*Willielmus Marrell*, ad Rectoriam Sancti Laurentii.
*Oliverus Chype*, ad Rectoriam de Weſtichnore Cicestr. Diœc.
*Willielmus Colynwood*, ad Rectoriam Sanctæ Margaretæ Moyſes.
*Richardus Archebolde*, ad Rectoriam Sancti Laurentii Pounteney, cum Eccleſia omnium Sanctorum Minori.
*Robertus Mell*, ad Vicariam de Withurnſey.
*Johannes Jouxe*, ad Vicariam de Eye.
*Robertus Rogers*, ad Rectoriam Sancti Nicholai Coldeabbey in Civitate London.
*Henricus Tyracke*, ad Vicariam de Saynce Crowen.
*Johannes Bayne*, ad Rectoriam de Willoughby Watterles Lincoln. Diœc.
*Johannes Chappe*, ad Rectoriam de Byesbe Lincoln. Diœc.
*Robertus Tyeſdale*, ad Rectoriam de Knaresdale.



*Rogerus Case*, ad Vicariam de Burton.
*Johannes Johnſon*, ad Rectoriam de Winceby.
*Edwardus Vaudry*, ad Rectoriam de Merſton.
*Jacobus Broke*, ad Rectoriam de Subdyngton.
*Johannes Fryer*, ad Rectoriam de Bytflete.
*Edwardus Rede*, ad Rectoriam de Hayreby.
*Laurentius Tate*, ad Rectoriam de Heathe.
*Thomas Blackwall*, ad Rectoriam Sancti Laurentii infra Archidiaconat. Colceſtr.
*Petrus Heade*, ad Rectoriam Sancti Florentii.
*Edmundus Hadfeld*, ad Rectoriam de Wytherley Lincoln. Diœc.
*Robertus Hytler*, ad Rectoriam de Baldocke Lincoln. Diœc.
*Willielmus Philippes*, ad Vicariam de Upton Lincoln. Diœc.
*Ricardus Weſtbury*, ad Rectoriam de Stoke Damerall.
*Jacobus Cole*, ad Rectoriam de Hovyngſton.
*Thomas Batemanſon*, ad Vicariam de Kenſyngton.
*Willielmus Smyth*, ad Vicariam de Langley Regis Lincoln. Diœc.
*Ricardus Wheatly*, ad Rectoriam de Selſecombe Ciceſtr. Diœc.
*Robertus Ellerker* ad Rectoriam de Barnolby Lincoln. Diœc.
*Edwardus Stephenſon*, ad Rectoriam Sancti Martini in Iremonger Lane in Civitate London.
*Ricardus Blaunche*, ad Vicariam de Randys.
*Egidius Robinſon*, ad Rectoriam de Newborne.
*Henricus Hinchoo*, ad Vicariam Hornecaſtell Lincoln. Diœc.
*Willielmus Colyngwood*, ad Præbendam in Eccleſia Cathedrali Ceſtr.
*David Compton*, ad Rectoriam de Elſted.
*Henricus Mylewarde*, ad Rectoriam de Hatley Porte Lincoln. Diœc.
*Robertus Perſevall*, ad Præbendam in Eccleſia Cathedrali Ceſtr.
*Henricus Atkinſon*, ad Vicariam Sancti Sepulchri London.
*Ricardus Barlowe* ad Medietatem Rectoriæ de Trowell.
*Criſtoferus Wall*, ad Vicariam de Naſynge.
*Thomas Arnolde*, ad Vicariam de Weſtporte.
*Thomas Maſſer*, ad Rectoriam de Coſton Lincoln. Diœc.
*Thomas Browne*, ad Rectoriam Sancti Johannis in Lewis Ciceſtr. Diœc.
*Bartholomæus Bertley*, ad Rectoriam de Walton.
*Johannes Chadworth*, ad Rectoriam de Elvetham Winton. Diœc.
*Willielmus Caynam*, ad Vicariam de Buers.
*Johannes Richardus*, ad Rectoriam de Fynyngley.
*Georgius Hunter*, ad Rectoriam de Cheſhill.
*Ricardus Heath*, ad Vicariam de Remiton.
*Rogerus Chaunce*, ad Vicariam de Clene.
*Johannes Turner*, ad Vicariam de Offley Lincoln. Diœc.
*Thomas Stempe*, ad Præbendam in Eccleſia Sancti Swithini Winton.
*Willielmus Clerke*, ad Vicariam de Sopley.
*Willielmus Allen*, ad Rectoriam Sancti Petri in Soca Winton. & ad Vicariam Sancti Johannis Baptiſtæ in Soca prædicta eidem Rectoriæ unit. & annex.
*Thomas Ellys*, ad Præbendam, in Eccleſia Cathedrali Norwic.
*Willielmus Trentham*, ad Rectoriam de Preſton Bagotte.
*Radulphus Greneball*, ad Rectoriam de Alderton Petriburgen. Diœc.
*Willielmus Erſley*, ad Rectoriam de Soothby in longe Collingham.
*Thomas Auggrome*, ad Rectoriam de Muſgrave.
*Robertus Goldſmyth*, ad Vicariam de Saynte Knee aliàs Kewe.
*Robertus London* aliàs *Leighton*, ad Vicariam de Horſeley.
*Willielmus Wotton*, ad Vicariam de Abery.
*Walterus Vexſey*, ad Rectoriam Sancti Leonardi juxta Portam Auſtralem Civitatis Exon.

juſdem, & Villam noſtram Caliſiæ prædictæ & Marchias ejuſdem, fuerint inventa, tam infra Libertates quam extra, & ipſa ſic levata recuperata & collecta, per ſe, ubi melius videbitur, pro Nobis in Eleemoſinam diſtribuenda abſque Compoto ſeu Ratiocinio inde Nobis reddendo ſeu faciendo;

Mandantes & præcipientes univerſis & ſingulis Majoribus Vicecomitibus Coronatoribus Ballivis & Conſtabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris noſtris, tam infra Libertates quàm extra, & eorum cuilibet, Tenore Præſentium, quod, præfato Eleemoſinario noſtro, ac Deputatis & Servientibus ſuis, in Executione Præmiſſorum, Supportantes ſint & Intendentes Auxiliantes & Defendentes ſub Periculo quod incumbit.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Croydon* tertio die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutione Temporalium pro Epiſcopo Ceſtr.*

Ann. D. 1556. p. 11. Ibid. m. 9. REX & Regina, Majori Civitatis ſuæ Ceſtriæ ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate, Salutem.

Cùm, Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Sede Eccleſiæ Cathedralis Ceſtriæ, per Mortem naturalem, bonæ memoriæ, *Georgii ultimi Epiſcopi* ejuſdem Eccleſiæ, Perſonam, dilecti, & fidelis noſtri, *Cuthberti Scotte* Sacræ Theologiæ Profeſſoris ejuſdem Eccleſiæ *Electi*, ipſum, ad Eccleſiam Ceſtr. prædictam, auctoritate Apoſtolicâ, providerit, ac præfecerit in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas bullatas ipſius Domini *Summi Pontificis* Nobis inde directas, Nobis conſtat,

Nos, pro eo quod idem *Electus*, omnibus & ſingulis Verbis Nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, in dictis Literis bullatis contentis, coram Nobis palàm & expreſſè renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, volentes cum eo in hac parte agere gratioſè, Fidelitatem ipſius *Electi* cepimus, & Temporalia dicti Epiſcopatûs Ceſtr. prout moris eſt reſtituimus eidem;

* XV. 485. * Et ideò tibi præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis in Balliva tua, a tempore Vacationis ejuſdem Epiſcopatûs, ſine dilacione liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono die Septembris.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub data ſupradicta; videlicet;

*Camerario ſuo Ceſtriæ vel ejus Locumtenenti ibidem.*
*Cancellario ſuo in Comitatu Palatino Lancaſtriæ.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Eboram.*

Et mandatum eſt Militibus Liberis Hominibus & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Ceſtr. prædicto quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

..., and will anſwere for the contrary.

In witnes whereof, &c.

Witneſſe our ſelves at *Weſtmynſter* the fourteenth day of October.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Cuſtodia Temporalium Epiſcopatus Carliol.*

REX & Regina, omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1556. Ibid. m. 25.

Cùm Epiſcopatus Eccleſiæ Cathedralis Carliolenſis, per Mortem naturalem *Roberti Alderidge* ultimi Epiſcopi Eccleſiæ prædictæ vacaverit, & Paſtoris ſolatio deſtituta fuerit, & in præſenti vacans exiſtent, quo prætextu nunc Nos Cuſtodiam Epiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem, in manibus noſtris, occaſione prædictâ, habemus & habere debemus;

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero * Motu noſtris, ac in conſideratione Summæ *quadringentarum Marcarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ Nobis perſolutæ, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm, præfatæ Reginæ; damus & concedimus, dilecto nobis in Chriſto *Owino Ogletborpe* Decano Eccleſiæ noſtræ Collegiatæ Sancti Georgii Martiris de Nova Wyndeſor, nunc nominato & electo Epiſcopo prædictæ Eccleſiæ Cathedralis Carliolenſis, Cuſtodiam omnium Temporalium ejuſdem Epiſcopatûs, necnon omnium Caſtrorum Terrarum Dominiorum Maneriorum Tenementorum Reddituum Servitiorum Portionum Penſionum Annuitatum & aliarum Poſſeſſionum quarumcumque eidem Epiſcopatui ac prædictæ Sedi Epiſcopali qualitercumque pertinentium ſive ſpectantium; * XV. 446.

Conceſſimus etiam *prædicto Owino Ogetlhorpe* omnia & omnimoda Feoda Militum, Servitia Warda Maritagia, & Cuſtodiam omnium Hæredum quorumcumque Tenentium Epiſcopatûs prædicti, infra Ætatem, & ad Cuſtodiam noſtram, occaſione prædictâ, pertinentium,

Ac omnimodas Eſcaetas omnium & ſingulorum Tenentium Epiſcopatûs prædicti, ſive eidem Epiſcopatui, quoviſmodo, pertinentes ſive ſpectantes;

Habendam percipiendam gaudendam & retinendam Cuſtodiam prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet præfato *Owino Ogletborpe* & Aſſignatis ſuis, à tempore Mortis prænominati *Roberti Alderidge ultimi Epiſcopi* Eccleſiæ prædictæ, durante Vacatione prædictâ, & quamdiu Eccleſia prædicta de Epiſcopo vacari contigerit, necnon quouſque Nos vel Hæredes noſtri, Temporalia Epiſcopatûs illius, præfato *Owino Ogletborpe* nunc *Electo* reſtituerimus & liberaverimus, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere (Solutione ſolummodò dictæ Summæ *quadringentarum Marcarum* nobis exceptis) Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè & integrè, prout Nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde non facta fuiſſet.

Et inſuper concedimus præfato *Owino Ogletborpe* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros & alios Officiarios quoſcumque Epiſcopatus prædicti & omnium Temporalium ejuſdem, adeò liberè prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſemus ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in manibus noſtris remanſiſſent:

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Owino Ogletborpe* omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium & aliorum Præmiſſorum quo-

Digitized by Google

Pat. 3. [illegible]

4. P. & M. m. 13. Paſtoris ſolatio deſtituta fuerit, & in præſens vacans exiſtat, quo prætextu nunc Nos, Cuſtodiam Epiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem in manibus noſtris, occaſione prædictâ, habemus & habere debemus;

Sciatis quod Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, dilecto Nobis in Chriſto *Johanni Chriſtoferſon* Sacræ Theologiæ Baccalaureo noſtro Capellano, nunc à nobis Nominato & electo Epiſcopo Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtren. Cuſtodiam dicti Epiſcopatûs Ciceſtren. ac omnium Temporalium ejuſdem Epiſcopatûs, necnon omnium Caſtrorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Redditurum Servitiorum Portionum Penſionum Annuitatum, & aliarum Poſſeſſionum quarumcumque eidem Epiſcopatui ac prædictæ Sedi Epiſcopali qualitercumque pertinentium ſive ſpectantium;

Conceſſimus etiam prædicto *Johanni* omnia & omnimoda Feoda Militum Servitia Warda Maritagia & Cuſtodiam omnium Hæredum quorumcumque Tenentium Epiſcopatûs prædicti infra Ætatem & Cuſtodiæ noſtri occaſione prædicta pertinentium,

Ac omnimodas Eſcaetas omnium & ſingulorum Tenentium Epiſcopatûs prædicti ſive eidem Epiſcopatui quoviſmodo pertinentes ſive ſpectantes;

Habendam percipiendam gaudendam & retinendam Cuſtodiam prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet præfato *Johanni* & Aſſignatis ſuis, à ſecundo die Auguſti proximò præterito (quo die ultimus Epiſcopus Mortem obiit) durante Vacatione prædictâ, & quamdiu Eccleſia prædicta de Epiſcopo vacari contigerit, necnon quouſque Nos vel Hæredes noſtri, Temporalia Epiſcopatûs illius, præfato *Johanni* nunc *electo* reſtituerimus & liberaverimus, abſque Computo, ſeu aliquo alio Onere Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè & integrè, prout Nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet;

Conceſſimus eidem *Johanni Chriſtoferſon* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes, ac Incumbentium Inſtitutiones, Eccleſiarum Archidiaconatuum Dignitatum Præbendarum Collegiorum Hoſpitalium, Capellarum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, de Patronatu ſive Advocatione Epiſcopatûs prædicti exiſtentium, quoquomodo, durante Vacatione prædictâ, vacari contingentium,

Habendas conferendas dandas præſentandas & inſtituendas ad libitum ipſius *Johannis* abſque impetitione noſtri aut alicujus alterius Perſonæ vice & nomine noſtro vel pro Nobis;

Et inſuper concedimus *præfato Johanni Chriſtoferſon* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros, & alios Officiarios quoſcumque Epiſcopatûs prædicti, ac omnium Temporalium ejuſdem, adeo libere prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſemus, ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in manibus noſtris remanſiſſent,

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Johanni* omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium & aliorum Præmiſſorum quorumcumque, & cujuſcumque inde Parcellæ, à prædicto ſecundo die Auguſti proximo præterito (quo die ultimus Epiſcopus Mortem obiit) hucuſque & exnunc, durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia,

Habenda & percipienda, tam per manus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum, quam per manus nuper & nunc Eſcaetorum Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum Firmariorum Receptorum

Teſte Rege & Regina *apud Weſtmonaſterium*, quinto die Novembris.

*Henricus Jones* ad *Rectoriam de Sittington Mariæ* Glouc. Diœc.

Teſte Rege & Regina *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo die Junii.

Conſimiles Literas Patentes habent Perſonæ ſubſcriptæ infra Diœceſes ſubſcriptas ſub Datis ſubſcriptis; videlicet,

*Johannes Gyppbill* Clericus, ad Vicariam de *Mochelney* Bathon. & Wellen Diœc.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Junii.

*Robertus Bacheleur* ad Vicariam de *Waxham* Lincoln. Diœc. & diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Reginaldo*, miſeratione divinâ, *Tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedin* Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ *Presbitero* (*Polo* nuncupato) *Cantuarienſi Archiepiſcopo*, totius Angliæ primati Apoſtolicæ Sedis non ſolùm *Legato nato*, necnon ad univerſa Regna noſtra Angliæ & Hiberniæ, Sereniſſimi Domini noſtri *Papæ* & ejuſdem Apoſtolicæ Sedis etiam de *Latere Legato*.

Teſte Rege & Regina apud *Weſtmonaſterium*, xxiv. die Junii.

*Johannes Drayton* ad Rectoriam de *Wareham Sancti Petri* Briſtoll. Diœc.

*Thomas Maſon* ad Rectoriam de *Dychmor Wallica* Heref. Diœc.

*Henricus Hondys* ad Vicariam de *Anneſley* Coven. & Lich. Diœc.

*Rogerus Morwent* ad Vicariam de *Ampney Crucis* Glouc. Diœc.

*Thomas Doxſey* ad Vicariam de *Didbroke* Glouc. Diœc.

*Laurentius Vauſe* ad Vicariam de *Tydington* Glouc. Diœc.

*Ricardus Robynſon* ad Vicariam de *Cropwell Byſshoppe* Eborum Diœc.

*Henricus Patching* ad Vicariam de *Warnham* Ciceſtren. Diœc.

*Johannes Rowlyng* ad Vicariam de *Nidde* Eborum Diœc.

*Georgius Davye* ad Rectoriam de *Eldeham Parva* Lond. Diœc.

*Johannes Baker* ad Vicariam de *Kenſtocke* Bathon. & Wellen. Diœc.

*Thomas Olyver* ad Rectoriam de *Shadoxherſte* Cantuar. Diœc.

*Anthonius Radſhawe* ad Vicariam de *Raundes* Petriburgen. Diœc.

*Jacobus Brownſwerthe* ad Rectoriam de *Stanbridge Parva* Lond. Diœc.

*Johannes Marſhall* ad Rectoriam de *Radington* Covent. & Lich. Diœc.

*Petrus Walker* ad Rectoriam *Sancti Leonardi* in Colceſtr. London. Diœc.

*Edwardus Dugmore* ad Vicariam de *Elmeley Caſtell* Wigorn. Diœc.

* *Johannes Langdon* Clericus, ad Vicariam *de Newton Saynte Sirice* Exon. Diœc. * XV. 449.

*Willielmus Heather* Clericus, ad Vicariam *de Newbolde ſuper Ripam de Avon* Coven. & Lich. Diœc.

*Johannes Dowe* Clericus, ad Rectoriam *de Shawell* Lincoln. Diœc.

*Thomas Adams* Clericus, ad Rectoriam *de Thorpe-Thomas* Lincoln. Diœc.

*Thomas Halcocke* Clericus, ad Rectoriam *omnium Sanctorum in Villa Hunt.* Lincoln. Diœc.

*Gowinus Hudſon* Clericus, ad Canonicatum & Præbendam *de Lang-*

Wellen. Diœc.

*Hugo Lambert* Clericus, ad Vicariam *de Hareyehill.*

*Willielmus Hegges* Clericus, ad Rectoriam *de Leven* Eborum Diœc.

*Radulphus Cundall* Clericus, ad Rectoriam *de Langham* Norwicen. Diœc.

*Johannes Sutton* Clericus, ad Vicariam *de Gumes* Exon. Diœc.

*Petrus Hedde* Clericus, ad Rectoriam de Donyngton.

*Criſtoferus Jeſoppe* Clericus, ad Rectoriam *de Southſambridge* London. Diœc.

*Robertus Dunne* Clericus, ad Vicariam *de Crosbye* Carlioll. Diœc.

*Robertus Gibſon* Clericus, ad Rectoriam *de Stavely* Ciceſtren. Diœc.

*Ricardus Hopkyn* Clericus, ad Præbendam *Sanctæ Crucis cum Spaldewicke* in Eccleſia Cathedrali Lincoln Diœc.

*Philippus Johnes*, ad Vicariam *de Llanygon* Meneven. Diœc.

*Radulphus Jackſon* Clericus, ad Rectoriam *de Hamſey* Ciceſtren. Diœc.

*Thomas Weſton* Clericus, ad Vicariam *de Leuton* Eborum Diœc.

*Edwardus Williamſon* Clericus, ad Vicariam *Sanctæ Mariæ de Wignall* Norwicen. Diœc.

*Jacobus Lodge* Clericus, ad Rectoriam *de Aſpiden* Lincoln. Diœc.

*Thomas Wilſon* Clericus, ad Rectoriam *de Langford* London. Diœc.

*Edwardus Knyge* Clericus, ad Rectoriam *de Cleyborne* Carlioll. Diœc.

*Laurentius Blockley*, ad Rectoriam *de Huneſdon* London. Diœc.

*Ambroſius Baynes*, ad Vicariam *de Threkingham* Lincoln. Diœc.

*Henricus Baſton* Clericus, ad Rectoriam *de Southkroſton* Lincoln. Diœc.

*Anthonius Iveſon*, ad Vicariam *de Carnenghhre* Eborum Diœc.

*Willielmus Greges*, ad Vicariam *de Leven* Eborum Diœc.

*Rogerus Willeſton*, ad Rectoriam *de Coldeaſton.*

*Willielmus Rawlins*, ad Rectoriam *de Corton* Bathon. & Wellen. Diœc.

*Thomas Valence*, ad Præbendam *de Brakelſham* in Eccleſia Cathedrali Ciceſtren. Diœc.

*Thomas Smythe*, ad Rectoriam *de Ladington* Petriburgen Diœc.

*Willielmus Fownes*, ad Vicariam *de Wellande* Wigorne Diœc.

*Ricardus Wolley*, ad Rectoriam *Sancti Gabrielis Francburche* London. Diœc.

*Willielmus ap Riddarch*, ad Rectoriam *de Sully* Llandaven. Diœc.

*Robertus Norwoode*, ad Vicariam *de Whitchurche* Lincoln. Diœc.

* XV. 450. * *Johannes Harryſon* aliàs *Rawlynſon*, ad Rectoriam *de Bullwell* Eborum Diœc.

*Willielmus Dalbye*, ad Rectoriam *de Lytleton* Briſtoll. Diœc.

*Ricardus Judſon*, ad Hoſpitale Sancti in Villa Warr. Wigorn. Diœc.

*Thomas Lane*, ad Vicariam *de Flete* Briſtoll. Diœc.

*Stephanus Welles*, ad Vicariam *de Rolſton* Eborum Diœc.

*Thomas Brande*, ad Vicariam *de Wellowe* Winton. Diœc.

*Rogerus Ridge*, ad Vicariam *de Cholſey* Sarum Diœc

*Willielmus Allen*, ad Rectoriam *Sancti Petri in Soca* in Civitate Winton. Diœc.

*Willielmus Goodeknape*, ad Vicariam *de Wrangley* Lincoln. Diœc.



Conſiderantes Curam & Regimen Animarum Epiſcopo, tam in Eccleſia ſua Cathedrali quàm in tota Diœceſi ſua, maximè incumbere & pertinere, & quod Officium ſuum melius præſtet, quantum intereſt Epiſcopi, Graves & Doctos Viros ad Prædicandum Verbum Dei idoneos ſecum in Eccleſia ſua habere,

Volentes Gratiam facere, Reverendo in Chriſto Patri, *Thomæ Thyrlebye* Conſiliario noſtro ac dictæ Eccleſiæ Cathedralis *Epiſcopo moderno*, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, Jus Patronatûs noſtrum Canonicatuum & Præbendarum dictorum octo Præbendariorum & eorum cujuſlibet, ac Succeſſorum ſuorum & eorum cujuſlibet, atque Nominationem & Collationem prædictorum octo Præbendariorum & eorum cujuſlibet, qualitercumque & quandocumque Canonicatus & Præbendæ prædictæ, aut aliquis Canonicatus & Præbenda dictorum Octo Præbendariorum & eorum cujuſlibet, aut Succeſſorum ſuorum aut eorum cujuſlibet, per Mortem ſeu aliter vacaverint ſeu vacaverit, & jam vacans ſive vacat; aut impoſterum vacare contigerint ſive contigerit, prædicto Reverendo Patri *Thomæ Thyrleby Epiſcopo Elien.* moderno ac Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Elien. pro tempore exiſtentibus imperpetuum, pro Nobis, ac Hæredibus & Succeſſoribus noſtræ prædictæ Reginæ, Donamus Concedimus & Damus per Præſentes; non obſtantibus ſupradictis Fundatione Ordinatione & Reſervatione dicti *Præcheriſſimi Patris noſtri*, ac aliis Statutis & Ordinationibus quibuſcumque non obſtantibus, & etiam non obſtante quod expreſſa * mentio de vero Valore annuo, aut de Certitudine præmiſſorum Canonicatuum & Præbendariorum dictorum Octo Præbendariorum aut eorum alicujus, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per Nos præfato Epiſcopo ante hæc tempora factis, in Præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione inde in contrarium factis ordinatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus: * XV; 451.

Reſervatis tamen Nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris prædictæ Reginæ Nominatione & Præſentatione dicti *Decani* Eccleſiæ Elien. prædictæ, de tempore in tempus, quotienſcumque quandocumque & quomodocumque Decanatus dictæ Eccleſiæ Cathedralis Elien. vacare contigerit.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſeptimo die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Domino Cancellario Angliæ Commiſſio.*

PHilippe & Mary, by the grace of God, *Kinge and Quene of England Spayne Fraunce bothe Sicills Jeruſalem and Ireland* Defendors of the Faythe, *Archeduks of Auſtra, Duks of Burgon Millayne and Brabante, Countes of Haſpurge Flaundres and Tiroll*, to the moſte Reverend Father in God our righte Truſtie and righte Welbeloved Counſaillour, *Nichollas Archebyſſhoppe of Yorke* Lorde Chauncellor of England, Greetinge. Ann. D. 1556. Ibidem. p. 2. m. 3.

Wheras, our right Truſtye and Welbeloved Counſaillor, Sir *Thomas Ratclyff* Knighte *Lorde Fitzwater* Lorde Deputye of our Realme of Ireland, hathe in our Name ſummoned a Parliamente there to begyn the *xxv. Daye of Januarye* next comynge, for the better proceedinge therein, our Will and Pleaſure is, to make unto him a Commiſſion to geve our Royall Aſſents unto



Digitized by Google

Theſe ſhall be to Will and Require youe that, immediatlye uppon the Sighte hereof, you cauſe our Greate Seale of England, remaynynge in your Cuſtodye, to be put unto the ſaid Commiſſion and the Actes to the ſame annexid; and thes Preſentes ſhall be yower ſufficiente Dyſchardge in that behalf.

Geven at *our Mannor of Saincte James* the firſte Daye of Decembre, the third and fourth Yeares of our Raignes.

*Per ipſos Regem & Reginam.*

---

* XV. 452.

### * *De Licentia Eligendi.*

Ann. D 1556. Pat. 3. 4. P. & M. p. 6. m. 21.

REX & Regina, Dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Lincolnienſis, Salutem.

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, per Tranſlationem Reverendi in Chriſto Patris *Johannis ultimi Epiſcopi ibidem* ad Epiſcopatum Winton. jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam per Præſentes duximus concedendam,

Mandantes ut talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Sacrarum Literarum cognitione ad id Munus aptus, Deo Devotus, Nobis & Regno noſtro utilis & fidelis, Eccleſiæque noſtræ prædictæ neceſſarius exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vii. Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

Ann. D. 1556. Ibid. p. 11.

REX & Regina, Dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtrenſis, Salutem.

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, per Mortem naturalem Reverendi in Chriſto Patris *Georgii* Defuncti nuper *Epiſcopi ibidem*, jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam per Præſentes duximus concedendam,

Mandantes quod talem Vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Sacrarum Literarum cognitione ad id Munus aptus, Deo Devotus, & Regno noſtro utilis & fidelis, Eccleſiæque noſtræ neceſſarius exiſtat.

In cujus rei, &c.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xvi. Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

Ann. D. 1556. Ibid.

REX & Regina dilectis Nobis in Chriſto *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Petriburgenſis, Salutem.

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ibidem, jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos, alium vobis Eligendi in Epiſcopum & Paſtorem, licentiam per Præſentes duximus concedendam;

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Sacrarum Literarum Cognitione ad id Munus aptus,

[illegible] Epiſcopatûs prædicti infra Ætatem & Cuſtodiæ noſtri, occaſione prædictâ, pertinentium ac omnimodas Eſcaetas omnium & ſingulorum Tenentium Epiſcopatûs prædicti, ſive eidem Epiſcopatui quoviſmodo pertinentes ſive ſpectantes,

Habenda percipienda gaudenda & retinenda Cuſtodiam prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet, præfato *Davidi Poole* & Aſſignatis ſuis, à tempore Mortis prænominati *Johannis Chamber* ultimi Epiſcopi Eccleſiæ prædictæ, durante Vacatione prædictâ, & quamdiu Eccleſia prædicta de Epiſcopo vacari contigerit, necnon quouſque Nos vel Hæredes noſtri Temporalia Epiſcopatûs illius præfato *Davidi Poole* nunc Electo reſtituerimus & liberaverimus, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis vel Hæredibus noſtris inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè & integrè prout Nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet,

Conceſſimus etiam eidem *Davidi Poole* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes ac Incumbentium Inſtitutiones Eccleſiarum Archidiaconatuum Dignitatem Collegiorum Hoſpitalium Capellarum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunique de Patronatu ſive Advocatione Epiſcopatûs prædicti exiſtentium, quoquo modo durante Vacatione prædictâ vacari contingentium, habendas conferendas dandas præſentandas & inſtituendas ad libitum ipſius *Davidis Poole*, abſque impeticione noſtri aut alicujus alterius Perſonæ vice & nomine noſtro vel pro nobis;

Et inſuper concedimus præfato *Davidi Poole* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros & alios Officiarios quoſcumque Epiſcopatûs prædicti & omnium Temporalium ejuſdem, adeò liberè prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſemus ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in Manibus noſtris remanſiſſent,

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Davidi Poole* omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium & aliorum Præmiſſorum quorumcumque, & cujuſlibet inde Parcellæ, à prædicto tempore Mortis prænominati *Johannis Chamber* ultimi Epiſcopi Eccleſiæ prædictæ hucuſque & exnunc, durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia, habenda & percipienda, tam per manus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum, quàm per manus nuper & nunc Eſcaetorum Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum Firmariorum Receptorum, aut aliorum Occupatorum Temporalium prædictorum & omnium & ſingulorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ, ad uſum proprium ipſius *Davidis Poole*, abſque Compoto, aut aliquo alio nobis inde reddendo ſeu faciendo, & abſque perturbatione moleſtatione inquietatione ſeu gravamine noſtri vel Hæredum noſtrorum, aut aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quod expreſſa mentio de certo tempore Vacationis Epiſcopatûs prædicti, aut de Temporalibus prædictis, aut de aliis Præmiſſis, ſeu de Exitibus prædictis, vel de vero Valore eorumdem, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per Nos, vel per aliquem Progenitorum noſtrorum præfatæ Reginæ, eidem *Davidi Poole* nunc *Epiſcopo Petriburgen.* nominato & electo, ante hæc tempora factis, in præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Proviſione in contrarium inde ante hæc tempora factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche* viceſimo quarto die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* De

prout nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus, ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet,

Conceſſimus etiam eidem *Thomæ Watſon* omnimodas Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes & Collationes, ac Incumbentium Inſtitutiones, Eccleſiarum Archidiaconatuum Dignitatum Præbendarum Canonicatuum Collegiarum Hoſpitalium Capellarum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, de Patronatu ſive Advocatione Epiſcopatûs prædicti exiſtentium, quoquomodo, durante Vacatione prædictâ, vacari contingentium, habendas conferendas dandas præſentandas & inſtituendas ad libitum ipſius *Thomæ Watſon*, abſque Impetitione noſtri aut alicujus alterius Perſonæ vice & nomine noſtro vel pro nobis;

Et inſuper concedimus præfato *Thomæ Watſon* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & inſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros & alios Officiarios quoscumque Epiſcopatûs prædicti & omnium Temporalium ejuſdem, adeò liberè prout nos eoſdem Officiarios facere poſſemus ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in manibus noſtris remanſiſſent;

Et ulterius de uberiori Gratia noſtra dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, præfato *Thomæ Watſon* omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium & aliorum Præmiſſorum quorumcumque, & cujuſlibet inde Parcellæ, à prædicto tempore Tranſlationis prænominati *Johannis White* ultimi Epiſcopi Eccleſiæ prædictæ hucuſque & exnunc, durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia, habenda & percipienda, tam per manus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum quàm per manus nuper & nunc Eſcaetorum Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum Firmariorum Receptorum aut aliorum Occupatorum Temporalium prædictorum & omnium & ſingulorum Præmiſſorum & cujuſlibet inde Parcellæ,
* XV. 455. ad Uſum proprium ipſius *Thomæ Watſon*, * abſque Compoto, aut aliquo alio nobis inde reddendo ſeu faciendo, & abſque perturbatione moleſtatione inquietatione ſeu gravamine noſtri vel Hæredum noſtrorum aut aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quòd expreſſa mentio de certo tempore Vacationis Epiſcopatûs prædicti, & de Temporalibus prædictis, aut de aliis Præmiſſis, ſeu de Exitibus prædictis vel de vero Valore eorundem, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per nos, vel per aliquem Progenitorum noſtrorum præfatæ Reginæ, eidem *Thomæ Watſon nunc Epiſcopo Lincoln.* nominato & electo, ante hæc tempora, in præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Proviſione in contrarium inde ante hæc tempora factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Grenewiche* viceſimo quarto die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Per ipſos Regem & Reginam.*

---

*De Præſentatione in Merchiis Caleſii.*

REX & Regina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Reginaldo*, Miſeratione Divinâ, *Tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedin Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Polo Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Apoſtolicæ Sedis etiam de Latere Legato nato, necnon ad Nos & univerſa Angliæ & Hiberniæ Regna noſtra Sancti Domini noſtri Papæ & ejuſdem Apoſtolicæ Sedis etiam de Latere Legato, ejuſve *Vicario in Spiritualibus Generali*, Salutem. Ann. D. 1557. Ibid. p. 5. m. 14.

Ad *Rectoriam Eccleſiæ Parochialis de Sandegate* in Merchiis noſtris Caleſii veſtræ Diœceſis jam per Mortem ultimi Incumbentis ibidem vacantem, & ad noſtram Donationem pleno jure * ſpectantem, dilectum nobis in Chriſto, *Robertum Hill* Clericum Sacræ Theologiæ Baccalarium vobis præſentamus, * XV. 456.

Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Robertum Hill* ad Rectoriam prædictam admittere, ipſum Rectorem ejuſdem inſtituere & inveſtire canonicè in & de eadem cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, tertio die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Arraiatione facienda.*

P*Hilippe and Marie*, *&c.* to the moſt Reverend Father in God, our right truſtie and right welbeloved Councellor, *Nicholas Archebuſſhoppe of Yorke* our Chauncellor of England, Greating. Ann. D. 1557. Pat. 3. & 4. P. & M. p. 5. m. 11. dorſ.

We woll and commande youe, upon the receipte heirof and by Warraunte of the ſame, to cauſe ſeverall Commiſſions to be made, under oure Greate Seale of Englande being in your Cuſtodie, to our Juſtices of Peace and Shireffes of the Counties of

| | |
|---|---|
| *Suffolk*, | *Berks.* |
| *Norffolk*, | *Wygorn.* |
| *Buck.* | *Staff.* |
| *Bedd.* | *Salop.* |
| *Hunt.* | *Heref.* |
| *Cambridge.* | *Glouc.* |
| *Southampt.* | *Monmouth.* |
| *Wilteſ.* | *Northampt.* |
| *Somerſ.* | *Rutland.* |
| *Dorſett.* | *Derb.* |
| *Devon.* | *Notingh.* |
| *Cornub.* | *Lincoln.* |
| *Oxon.* | *Leyc.* |

1557. Sagittarii, ac alii prædicti Homines defenſibiles ſic armati arraiati inſpecti & muniti, exnunc de tempore in tempus prompti ſint & parati ad deſerviendum nobis quotiens & quando opus & neceſſe fuerit,

Aſſignavimus inſuper quoſcumque tres aut duos veſtrûm ſimiliter muniri ſe invicem inſpiciendum triandum & arraiandum, ac in Armis & Equis Apparatu ordinari faciendum & videndum in formâ prædictâ, ita quod omnes & ſinguli veſtrûm in formâ prædictâ inſpecti arraiati & præparati prompti ſint & ſitis & continuè parati ad nobis ſimiliter (ut prædictum eſt) deſerviendum;

Et ideò vobis Mandamus quod circa Præmiſſa ad certos dies & loca, quos ad hoc juxta ſanas Diſcretiones veſtras videritis opportunum, diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem univerſis & ſingulis Officiariis Miniſtris & Subditis noſtris quibuſcumque, tam infra Libertates quàm extra tenore Præſentium, firmiter in mandatis, quod vobis in Executione Præmiſſorum intendentes ſint conſulentes pariter & obedientes in omnibus diligenter:

Et quid feceritis in Præmiſſis, unà cum Nominibus & Cognominibus ac Numero tam Equitum Peditum & Sagittariorum, & omnium Armorum & Munitionum, aliorumque per vos in forma prædicta inſpectorum & Armatorum, quàm Civitatum Villarum Burgorum Socarum Hundredorum Hamelettorum & Parochiarum in quibus habitant, ac de diverſitate Armorum quibus unuſquiſque eorum armatus eſt, nos & Concilium noſtrum circa Perſonam noſtram attendens, citra primum diem Aprilis proximò futurum, ſub Sigillis veſtris vel aliquorum veſtrûm, debitè certificetis;

Damus etiam vobis in mandatis quod, pro meliori expeditione & executione Præmiſſorum, vos, per tres & tres vel per duos & duos veſtrûm, in ſingulis Locis Comitatûs prædicti ſeparabitis & dividetis voſmetipſos, prout vobis meliùs pro Habitatione & Commoditate Ligeorum & Subditorum noſtrorum videbitur expedire.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtm.* nono die Februarii.

*Per ipſos Regem & Reginam.*

---

*De ſalvo Conductu pro Ambaſſiatore Reginæ Scotiæ.*

Ann. D. 1557. Pat. 3 4 P & M. p. 5. m. 12.

REX & Regina, univerſis & ſingulis Ducibus Comitibus Vicecomitibus Baronibus Admirallis, Gardianis ſive Cuſtodibus Merchiarum noſtrarum, ac etiam Capitaneis Caſtellanis & eorum Locumtenentibus Cuſtodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum; necnon Vicecomitibus Majoribus Ballivis Conſtabulariis ac aliis Officiariis Subditis & Miniſtris noſtris quibuſcumque, tam per Terram quàm per Mare & Aquas dulces ubilibet conſtitutis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd nos, ad inſtantiam & ſpecialem requiſitionem, chariſſimæ Conſanguineæ & Sororis noſtræ, *Scotorum Reginæ*, ſuſcepimus, ac per Præſentes ſuſcipimus in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, ac in Protectionem Tuitionem & Defenſionem noſtras ſpeciales, dilectum Conſiliarium ſuum, *Robertum Carnegy* de Eynarde Militem, Ambaſſiatorem Procuratorem & Nuncium ejuſdem *Reginæ*, ad & in Regnum noſtrum Angliæ cum duodecim Perſonis in Comitiva ſua vel infra & totidem Equis, necnon Rebus Jocalibus, Auro & Argento facto & infe-

[illegible] infringentibus & non aliis.

In cujus rei &c. Per unum Annum poſt datam Præſentium duraturas.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtm.* decimo die Februarii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Conceſſione ſex Præbendarum.*

Ann. D. 1557. ibid. m. 15.

REX, & Regina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos, de Gratiis noſtris ſpecialibus, ac ex certis Scientiis & meris Motubus noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni nunc Norwicenſi Epiſcopo*, Advocationes Donationes Præſentationes Nominationes, Jura Patronatûs, Collationes, & liberas Diſpoſitiones, omnium illarum ſex Præbendarum & earum cujuſlibet, in Eccleſia Cathedrali ſanctæ & individuæ Trinitatis Norwicenſi, quandocumque quotienſcumque & qualitercumque dictæ ſex Præbendæ ſive earum aliquæ, per Mortem Ceſſionem Privationem Reſignationem, ſeu aliquo alio modo quocumque, vacare contigerint, ſive earum aliqua vacare contigerit, * X 460.

Habendam & tenendam dictam Advocationem ſive Advocationes, Donationem ſive Donationes, Præſentationem ſive Præſentationes, Jus Patronatûs ſive Jura Patronatuum, Nominationem ſive Nominationes, Collationem ſive Collationes, & liberam Diſpoſitionem ſive liberas Diſpoſitiones, prædictarum ſex Præbendarum & earum cujuſlibet, præfato *Johanni Norwicenſi Epiſcopo* quamdiu vixerit & Epiſcopus Norwicen. extiterit; ita tamen quod benè licebit eidem *Epiſcopo* durante Vitâ ſuâ (ſi tamdiu Epiſcopus Norwicenſis fuerit) ad dictas ſex Præbendas & quamlibet prædictarum Præbendarum, totienſcumque quotienſcumque quandocumque & qualitercumque dictæ Præbendæ ſive earum aliqua vacare contigerint ſive vacare contigerit, idoneæ Perſonæ literatæ conferre donare diſponere & præſentare, ac omnia & ſingula, quæ circa eadem neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, agere & perimplere; aliquo Statuto Actu Ordinatione Proclamatione Proviſione ſive Reſtrictione, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus:

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtm.* nono die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *Pro Johanne Epiſcopo Briſtoll. de Exonerando.* * XV. 459.

3. 4. P. & M. ibid. p. 10. m. 24.

REX & Regina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm in Statuto in Parliamento Domini *Henrici nuper Regis Angliæ* Patris noſtri Reginæ, tento apud Weſtmonaſterium, Anno Regni ſui viceſimo ſexto, inter alia editum proviſum ſtabilitum & ordinatum fuit,

*Quod prædictus Pater noſter Reginæ, Hæredes & Succeſſores ſui Reges hujus Regni Angliæ, haberent & gauderent, de tempore in tempus imperpetuùm duraturum, de qualibet tali Perſona & talibus Perſonis quæ, ad aliquod tempus poſt primum diem Januarii tunc proximo ſequentem nominaretur præſentaretur conferretur vel aliquo alio modo appunctuaretur alicui, Archiepiſcopatui, Epiſcopatui, Abbatiæ, Monaſterio, Prioratui, Collegio, Hoſpitali, Archidiaconatui, Decanatui, Præpoſituræ, Præbendæ, Rectoriæ, Vicariæ, Cantariæ,*

Digitized by Google

in Chriſto Patrem, *Johannem nunc Briſtollenſem Epiſcopum*, Executores & Adminiſtratores ſuos, erga Nos Hæredes & Succeſſores noſtros penitùs exonerari & acquietari, tam de omnibus & omnimodis Primitiis & Primis Fructibus, ac de annualibus Decimis ſive annuali Penſione omnium Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum quorumcumque dicti Epiſcopatûs Briſtoll. quàm de qualibet Pecuniæ Summa, virtute ſeu ratione dicti Actûs Parliamenti, Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris pro Primitiis & Primis Fructibus ac annualibus Decimis ſive annuali Penſione ejuſdem Epiſcopatûs, per prædictum *Johannem Epiſcopum Bryſtoll.* aliquo modo ſolvendis vel reddendis,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Johanni Epiſcopo Briſtoll.* omnes & omnimodas Primitias & Primos Fructus, ac omnes & omnimodas annuales Decimas ſive annuales Penſiones omnium & ſingulorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum quorumcumque dicti Epiſcopatûs, & omnes & ſingulas Denariorum Summas nomine aut pro

* XV. 460. Primitiis & * Primis Fructibus, aut pro annualibus Decimis ſive annuali Penſione omnium & ſingulorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum quorumcumque dicti Epiſcopatûs Briſtoll. aut aliquarum inde Parcellarum, ratione dicti Actus Parliamenti, vel aliqua quorumcumque modo Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris per prædictum nunc Epiſcopum quoquo modo reddendis ſeu ſolvendis,

Habendos & gaudendos eiſdem *Johanni Epiſcopo Briſtoll.* de libero Dono noſtro, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo,

Ac etiam volumus & damus, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, per Præſentes concedimus, præfato *Johanni Epiſcopo Briſtoll.* Executoribus & Adminiſtratoribus ſuis, quòd Eos Hæredes & Succeſſores noſtri non habemus petiemus clamabimus vel vendicabimus, ab eodem nunc Epiſcopo aut Executoribus ſeu Adminiſtratoribus ſuis, aliquas Primitias vel primos Fructus, aut aliquam annualem Decimam ſive annualem Penſionem, ſive aliquas Primitias ſive primos Fructus, aut aliquas annuales Decimas ſive annuales Penſiones, de & pro prædictis Maneriis Terris Tenementis Reventionibus Proficuis Poſſeſſionibus & Hæreditamentis quibuſcumque dicti *Johanni Epiſcopi Briſtoll.* nec de aut pro aliqua inde Parcella, nec aliqua Exitus Reventiones ſeu Proficua, nec aliquas Pecuniæ Summas nomine vel pro Primitiis primis Fructibus, aut pro annualibus Decimis aut annuali Penſione omnium & omnimodarum Primitiarum & primorum Fructuum, aut annualium Decimarum ſive annualium Penſionum omnium & ſingulorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum quorumcumque dicti *Johannis Epiſcopi Briſtoll.* ſeu aliquarum inde Parcellarum, ſed quòd idem *Johannes Epiſcopus Briſtoll.* Executores & Adminiſtratores ſui ſint & erunt penitùs Exonerati & Acquietati aut Indempnes conſervati, verſus Nos Hæredes & Succeſſores noſtros, de aut pro Primitiis ſive primis Fructibus, ac pro annualibus Decimis ſive annualibus Penſionibus omnium & ſingulorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum quorumcumque dicti *Johannis Epiſcopi Briſtoll.* & cujuſlibet inde Parcellæ, ac de & pro omnibus & omnimodis Denariorum Summis quibuſcumque, nomine aut pro Primitiis ſive primis Fructibus, aut pro annualibus Decimis ſive annualibus Penſionibus omnium & ſingulorum Terrarum Tenementorum Reventionum Proficuorum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum quorumcumque dicti *Johannis Epiſcopi Briſtoll.* & cujuſlibet inde Parcellæ, à tempore Deprivationis vel Reſignationis *Pauli* nuper *Epiſcopi Briſtoll.* hucuſque provenientia ſive creſcentia,

rantum & Exoneratio ad Exonerationes prædictas fiendas in forma prædicta;

Ac ulterius damus, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris concedimus præfato *Johanni Epiſcopo Briſtoll.* omnia & ſingula Exitus Redditus Reventiones & Proficua prædictorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Proficuorum Poſſeſſionum & Hæreditamentorum quorumcumque dicti *Epiſcopi Briſtoll.* & cujuſlibet inde Parcellæ, à tempore Deprivationis vel Reſignationis *Pauli* nuper *Epiſcopi Briſtoll.* hucuſque provenientia ſive creſcentia,

Habenda & gaudenda eidem *Johanni Epiſcopo Briſtoll.* ex libero Dono noſtro abſque aliquo Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquo modo reddendo ſolvendo vel faciendo,

Ac etiam volumus de ampliori Gratia noſtra, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris per Præſentes concedimus præfato *Johanni Epiſcopo Briſtoll.* quod ipſe habeat & habebit has Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine, ſeu aliquo alio Warranto, ſive Privato Sigillo, ſeu Feodo magno vel parvo, Nobis in Hanaperio noſtro ſeu alibi ad Uſum noſtrum quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xi. die Martii.

*Per ipſos Regem & Reginam.*

---

*De Creatione in Baronem Parliamenti.*

REX & Regina, Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Vicecomitibus Præpoſitis Miniſtris, & omnibus aliis Officiariis & Subditis noſtris quibuſcumque, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1557. *Pat.* 3. & 4. *P.* & *M.p.* 10. *m.* 22.

Cùm præteritorum Magnifica Geſta Principum, ſaltem qui ſuâ induſtriâ atque virtute Famam Nobis reliquere immortalem, ad mentem revocemus, nil prudentius nil vero Laude dignius pro proſpero atque felici eorum Statu Salute ſecuroque Succeſſu eos feciſſe arbitramur, quam, quando fideles diligentes ſtrenuoſque Servientes Facultatibus Regimine & Honore condignè remunerare, cæteriſque præferre decreverint, ſicque ſua eis Beneficia juxta eorum Virtutes atque Merita benignè conferre curârunt,

Nos eorum Mores imitantes non ſolùm Nobilitatem atque Conſtantiam, immò Probitatem ac in Armis Strenuitatem, cæteraſque Virtutes *Thomæ Percy* intimè dilecti Subditi noſtri non modica cum deliberatione maturè conſiderantes ipſum *Thomam Percy* BARONEM PARLIAMENTI & REGNI NOSTRI ANGLIÆ, ex mero Motu Gratiaque noſtris ordinavimus ereximus creavimus & conſtituimus, prout per Præſentes ordinamus erigimus creamus & conſtituimus, atque Titulum Nomen Stilum Gradum Dignitatem & Honorem *Baronis Percy*, Locumque & Vocem in ſingulis Parliamentis infra idem Regnum noſtrum Angliæ poſt hac celebrandis, cæteraque Jura Privilegiaque ipſius Regni noſtri Baronibus ejuſdem ex Lege Conſuetudine aliove quovis pacto Pertinentia, eidem *Thomæ* damus & concedimus, eiſque Ipſum adeò liberè & amplè uti & gaudere volumus, ſicut unquam aliquis Baro hujus Regni noſtri uſus fuit aut debuit,

Habenda & gaudenda eadem Titulum Nomen Stilum & Gradum Dignitatem & Honorem *Baronis Percy*, atque Locum & Vocem in Parliamentis prædictis, ac cætera præmiſſa præfato *Thomæ Percy* & Hæredibus Maſculis de Corpore ſuo legitimè exeuntibus imperpetuum, & pro defectu



Digitized by Google

Hæredes ſui Maſculi prædicti, gaudeant & utantur, & eorum quilibet gaudeat & utatur per Nomen *Baronis Percy* omnibus & ſingulis talibus Juribus Privilegiis Præeminentiis & Immunitatibus Statui Baronis in omnibus ritè & de jure pertinentibus quibus cæteri Barones dicti Regni noſtri Angliæ ante hæc tempora melius honorificentius & quietius uſi ſunt & gaviſi, ſeu in præſenti gaudeant & utantur,

Et ulteriùs volumus & per Præſentes concedimus præfato *Thomæ Percy* quod habeat & habebit has Literas Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine ſeu Feodo magno vel parvo, &c.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

Hiis Teſtibus, &c.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xxx. Die Aprilis.

*Per ipſos Regem & Reginam.*

---

*De Creatione ſupradicti Baronis in Comitem Northumbriæ.*

Ann D. 1557. Ibid. m. 23. REX & Regina, Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Ducibus Comitibus Baronibus Vicecomitibus Præpoſitis Miniſtris, ac omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Regalis Dignitatis Faſtigium quemadmodum felicibus Auſpiciis inſignimur, ſic proſperimo Succeſſu nedùm inſigniri ſed augeri confidimus, dum inter Perſonas diſcretas & Strenuas Honorum culmina diſpenſamus, credimus namque Coronam Regiam tanto pluribus micare Gemmis & Precioſis coruſcare Lapidibus quanto Viris virtuoſis, præſertim nobilibus conſilio præpollentibus, in partem ſolicitudinis Regiæ ad Faſtigia Honorum evocatis ad Directionem Boni publici, ſuffulti ſumus,

Conſiderantes itaque Generis Nobilitatem probatiſſimi ſtrenuique Viri *Thomæ Percye Baronis Percye*, qui, nullis cedens Laboribus, ſe Nobis obſequioſum ſemper exhibuerit & præcipuè quia Anteceſſores dicti *Thomæ Baronis Percy* ab antiquo de tempore in tempus Comites Northumbriæ fuerunt,

Volenteſque proinde eundem *Thomam Baronem Percy* condignis Honoribus & regalibus Præmiis ornare attollere & ſublimare, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris ipſum *Thomam Baronem Percy* in *Comitem Northumbriæ* ereximus præfecimus & creavimus, ac per Præſentes erigimus præficimus & creamus, eique Nomen Statum Gradum Stilum Titulum Honorem & Dignitatem COMITIS NORTHUMBRIÆ, cum omnibus & ſingulis Præheminentiis Honoribus cæteriſque quibuſcumque hujuſmodi Statui Comitis Northumbriæ pertinentibus ſive ſpectantibus, damus & concedimus per Præſentes, Ipſumque *Thomam Baronem Percy* hujuſmodi Statu Gradu Stilo Titulo Ho-

* XV. 463. nore & Dignitate, *per * cincturam Gladii ac unius Cupæ Honoris & Dignitatis & Circuli aurei ſuper Caput ſuum poſitionem*, inſignimus inveſtimus & realiter nobilitamus,

Habenda & Tenenda Nomen Statum Gradum Stilum Titulum Honorem & Dignitatem COMITIS NORTHUMBRIÆ prædictæ, cum omnibus & ſingulis Præeminentiis Honoribus & cæteris quibuſcumque hujuſmodi Statu *Comitis Northumbriæ* pertinentibus ſive ſpectantibus, præfato *Thomæ Percy Baroni Percy* & Hæredibus Maſculis de Corpore ſuo legittimè exeuntibus imperpetuùm,

Et poſt Mortem ipſius *Thomæ* ſive hujuſmodi Hæredis Maſculi de Corpore ſuo exeunte volumus ordinamus & concedimus per Præſentes pro Nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm dictæ Reginæ, quod *Henricus Percy* Frater prædicti *Thomæ Baronis Percy* & Hæredes Maſculi de Corpore dicti *Henrici Percy* legitimè exeuntes imperpetuùm ſit & ſint *Comes & Comites Northumbriæ*, prædicti pro tempore exiſtentis, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Paſchæ per æquales Portiones ſolvendas,

Volumus etiam, & per Præſentes concedimus præfato *Thomæ nunc Comiti* quod habeat & habebit has Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ debito modo factas & ſigillatas, abſque Fine ſeu Feodo magno vel parvo Nobis in Hanaperio noſtro ſeu alibi ad Uſum noſtrum proinde quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

Hiis Teſtibus, &c.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* primo die Maii.

*Per ipſos Regem & Reginam.*

---

*De Canonicatu conceſſo.*

REX & Regina, Dilectis & Fidelibus ſuis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Collegiatæ ſive liberæ Capellæ noſtræ Regiæ Sancti Georgii infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſour. Ann. D. 1557. Pat. 3. 4. P. & M. p. 5. m. 6.

Cùm Nos, viceſimo Die inſtantis Menſis Maii, per Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra ſpeciali dederimus & conceſſerimus pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm præfatæ Reginæ, Dilecto Nobis in Chriſto, *Ricardo Brewarne* Sacræ Theologiæ Baccalaureo, Canonicatum ſive Præbendam illam infra Eccleſiam noſtram Collegiatam ſive liberam Capellam * * XV. 464.
noſtram Regiam Sancti Georgii infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſour prædictum, quam *Thomas Rawe* Sacræ Theologiæ Bacalaurius nuper Defunctus habuit & occupavit, modò, per Mortem naturalem dicti *Thomæ Rawe* legitimè vacantem, atque ad noſtram Donationem pleno jure ſpectantem,

Habendum & Tenendum Canonicatum ſive Præbendam prædictam præfato *Ricardo Brewarne* durante Vitâ ejus naturali, unà cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus Membris Proficuis Commoditatibus Dividentiis exiſtentibus, Retentionibus, quotidianis Diſtributionibus, Domibus, Manſionibus, cæteriſque Juribus & Præheminentiis quibuſcumque dicto Canonicatui ſive Præbendæ quoviſmodo pertinentibus ſive impoſterùm ſpectantibus, in tam amplis modo & forma prout prædictus *Thomas Rawe*, aut aliquis alius ſive aliqui alii dictum Canonicatum ſive Præbendam unquam habuit tenuit vel gaviſus fuit, ſeu habere tenere vel gaudere debuerint aut debuit, prout in eiſdem Literis Patentibus tibi inde confectis pleniùs continetur;

Vobis Mandamus quod eidem *Ricardo Brewarne* Stalum in Choro & Locum in Capitulo aſſignetis aſſignarive faciatis prout moris eſt.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* quarto Die Maii.

---

*De Præſentationibus.*

REX & Regina, &c. Reverendo in Chriſto Patri, *Cuthberto*, Permiſſione Divinâ, *Dunelmenſi Epiſcopo* aut ejus in Ab- Ann. D.
ſentia *Vicario in ſpiritualibus Generali*, ſive alii cuicumque in hac 1557.
Parte Auctoritatem ſufficientem habenti, Salutem. Pat. 3.
Ad Vicariam Eccleſiæ Parochialis *de Eglingham* in Comitatu 4. P. &
Northumbriæ veſtræ Diœceſis, legittimo modo jam vacantem M. p. 7.
& ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum nobis in Chriſto, *Willielmum Herne* Clericum & in Artibus Baccalaurium vobis præſentamus,

Rogantes, quatenus eundem *Willielmum Herne* ad Vicariam præ-

Digitized by Google

1557. ** præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Pat. 3. 4. P. & M. p. 5. m. 8. d. Sciatis quod Nos, de Fidelitatibus Induſtriis & providis Circumſpectionibus Prædilecti & perquam Fidelis Conſanguineis noſtri,

*Henrici Comitis Weſtmerlandiæ* Ordinis noſtri Garterii Militis,

Reverendi in Chriſto Patris, ac Prædilecti & Fidelis Conſiliarii Noſtri,

*Cuthberti Dunolmenſis Epiſcopi*,

Ac,

* XV. 465. * Dilectorum & Fidelium Conſiliariorum noſtrorum,

*Roberti Henmer* Legum Doctoris & Epiſcopatûs Dunolmenſis Cancellarii,

Ac *Thomæ Marten* Legum Doctoris unius Præſidum Curiæ noſtræ Cancellariæ,

Plurimum confidentes,

Ipſos noſtros veros & indubitatos Commiſſarios Procuratores Deputatos ac Nuncios ſpeciales facimus conſtituimus & ordinamus per Præſentes,

Dantes & concedentes eiſdem conjunctim, vel eorum tribus vel duobus diviſim, plenariam Poteſtatem Auctoritatem & Mandatum ſpeciale & generale, pro nobis ac nomine noſtro, cum, Excellentiſſimæ Principis Sororis & Conſanguineæ noſtræ chariſſimæ, *Mariæ*, Dei Gratiâ, *Scotorum Reginæ* modernæ, Commiſſariis Oratoribus & Legatis ab ea ſpecialem Poteſtatem habentibus, diebus & locis quibuſcumque conveniendi, & ibidem de & ſuper Articulis quibuſcumque bonum Regimen, mutuæ Amicitiæ & Pacis publicæ Conſervationem, Criminumque & Criminoſorum quorumcumque Reformationem tangentibus, vel quæ in futurum, Præmiſſa vel eorum aliquod, tangere vel concernere poterint, communicandi ſtatuendi & ordinandi, ac etiam de & ſuper certis Limitibus & Terminis, inter noſtrum & Scotiæ Regnum, tam in illo Loco vulgariter nuncupato Hawdenrigge, quàm in aliis locis controverſis quibuſcumque, omnibus & ſingulis Contentionibus Quæſtionibus Cauſis Querelis Litibus Attemptatis, Criminumque & Delictorum quorumcumque Reformatione & Punitione, & Demandis aliis quibuſcumque, unà cum ſuis circumſtantiis emergentibus incidentibus atque connexis, quæ inter *Nos* & dictam Illuſtriſſimam Principem *Sororem & Conſanguineam noſtram*, ac Regna Terras & Dominia noſtra Patrias Subditos Vaſſallos noſtros & ſuos, hinc inde diſcuſſa dependentia aut pendere prætenduntur ſive dinoſcuntur, tractandi ſtatuendi ordinandi conveniendi componendi concludendi, & ea reformandi prout eis quatuor tribus vel duobus eorum melius viſum fuerit,

Damus inſuper eiſdem Commiſſariis Oratoribus & Deputatis noſtris Auctoritatem dandi & concedendi ſalvum Conductum ſive Securitatem quibuſcumque dictæ cariſſimæ Sororis noſtræ Commiſſariis, quod ipſi, eorumque Miniſtri & Famuli, cum ſuis Bonis & Rebus quibuſcumque, infra Regnum noſtrum venire, ibidemque pro tempore Conventionis hujuſmodi commorari, libereque illinc recedere poſſint quoties eis videbitur expedire,

Et generaliter omnia alia & ſingula faciendi expediendi ſtatuendi & ordinandi quæ in Præmiſſis vel Præmiſſorum aliquo, vel aliàs pro mutuæ Amicitiæ Conſervatione, ac Bono publico utriuſque Regni neceſſaria fuerint vel quomodolibet oportuna,

Promittentes, bonâ Fide ac in Verbo Regio, totum & quicquid dicti noſtri Commiſſionarii, aut tres vel duo eorum in Præmiſſis duxerint faciendum, ratum firmum ac ſtabile habituros & inviolabiliter obſervaturos, etiam ſi ea ſint quæ mandatum exigant magis ſpeciale quam præſentibus continetur.

In cujus rei, &c.

landas, & ibidem jam cancellatæ exiſtunt, prout certam inde habemus notitiam, eâ tamen intentione quòd nos, alias Literas noſtras Patentes de Annuitate prædicta eidem *Sebaſtiano* & dilecto Servienti noſtro *Willielmo Worthington* Armigero, ac eorum alteri diutius viventis, in forma ſequente facere & concedere dignaremur;

Sciatis igitur quod Nos, pro Conſiderationibus prædictis, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii nobis, per dilectos Servientes noſtros *Sebaſtianum Caboto* & *Willielmum Worthington* Armigeros ante hac impenſi & impoſterùm impendendi, de Gratiis noſtris ſpecialibus, ac ex certis Scientiis & meris Motubus noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm præfatæ Reginæ, damus & concedimus eiſdem *Sebaſtiano & Willielmo*, ac eorum alteri diutius viventis, dictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum ſexaginta ſex Librarum treſdecim Solidorum & quatuor Denariorum* legalis Monetæ Angliæ,

Habendam gaudendam & annuatim percipiendam eandem Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum ſexaginta ſex Librarum treſdecim Solidorum & quatuor Denariorum* præfatis *Sebaſtiano Caboto* & *Willielmo Worthington* ac eorum alteri diutius viventis, & Aſſignatis ſuis, ac Aſſignatis eorum alterius diutius viventis, à Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, ad Terminum & pro Termino Vitarum eorundem *Sebaſtiani & Willielmi*, ac eorum alterius diutius viventis, de Theſauro noſtro, Hæredum & Succeſſorum noſtrorum dictæ Reginæ, ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. Hæredum & Succeſſorum noſtrorum dictæ Reginæ, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum, Hæredum & Succeſſorum noſtrorum prædictæ Reginæ, ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones annuatim ſolvendam;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo nono die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Reſtitutionibus.*

REX & Regina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Suthamptoniæ, Salutem. Ann. D. 1557.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Reverendum in Chriſto Patrem, *Johannem nuper Epiſcopum Lincolnienſem*, à Vinculo quo eidem Eccleſiæ Lincoln. cui tunc præerat, tenebatur abſolverit, eundem *Johannem* ad Eccleſiam Wintonienſem, modò vacantem, per mortem bonæ memoriæ *Stephani ultimi Epiſcopi* loci illius tranſtulerat, ipſumque in Epiſcopum dictæ Eccleſiæ Winton. præfecerit & Paſtorem, ſicut per Literas Bullatas ipſius Domini *Summi Pontificis* nobis inde directas nobis conſtat, Ibid. p. 6. m. 12.

Nos,

Pro eo quod idem *Johannes* ſic ad dictam Eccleſiam Winton. tranſlatus, omnibus & ſingulis verbis nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus in dictis Literis bullatis contentis coram nobis palàm & expreſsè renunciavit & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratioſè, cepimus Fidelitatem ipſius *Johannis* ſic ad dictam Eccleſiam Winton. tranſlati,

&

Teſte ut ſupra

---

*De Præſentatione.*

Ann. D. 1557. Pat. 3. 4. P. & M. p. 5. m. 7.

REX & Regina, &c. dilectis nobis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Chriſti Oxon. ex Fundatione *Regis Henrici Octavi* vulgariter nuncupatæ *Chriſtes Churche in Oxforde*, Salutem.

Cùm nos, per Literas noſtras Patentes gerentes datam *Decimo octavo die inſtantis Menſis Junii*, dederimus & conceſſerimus, dilecto nobis in Chriſto, *Willielmo Chedſey* Sacræ Theologiæ Profeſſori, Præbendam ſive Canonicatum in Eccleſia Cathedrali prædicta, quam nuper habuit *Jacobus Cortoppe*, per mortem naturalem ipſius *Jacobi* jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem Donationem Collationem & liberam Diſpoſitionem pleno jure ſpectantem & pertinentem,

Habendam tenendam & gaudendam Præbendam ſive Canonicatum prædictum, præfato *Willielmo Chedſey*, ad Terminum & pro Termino Vitæ ipſius *Willielmi*, unà cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus Membris Commoditatibus Advantagiis, quotidianis Diſtributionibus Refectionibus Emolumentis, cæteriſque Proficuis quibuſcumque dictæ Præbendæ ſive Canonicatui quovismodo pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & formâ prout *prædictus Jacobus Cortope*, aut aliquis alius ſive aliqui alii, dictam Præbendam ſive Canonicatum unquam habens ſeu occupans habentes ſive occupantes, habuit tenuit vel gaviſus fuit, ſeu habere tenere vel gaudere debuerunt aut debuit, prout in eiſdem Literis Patentibus ſibi inde confectis plenius continetur;

Vobis mandamus quòd eidem *Willielmo Chedſey* Stallum in Choro & Locum in Capitulo aſſignetis aſſignarive faciatis prout moris eſt.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtm.* viceſimo die Junii.

---

*De Cuſtode Hoſpitalis ordinato.*

Ann. D. 1557. *Ibid.*

REX & Regina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm præfatæ Reginæ, damus & concedimus, dilecto nobis in Chriſto, *Hugoni Zulley* Clerico, *Domum ſive Hoſpitale Sancti David* juxta Kingeſthorpe in Comitatu noſtro Northamptoniæ aliàs dictum *Saynt Dewes*, ſeu quocumque alio nomine eadem Domus ſive Hoſpitale vocetur ſive nuncupetur, legitimo modo jam vacans, & ad noſtram Donationem Collationem & liberam Diſpoſitionem pleno jure ſpectans, ac omnia Terras & Tenementa Decimas Jura Commoditates, ac omnia alia Proficua quæcumque eidem Domui ſive Hoſpitali pertinentia ſive aliquo * modo ſpectantia, ac ipſum *Hugonem Zulley* MAGISTRUM ſive CUSTODEM *Domus ſive Hoſpitalis prædicti*, facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes, * XV. 468.

Habendum tenendum gaudendum & excercendum *prædictam Domum ſive Hoſpitale*, cum omnibus & ſingulis prædictis Terris Tenementis Decimis Juribus Commoditatibus, & aliis Præmiſſis cum ſuis pertinentiis quibuſcumque unà cum Regimine & Gubernatione illius Domûs ſive Hoſpitalis & omnium Commorantium & Degentium in eodem, præfato *Hugoni Zulley* ad Terminum & pro Termino Vitæ ſuæ, in tam amplis modo & forma, prout aliquis alius *Magiſter ſive Cuſtos* Domûs ſive Hoſpitalis prædicti, ac cætera Præmiſſa cum pertinentiis antehac unquam habuit tenuit percepit vel gaviſus fuit ſeu habere tenere percipere debuerunt aut debuit, aliquâ Re Cauſâ ſive Materiâ quacumque in contrarium inde in aliquo non obſtante.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtm.* viceſimo quinto die Junii.

*wardi Sexti* nuper Regum Angliæ, in hac parte rationabiliter fieri & excerceri conſuevit, ac ad omnia & ſingula per quoſcumque Ligeos & Subditos noſtros, tam Officiarios noſtros quàm alios, contra formam quarumcumque Treugarum, inter Nos aut Cuſtodes ſive Commiſſarios noſtros, Auctoritatem habentes, & ipſos de Scotia, ſimiliter auctoritatem habentes, initarum ſive ineundarum, & Subditos & Ligeos Regni Scotiæ, ab inceptione earumdem Treugarum attemptata & perpetrata ſeu impoſterùm attemptanda & perpetranda, juxta formam quarumcumque Treugarum hujuſmodi corrigendum reformandum & emendandum, & Delinquentes in hac parte juxta eorum Demerita, tam per Incarcerationem Corporum ſuorum, quàm per Diſtrictiones Terrarum & Tenementorum Bonorum & Catallorum ſuorum, ubicumque inventa fuerint, tam intra Libertates quàm extra, caſtigandum & puniendum,

Necnon ad cognoſcendum in omnibus Querelis Placitis & Debatis, tam in Priſonariis Spoliis & rapinis quàm aliis quibuſcumque Factis Guerrarum ibidem motis vel movendis,

Ac etiam ad tenendum Curias Gardianatûs & Seſſiones in quibuſcumque Locis *de le Eſtmerche* prædicta, tam infra Libertates quàm extra, ad inquirendum de quibuſcumque Perſonis, contra formam prædictarum Treugarum aut Ordinationum, per Commiſſarios noſtros & Commiſſarios dicti Regni Scotiæ, ſeu Treugarum aliarum aut Ordinationum * quarumcumque, tam per quoſcumque Commiſſarios noſtros & Commiſſarios Regni Scotiæ, quàm per præfatos *Comitem Northumbriæ & Dominum Wharton* aut eorum alterum, ſeu Deputatos eorum, auctoritate Cuſtodiæ ſibi in hac parte commiſſæ, captarum habitarum initarum ſeu factarum, aut impoſterùm durante Cuſtodiâ prædictâ, capiendarum ineundarum ſeu faciendarum quovismodo Delinquentibus, & de hujuſmodi Perſonis & eorum Delictis plenius informand. eoſque, juxta hujuſmodi Delictorum quantitatem, tam intra Regnum noſtrum prædictum quàm Marchias & Villam prædictas, caſtigandum, & tam in Bonis quàm in Perſonis ſuis Puniendum, prout melius, pro conſervatione dictarum Treugarum & Ordinationum ac Salvatione Marchiarum & Villæ prædictæ, eiſdem *Comiti Northumbriæ & Domino Wharton*, aut eorum alteri vel Deputatis ſuis, videbitur expedire, necnon ad quaſcumque Pœnas pecuniarias & alias Obligationes, quas pro violatione hujuſmodi Treugarum & Ordinationum Perſonæ quæcumque, ut præmittitur delinquentes incurrent, levandum, & per Deputatos & Miniſtros ſuos levari faciendum, ac quaſcumque Perſonas, ſibi in executione prædictâ inobedientes ſeu parere aut obedire recuſantes, viis & modis quibus expedientius eiſdem *Comiti Northumbriæ & Domino Wharton* aut eorum alteri videbitur, caſtigandum & puniendum, vel alias, ſi in eorum Inobedientia perſteterint, ad Nos & Concilium noſtrum, ut congruum adhibeamus Remedium, ſine dilatione certificandum; * XVI. 469.

Præfatis Libertatibus, & omnibus aliis quam in hiis, quæ ad dictas Treugas & Ordinationes Marchiarum prædictarum concernunt, ſemper ſalvis;

Aſſignavimus etiam præfatos *Comitem Northumbriæ & Dominum Wharton*, & eorum alterum conjunctim & diviſim, ad inquirendum de omnibus & ſingulis Perſonis qui Couvinas cum Inimicis noſtris, in noſtri aut Regni noſtri Præjudicium, qualitercumque & quocumque colore fecerint, & exnunc revelare præſumpſerint, & ad hujuſmodi Perſonas, & alios Proditores noſtros quoſcumque, in hac parte Delinquentes, juxta eorum Demerita caſtigandum & puniendum,

Necnon ad Querelas Placita & Debata prænotata audiendum diſcutiendum & debito fine terminandum, ſecundùm Legem & Conſuetudinem prædictarum Marchiarum, Villæ, & Dominiorum prædictorum,

Ac etiam ad Vigiles, & alios ad explorandum Nos ac Fideles noſtros pro Defenſione noſtra & Regni noſtri contra hoſtiles Incurſus Inimicorum noſtrorum Scotiæ, ſi quos ad Mala aliqua Nobis ſeu Regno noſtro aut Fidelibus noſtris facienda venire contigerit, præmuniendum, Sumptibus Ligeorum noſtrorum Partium earumdem, de aſſenſu & voluntate ſua, prout antea ibidem rationabiliter fieri conſuevit, ordinandum & præfigendum, ac ad Vil-

lam

Fidelium noſtrorum prædictorum, ac in Reſcuſſum Defenſionem & ſalvam Cuſtodiam ejuſdem Villæ in hac parte expedire viderint ſeu viderit, diſtringi & compelli faciendum,

Aſſignavimuſque præfatos *Comitem Northumbriæ & Dominum Wharton*, & eorum alterum conjunctim & diviſim, ac ſuos in hac parte Deputatum ſive Deputatos, ac eis, & eorum alteri & eorum Deputatis, tenore Præſentium, plenam Poteſtatem & Auctoritatem dedimus & commiſimus ac damus & committimus, Guerrarum Abſtinentias inter Nos ac Ligeos & Subditos noſtros, ac Gubernatores Miniſtros & Subditos Regni Scotiæ, cum præfatis Gubernatoribus Commiſſariis ſeu Miniſtris Regni Scotiæ ſufficientem Poteſtatem ad hoc habentibus, à Septimana in Septimanam, à duobus Septimanis in duas Septimanas, à tribus Septimanis in tres Septimanas, & à Menſe ſive Menſibus in Menſem ſive in Menſes, pro nobis & nominibus noſtris, juxta providas Diſcretiones ipſorum *Comitis Northumbriæ & Domini Wharton*, & eorum alterius ſeu Deputatorum ſuorum, capiendi ineundi appunctuandi & concludendi,

Ac inſuper, ut prædicti *Comes Northumbriæ & Dominus Wharton* melius ac commodius dictum Officium, & ſingula eidem pertinentia, exequi & perimpleri poſſint & valeant, volumus, & per Præſentes damus & concedimus eiſdem *Comiti Northumbriæ & Domino Wharton* Poteſtatem & Auctoritatem nominandi aſſignandi faciendi ordinandi ſubſtituendi & deputandi ſub ſe in dicto Officio duos Deputatos ſive Subſtitutos ſuos, ac etiam duos alios Officiarios ſub ſe vocatos *Warden Sargeants*, necnon omnes & omnimodos alios Miniſtros & Officiarios ſub ſe neceſſarios & oportunos prædicto Officio, vel pro executione ejuſdem, & ad omnia & ſingula Præmiſſa vicibus & locis ſuis facienda & exequenda quæ per Cuſtodes ſive Gardianos Marchiarum de *le Eſtmerche* prædictâ ordine & more ſolitis & conſuetis, de tempore in tempus fieri conſueverint, prout eis, ſive eorum alteri melius expedire videbitur,

Ratum gratum & firmum habentes & habituri totum & quicquid per dictos *Comitem Northumbriæ & Dominum Wharton*, ſeu eorum alterum vel eorum Deputatos ſive Subſtitutos in forma prædicta per eos, & eorum alterum, factos & faciendos, actum factum ſive geſtum fuerit in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum,

Habendum tenendum excercendum & gaudendum Officium Cuſtodiæ ſive Gardianatûs, & Capitanei Villæ prædictæ, ac cætera omnia & ſingula Præmiſſa cum eorum Præeminentiis, Libertatibus, ac omnibus aliis Commoditatibus appendentibus univerſis, *præfatis Comiti Northumbriæ & Domino Wharton*, & eorum alteri conjunctim & diviſim, ac eorum Deputatis vel Subſtitutis, in tam amplis modo & forma in omnibus & per omnia, prout aliquis alius ſive aliqui alii ante hæc tempora habuit ſive percepit habuerunt ſive perceperunt, quamdiu nobis placuerit,

Et ulterius concedimus eiſdem *Comiti Northumbriæ & Domino Wharton* pro Exercitio Officii prædicti, quamdiu in eodem Officio ſteterint, Feodum & Vadium *Septingentarum Mercarum* per Annum pro ſeipſis, & pro prædictis duobus Deputatis ſive Subſtitutis ſub ſe in dicto Officio; videlicet, pro utroque eorum annuatim *Decem Libras*, necnon pro dictis duobus Officiariis ſub ſe vocatis *Warden Sergeants*, pro utroque eorum annuatim *Quadraginta Solidos*, dicto Beneplacito noſtro durante, ſolvendum ad Feſta Natalis Domini & Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ per æquales Portiones, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium;

Mandamus inſuper univerſis & ſingulis Miniſtris Ligeis & Subditis noſtris quibuſcumque, quod, in Executione omnium & ſingulorum Præmiſſorum, *præfatis Comiti Northumbriæ & Domino*



ſtram de tempore in tempus capiendum & ſupervidendum,

Necnon ad Ligeos & Subditos noſtros prædictos arraiatos triatos & armatos, tam Homines ad Arma ac Homines armatos & Sagittarios, & alios Homines Equites & Pedites defenſibiles, vobiſcumque, tam in Reſiſtentiam & Debellationem quorumcumque Proditorum Rebellium vel aliquorum Malefactorum, infra Comitatus & Partes prædictas, & eorum Adhærentium, quàm ad Defenſionem & Tuitionem Marchiarum & Dominiorum noſtrorum verſus Scotiam, ac ad Expulſionem & Profligationem Scotorum & aliorum eis Adhærentium Marchias & Dominia noſtra prædicta hoſtiliter invadere & deprædare volentium ſive tenentium, quotiens opus fuerit, ducendum & deduci faciendum,

Necnon Terram Scotiæ, cum dictis Subditis noſtris arraiatis, quotiens ac prout opus fuerit invadendum, triandum, conducendum & gubernandum, & cum Scotis illis & aliis Inimicis noſtris eis adhærentibus pugnandum & eos debellandum, & dictos Subditos noſtros Invaſione & Conductione illâ tegendum,

Ac tam ad omnes & ſingulas Cauſas criminales tam de morte Hominis & Membrorum, quàm ad omnes Cauſas civiles quaſcumque in Armata & Excercitu noſtris per vos ſic congregandis emergentes ſeu contingentia, per vos aut Deputatum veſtrum ſufficientem audiendum & examinandum & finaliter determinandum,

Necnon Ordinationes Statuta & Proclamationes, pro ſano & bono Regimine Excercitûs & Armatæ prædictæ, ordinandum ſtatuendum faciendum & proclamandum, & illa de tempore in tempus, prout opus fuerit, debitè executioni demandandum, ac quoſcumque infra Exercitum & Armatam prædictam Delinquentes & Contravenientes atachiandum capiendum & incarcerandum, eoſque tam per Pœnas Mortis quàm per alias Pœnas Membrorum caſtigandum & puniendum, ac ipſos incarceratos ſolvendum & deliberandum,

Necnon quoſcumque, in Armata & Excercitu prædictis ſic per vos congregato, juxta ſanam Diſcretionem veſtram exigentibus eorum meritis Ordine militari, ac aliis Titulis Nobilitatis & Dignitatis honorandum & decorandum, eiſque Arma & Inſignia armorum prout decet aſſignandum concedendum & donandum, prout ad Officium * Locumtenentis Generalis Ducіſque Primarii & Principalis Capitanei ſpectat & pertinet, * XV. 472.

Ac etiam Mariſcallum dicti Excercitûs faciendum & conſtituendum,

Damus vobis præterea, tenore Præſentium, Poteſtatem & Auctoritatem ſalvos Conductus generales & ſpeciales ubique locorum per Terram, quibuſcumque Perſonis ex cauſis vos ſpecialiter moventibus, per Literas veſtras ſub Sigillis veſtris conficiendi de tempore in tempus quotiens & quando vobis expedire videbitur, concedendi & donandi, cæteraque omnia & ſingula agendi faciendi & exequendi quæ Officio *Locumtenentis noſtri Generalis Duciſque Primarii & Principalis Capitanei & Gubernatoris* pertinent & ſpectant, ac quæ pro bono & ſano Regimine Armatæ & Excercitus noſtri prædicto, juxta ſanam Diſcretionem veſtram vobis videbitur expedire faciendi,

Et ideò vobis mandamus quod circa Præmiſſa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini cum effectu;

Damus autem univerſis & ſingulis Ducibus Marchionibus Comitibus Vicecomitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Majoribus Vicecomitibus Ballivis Conſtabulariis Locatenentibus Officiariis Miniſtris Marinariis Soldariis aliiſque Ligeis & Subditis noſtris quibuſcumque, quorum intereſt aut intereſſe poterit in hac parte, tenore Præſentium, firmiter in mandatis, quod vobis in executione Præmiſſorum intendentes ſint aſſiſtentes pariter & obedientes in omnibus prout decet:

Volumus enim quod tam vos quàm omnes & ſinguli Ligei &



Digitized by Google

Ac ad omnia & ſingula per quoſcumque Ligeos & Subditos noſtros, tam Officiarios noſtros quàm alios, contra formam quarumcumque Treugarum, inter Nos aut Cuſtodes ſive Commiſſarios noſtros, Auctoritatem habentes, & ipſos de Scotia, ſimiliter auctoritatem habentes, initarum ſive ineundarum, & Subditos & Ligeos Regni Scotiæ, ab inceptione earumdem Treugarum attemptata & perpetrata ſeu impoſterùm attemptanda & perpetranda, juxta formam quarumcumque Treugarum hujuſmodi corrigendum reformandum & emendandum, & Delinquentes in hac parte juxta eorum Demerita, tam per Incarcerationes Corporum ſuorum, quàm per Diſtrictiones Terrarum & Tenementorum Bonorum & Catallorum ſuorum, ubicumque inventa fuerint, tam infra Libertates quàm extra, caſtigandum & puniendum,

Necnon ad cognoſcendum in omnibus Querelis Placitis & Debatis, tam in Priſonariis Spoliis & Rapinis quàm aliis quibuscumque Factis Guerrarum ibidem motis vel movendis,

• XV. 473. • Ac etiam ad tenendum Curias Gardianatûs & Seſſiones in quibuſcumque Locis Marchiarum *de la Middlemarch* prædictâ, tam infra Libertates quàm extra, ad Inquirendum de quibuſcumque Perſonis, contra formam prædictarum Treugarum aut Ordinationum, per Commiſſarios noſtros & Commiſſarios dicti Regni Scotiæ, ſeu Treugarum aliarum aut Ordinationum quorumcumque tam per quoſcumque Commiſſarios noſtros & Commiſſarios Regni Scotiæ, quàm per prædictum *Comitem Northumbriæ* ſeu Deputatos ſuos, Auctoritate Cuſtodiæ ſibi in hac parte commiſſa, captarum habitatum initarum ſeu factarum, aut impoſterùm durante Cuſtodiâ prædictâ, capiendarum ineundarum ſeu faciendarum, quovisſmodo delinquentibus, & de hujuſmodi Perſonis & eorum delictis pleniùs informand. eoſque juxta hujuſmodi Delictorum quantitatem, tam infra Regnum noſtrum prædictum quàm Marchiarum prædictarum, Caſtigandum, & tam in Bonis quàm in Perſonis ſuis puniendum, prout meliùs pro conſervatione dictarum Treugarum & Ordinationum, ac Salvatione Marchiarum prædictarum, eidem *Comiti Northumbriæ* aut Deputato ſuo videbitur expedire; necnon ad quaſcumque Pœnas Pecuniarias, & alias Obligationes, quas, pro Violatione hujuſmodi Treugarum & Ordinationum, Perſonæ quæcumque, ut præmittitur, Delinquentes incurrent, Levandum, & per Deputatos & Miniſtros ſuos levari faciendum, ac quaſcumque Perſonas, ſibi in Executione prædicta Inobedientes ſeu parere aut obedire Recuſantes, viis & modis quibus expedientiùs eidem *Comiti Northumbriæ* videbitur caſtigandum & puniendum, vel aliàs, ſi in eorum Inobedientia perſteterint, ad Nos & Concilium noſtrum, ut congruum adhibeamus Remedium, ſine dilatione certificandum,

Præfatis Libertatibus & omnibus aliis quàm in hiis quæ ad dictas Treugas & Ordinationes Marchiarum prædictarum concernunt ſemper ſalvis,

Aſſignavimus etiam præfatum *Comitem Northumbr.* ad inquirendum de omnibus & ſingulis Perſonis qui Couvinas cum Inimicis noſtris, in noſtri aut Regni noſtri Præjudicium, qualitercumque & quocumque colore fecerint, & exnunc celari præſumpſerint, & ad hujuſmodi Perſonas & alios Proditores noſtros quoſcumque, in hac parte delinquentes, juxta eorum Demerita caſtigandum & puniendum,

Necnon ad Querelas Placita & Debita prænotata audiendum diſcutiendum & debito Fine terminandum ſecundùm Legem & Conſuetudinem Partium Marchiarum & Dominiorum prædictorum,

Ac etiam Vigiles & alios ad explorandum Nos ac Fideles noſtros, pro Defenſione noſtra & Regni noſtri, ac contra Hoſtiles Incurſus Inimicorum noſtrorum Scotiæ, ſi quos ad Mala aliqua Nobis ſeu Regno noſtro aut Fidelibus noſtris facienda venire contigerit, Præmuniendum & Sumptibus Ligeorum noſtrorum meliùs videbitur expedire, congregandum & uniendum in Defenſione earumdem Marchiarum Regni & Ligeorum noſtrorum, ac in Reſcuſſum Defenſionem & ſalvam Cuſtodiam eorumdem Villæ & Caſtri proficiſci duci & morari, per Incarcerationem corporum ſuorum, ac aliis viis modis & mediis quibus meliùs, pro Salvatione Marchiarum Regni noſtri & Fidelium noſtrorum prædictorum, ac Reſcuſſu Defenſione & Salva Cuſtodia eorumdem Villæ & Caſtri, in hac parte expedire videris, diſtringi & compelli faciendum,

Aſſignavimuſque præfatum *Comitem Northumbriæ*, ac ſuos in hac parte Deputatum ſeu Deputatos, ac ei & ejus Deputatis, Tenore Præſentium, plenam Poteſtatem & Auctoritatem Dedimus & Commiſimus ac Damus & Committimus, Guerrarum Abſtinentias, inter *Nos* ac Ligeos & Subditos *Regni Scotiæ*, cum præfatis Gubernatoribus Commiſſariis ſeu Miniſtris noſtris Regni Scotiæ ſufficientem Poteſtatem ad hoc habentibus, à Septimanâ in Septimanam, à Duabus Septimanis in Duas Septimanas, à Tribus Septimanis in Tres Septimanas, à Menſe ſive Menſibus in Menſem ſive in Menſes, pro Nobis & Nominibus noſtris, juxta providam Diſcretionem ipſius *Comitis Northumbriæ* ſeu Deputatorum ſuorum, capiendi ineundi appunctuandi & concludendi;

Ac inſuper, ut idem *Comes Northumbriæ* meliùs & commodiùs dictum Officium & ſingula eidem pertinentia exequi & perimplere valeat & poſſit, volumus, & per Præſentes damus & concedimus eidem *Comiti Northumbriæ* Poteſtatem & Auctoritatem nominandi aſſignandi faciendi ordinandi ſubſtituendi & deputandi ſub ſe, in dicto Officio, Duos Deputatos ſive Subſtitutos ſuos, ac etiam Duos alios Officiarios ſub ſe vocatos Wardens Sergeants, necnon omnes & omnimodos alios Miniſtros & Officiarios ſub ſe neceſſarios & oportunos prædicto Officio, vel pro executione ejuſdem, & ad omnia & ſingula præmiſſa vice & loco ſuo facienda & exequenda, quæ per Cuſtodes ſive Gardianos Merchiarum de le Middlemarche, ordine & more ſolitis & conſuetis, de tempore in tempus fieri conſueverint, prout ſibi melius videbitur expedire,

Ratum gratum & firmum habentes & habituri totum & quicquid per dictum *Comitem Northumbriæ* ſive ipſos Deputatos ſive Subſtitutos, in forma prædicta, per eum factos & faciendos, actum factum ſive geſtum fuerit in Præmiſſis ſeu in aliquo Præmiſſorum,

Habendum tenendum excercendum & gaudendum Officium Cuſtodiæ ſive Gardianatûs prædictarum, ac cætera omnia & ſingula Præmiſſa cum eorum Pertinentiis Libertatibus Commoditatibus & Appendentiis univerſis præfato *Comiti Northumbriæ* ac ſuis Deputatis vel Subſtitutis, in tam amplis modo & formâ in omnibus & per omnia, prout aliquis alius ſive aliqui alii ante hæc tempora habuit ſive perceperit habuerunt ſive perceperunt, quamdiu Nobis placuerit;

Et ulterius concedimus eidem *Comiti Northumbriæ* pro exercitio Officii prædicti, quamdiu in Officio illo ſteterit, Feodum & Vadium *Quingentarum Marcarum* pro Seipſo & pro dictis Duobus Deputatis ſive Subſtitutis ſub ſe in dicto Officio; videlicet, pro utroque eorum annuatim *Decem Libras*, necnon pro dictis Duobus Officiariis ſub ſe, vocatis Wardens Sergeants, pro utroque eorum annuatim *quadraginta Solidos* dicto Beneplacito noſtro durante, Solvendum ad Feſta natalis Domini, & Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, per æquales Portiones, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium;

Mandamus inſuper omnibus & ſingulis Miniſtris Ligeis & Subditis noſtris quibuſcumque, quod, in executione omnium & ſingulorum Præmiſſorum, præfato *Comiti Northumbriæ* necnon Deputatis Subſtitutis & Miniſtris ſuis quibuſcumque, de tempore in tempus, Auxiliantes & Obedientes ſint in omnibus prout decet;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In

Digitized by Google

di corrigendum reformandum & emendandum, & Delinquentes in hac parte juxta eorum Demerita, tam per Incarcerationes Corporum ſuorum, quàm per Diſtrictiones Terrarum Tenementorum Bonorum & Catallorum ſuorum, ubicumque inventa fuerint, tam infra Libertates quàm extra, caſtigandi & puniendi,

Necnon ad cognoſcendum in omnibus Querelis Placitis & Debatis, tam in Priſonariis Spoliis & Rapinis quàm aliis quibuſcumque Factis Guerrarum ibidem motis vel movendis,

Ac etiam ad Tenendum Curias gardianatûs & Seſſiones in quibuſcumque Locis *de le Eſtmarche* prædictâ, tam infra Libertates quàm extra, ad inquirendum de quibuſcumque Perſonis, contra formam prædictarum Treugarum aut Ordinationum, per Commiſſarios noſtros & Commiſſarios dicti Regni Scotiæ, ſeu Treugarum aliarum aut Ordinationum quarumcumque, tam per quoſcumque Commiſſarios noſtros & Commiſſarios Regni Scotiæ, quàm per præfatum *Comitem Northumbriæ* ſeu Deputatum ſuum, Auctoritate Cuſtodiæ ſibi in hac parte commiſſæ, habitarum initarum ſeu factarum, aut impoſterùm durante Cuſtodiâ prædictâ, capiendarum ineundarum ſeu faciendarum quoviſmodo Delinquentibus, & de hujuſmodi Perſonis & eorum Delictis pleniùs informand. eoſque, juxta hujuſmodi Delictorum quantitatem, tam infra Regnum noſtrum prædictum quàm Marchias & Villam prædictas, caſtigandum, & tam in Bonis quàm in Perſonis ſuis puniendum, prout meliùs, pro conſervatione dictarum Treugarum & Ordinationum ac Salvatione Marchiarum & Villæ prædictæ, eidem *Comiti Northumbriæ* aut Deputatis ſuis, videbitur expedire, necnon ad quaſcumque Pœnas pecuniarias & alias Obligationes, quas, pro violatione hujuſmodi Treugarum & Ordinationum Perſonæ quæcumque, ut præmittitur, Delinquentes incurrent, levandum, & per Deputatos & Miniſtros ſuos levari faciendum, ac quaſcumque Perſonas, ſibi in executione prædictâ inobedientes ſeu parere ſeu obedire recuſantes, viis & modis quibus expedientius eidem *Comiti Northumbriæ* videbitur caſtigandum & puniendum, vel aliàs, ſi in eorum Inobedientia perſteterint, ad Nos & Concilium noſtrum, ut congruum adhibeamus Remedium, ſine dilatione certificandum;

Præfatis Libertatibus, & omnibus aliis quàm in hiis, quæ ad
• XV. 476. dictas Treugas & Ordinationes Marchiarum * prædictarum concernunt, ſemper ſalvis;

Aſſignavimus etiam præfatum *Comitem Northumbriæ*, ad inquirendum de omnibus & ſingulis Perſonis qui Couvinas cum Inimicis noſtris, in noſtri aut Regni noſtri Præjudicium, qualitercumque & quocumque colore fecerint, & exnunc revelare præſumpſerint, & ad hujuſmodi Perſonas, & alios Proditores noſtros quoſcumque, in hac parte Delinquentes, juxta eorum Demerita caſtigandum & puniendum,

Necnon ad Querelas Placita & Debata prænotata audiendum diſcutiendum & debito fine terminandum, ſecundùm Legem & Conſuetudinem prædictarum Marchiarum, Villæ prædictæ, & Dominiorum prædictorum,

Ac etiam ad Vigiles, & alios ad explorandum Nos, & fideles noſtros pro Defenſione noſtra & Regni noſtri contra hoſtiles Incurſus Inimicorum noſtrorum Scotiæ, ſi quos ad Mala aliqua Nobis ſeu Regno noſtro aut Fidelibus noſtris facienda venire contigerit, præmuniendum, Sumptibus Ligeorum noſtrorum Partium earumdem, de aſſenſu & voluntate ſua, prout antea ibidem rationabiliter fieri conſuevit, ordinand. & præfigend. ac ad Villam noſtram *de Berwicke* in partibus Scotiæ, quotiens in Caſu quo aliquam Obſidionem ad Villam illam impoſterùm per Scotos aut alios Inimicos noſtros proponi fieri ſeu haberi contigerit, reſcutiendum defendendum & ſalvandum, & omnes Homines defenſi-



& commiſimus ac damus & committimus, Guerrarum Abſtinentias inter Nos & Ligeos & Subditos noſtros, ac Gubernatores Miniſtros & Subditos Regni Scotiæ, cum præfatis Gubernatoribus Commiſſariis ſeu Miniſtris Regni Scotiæ ſufficientem Poteſtatem ad hoc habentibus, à Septimana in Septimanam, à duabus Septimanis in duas Septimanas, à tribus Septimanis in tres Septimanas, & à Menſe ſive Menſibus in Menſem ſive Menſes, pro nobis & nominibus noſtris, juxta providam Diſcretionem ipſius *Comitis Northumbriæ* ſeu Deputati ſui, capiendi ineundi appunctuandi & concludendi,

Ac inſuper, ut prædictus *Comes Northumbriæ* melius ac commodius dictum Officium, & ſingula eidem pertinentia, exequi & perimpleri poſſit & valeat, volumus, & per Præſentes damus & concedimus eidem *Comiti Northumbriæ* Poteſtatem & Auctoritatem * nominandi aſſignandi faciendi ordinandi ſubſtituendi & de- • XV. 477.
putandi ſub ſe in dicto Officio Deputatos ſuos, ac etiam duos alios Officiarios ſub ſe vocatos *Warden Sergants*, necnon omnes & omnimodos alios Miniſtros & Officiarios ſub ſe neceſſarios & oportunos prædicto Officiario, vel pro executione ejuſdem, & ad omnia & ſingula Præmiſſa vice & loco ſuo facienda & exequenda quæ per Cuſtodem ſive Gardianum Marchiarum de *le Eſmarche* prædictâ ordine & more ſolitis & conſuetis de tempore in tempus fieri conſueverit, prout eis ſive melius expedire videbitur,

Ratum gratum & firmum habentes & habituri totum & quicquid per dictum *Comitem Northumbriæ* ſive Subſtitutos in forma prædicta per eum, factos & faciendos, actum factum ſive geſtum fuerit in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum,

Habendum tenendum exercendum & gaudendum Officium Cuſtodiæ ſive Gardianatûs & Capitanei Villæ prædictæ, ac cætera omnia & ſingula Præmiſſa cum eorum Præeminentiis, Libertatibus, ac omnibus aliis Commoditatibus & appendentiis univerſis, *præfato Comiti Northumbriæ* ac ejus Deputatis vel Subſtituto, in tam amplis modo & forma in omnibus & per omnia, prout aliquis alius ſive aliqui alii ante hæc tempora habuit ſive percepit habuerunt ſive perceperunt, quamdiu nobis placuerit,

Et ulterius concedimus eiſdem *Comiti Northumbriæ* pro Exercitio Officii prædicti, quamdiu in eodem Officio ſteterit, Feodum & Vadium *Septingentarum Marcarum* per Annum pro ſeipſo, & pro prædictis duobus Deputatis ſive Subſtitutis ſuis ſub ſe in dicto Officio; videlicet, pro utroque eorum annuatim *Decem Libras*, necnon pro dictis duobus Officiariis ſub ſe vocatis *Warden Sergeants*, pro utroque eorum annuatim *Quadraginta Solidos*, dicto Beneplacito noſtro durante, ſolvendum ad Feſta Natalis Domini & Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ per æquales Portiones, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium;

Mandamus inſuper univerſis & ſingulis Miniſtris Ligeis & Subditis noſtris quibuſcumque, quod, in Executione omnium & ſingulorum Præmiſſorum, *præfato Comiti Northumbriæ* necnon Deputatis Subſtitutis & Miniſtris ſuis quibuſcumque, de tempore in tempus auxiliantes & obedientes ſint in omnibus prout decet;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Richemond* nono die Auguſti.

*Per ipſos Regem & Reginam.*



De

Digitized by Google

bus Proficuis Commoditatibus & Emolumentis quibuſcumque eidem Officio qualitercumque ſpectantibus debitis ſive pertinentibus, in tam amplis modo & forma prout *Willielmus Harvey*, aut aliquis alius ſive aliqui alii Regum ad Arma Borealium habuit & percepit habuerunt & perceperunt,

Dantes ulterius, & per Tenorem Præſentium Concedentes eidem *Norrey*, Auctoritatem Poteſtatem & Licentiam, tam aptandi dandi, & concedendi Inſignia Arma & Criſtas, cæteraque alia Nobilitatis Monumenta, quàm viſitandi & corrigendi Inſignia vitioſa & alia Delicta Arma vel Nobilitatem concernentia, ac cætera omnia & ſingula quæ dicto incumbunt Officio Regis Armorum, ſive ineſſe dinoſcuntur in Jure vel ex Conſuetudine, temporibus retroactis, Nomine noſtro faciendi exercendi & exequendi, qui quidem *Norrey* ad hunc Statum, Nobis, præſentibus omnibus aliis Regibus & Heraldis, ac quampluribus Proceribus Magnatibus Nobilibus & Fidedignis Regni noſtri Angliæ prædictæ, tunc coram Nobis aſtantibus, & ſpecialiter per Nos ad hoc vocatis, adhibitis ſolempniter requiſitis & conſuetis, ſuper Sancta Dei Evangelia ſolempnè præſtitit Sacramentum,

Dedimus inſuper & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Laurentio*, in Nomen *Regis Armorum & Principalis Heraldi partium Borealium*, ut præfertur, erecto, *Viginti Libras Sterlingorum* per Annum, ratione & causâ ejuſdem Officii, percipiendas eidem *Laurentio* ſingulis Annis, durante vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ſeu aliorum Officiariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis æquis Portionibus, unà cum tali Liberatura & Veſtura, qualem & in eiſdem modo & forma prout aliquis alius Rex Armorum ſive Heraldus tempore *Edwardi tertii nuper Regis Angliæ* Progenitoris noſtri nuper exiſtentis in Regno noſtro prædicto habuit & percepit, habendam & percipiendam Liberaturam & Veſturam hujuſmodi eidem *Laurentio* annuatim, pro tempore Vitæ ſuæ, ad magnam Garderobam noſtram, per Manus Cuſtodis ejuſdem Garderobæ noſtræ pro tempore exiſtentis, aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione in contrarium inde factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque non obſtantibus:

Et ulterius de ampliori Gratia noſtra damus & concedimus præfato *Laurentio* aliàs *Norrey* tot & tantas Denariorum Summas ad quot & quantas dictæ *Viginti Libræ* per Annum, à Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, hucuſque ſe extendunt & attingunt, habendas eidem *Laurentio* ex Dono noſtro, per Manus Theſaurarii & Camerariorum prædictorum, abſque Compoto, ſeu aliquo proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* ſexto die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Clarencieulx de Creatione.*

Ann. D. 1557. *Ibid.* m. 31. REX & Regina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, cum non novum ſit aut vacuum ſed neceſſarium & dignè antiquitùs uſitatum quòd, inter cæteros Officiarios & Miniſtros, quos Principum lateribus pro eorum Magnificentia atque Gloria adhærere deceat, eorum præſertim, quibus Officii Armorum Cura committitur, Copiam habere li-

Nos ad hoc vocatis, adhibitis & ſolempniter conſuetis, ſuper Sancta Dei Evangelia Solempne præſtitit Sacramentum,

Dedimus inſuper & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Willielmo* à Nobis in *Regem Armorum ac Principalem Herauldum Partium Auſtralium Orientalium & Occidentalium*, ut præfertur, erecto, *Viginti Libras Sterlingorum* per Annum, ratione & causâ ejuſdem Officii, percipiendas eidem *Willielmo* ſingulis Annis, durante vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli æquis Portionibus, unà cum tali Liberatura & Veſtura, qualem & in eiſdem modo & forma prout aliquis alius Rex Armorum ſeu Herauldum tempore *Edwardi Tertii nuper Regis* Angliæ Progenitoris noſtri exiſtens in Regno noſtro prædicto, habuit & percepit, habendam & percipiendam Liberaturam hujuſmodi eidem *Willielmo*, pro Termino Vitæ ſuæ, ad magnam Garderobam noſtram, per Manus Cuſtodis ejuſdem Garderobæ noſtræ pro tempore exiſtentis, aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione inde in contrarium habitis factis ordinatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vi. die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Præſentatione.*

REX & Regina, &c. Reverendo in Chriſto Patri, *Gilberto*, Permiſſione Divinâ, *Bathon. & Wellen. Epiſcopo*, veſtrove Vicario in Spiritualibus Generali ſeu Commiſſario cuicumque, Salutem. Ann. D. 1557. *Pat.* 4. & 5. P. & M. p. 7. m. 29.

Ad Hoſpitale Sanctæ Katerinæ infra Parochiam de Bedmyſter in Comitatu noſtro Somerſetiæ veſtræ Diœceſis, per Mortem naturalem *Willielmi Clerke* ultimi Incumbentis ibidem, jam vacantem & ad noſtram Præſentationem pleno Jure ſpectantem, dilectum noſtrum *Johannem Angell* Clericum unum Sacellanorum noſtrorum Capellæ noſtræ vobis præſentamus;

Rogantes, quatenus eundem *Johannem* ad dictum Hoſpitale admittere, ac ipſum Magiſtrum & Cuſtodem ejuſdem, unà cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, canonicè inſtituere & inveſtire, cæteraque peragere, quæ veſtro in hac parte * incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore. * XV. 480.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtm.* viceſimo quarto die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

REX & Regina, Eſcaetori ſuo in Comitatibus Surriæ & Suſſexiæ, Salutem. Ann. D. 1557. *Ibid.* p. 1. m. 2.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Sede Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtrenſis, per Mortem naturalem bonæ memoriæ *Georgii ultimi Epiſcopi* ejuſdem Eccleſiæ, Perſonam, di-

lecti

Digitized by Google

*De quadam Sententia contra Regem & Reginam.*

Ann. D. 1557. Ibid. p. 7. m. 17.

REX & Regina, omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis ad quos, &c. Salutem.

Cùm *Johannes Capſtocke* nuper de London. indictatus exiſtat pro eo quòd ipſe, poſt proximum Diem Februarii Annis Regnorum noſtrorum primo & ſecundo, & poſt Proclamationem cujuſdam Actûs Parliamenti editi apud Weſtmonaſterium Annis primo & ſecundo ſupradictis, certa Seditioſa Verba & Rumores, videlicet, viceſimo ſeptimo die Decembris Annis Regnorum noſtrorum tertio & quarto falsò ſeditioſè & malitioſè imaginavit & ſcripſit quendam malitioſum falſum & ſcandaloſum Librum intitulatum prout ſequitur in hiis Anglicanis verbis ſequentibus; viz.

*The Copie of* John Brodfordes *Letter to the Quene and to the Lordes and Eſtates of the Realm of England.*

Qui quidem malitioſus & ſcandaloſus Liber continet & continebat in ſe, inter diverſas alias falſas malitioſas & ſcandaloſas Materias Clauſulas & Sententias contra Nos præfatos Regem & Reginam hanc falſam malitioſam & ſeditioſam Sententiam prout ſequitur hiis Anglicanis verbis; videlicet,

*Peradventure her Grace thinketh (innuendo dictam* Dominam Reginam) *that the King will kepe her more companye* * *and love her the better if ſhe gyve hym the Crowne: ye will crowne hym to make hym lyve chaſte contrary to his Nature; for peradventure after ahe were crowned he wolde be contented within one Woman, but in the meane ſpace he wold have choice of three or foure in one night to prove whiche of them he liketh beſte, not of Ladys and Gentlewomen but of Bakers Daughters and ſuche other poore Whores.*

* XV. 481.

Contra Pacem Coronam & Dignitatem noſtras, ac contra formam Actûs prædicti & diverſorum aliorum Statutorum in hujuſmodi caſu editorum & proviſorum, prout per Indictamentum prædictum pleniùs liquet & apparet;

Sciatis tamen quod Nos, pietate moti, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac pro Noois Hæredibus & Succeſſoribus noſtris præfatæ Reginæ, per Præſentes pardonamus remittimus & relaxamus præfato *Johanni Capſtocke* nuper de London. Yeman, aliàs dicto *Johanni Capſtocke* de Civitate London. ſeu quocumque alio Nomine Cognomine ſive Additione Nominis vel Cognominis Artis Loci vel Locorum idem *Johannes Capſtocke* cenſeatur vocetur ſive nuncupetur, aut nuper cenſebatur vocabatur ſive nuncupabatur, omnes & ſingulas prædictas falſas ſeditioſas & malitioſas Imaginationes & Scriptiones prædicti malitioſi falſi & ſcandaloſi Libri, per præfatum *Johannem Capſtocke* in forma prædicta, ſicut in prædicto Indictamento contentas & ſpecificatas, ſunt imaginatæ & ſcriptæ ac omnes & ſingulas malitioſas Machinationes Inobedientias Contemptus Scandala Viliſpendia & Derogationes noſtrorum præfati Regis & Reginæ quæcumque, ac omnimodas Seditiones Rebelliones, Scriptiones illicitas, Scriptionum Conſenſas Locutiones Imaginationes Tranſgreſſiones Offenſas & alia Malefacta quæcumque, prædicta Imaginationes & Scriptum malitioſum falſi & ſcandaloſi Libri prædicti, per præfatum *Johannem Capſtocke* falsè ſeditioſè & malitioſè, ut præfertur, prolata publicata facta commiſſa & declarata, in aliquo tangentia ſive concernentia, licet idem *Johannes Capſtocke* de Præmiſſis ſeu de aliquo Præmiſſorum indictatus rectatus appellatus impetitus convictus attinctus adjudicatus utlagatus & condempnatus exiſtit

REX & Regina, Eſcaetori ſuo In Comitatu Lincolniæ, Salutem. Ann. D. 1557. Pat. 4. & 5. P. & M. p. 1. m. 2.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, vacante nuper Sede Epiſcopali Eccleſiæ Cathedralis Lincoln. per Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris *Johannis White* ad Epiſcopatum Wintonienſem ultimi Epiſcopi ibidem, Perſonam, dilecti & fidelis noſtri, *Thomæ Watſon* Sacræ Theologiæ Doctoris ejuſdem Eccleſiæ *Electi*, ipſum ad Eccleſiam Lincoln. prædictam Auctoritate Apoſtolicâ, providerit ac præfecerit in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas Bullatas ipſius Domini *Summi Pontificis* nobis inde directas nobis conſtat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Electus* omnibus & ſingulis verbis Nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus in dictis Literis bullatis contentis coram nobis palàm & expreſsè renunciavit & Gratiæ noſtræ ſe ſubmiſit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratioſè, Fidelitatem ipſius *Electi* cepimus, & Temporalia dicti Epiſcopatûs Lincoln. prout moris eſt, reſtituimus eidem;

Et ideò tibi præcipimus, quòd eidem *Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua, à tempore Vacationis ejuſdem Epiſcopatûs ſine dilatione liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtm.* nono die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis ſub data ſupradicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Notyngh.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Bed.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Buk.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Hunt.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Oxon.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Northampt.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Suſſex.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Carmerthen.*
*Dilecto & fideli ſuo* Majori Civitatis ſuæ Lincoln. *ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Lincoln. prædicto, quòd eidem *Electo* tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum Lincoln pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*De Præſentatione.*

REX & Regina, &c. Reverendo in Chriſto Patri, *Edmundo*, Permiſſione Divinâ, *Londonienſi Epiſcopo*, ejuſve in abſentia *Vicario in* Spiritualibus Generali, Salutem. Ann. D. 1557. Pat. 4. & 5. P. & M. p. 7. m. 30.

Ad *Canonicatum & Præbendam de Newyngton* infra Eccleſiam Cathedralem Sancti Pauli London. per mortem *Wilhelmi Warham* ultimi Incumbentis ejuſdem jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem, ratione cujuſdam tantùm Advocationis inde pro

Pat. 4. iæ Cathedralis Carliolenſis vacante, per ... memoriæ, *R. ultimi Epiſcopi* ibidem, Perſonam, dilecti & fidelis nostri, *Owini Ogletborp* Sacræ Theologiæ Doctoris ejuſdem Eccleſiæ Electi, ipſum ad Eccleſiam Carliolen. prædictam Auctoritate Apoſtolicâ providerit ac præfecerit in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas bullatas ipſius Domini *Summi Pontificis* nobis inde directas nobis conſtat,

& 5. P. & M. p. 1. m. 2.

Nos,

Pro eo quod idem *Electus* omnibus & ſingulis verbis nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus in dictis Literis bullatis contentis coram nobis palàm & expreſsè renunciavit & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratioſè, Fidelitatem ipſius *Electi* cepimus, & Temporalia Epiſcopatûs illius prout moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideò tibi præcipimus, quod eidem *Electo* Temporalia prædicta cum Pertinentiis in Ballivâ tuâ, à tempore Vacationis ejuſdem Epiſcopatûs, ſine dilatione liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtm.* viceſimo octavo die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub data ſupradicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Cumbr. & Weſtmerland.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Derb.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & toti Communitati *Epiſcopatûs prædicti*, quòd eidem *Epiſcopo* & Domino ſuo, in omnibus quæ ad *Epiſcopatum prædictum* pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

## *De Reſtitutione Temporalium Petriburg.*

Ann. D. 1558. Ibidem. REX & Regina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Northamptoniæ,

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Sede Epiſcopali Eccleſiæ Cathedralis de Burgo Sancti Petri aliàs Petriburgenſ. per obitum bonæ memoriæ *J. ultimi Epiſcopi* ejuſdem Eccleſiæ, Perſonam, Dilecti & Fidelis noſtri, *David Poole* Juris Civilis Doctoris Eccleſiæ prædictæ Electi, ipſum ad Eccleſiam de Burgo Sancti Petri prædictam Auctoritate Apoſtolicâ providerit ac præfecerit in Epiſcopum & Paſtorem, ſicut per Literas bullatas ipſius Domini *Summi Pontificis* nobis inde directas, nobis conſtat,

Nos,

Pro eo quod idem *Electus* omnibus & ſingulis verbis, Nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, in dictis Literis bullatis contentis, coram nobis palàm & expreſsè renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratioſè, Fidelitatem ipſius *Electi* cepimus, & Temporalia dicti Epiſcopatûs prout moris eſt reſtituimus eidem;

Et ideò tibi Præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta cum Pertinentiis in Ballivâ tuâ, ſine dilatione liberes in formâ prædictâ, ſalvo Jure cujuſlibet.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxviii Die Januarii.

earundem, ... Gaſconiæ & Aquitaniæ, Claſſiſque & Marium dictorum Regnorum noſtrorum Angliæ & Hiberniæ Præfecti Generalis, plurimùm confidentes, eundem *Edwardum* LOCUMTENENTEM NOSTRUM GENERALEM DUCEMQUE PRIMARIUM ET GUBERNATOREM totius Claſſis & Exercitûs noſtri ſuper Mare nunc verſus Partes Exteras contra *Francos* & *Scotos* eorumque Adhærentes & Adjutores vel Opem ferentes, Hoſtes & Inimicos noſtros quoſcumque ad Arma armatos ſive deſtinatos, atque omnium & ſingulorum Viceadmirallum Capitaneorum Subcapitaneorum & Locatenentium Baronum Baronettorum Dominorum Militum Navium Magiſtrorum Marinariorum & Hominum ad Arma Armatorum Delectorum ſive deſtinatorum, Sagittariorum & aliorum in Claſſe noſtrâ Regiâ & Excercitu noſtro prædicto retentorum & retinendorum quorumcumque, aſſignamus conſtituimus ordinamus præficimus & deputamus per Præſentes,

Dantes & concedentes eidem *Edwardo* Poteſtatem & plenam Auctoritatem noſtras, ad omnes & ſingulos Ligeos & Subditos noſtros, cujuſcumque Statûs ſeu Conditionis fuerint, in Claſſe & Excercitu noſtris prædictis quoviſmodo retentos ſive retinendos, ac in Servitio noſtro ſibi quomodocumque in hac parte commiſſos, in Reſiſtentiam & Debellationem *Francorum* & *Scotorum*, ac aliorum eorum Adhærentium & Adjutorum vel Opem ferentium Hoſtium & Inimicorum noſtrorum ac Regnorum Dominiorum & Subditorum noſtrorum quorumcumque ducendi vel duci faciendi,

Necnon Regna & Dominia Terraſque & Inſulas ac alia Loca quæcumque dictorum *Francorum* & *Scotorum* Hoſtium & Inimicorum noſtrorum prædictorum, cum dictis Claſſe Excercitu & Subditis noſtris ſuper Mare in Servitio noſtro exiſtentibus ad Bellum congregatis ſive arraiatis, prout opus fuerit, ac quotiens & quando ei magis videbitur expedire, ad ſuum libitum & voluntatem ubicumque & quandocumque invadendi intrandi ſpoliandi & gubernandi,

Atque *Francos & Scotos* eorumque Adhærentes quoſcumque vi armatâ moleſtandi dampnificandi deprimendi convincendi & impugnandi, ac eos confligendi & debellandi,

Ac Claſſem & Excercitum ac dictos Subditos noſtros in Invaſione & Conductione hujuſmodi & aliis Præmiſſis regendi ordinandi dirigendi & gubernandi, ac abinde, ſi opus fuerit, ad dictum Regnum noſtrum Hiberniæ vel alia Loca quæcumque, ad voluntatem & libitum ſua cum eiſdem Claſſe Excercitu & Subditis noſtris prædictis recedendi itinerandi & velificandi,

Dantes inſuper & concedentes eidem *Edwardo* Poteſtatem & Auctoritatem noſtras, omnes & ſingulos Viceadmirallos Capitaneos Subcapitaneos Locatenentes Barones Baronettos Dominos Milites, Navium Magiſtros & Marinarios, ac Homines Sagittarios & alios quoſcumque de Claſſe & Excercitu noſtris prædictis in Servitio noſtro ad Arma armatos ſive deſtinatos congregandi ducendi regendi dirigendi & gubernandi, ac etiam Lites Cauſas
* Querelas & Negotia quæcumque omnium & ſingulorum de • XV. 485.
hiis quæ ad Officium Locumtenentis noſtri Generalis hujuſmodi ſuper Mare de Jure vel Conſuetudine qualitercumque pertinent audiendi examinandi diſcutiendi ordinandi & terminandi,

Necnon Ordinationes & Statuta pro ſano & bono Regimine prædictarum Claſſis & Excercitûs noſtrarum condendi ſtatuendi & ſtabiliendi & ſuperinde Proclamationes faciendi eaſdemque debitæ Executioni Demandandi, ac quoſcumque de Claſſe & Excercitu noſtris prædictis quoviſmodi Delinquentes caſtigandi puniendi reformandi & incarcerandi, atque ſi ſibi ita expediens viſum fuerit, Incarceratos exonerandi ſolvendi dimittendi & deliberandi,

Necnon quaſcumque Cauſas Capitales ſeu Criminales, tam Vitæ quàm Membrorum Mutilationis ac de Morte Hominis, in Claſſe & Exercitu noſtris prædictis qualitercumque contingentes, cum ſuis incidentibus annexis & connexis quibuſcumque, cognoſcendi examinandi audiendi & finaliter terminandi, necnon Sententias diffinitivas ſeu Decreta quæcumque in ea parte interponend. ferendi ſive promulgandi, eaſque ſive ea Executione plenariè & cum effectu demandandi & demandari faciendi & mandandi,

Cæ-

& M. p. 5. m. 31. Ad Vicariam perpetuam *de Stonehowſe* veſtræ Diœceſis, per liberam Reſignationem ultimi Incumbentis ibidem vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum nobis in Chriſto, *Thomam Eton* Clericum vobis præſentamus, intuitu Charitatis, Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Thomam* ad Vicariam prædictam admittere, ipſumque Vicariam ibidem inſtituere, atque in & de eadem cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus Membris Fructibus & Pertinentiis univerſis inveſtire, cæteraque peragere & perimplere, quæ veſtro in hâc parte incumbunt Officio paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xvi. Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas habet *Johannes Harpeſfeld ad Decanatum Eccleſiæ Cathedralis Norwicen.*

*Thomas Ardern* ad Vicariam perpetuam *de Welton ſuper Olde* Eborum Dioec.

---

XV. 486.

### *De Commiſſione ad Emendum & Providendum Arma & Munitiones.*

Ann. D. 1558. ibid. p. 1. m. 37. d.

PHilippus & Maria, Dei Gratiâ, &c. univerſis & ſingulis Admirallis Viceadmirallis Capitaneis & eorum Locatenentibus, Cuſtumariis Contrarotulatoribus Scrutatoribus & Cuſtodibus Portuum Crecarum & Paſſagiorum noſtrorum, ac omnibus Majoribus Vicecomitibus Ballivis Conſtabulariis, necnon omnibus & ſingulis aliis Officiariis Miniſtris & Subditis, tam dicti Regis quàm noſtris dicti Regis & præfatæ Reginæ quibuſcumque ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm dictus Illuſtriſſimus Princeps & Conjux noſter præfatæ Reginæ præchariſſimus, per Literas ſuas de Licentia gerentes Datam *apud Bruxelles* primo Die Februarii ultimò præterito, ad ſpecialem Inſtantiam & Requiſitionem noſtræ præfatæ Reginæ, dederit & conceſſerit plenariam Poteſtatem & Auctoritatem ac liberam licitam Facultatem & Licentiam cuicumque hujuſmodi Perſonæ, & quibuſcumque hujuſmodi Perſonis, quem vel quos, Nos præfata Regina, per Literas noſtras Patentes ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ conficiendas, nominaremus, & appunctuaremus ad providendum traducendum & tranſportandum, extra & à partibus Flandriæ in hoc Regnum noſtrum Angliæ unicâ vice vel diverſis vicibus, Numerum & Quantitatem Armorum & Munitionum in formâ ſpecificatis;

Videlicet,
3000 *and* 500 *Hackebutts*,
1000 *Piſtoletts*,
500 *Pondera de Macches*,
100000 *Pondera Petre Salſe*,
3000 *Corſeletts*,
2000 *Mourreyens*,
3000 *Iron Cappes*,
8000 *Lanceas*, *vocatos Launces & Pykes*,

Sciatis igitur quod Nos præfata Regina fecimus ordinavimus deputavimus & conſtituimus, ſicut per Præſentes facimus ordinamus deputamus & conſtituimus, dilectos & fideles noſtros *Thomas Greſham* Agentem noſtrum in partibus Tranſmarinis, & *Alexandrum Bonvixi* Mercatorem de Luke, Deputatos & Factores noſtros ſpeciales ad providendum & emendum aut provideri & emi faciendum in partibus Flandriæ prædictæ, prædictas Parcellas Ar-

featur, quòd ipſe, poſthac durante Vitâ ſuâ, ſit Indigena & Ligeus noſter & Hæredum noſtrorum, ac in omnibus tractetur reputetur teneatur habeatur & gubernetur tanquam fidelis Ligeus noſter infra dictum Regnum noſtrum Angliæ oriundus, & non aliter nec alio modo, ac quòd ipſe omnes & omnimodas Actiones Sectas Querelas cujuſcumque ſint generis, in quibuſcumque Curiis Locis & Juriſdictionibus noſtris, habere exercere eiſque uti & gaudere, ac eas in eiſdem placitare & placitari, reſpondere & reſponderi, & defendere & defendi poſſit & valeat, in omnibus & per omnia ſicut aliquis fidelis Ligeus in dicto Regno noſtro oriundus, ... p. 5. m. 21.

Et inſuper quòd idem *Cæſar* Terras Tenementa Redditus Reverſiones Servitia, ac alia Hæreditamenta quæcumque, infra dictum Regnum noſtrum Angliæ & alia Dominia noſtra, perquirere recipere capere habere tenere emere & poſſidere, ac eis uti & gaudere, eaque dare vendere alienare & legare, cuicumque Perſonæ ſive quibuſcumque Perſonis ſibi placuerit, ad libitum valeat & poſſit licitè & impunè, ac quòd ipſe Tabernas Shopas ſive Domos quaſcumque, pro Termino unius Anni ſive plurimorum Annorum, habere & tenere poſſit & valeat adeò liberè quietè & pacificè ſicut aliquis fidelis Ligeus noſter infra dictum Regnum noſtrum Angliæ oriundus, & quòd benè licebit cuicumque Subdito noſtro locare præfato *Cæſari* & Aſſignatis ſuis quibuſcumque, hujuſmodi Tabernas Shopas ſive Domos quaſcumque, pro termino unius Anni ſive plurimorum Annorum, abſque aliqua Foriſfactura ſive Pœna quacumque ea occaſione incurrendis;

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra, pro Nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm præfatæ Reginæ, concedimus dicto *Cæſari Adelmario* quòd ipſe, durante vitâ ſuâ naturali, non ſolvet nec ſolvere compellatur aliqua Taxa Tallagia Subſidia, aut alia Onera auctoritate alicujus Parliamenti vel aliquorum Parliamentorum Nobis, aut Hæredibus vel Succeſſoribus noſtrûm dictæ Reginæ, in futurum danda vel concedenda, nec aliqua Cuſtumas vel Subſidia ſeu alias Denariorum Summas, pro Rebus Bonis Mercimoniis & Merchandiſiis ſuis, præterquam talia tanta & hujuſmodi, qualia & quanta alii Ligei & Subditi noſtri naturales infra dictum Regnum noſtrum Angliæ oriundi, ſolverunt aut ſolvere tenentur, nec aliter aut alio modo, ac quòd idem *Cæſar* habeat gaudeat & utatur omnia & omnimoda Libertates Privilegia Franchefia & Immunitates dicti Regni noſtri, in tam amplis modo & forma prout dicti Ligei noſtri naturales ejuſdem Regni gaudent & utuntur, aut de Jure vel Conſuetudine uti vel gaudere debent ac poſſint, abſque perturbatione impedimento moleſtatione vexatione calumpniâ ſeu gravamine noſtro, aut Hæredum vel Succeſſorum noſtrûm præfatæ Reginæ, aut aliquorum Officiariorum ſeu Miniſtrorum quorumcumque pro tempore exiſtentium vel eorum alicujus; aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Proviſione in contrarium inde antehac editis factis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege & Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Auguſti.

*Per ipſam Reginam.*

De

reddendo ſolvendo ſeu faciendo, adeò plenè liberè & integrè prout nos ea omnia & ſingula haberemus ſeu habere deberemus ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet,

Et inſuper concedimus præfato *Franciſco* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & conſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros, & alios Officiarios quoſcumque Epiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem, adeò liberè prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſemus ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in Manibus noſtris remanſiſſent,

Et ulterius de uberiori Gratia dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Franciſco Mallet*, omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium, & aliorum Præmiſſorum quorumcumque & cujuſlibet inde Parcellæ, à prædicto Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis hucuſque & exnunc, durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia, habenda & percipienda, tam per Manus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum quàm per Manus nuper & nunc Eſcaetorum Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum Firmariorum Receptorum, aliorum Officiariorum & Miniſtrorum quorumcumque, ſi aliqua prædictorum Exituum Firmarum Redditurum Reventionum Proficuorum ad Uſum noſtrum recepta & ſoluta fuerit, ad Uſum proprium ipſius *Franciſci Mallet*, abſque Compoto, aut aliquo Nobis inde reddendo ſeu faciendo, & abſque perturbatione moleſtatione inquietatione ſeu gravamine Noſtri vel Hæredum aut Succeſſorum noſtrûm præfatæ Reginæ, aut aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quòd expreſſa mentio de certo tempore Vacationis Epiſcopatûs prædicti, aut de Temporalibus prædictis, aut de aliis Præmiſſis, ſeu de Exitibus prædictis, vel de vero Valore eorumdem, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per Nos vel per aliquem Progenitorum noſtrorum præfatæ Reginæ, eidem *Franciſco* nunc Epiſcopo Sarum nominato, ante hæc tempora in Præſentibus minimè facta exiſtit: aut aliquo Statuto Actu Ordinatione ſeu Proviſione, in contrarium inde ante hæc tempora factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xiv. Die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

XV. * De Cuſtodia Temporalium pro Epiſcopo Glouc.

489.
Ann. D. REX & Regina, &c. omnibus ad quos, &c. Salutem.
1558. Cùm Epiſcopatus Eccleſiæ Cathedralis Glouceſtriæ, per
*Pat. 5.* Mortem *Jacobi Brokes* ultimi Epiſcopi Eccleſiæ prædictæ, vaca-
*& 6. P.* verit & Paſtoris ſolatio deſtituta fuerit, & in præſenti vacans ex-
*& M. p.* titerit, pro prætextu nunc Nos, Cuſtodiam Epiſcopatûs prædi-
*2. m. 31.* cti, & omnium Temporalium ejuſdem, in Manibus noſtris occaſione prædictâ habemus & habere debemus,

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm præfatæ Reginæ, damus & concedimus dilecto nobis *Johanni Bowrſher* Sacræ Theologiæ Baccalaurio, Cuſtodiam dicti Epiſcopatûs Gloucestr. ac omnium Temporalium ejuſdem Epiſcopatûs, necnon omnium Caſtrorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum RedditServitiorum Penſionum Portionum Præſtationum Annuitatum, & aliarum Poſſeſſionum quarumcumque, eidem Epiſcopatui ac prædicto Sedi Epiſcopali qualitercumque pertinentium ſive ſpectantium,

Habendam percipiendam gaudendam & retinendam Cuſtodiam

ſum proprium ipſius *Johanni Bowrſher*, abſque Compoto, aut aliquo alio nobis inde reddendo ſeu faciendo, & abſque Perturbatione Moleſtatione Inquietatione ſeu gravamine Noſtri, vel Hæredum aut Succeſſorum noſtrûm præfatæ Reginæ, aut aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Rege & Reginâ apud *Weſtm.* xxv. die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* De Cuſtodia Temporalium Epiſcopatus Aſaphen. XVI.

REX & Regina omnibus ad quos præſentes Literæ perveneriut, Salutem. 490.
Ann. Di
Cùm Epiſcopatus Eccleſiæ Cathedralis Sancti Aſaphenſis, per 1558.
Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris, *Thomæ Goldwell*, *Pat. 5.*
Permiſſione Divinâ, *ultimi Epiſcopi* ibidem ad Epiſcopatum O- *& 6. P.*
xonienſem, vacaverit & Paſtoris ſolatio deſtituta fuerit, & in *& M. p.*
præſenti vacans extiterit, quo prætextu nunc Nos Cuſtodiam E- *2. m. 38.*
piſcopatûs prædicti, ac omnium Temporalium ejuſdem, in manibus noſtris occaſione prædictâ habemus & habere debemus:

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm præfatæ Reginæ, damus & concedimus dilecto Capellano noſtro, *Thomæ Wood* nunc nominato eidem *Epiſcopatui Aſaphenſi*, Cuſtodiam dicti Epiſcopatûs ac omnium Temporalium ejuſdem Epiſcopatûs, necnon omnium Caſtrorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum Redditurum Servitiorum Penſionum Portionum Præſtationum Annuitatum, & aliarum Poſſeſſionum quarumcumque, eidem Epiſcopatui ac prædicto Sedi Epiſcopali qualitercumque pertinentium ſive ſpectantium,

Habendam percipiendam gaudendam & retinendam Cuſtodiam prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet, præfato *Thomæ Wood* & Aſſignatis ſuis, à Feſto Apoſtolorum Philippi & Jacobi ultimò præterito, durante Vacatione prædictâ, & quamdiu Eccleſia prædicta de Epiſcopo vacari contigerit, necnon quouſque Nos, vel Hæredes aut Succeſſores noſtrûm præfatæ Reginæ, Temporalia Epiſcopatûs illius, præfato *Thomæ Wood* nunc Epiſcopo nominato, reſtituerimus & liberavimus, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis, vel Hæredibus aut Succeſſoribus noſtrûm dictæ Reginæ, inde reddendo ſolvendo ſeu faciendo, & adeò plenè liberè & integrè, prout Nos ea omnia & ſingula haberemus aut habere deberemus ſi præſens Conceſſio noſtra ei inde facta non fuiſſet,

Et inſuper concedimus præfato *Thomæ* plenam Poteſtatem & Auctoritatem nominandi faciendi & conſtituendi omnes & ſingulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros & alios Officiarios quoſcumque Epiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſdem, adeò plenè prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſemus ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in Manibus noſtris remanſiſſent,

Et ulterius de uberiori Gratia noſtra dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Thomæ Wood*, omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium & aliorum Præmiſſorum quorumcumque & cujuſlibet inde Parcellæ, à prædicto Feſto Apoſtolorum Philippi & Jacobi hucuſque & exnunc, durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia provenientia ſive emergentia, habenda & percipienda, tam per Manus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum, quàm per Manus nuper & nunc Eſcaetorum & Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum Firmariorum Receptorum, & aliorum Occupatorum Temporalium prædictorum,

Digitized by Google

& habere debemus,
Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scien-
tia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præ-
ſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtrûm præfatæ
Reginæ, damus & concedimus, dilecto Capellano noſtro, *Tho-
mæ Reynold* Sacræ Theologiæ Profeſſori, nunc nominato eidem
Epiſcopatui Herefordenſi, Cuſtodiam dicti Epiſcopatûs, ac om-
nium Temporalium ejuſdem Epiſcopatûs, necnon omnium Ca-
ſtrorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum
Redditûum Servitiorum Penſionum Portionum Præſtationum
Annuitatum, & aliarum Poſſeſſionum quarumcumque eidem E-
piſcopatui ac prædictæ Sedi Epiſcopali qualitercumque pertinen-
tium ſive ſpectantium,

Habendam percipiendam gaudendam & retinendam Cuſtodiam
prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet
præfato *Thomæ Reynold* & Aſſignatis ſuis, à Feſto Annunciationis
beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, durante Vacatione præ-
dictâ, & quamdiu Eccleſia prædicta de Epiſcopo vacari contige-
rit, necnon quouſque Nos, Hæredes aut Succeſſores noſtrûm
præfatæ Reginæ, Temporalia Epiſcopatûs illius præfato *Thomæ
Reynold* nunc Epiſcopo nominato, reſtituerimus & liberaverimus,
abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis vel Hæredibus aut
Succeſſoribus noſtrûm dictæ Reginæ, reddendo ſolvendo ſeu fa-
ciendo, & adeò plenè liberè & integrè, prout Nos ea omnia &
ſingula haberemus aut habere deberemus ſi præſens Conceſſio no-
ſtra ei inde facta non fuiſſet,

Et inſuper concedimus præfato *Thomæ* plenam Poteſtatem &
Auctoritatem nominandi faciendi & conſtituendi omnes & ſingu-
los Seneſcallos Ballivos Miniſtros, & alios Officiarios quoſcumque
Epiſcopatûs prædicti, ac omnium Temporalium ejuſdem, adeò
plenè, prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſemus, ſi Tempo-
ralia Epiſcopatûs prædicti in manibus noſtris remanſiſſent,

Et ulteriùs, de uberiori Gratia noſtra dedimus & conceſſimus,
ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Thomæ Reynold*,
Dimidiam Partem totius Anni Fructuum, videlicet, incipiendo à
Feſto Sancti Michaelis quod erat in Anno Domini Milleſimo
quingenteſimo ſeptimo uſque ad Feſtum Sancti Michaelis ultimo
præteritum, extunc, omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Re-
ventiones & Proficua omnium & ſingulorum Temporalium, &
aliorum Præmiſſorum quorumcumque, & cujuſlibet inde Parcel-
læ, durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia pro-
venientia ſive emergentia, habenda & percipienda, tam per ma-
nus ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum, quàm per manus nuper
& nunc Eſcaetorum & Vicecomitum Seneſcallorum & Ballivo-
rum Firmariorum Receptorum, & aliorum Occupatorum Tem-
poralium prædictorum, ac omnium & ſingulorum Præmiſſorum
& cujuſlibet inde Parcellæ, ac per manus quorumcumque Recep-
torum & aliorum Officiariorum & Miniſtrorum quorumcumque,
ſi aliqua prædictorum Firmarum Exituum Redditûum Reventio-

Habendam percipiendam gaudendam & retinendam Cuſtodiam
prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa & eorum quodlibet,
præfato *Thomæ Goldwell* & Aſſignatis ſuis, à tempore Mortis di-
cti *Roberti ultimi Epiſcopi* ibidem, durante Vacatione prædicti, &
quamdiu Eccleſia prædicta de Epiſcopo vacari contigerit, necnon
quouſque Nos, vel Hæredes aut Succeſſores noſtrûm præfatæ Re-
ginæ, Temporalia Epiſcopatûs illius præfato *Thomæ Goldwell*
nunc Epiſcopo nominato, reſtituerimus & liberaverimus, abſque
Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis vel Hæredibus aut Suc-
ceſſoribus noſtrûm dictæ Reginæ, inde reddendo ſolvendo ſeu
faciendo, & adeò plenè liberè & integre, prout Nos ea omnia
& ſingula haberemus & habere deberemus ſi præſens Conceſſio
noſtra ei inde facta non fuiſſet,

Et inſuper concedimus præfato *Thomæ* plenam Poteſtatem &
Auctoritatem nominandi faciendi & conſtituendi omnes & ſin-
gulos Seneſcallos Ballivos Miniſtros, & alios Officiarios quoſ-
cumque Epiſcopatûs prædicti, & omnium Temporalium ejuſ-
dem, adeò plenè, prout Nos eoſdem Officiarios facere poſſe-
mus, ſi Temporalia Epiſcopatûs prædicti in manibus noſtris re-
manſiſſent,

Et ulteriùs, de uberiori Gratia noſtra dedimus & conceſſimus,
ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Thomæ Goldwell*,
omnia & ſingula Exitus Firmas Redditus Reventiones & Profi-
cua omnium & ſingulorum Temporalium, & aliorum Præmiſ-
ſorum quorumcumque, & cujuſlibet inde Parcellæ, à prædicto
tempore Mortis *dicti Roberti ultimi Epiſcopi* hucuſque & exnunc,
durante Vacatione prædictâ, qualitercumque creſcentia prove-
nientia ſive emergentia, habenda & percipienda, tam per manus
ſuas proprias & Miniſtrorum ſuorum, quàm per manus nuper &
nunc Eſcaetorum & Vicecomitum Seneſcallorum Ballivorum
Firmariorum Receptorum, & aliorum Occupatorum Tempora-
lium prædictorum, & omnium & ſingulorum Præmiſſorum &
cujuſlibet inde Parcellæ, ac per manus quorumcumque Recepto-
rum & aliorum Officiariorum& Miniſtrorum quorumcumque, ſi
aliqua prædictorum Firmarum Exituum Redditûum Reventionum
& Proficuorum ad Uſum noſtrum recepta & ſoluta fuerit, ad
Uſum proprium ipſius *Thomæ Goldwell*, abſque Compoto, aut
aliquo alio Nobis inde reddendo ſeu ſolvendo, & abſque pertur-
batione moleſtatione inquietatione ſeu gravamine noſtri, vel Hæ-
redum aut Succeſſorum noſtrûm præfatæ Reginæ, aut aliorum
Officiariorum noſtrorum quorumcumque;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei teſtimonium, &c.

T. Rege & Reginâ apud *Weſtmon.* nono die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

biſcum facere voluerint pro Exoneratione prædicti Ordinis Militaris hâc vice,

Dantes & concedentes vobis, quatuor tribus vel duobus veſtrûm, plenam Auctoritatem & Poteſtatem, per Præſentes, tractandi componendi & finaliter determinandi & concludendi cum omnibus & ſingulis dictis Subditis noſtris qui Finem nobiſcum in hujuſmodi caſu facere voluerint, necnon taxandi & aſſidendi hujuſmodi Fines ad certam Pecuniarum Summam, prout cum Subditis noſtris prædictis, quibus intereſt in hâc parte, concordare poteritis, ac Dies ſive Diem Solutionis hujuſmodi Finium limitandi & appunctandi juxta ſanas diſcretiones veſtras; Et quicquid in Præmiſſis vos, quatuor tres vel duo veſtrûm, feceritis, Nos gratum & ratum habebimus; ac omnes illos, qui nobiſcum Fines fecerint pro Exoneratione Ordinis prædicti, exoneramus ac exonerati ſint & quieti erga Nos proinde per Præſentes.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Decembris.

*Per ipſam Reginam.*

---

XV. 494.

### * *Pro Magno Eleemoſynario, de Conceſſione Deodandorum.*

Ann. D. 1558. Ibid. m. 7.

REgina, &c. omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis Nos, de Gratia noſtra ſpeciali & mero Motu noſtris, dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes dare & concedere *Willielmo Byll* Clerico Sacræ Theologiæ Profeſſori Magno Eleemoſinario noſtro, in Augmentationem Eleemoſinæ noſtræ, tam omnia & ſingula Bona & Catalla quarumcumque Perſonarum Felonum de Se, & cujuſlibet Perſonæ Felonis de Se, quàm omnia & ſingula Deodanda infra Regnum noſtrum Angliæ ac Walliam & Marchias ejuſdem, tam infra Libertates quàm extra, inventa ſive invenienda, foriſfacta ſive foriſfacienda, quæ nobis nunc pertinent vel unquam, poſt decimum ſextum Diem Novembris ultimò ante Datam Præſentium præteritum, quovismodo pertinuerunt ac pertinere debuerunt, & deinceps, quamdiu ipſum *Willielmum Byll* Eleemoſinarium noſtrum fore contigerit, pertinuerint vel contigerint ullo modo,

Et volumus & concedimus eidem *Eleemoſinario noſtro* quòd benè liceat ei, ac Deputatis & Servientibus ſuis, omnia hujuſmodi Bona Debita & Catalla Felonum de Se, ac Deodanda ubicumque inveniri poterint, tam infra Libertates quàm extra, ut præfertur, ſeiſire recuperare levare & colligere;

Aſſignantes præfatum *Eleemoſinarium noſtrum*, & Deputatum ſuum ac Deputatos ſuos, ad inquirendum de tempore in tempus, viis & modis quibus melius ſcire poterit ſive poterint, de hujuſmodi Bonis Debitis & Catallis Felonum de Sè, Deodandis, ac ad eadem ſeiſiendum capiendum recuperandum & levandum, per ſe ſive Deputatos ſuos ſufficientes, ubicumque infra Regnum noſtrum Angliæ prædictum, ac Walliam prædictam & Marchias ejuſdem, fuerint inventa, tam infra Libertates quàm extra, & ipſa ſic levata & recuperata & collecta, per ſe, ubi melius videbitur, pro Nobis in Eleemoſinam diſtribuenda, abſque Compoto ſeu Ratiocinio inde Nobis reddendo ſeu faciendo:

Mandantes & præcipientes univerſis & ſingulis Vicecomitibus Majoribus Coronatoribus Ballivis & Conſtabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris noſtris, tam infra Libertates quàm extra, & eorum cuilibet tenore Præſentium, quòd *præfato Eleemoſinario noſtro* ac Deputatis & Servientibus ſuis, in Executione Præmiſſorum ſupportantes ſint & intendentes auxiliantes & defendentes ſub Periculo quòd incumbit.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Decembris.

*Per ipſam Reginam.*

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xiii. Die Januarii.

*Per ipſam Reginam.*

---

XV. 495.

### * *De Magno Seneſcallo ordinato.*

Ann. D. 1559. Ibid.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, cariſſimo Conſanguineo & Conſiliario noſtro, *Henrico Comiti Arundellæ* Officium Magni Seneſcalli noſtri Angliæ, ac ipſum *Comitem Arundellæ* MAGNUM SENESCALLUM noſtrum Angliæ ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum & occupandum Officium prædictum, per totum quintumdecimum Diem inſtantis Menſis Januarii, ab Ortu Solis ejuſdem Diei uſque ad Occaſum, quo Die (Deo dante) ſolempniter coronari intendimus, unà cum Juribus & Pertinentiis eidem Officio pro eodem Die tantùm ſpectantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xii. Die Januarii.

*Per ipſam Reginam.*

---

### *Pro Domino Howard Vicecomite de Bynden.*

Ann. D. 1559. Ibid. p. 3. m. 10.

REgina, &c. Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Ducibus Comitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Vicecomitibus Præpoſitis Miniſtris, ac omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Regalis Dignitatis Faſtigium felicibus Auſpiciis nedùm inſignire ſed augere confidimus, dum inter Perſonas diſcretas & ſtrenuas Honorum Culmina diſpenſamus; credimus namque noſtram Coronam regiam tantò pluribus micare Gemmis & precioſis coruſcare Lapidibus, quantò Viris virtuoſis, præſertim Nobilibus, Conſilio præpollentibus, in partem Solicitudinis Regiæ ad Faſces Honorum evocatis, ad Directionem Boni publici, ſuffulti ſumus.

Conſiderantes itaque Generis Nobilitatem, & præcipuè Virtutem ac in Armis Strenuitatem probatiſſimi Viri Domini *Thomæ Howard*, qui nullis cedens Laboribus ſe Nobis ſemper obſequioſiſſimum exhibuerit, volenteſque proinde eundem Dominum *Thomam Howard* condignis Honoribus & regalibus Præmiis ornare ampliare & ſublimare, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, ipſum *Dominum Thomam Howarde* in VICECOMITEM HOWARD DE BYNDEN ereximus præfecimus & creavimus, & per Præſentes erigimus præficimus & creamus, & ei Nomen Statum Stilum Titulum Honorem & Dignitatem VICECOMITIS HOWARD DE BYNDEN, cum omnibus & ſingulis Præeminentiis Honoribus, cæteriſque quibuſcumque hujuſmodi Statui *Vicecomitis Howard de Bynden* pertinentibus ſive ſpectantibus, damus & concedimus etiam per Præſentes, ipſumque *Dominum Howard* hujuſmodi Statu Stilo Titulo Honore & Dignitate inſignimus inveſtimus & realiter nobilitamus,

Habenda & tenenda Nomen Statum Stilum Honorem & Dignitatem *Vicecomitis Howard de Bynden* prædictâ, cum omnibus & ſingulis Præeminentiis Honoribus & cæteris quibuſcumque hujuſmodi Statui *Vicecomitis Howard de Bynden* pertinentibus ſive ſpectantibus, præfato Domino *Thomæ Howard* & Hæredibus ſuis Maſculis de Corpore ſuo legitimè procreatis & procreandis imperpetuùm,

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra, volumus & per Præſentes concedimus præfato Domino *Thomæ Howard* nunc *Vicecomiti Howard de Bynden*, quòd idem *Vicecomes* & Hæredes ſui Maſculi prædicti ſucceſſivè habeant teneant gaudeant & poſſideant, tam in

om-

Digitized by Google

*Henrico Comite Weſtmerlandiæ*,
*Franciſco Comite Salop*,
*Edwardo Comite Derbye*,
*Willielmo Comite Wigorniæ*;
*Henrico Comite Rotelandiæ*,
*Thoma Comite Suſſexiæ*,
*Franciſco Comite Huntingdoniæ*;
*Franciſco Comite Bedford*.
*Willielmo Comite Pembrochiæ*,
Necnon Prædilectis & Fidelibus noſtris;
*Edwardo Domino Clynton*, Magno Admirallo Angliæ;
*Willielmo Domino Howard*, de Effingham Camerario Hoſpitii noſtri,
*Willielmo Domino Dacres*, de Gylleſland,
*Thoma Parrye*, Milite Contrarotulatore Hoſpitii noſtri,
*Willielmo Cycell*, Milite Principali Secretario noſtro,
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram apud *Turrim noſtram Londoniæ*, decimo tertio Die Januarii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*Pro Willielmo Marchione Northamptoniæ Conceſſio Sibi & Hæredibus Maſculis.*

Ann. D. 1559. *Ibid. m.* 8. REgina Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Juſticiariis Vicecomitibus Præpoſitis Miniſtris, ac omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Armorum Strenuitatem Morum Probitatem Generis Nobilitatem, necnon Scientiam Fidelitatem Circumſpectionem & Induſtriam, quibus viget eminet atque pollet, prædilectus & fidelis Conſiliarius noſter, *Willielmus Parre* Eques Auratus, quondam illuſtribus Titulis *Baronis Parre de Kendall & Comitis Eſſex*. à Patre noſtro, Piæ Memoriæ, *Henrico nuper Rege Angliæ Octavo*, decoratus, & deinde ad eminentiorem Statum *Marchionatûs Northampton*, à Fratre noſtro, Optimæ Memoriæ, *Edwardo nuper Rege Angliæ Sexto*, erectus, quibus Nominibus & Titulis injuria adverſorum Temporum, regnante Sorore noſtrâ *Mariâ* privatus fuerat, intimè conſiderantes, volenteſque ipſum *Willielmum* Honoris prærogativâ, juxta Meritorum ſuorum exigentiam, exaltare, ac adverſæ Fortunæ & Temporis præteriti Injuriam vindicare,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & Motu noſtris, ac de aviſamento Concilii noſtri, eundem *Willielmum* in MARCHIONEM NORTHAMPTONIÆ ex Regia noſtra Auctoritate erigimus præficimus creamus & ſtabilimus per Præſentes, necnon Titulum Statum Stilum Honorem & * Dignitatem *Marchionis Northamptoniæ* eidem *Willielmo Parre* damus concedimus & reſtituimus per Præſentes, unà cum omnibus Præeminentiis cæteriſque appendentibus eiſdem Honori & Dignitati pertinentibus ſpectantibus ſive annexis, & ipſum *Marchionem Northamptoniæ* per GLADII CINCTURAM inſignimus, ac unam CAPAM HONORIS, atque CIRCULUM AUREUM ſuper Caput ſuum ponimus, • XV. 497.

Habenda tenenda & gaudenda prædicta Nomen Titulum Statum Stilum Honorem & Dignitatem *Marchionis Northampton*. præfato *Willielmo* & Hæredibus Maſculis de Corpore ſuo exeuntibus imperpetuùm;

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra volumus, & per Præſentes concedimus præfato *Willielmo nunc Marchioni*, quod ipſe & Hæredes ſui Maſculi prædicti habeant teneant gaudeant & poſſi-



*Henrico Comite Weſtmerlandiæ*,
*Franciſco Comite Salop*.
*Edwardo Comite Derbiæ*,
*Willielmo Comite Wigorniæ*,
*Henrico Comite Rutlandiæ*,
*Franciſco Comite Bedfordiæ*,
*Et Willielmo Comite Pembrochiæ*,
Necnon prædilectis & fidelibus noſtris,
*Edwardo Domino Clynton*, Magno Admirallo noſtro Angliæ;
*Willielmo Domino Howard*, de Effyngham Camerario Hoſpitii noſtri,
*Willielmo Domino Dacres*, de Gylleſland,
*Thoma Parry*, Milite Contrarotulatore Hoſpitii noſtri,
*Willielmo Cycill*, Millite Principali Secretario noſtro,
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram *apud Turrim noſtram London*. decimo tertio die Januarii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*Commiſſio ad Conſtituendum Milites.*

ELizabeth, by the Grace of God, *Quene of England Fraunce and Ireland*, Defendour of the Fayth, &c. to all Men to whom theis Preſentes ſhall come, Greting. Ann. D. 1559. *Pat.* 1. *Eliz. p.* 4. *m.* 5. *d.* • XV. 497.

Whereas We,

Myndyng to procede to the Solemnytie of our Coronation in ſuch and like honourable ſorte as in the Coronatyon of our Progenytors hath bene * accuſtomed, and as to our Eſtate and Dignytie Royall apperteyneth,

Have, both for the more Adornement of the Feaſt of our ſaid Coronation, and for the Nobilitie of Bloude, good Service, and other good Qualities of many our Servauntes and other Subjectes, reſolved to call certeyn of them to th'order of Knyghthode,

We let yowe wete, that, for the ſpeciall Truſt and Confidence, which we have repoſed in our right truſtie and right welbeloved Coſen and Counſaylour, *Henry Earle of Arundell* Lord Steward of our Houſhold, we have appoynted, and by thies Preſentes do appoynte and auctheriſe him, for us and in our Name and by our Aucthoritie, not onlie to do and exerciſe everie thinge and thinges, on our behalfe to be done and exerciſed, for the full making of thoſe *Knyghtes of the Bathe* whom we have cauſed to be ſpecialye called for that purpoſe, but alſo to make and ordeyn ſuch and ſo many other Parſons Knightes within the tyme of two *Dayes next enſuyng the Date hereof, as by us ſhall be named, or by himſelf maye be thought mete, ſo as he excede not in th'ole the Nomber of Thirtie,

And our further Pleaſure ys, that everie Parſon, ſo to be advaunced or made Knight by our ſaid Coſen and Councelour, ſhall have houlde and enjoye the ſaid Order of Knighthode, with the Name Title and Dignytie and all other Prerogatyves thereunto belonging, in as large and ample maner as any other Knight or Knightes of like Degree, being made in the tyme of any our Progenitours, have and of right ought to have had or enjoyed.

In witneſſe whereof, &c.

Witneſſe our ſelf *at Weſtm*. the xiv. Day of January.

*Per ipſam Reginam.*





Digitized by Google

vel propè eaſdem Vias, omnimodò excepus) per ipſum *A. B.* ante Feſtum omnium Sanctorum ultimum præteritum factis habitis ſive perpetratis, licet idem *A. B.* de Præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum indictatus appellatus rectatus adjudicatus utlagatus condempnatus convictus vel attinctus exiſtat ſive non exiſtat,

Ac etiam Ingreſſus manu forti factos, Negligentias Ignorantias Extortiones Oppreſſiones, falſas Fabricationes Cartarum Scripto-
* XV. 499. rum ſive Munimentorum quorumcumque, ac Perjuria, * & omnes Denariorum Summas ſive alias Res & Munera recepta pro Veredicto dicendo aut injuſtè reddendo, Imbraciarias Campiparias Manutenentias quæcunque, per ipſum *A. B.* ſolum, aut cum aliqua alia Perſona aut aliquibus aliis Perſonis, aliquo tempore ſive aliquibus temporibus, ante dictum Feſtum omnium Sanctorum qualitercumque facta habita commiſſa ſive perpetrata:

Pardonamus etiam remittimus & relaxamus per Præſentes præfato *A. B.* omnimodas Offenſas & Tranſgreſſiones pro Abraſione Raſura & Interlineatione aliquorum Rotulorum Recordorum Brevium Warrantorum Recognitionum ſive aliorum Memorandorum noſtrorum aut alicujus Progenitoris ſive aliquorum Progenitorum noſtrorum quorumcumque, in aliqua Curia ſive aliquibus Curiis noſtris aut alicujus Progenitoris ſive aliquorum Progenitorum noſtrorum, ante prædictum Feſtum omnium Sanctorum perpetratas ſive factas, ac etiam omnia & ſingula Judicia, Pœnas Mortis, Punitiones, ac Exitus & Proficua omnium & ſingulorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum ac cæterorum Hæreditamentorum ipſius *A. B.* Nobis aut alicui Progenitorum noſtrorum, occaſione Præmiſſorum ſeu eorum alicujus ſive aliquorum, per præfatum *A. B.* Forisfacta ſive Deperdita, & Nobis aut alicui Progenitorum noſtrorum ante dictum Feſtum omnium Sanctorum ultimum præteritum ratione Præmiſſorum debita pertinentia ſive ſpectantia,

Necnon pardonamus remittimus & relaxamus præfato *A. B.* omnes & omnimodas Offenſas Tranſgreſſiones Contemptus & Negligentias contra formam quorumcumque Statutorum de Liberaturis Signis & Bageis, ac contra formam alicujus Statuti pro Retentione facta ſive perpetrata, ac contra Adjutores Receptores & Retentores eorumdem, ac contra quoſcumque Officiarios pro non Punitione eorumdem, ante dictum Feſtum omnium Sanctorum Nobis aut alicui Progenitorum noſtrorum forisfactas ſive deperditas,

Necnon omnes & omnimodos Contemptus & Negligentias per præfatum *A. B.* ſolum, ſeu conjunctim cum aliqua alia Perſona ſive aliquibus aliis Perſonis, contra formam & effectum quorumcumque Statutorum de falſis Ponderibus & Menſuris non utendis, necnon omnimodas Uſuras, Contractus Uſurarum, Barganias corruptas, Cheviſantias illicitas, ac omnes & omnimodas Forisfacturas Debita & Demanda, nobis debita pertinentia ſive ſpectantia, ratione aliquorum Recognitionum Aſſumptionum Manucaptionum Injunctionum Scriptorum Obligatoriorum, aut aliorum Scriptorum quorumcumque, Nobis aut alicui Progenitorum noſtrorum, ſive alicui aliæ Perſonæ ſive aliquibus aliis Perſonis, ad Uſum noſtrum vel ad Uſum alicujus Progenitoris ſive aliquorum Progenitorum noſtrorum, ante prædictum Feſtum omnium Sanctorum recognitorum aſſumptorum Manucaptorum factorum ſive habitorum, per præfatum *A. B.* ſolum, vel per ipſum conjunctim cum alia Perſona ſive aliis Perſonis pro ſeipſo, vel pro aliqua alia Perſona vel pro aliquibus aliis Perſonis tantummodò, pro Pace noſtra ſeu alicujus Progenitorum noſtrorum gerenda, aut quacumque Comparentia fienda pro ſe benè gerendo, ſeu pro aliqua alia Perſona ſive aliquibus aliis Perſonis pro ſe aut ipſis benè gerendis,

Ac inſuper pardonamus remittimus & relaxamus præfato *A. B.* omnes & omnimodas Utlagarias quaſcumque verſus ipſum *A. B.* ſolum, aut conjunctim cum aliqua alia Perſona ſive aliquibus aliis Perſonis, aut verſus aliquem Anteceſſorem ſive aliquos An-

Pardonamus etiam remittimus & relaxamus præfato *A. B.* per Præſentes omnes & omnimodas Offenſas & Tranſgreſſiones pro aliqua & quacumque Alienatione facta ſive habita, ante prædictum Feſtum omnium Sanctorum, ſine Licentia noſtra Regia, aut ſine Licentia Regia alicujus Progenitoris noſtri præfato *A. B.* aut alicui Anteceſſorum ſuorum, ſive aliquibus aliis Perſonis, per aliquam aliam Perſonam ſive aliquas alias Perſonas, de aliquibus Honoribus Maneriis Terris ſive Hæreditamentis in Manibus præfati *A. B.* exiſtentibus in poſſeſſione reverſione ſive remanere ac omnes Fines & Denariorum Summas per eadem,

Necnon omnes & omnimodas Offenſas Forisfacturas & Pœnalitates per ipſum *A. B.* contra formam effectum & proviſionem aliquorum Statutorum de Apparatu & Sagittatione in Baliſtis & Tormentis manualibus ſeu eorum aliquibus, ante prædictum Feſtum omnium Sanctorum factas commiſſas perpetratas ſive deperditas,

Proviſo ſemper quod hæ Literæ noſtræ Patentes non extendunt ad exonerandum remittendum ſive pardonandum præfatum *A. B.* Hæredes Executores Adminiſtratores ſuos, ſeu eorum aliquem, pro aliqua Proditione, ſive aliquo alio Crimine aut Offenſa in aliquo tangentibus ſive concernentibus Alterationem ſive Mutationem Regii Statûs ſive Succeſſionis Regiæ Coronæ noſtræ Angliæ, aut aliquorum Honorum Dignitatum Regalium aut Præeminentiarum eidem Coronæ Regiæ unitorum annexorum pertinentium ſive ſpectantium, Nobis per Leges Statuta aut Conſuetudines hujus Regni noſtri Angliæ, aut eorum aliquem ſive aliquod in ſuo robore aut virtute modò exiſtens, Datorum Legatorum Unitorum Annexorum Appunctuatorum ſive Limitatorum exiſtentium, nec de aut pro aliqua Meſpriſione eorumdem aut eorum alicujus,

Necnon de aut pro aliqua Proditione aut Crimine Læſæ Majeſtatis aut aliis Offenſis quibuſcumque in aliquo tangentibus ſive concernentibus Villam Caliſiæ, aut Caſtrum ejuſdem Villæ, aut Marcheam ejuſdem Villæ, aut aliquam Peciam, aut Locum fortem, aut aliquem Locum Munitionis aut Defenſionis infra Villam Caliſiæ aut Marchias ejuſdem, aut alibi ultra Mare in Partibus Exteris & Tranſmarinis exiſtentem,

Nec de aut pro aliqua Conſpiratione Confœderatione Abbettamento ſive Procuratione factis vel habitis verſus Perſonam noſtram, de ſeu pro Impriſonamento Perſonæ noſtræ tempore Precariſſimæ Sororis noſtræ *Mariæ nuper Reginæ Angliæ*,

Nec de aut pro aliquibus Offenſis ſive Contemptibus per præfatum *A. B.* factis perpetratis ſive commiſſis, ante prædictum Feſtum omnium Sanctorum, contra aliquod Statutum de Proviſionibus ſive præmunire antehac editum ſive proviſum,

Nec de aut pro aliqua Offenſa Cauſa vel Materia quacumque; per prædictum *A. B.* ante dictum Feſtum perpetratis factis commiſſis vel permiſſis, pro quibus vel pro quâ aliquod Officium prædicti *A. B.* aut aliqua inde Parcella, per Legem aut Conſuetudinem Regni noſtri Angliæ foris fieri vel deperditum fore poſſit aut debeat,

Nec de aut pro aliquo Subtractione Concelamento Deceptione vel Falſitate alicujus Subſidii ſive Cuſtumæ magni ſive parvi,

Nec de aut pro aliquibus Debitis Compotis aut Arreragiis Debitorum vel Compotorum, ratione alicujus Subſidii Cuſtumæ
Tonagii ſive Pondagii, nec de aut pro aliquâ Re Cauſâ vel * * XV.
Materia Subſidii Cuſtumæ ſive Pondagii vel Tonagii in aliquo 501.
tangentibus ſive concernentibus,

Proviſo etiam quòd hæ Literæ noſtræ Patentes non extendunt ad Exonerandum remittendum ſive pardonandum præfatum *A. B.* Hæredes Executores Adminiſtratores ſuos nec eorum aliquem, pro aliquibus Offenſis ſive aliqua Offenſa, per Præſentes Literas noſtras Patentes pardonatis, unde aliqua Informatio exhibita coram Nobis in Banco noſtro ſive in Curia Scaccarii noſtri, ſive coram Concilio noſtro circa Perſonam noſtram attendente, aut de vel pro Concelatione Abſtractione aut Detentione aliquorum

Bo-

ſhal be unto you a ſuffycient Warraunt and Diſchardge in that behalfe.

Yeven *at our Palace of Weſtm.* the twentie Daie of Januarye, the fyrſt Yere of oure Reigne.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Præſentatione.*

Ann. D. 1559. *Ibid. p. 3. m. 11.* REgina, Omnibus ad quos, &c. dilectis nobis, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis, ad quos omnes & omnimoda Juriſdictio Eccleſiaſtica, quæ ad Archiepiſcopum Cantuarienſem, Sede plenâ, pertinuit, quæque ad Epiſcopum Sarum, Sede ejuſdem etiam plenâ, pertinuit, Ipſis utraque Sede jam vacante, notoriè dinoſcitur pertinere, veſtrove *Vicario* in Spiritualibus Generali, aut alii in hâc parte Poteſtatem habenti cuicumque, Salutem.

Ad Rectoriam Eccleſiæ Parochialis *de Trowbridge*, in Comitatu Wilteſiæ Sarum Diœceſis, per Mortem naturalem ultimi Incumbentis ibidem, jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, dilectum Nobis in Chriſto, *Johannem Longlond* Capellanum *Ducиſſæ Somerſetiæ* vobis præſentamus,

* XV. 502. Rogantes quatenus eundem *Johannem Longlond*, ad Eccleſiam & Rectoriam * prædictam admittere, ipſumque Rectorem in eadem ritè & canonicè inſtituere & inveſtire cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula facere & perimplere, quæ veſtro in hâc parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum Favore;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.
In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſeptimo Die Januarii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Lectore Juris Civilis ordinato.*

Ann. D. 1559. *Pat. 1 Eliz. p. 3. m. 11.* REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm, *Henricus Octavus* Pater noſter nuper *Rex Angliæ*, æternæ memoriæ Princeps, inter cætera egregia & illuſtria ſua Beneficia quibus Academiam Cantabrigienſem illuſtravit, Munere Prælegendi *Juris Civilis* eandem ornavit, ac *Prælectorum* ejuſdem annuali Stipendio *Quadraginta Librarum* de Theſauro ſuo ditavit, quo, Viros ingenioſos ad Studium hujus Diſciplinæ excitaret, Gentium Mores & Leges cognoſcendum, ad omne Scientiarum genus promovendum, ac Reipublicæ noſtræ Decus & Ornamentum illuſtrandum & applicandum;

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dilecto & fideli Subdito noſtro, *Willielmo Drury* in Jure Licentiato vel Inceptori, Munus prædictum Juris Civilis legendi infra Academiam noſtram prædictam, ac ipſum *Willielmum* LECTOREM JURIS CIVILIS prædicti facimus ordinamus & creamus per Præſentes,

Habendum occupandum & gaudendum Munus prædictum ei-

ELizabeth, by the Grace of God, *&c.* to all Men to whome theis our preſent Letters ſhall come, be ſeene, or harde, Greting. Ann. D. 1559. *Ibid. m. 20.*

Whear our dearest Syſter *Mary late Quene of England*, by her Letters Patentes, ſealed with her Gret Seale, beryng Date at *Weſtm. the ſeventh Daye of October* in the firſt Yeare of her Raigne, of her eſpeciall Grace certyn Knowledge and mere Motion gave and graunted unto *John Storye* and *William Awbrye* Doctours in the Cyvile Lawe, by the Names of her welbeloved Subjects *John Story* Doctour in the Civile Lawe and *William Awbre* Bacheler of Lawe and Student in her Univerſitie of Oxon, and to eyther of them, for tearme of their naturall Lives, and of the longer lyver of them, *th'Office or Roome of reading of the Civile Lecture* in the ſame Univerſitie, with the yearlie Fee of *Forty Poundes* for the ſame, to be payed of her Treaſure, at the Receipt of her Eſchequier at Weſtm. by thandes of her Treſourer and Chamberleynes thear for the tyme beyng, at four Tymes or Feaſts of the Yeare uſuall in the ſaid Eſchequier, by even Porcions duryng the Lyves of te ſame *John* and *William* and the longer Lyver of them, as by the ſame Letters Patentes more at large appeareth,

The Right Clayme Title and Intereſt of which Patent the ſaid *John Storie*, by his Dede ſubſcribed with his Hande and ſigned with his Seale, did freelie and holye gyve over and releaſe to the ſaid *William Awbrye*; and foraſmuch as the ſaid *William* ys at this preſent mynded to ſurrender the ſaid Letters Patentes ſo to them made and graunted, as ys aforeſaid, into oure Courte of Chauncery, to th'entent that we, of our eſpeciall Grace, ſhould graunte other Letters Patentes of the ſaid Office and Fee unto our lovyng Subjecte *John Griffithe* Bacheler of Law and Student in our ſaid Univerſitie of Oxon. and for that the ſame Letters Patentes, as we ar creadiblie enformed, are at this preſent cancellid and made voyde in the ſame our Courte of Chauncery;

Therfor nowe knowe ye that we, of our eſpeciall Grace certeyne Knowledge and mere Motion, have geven and graunted, and by thies Preſents do geve and graunte unto the ſame *John Gryffith* the ſaid Office or Roome of Reading of our Cyvile Lecture in our ſaid Univerſitie of Oxon. together with the ſaid yearlie Fee of *Fourtie Poundes* for the ſame,

To have houlde and enjoye the ſame Office or Roome unto the ſaid *John Griffith* during our Pleaſure, and alſo to enjoye and yearlie recyve the ſame Fee of *Fortie Poundes* yearlie to the ſame *John Griffith* during our ſaid Pleaſure, from the Feaſte of the Annunciation of our Lady the Virgin nextcommyng after the Date hereof, of our Treaſure at the Receipt of our Eſchequier at Weſtminſter by the handes of our Treaſurour and Chamberleynes thear for the tyme beyng, at four Tearmes or Feaſtes of the Yeare uſuall in our ſaid Eſchequire, by even Portions, during the Life of the ſame *John Griffith*.

Though that expreſſe mencyion, *&c.*

In witneſſe whereof, *&c.*

Witneſſe our ſelfe at *Weſtminſter* the xxiii Daye of February.

*Per ipſam Reginam.*



Digitized by Google

[illegible]
& chaſcuns les Poinctz Moyens Articles Pactions & Conventions de Paix Treſue Amitie, Ligue offenſive & deffenſive, entre Nous & noſtre dite Seur & Couſine, qu'ilz verront eſtre bons & neceſſaires,

Et d'icelles Pactions Conventions & Accordz faire & bailler de noſtre part toutes les Lettres qui ſeront neceſſaires; &, a l'Obſervation & entretenement de tout ce qui ſera Convenu & Accorde, Obliger en toutes les formes manieres que beſoing ſera nous enſemble tous noz Royaumes Païs Subjectz Terres & Seigneuries; Et generallement faire, en ce que deſſus & es Choſes qui en deppendent, tout ce qu'ilz verront eſtre a propos & convenable, encores que le Cas requiſt mandement plus eſpecial qu'il n'eſt contenu en ces dites Preſentes:

Promectans en bonne Foy & Parolle de Roy & Royne avoir Agreable tenir Ferme & Stable a tousjours tout ce que par Nos dits Deputez & Ambaſſadeurs, & ung chaſcun d'eulx, tant conjoinctement que diviſement, ſera en ce que deſſus & ce qui en deppend, Faict Dict Convenu Arreſte Conclud & Accorde, ne a iceulx pour jamais aucunement contrevenir, mais inviolablement & de tout noſtre pouoir les entretenir garder & obſerver de Poinct en Poinct.

En Teſmoing de ce Nous avons ſignes ces Preſentes de noz propres mains, & a icelles faict appoſer noſtre Seel,

Donne a *Villiers Coſte Retz*, le premier Jour de Mars, l'An de Grace mil cinqcens cinquante & huit, & de noſtre Regne le premier & dixſeptieme.

Francoys. Marie.

Super plicam;

*Par les Roy & Royne d'Eſcoſſe. Daulphins.*

Le Parchemymer.

*Sub Magno Sigillo de Cera rubea pendente à duplici cauda pergamena.*

---

*Super Ordine Militari recipiendo, de Commiſſariis ordinatis.*

Ann. D. 1559. *Pat. 1. Eliz. p. 9. m. 32. dorſ.*

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.
Prædilectis & Fidelibus ſuis,
*Roberto Domino Dudley*, Magiſtro Equorum ſuorum;
*Thomæ Parrey*, Militi Theſaurario Hoſpitii ſui,
*Edwardo Rogers*, Militi Contrarotulatori dicti Hoſpitii ſui,
Ac,
Dilecto & perquam Fideli Conſiliario noſtro,
*Ambroſio Cave*, Militi,
Necnon,
Dilectis & Fidelibus ſuis,
*Roberto Sadler* Militi,
*Waltero Mildmaye* Militi,
Et,
*Thomæ Benger* Militi,
Salutem.

Cùm Nos, ex certis Cauſis urgentibus, diverſa Brevia noſtra omnibus & ſingulis Vicecomitibus de quolibet Comitatu Civitate & Burgo Regni noſtri Angliæ mandaverimus, præcipiendo quòd quilibet hujuſmodi Vicecomes ſummoneret omnes & ſingulos * infra Ballivas ſuas, tam infra Libertates quàm extra, Terras Tene- * XV. 505.

Universis et singulis ad quorum notitiam Præsentes per- Ann. D. 1559.
venerint, Salutem.

Quum miſerabilis rerum omnium ex Chriſtianorum Principum Diſcordiis commutatio facta ſit, nemo eſt qui non videat cùm, ſævis inter nos Bellorum Motibus à paucis Annis, multæ Provinciæ, Vaſtationibus Incendiis Direptionibus Fœdatæ Deformatæque conſpiciantur, plurimæ etiam Civitates ſuis Civibus orbatæ, omnibuſque Facultatibus & Ornamentis ſpoliatæ, verùm & alia deteriora in univerſas penes Reipublicæ Chriſtianæ Partes irruerint, nam dùm illi ipſi Principes, inferendis & ulciſcendis ultrò citróque Injuriis penitùs intenti, ſuorum Curam deſerant, uſque adeò corrupti depravatique ſunt Hominum Mores, contagione Scelerum & Vitiorum quorum Bella ſunt ferociſſima, ut Legum Juſtitiæ & Fidei (quæ quidem ſunt humanæ Societatis vincula) vix uſque Ratio habeatur, omniaque divina & humana Jura ita prætermittantur ubique ut infœlicior Rerum Status eſſe non poſſit: Cùm autem hæc tam gravia Vulnera Chriſtianorum Principum Diſſidiis illata ſint, nullâ profectò ratione curari nec ſanari poſſunt quàm verâ ipſorum Concordiâ, ad quam, ut reconciliatis Animis bonâ fide coire poſſint, & ſemel conſtitutam, mutuis Officiis continuare perpetuòque colere oportet, ipſi primùm inſanas Cupiditates (quibus nullos habent graviores hoſtes) cohibeant & doment, deinde ut Populos, quos habent in Poteſtate non ſuæ Libidini traditos, ſed Fidei commendatos, à Deo meminerint, tum nempè Controverſias, quæ ipſos diu tàm acerbè exagitârunt, poſitis Armis, ultrò Jure atque Æquitate componant, extinctiſque Odiis, & deleta ex Animis Injuriarum recordatione, Salutis Publicæ Curam melioribus Conſiliis amplectentur: Cùm itaque tot tantiſque Malis, nullo ſuo incommodo, imò verò maximo cum Fructu Laudis & perpetuæ Gloriæ, mederi poſſint, deteſtabilis proculdubio erit Immanitas eorum qui Remedia in Manibus habent, ſi Chriſtianæ Reipublicæ, extremum Spiritum miſerè trahenti, non ſuccurrent, illique tales, ſi qui fortè eſſent, quod eſt minimè credendum, Ultionis Iræque Divinæ Flagella meritò poſſent judicari;

Quæ omnia, Potentiſſimi & Illuſtriſſimi Principes, *Elizabetha*, Dei Gratiâ, *Regina Angliæ Franciæ & Hiberniæ Fidei Defenſor*, &c. necnon *Henricus*, eâdem Dei Gratiâ, *Francorum Rex Chriſtianiſſimus*, veriſſima eſſe cùm ſciant, nec ſine graviſſimo Animi ſenſu Chriſtianam Rempublicam omni genere Calamitatum afflictam conſpiciant, agnoſcentes equidem, ſi à Deo Optimo Maximo in Summo Dignitatis faſtigio * conſtitutos, ut Populos * XV: 506.
Divinâ Providentiâ ſibi commiſſos, paternâ Charitate regant tueantur & protegant, quæque pertinent ad eorum Incolumitatem diligenter procurent, exiſtimârunt, ſe neque Deo gratius, neque Saluti Publicæ utilius, neque Regiâ Majeſtate dignius quicquam facere poſſe, quàm ſi, relictas à majoribus Diſſenſionum Cauſas Amicitiâ dirimerint, atque ſuos Populos jamdiu Tempeſtatibus conflictatis è Calamitatum Scopulis eriperint, & ad Portum, aſpirante divini Numinis aurâ, perducere conarentur;

Quæ quidem ut feliciter & maturè conſequerentur omnes ſuas Cogitationes & Conſilia in eam Curam converterunt, tum verò ut bonæ mentis Conſiliis optatum Exitum invenirent conſentientibus Animis, Legatos utrinque miſerunt cum Authoritate ac Mandatis ut de componendis Controverſiis &
*ad Caſtellum in Argo Camera* agitatis
per aliquot Dies Con poſitis Authore Deo Optimo petuam Amicitiam inter præfatum
mam conciliârunt & firmârunt Conditionibus Pa
ma quæ ſequitur.

Nos *Guillielmus Hovouard Bar* am prænobilis Ordinis Garterii Miles ac Hoſpitii dictæ Reginæ Angliæ Cubicularius ſupremus, *Thomas E piſcopus*, *Nicholaus* * *Wooton* Eccleſiarum Metropolitanarum Cantuarienſis & Eboracenſis Decanus, ipſius Sereniſſimæ Angliæ Conſiliarii Procuratores Oratores Negotiorum Geſtores & Ambaſſiatores ſpecialiter deputati,

ctu promoveo.

Item, conventum concordatum atque concluſum eſt, quod neuter prædictorum Principum Hæredum etiam & Succeſſorum ſuorum, Subſidia Auxilia Gentes Armorum, aut aliquam Aſſiſtentiam, Re Verbo Conſilio aut Aſſenſu præſtabit aut dabit, directè, aut indirectè, ſecretè aut apertè, aut quocunque colore quæſito, cuicunque alii Principi cujuſcunque Gradûs Statûs aut Conditionis exiſtat, ſeu quocunque Conſanguinitatis aut Affinitatis Vinculo connectatur, aut quacunque Dignitate præfulgeat, vel cuicunque Genti Populo aut Nationi alterum prædictorum Potentiſſimorum Principum ejuſque Regnum Terras Inſulas Patrias & Dominia nunc ab eorum alterutro poſſeſſa, invadenti aut invadere volenti aut nolenti.

Item, conventum, &c. quòd ſi aliquid contra v
præſentis Tractatûs Pacis & Amicitiæ T aquis dulcibus, per aliquem Subditum Va alterius dictorum Principum fuerit geſtum, nihilominus tamen hæc Pax ſ permanebit & pro ipſis attentatis ſo
tantes aut damnificantes & non al

Item, conventum, &c. quòd quamdiu
XV. integra inviolataque permanebit om ſinguli præfati
507. Regni omniumque Terrarum & Dominiorum quæ nunc ab utrolibet prædictorum Regum poſſidentur aut inpoſterùm poſſidebuntur, Incolæ quacunque Dignitate, quocunque Statu & Conditione extiterint, poterunt ſe mutuis Officiis Amicitiæ proſequi & excipere liberè tutè ſecure ultrò citròque Terra, Marique & Fluminibus commeare navigare, inter ſe contrahere emere vendere, illicque quamdiu velint morari, vel hinc inde quando viſum erit recedere & abire, & quæ comparaverint emerint Arte Operâ Induſtriâ Laboreve, aut quocunque alio juſto modo quæſiverint, ad ſuos vel exteros quocunque locorum liberè ritè ſine ullo Impedimento Offenſa Arreſtatione ſeu Cohibitione Salvo Conductu Licentia, aut ſpeciali Permiſſione, invehere aut tranſportare.

Item, conventum etiam eſt pro libero Intercurſu Mercium & Mercatorum utriuſque Principis quòd, durante Pace prædictâ, nulla Navis armata & ad Bellum ſeu Guerram parata & inſtructa, egredietur ſeu egredi permittetur Portus maritimos Regnorum Franciæ & Angliæ, niſi priùs ſatiſdederit ac bonam & ſufficientem Cautionem præſtiterit in manibus Admiralli Angliæ ſeu ejus Locumtenentis vel alterius ordinarii illius loci;
quoad Naves Franci leſtando vel offendendo Subditos utriuſque alterius nec eorum Alligatos, nec eis ferendo ſub Pœna publicationis Navium cum reſtitutione omnium Bonorum & è illatorum.

ordatum, &c. quòd dicta Sereniſſima
Domina permittet prædictum *Chriſtianiſſimum Francorum Regem* Hæredes & Secceſſores ſuos, tenere poſſidere
pacificè gaudere, à Die Datæ hujus præſentis Tractatûs, uſque ad Terminum octo Annorum proxime ſequentium, Opidum *Caleſii* cum pertinentiis & appendicibus, & Portu ejuſdem, cum Arce *de Rayſbank*, ac etiam Arcibus Dominiis Villis & Locis *de Neronamburge Merk Oyere Hammes Sandgate*, Arce & Opido *de Guiſnes*, reliquiſque pertinentiis ejuſdem Comitatûs hoc ultimo Bello captis, ac cæteris omnibus Opidis Arcibus Villis Terris Dominiis Territoriiſque Aquis Fluminibus Portubus Propugnaculis Fortalitiis & Littoribus, ac Locis denique quibuſcunque in Mare ſitis, quæ dictus *Chriſtianiſſimus Rex* hoc noviſſimo Bello occupavit & Armis cepit, regnante Sereniſſimâ Dominâ *Mariâ nuper Angliæ Reginâ*, & promiſit promittique dictus *Chriſtianiſſimus Rex* tam ſuo proprio nomine quàm nomine *Regis Delphini* Filii ſui, Hærodum & Succeſſorum, pro quo *Delphino* fortem ſe fecit & facit dictus *Chriſtianiſſimus Rex*, promittiendo ſe curaturum & effecturum quòd dictus *Rex Delphinus* hunc Tractatum approbabit & ratificabit intra duos Menſes poſt Datam iſtius Tra-

ſexdecim Tormenta Ænea; viz. Tria vulgo 508.
& Tria vocata Demycanoner, & Tria
tem minora vulgò Mojennes.

&c. pro ſecuriori & certiore impletione
parte dicti *Chriſtianiſſimi Regis* Hæredum
ſdem Sereniſſimæ Dominæ *Reginæ Angliæ*
præſentis Tractatûs faciendarum, dabit *Rex Chriſtianiſſimus* io citiùs fieri poterit, intra tamen Terminum ſex Menſium Die Datæ præſentis Tractatûs computandorum, ſeptem aut plures Mercatores Exteros non Subditos ſibi, neque Juriſdictioni ejus ſubjectos, ſed Domicilium extra Regnum & Ditiones ejus habentes, quique idonei Locupletes ad ſolvendum ſint, & commode Juri conveniri poſſint, qui Mercatores ſe obligabunt meliore modo & formâ quibus id fieri poſſit, cum Renunciatione Beneficii Ordinis & Excuſſionis, ſe ſoluturos Summa *Quingentorum Millium Coronatorum aureorum de Sole* dictæ Sereniſſimæ *Reginæ Angliæ* aut ejus Hæredibus & Succeſſoribus in Regno Angliæ, quæ quidem Summa erit loco & vice Pœnæ, caſu quo dictus *Chriſtianiſſimus Rex* ejus Hæredes aut Succeſſores, Reſtitutiones Præmiſſorum, virtute hujus Tractatûs, prædictæ Sereniſſimæ *Reginæ* aut ejus Succeſſoribus faciendis adimplere recuſaverint, aut plus juſto diſtulerint; quæ quidem Pœna petita, ſive ſoluta fuerit ſive non ſoluta, remanebunt nihilominus dicti *Reges Chriſtianiſſimus*, & *Delphinus* eorumque Hæredes & Succeſſores Obligati ad dictam Reſtitutionem faciendam, ſecundùm Fidem datam & Pacta hoc Tractatu comprehenſa. Et quoniam haud facile reperientur Mercatores qui velint tamdiu pro tam grandi Pecuniarum Summa remanere Obligati, conventum concordatum atque concluſum eſt, quòd benè licebit dicto *Regi Chriſtianiſſimo*, ſi illi ita expedire videatur, dictos Mercatores de Anno in Annum mutare, & dictas Cautiones renovare, dando alios Mercatores Exteros in pari numero quo ſupra, ſimiliter Domicilium extra Regnum & Ditiones dicti *Regis Chriſtianiſſimi* habentes, & qui alibi quàm in dictis Regno & Ditionibus *Regis Chriſtianiſſimi* commode conveniri & de ſtando Juri cogi poſſint, atque idonei locupletes & ſolvendo ſint; qui ubi modo & formâ ſupradictis, & cum Renunciatione Beneficii Ordinis & Excuſſionis, ſe obligaverint, tenebitur dicta Sereniſſima *Angliæ Regina* eos acceptare loco priorum; quo facto liberabuntur & exonerabuntur dicti priores Mercatores à dictis Promiſſionibus & Obligationibus dictæ Sereniſſimæ Dominæ *Reginæ* priùs factis, atque hæc quidem fient ſine innovatione præſentis Tractatûs

Item, conventum, &c. quòd dictus *Rex Chriſtianiſſimus* dictæ Sereniſſimæ *Angliæ Reginæ*,

Præclaros & Nobiles Viros,

*Federicum de Foix Comitem de Candalle* & Capitalem de Buch,

*Ludovicum de Sanctæ Maure* Marchionem de Neſle & Comitem de la Vall,

*Gaſtonem de Foix* Marchionem de Trans,

*Anthonium du Prat* Præfectum ſeu Præpoſitum Pariſienſem,

Et,

*Dominum de Nentboilet*,

Obſides dabit, ipſoſque ante elapſum Terminum ad Ratificationem hujus Tractatûs intra aſſignatum, præfatæ *Reginæ* in Anglia tradendos curabit & realiter tradi faciet, qui manebunt Obligati pro dicta Summa *Quingentorum Millium Coronatorum*, Nomine Pœnæ, eo modo quo ſupradictum eſt perſolvenda, donec dictus *Rex Chriſtianiſſimus* præſtiterit & impleverit dictas Cautiones ſive Fidejuſſores eo modo & forma quibus ſupradictum eſt; quibus præſtitis, non poterunt dicti Obſides diutius retineri vel arreſtari; quos etiam Obſides dictus *Chriſtianiſſimus Rex* fide ſuâ recipit & promittit eſſe idoneos & tales, ut ſi contingat dictas Mercatorum Cautiones eo modo quo ſupra conventum eſt non præſtari, tunc poſſit dicta *Sereniſſima Regina* ab illis dictam Summam *Quingentorum Millium Coronatorum Auri* conſequi & recuperare.

Item,

*Chriſtianiſſimum* ab Anglis nunc captorum, ſtatim cedere & decedere tenebuntur & obligabuntur, illaque omnia dictæ Sereniſſimæ Dominæ *Reginæ Angliæ*, eo ipſo modo & formâ quibus illa omnia, finito dicto octo Annorum Termino, reſtitui debere, ut ſupra, promiſſum & conventum eſt, ſine ulla dilatione reddent & reſtituent; quæ Reſtitutio, ſi ſic facta non fuerit, dicti Mercatores aut Obſides, dictam Pœnam *Quinquaginta Millium Coronarum*, dictæ Sereniſſimæ *Reginæ Angliæ*, ſolvere tenebuntur; pacto tamen dictæ Reſtitutionis rato nihilominus remanente. Porrò ſi quis Subditorum alicujus Principum prædictorum, Authoritate ſuâ propriâ, aliquid molitus fuerit aut attentaverit contra Subditos alterius dictorum Principum, in præjudicium hujus præſentis Tractatûs, punietur tanquam Pacis Infractor ſecundùm Facti qualitatem.

Item, ut omnes Controverſiarum Occaſiones tollantur, & ut certius hæc Pax & Amicitia ſtabiliatur & firmetur, conventum concordatum & concluſum eſt, quod Fortificatio ſeu Munitio facta in loco dicto *Aymouth* ſito in Regno Scotiæ, & circa Limitem dicti Regni, ac etiam quicquid præterea jam innovatum eſt, aut ante publicationem hujus Tractatûs ex parte dicti *Chriſtianiſſimi Regis* aut Sereniſſimorum *Regis & Reginæ Scotiæ*, in præjudicium Tractatûs initi apud *Boloniam* Menſe Martis Anno 1545. inter dictum *Chriſtianiſſimum Regem*, &c, nobilis memoriæ, *Edwardum Sextum nuper Regem Angliæ*, innovatum erit, ea omnia intra ſexaginta Dies à Die Datæ hujus Tractatûs diruentur & Solo æquabuntur, ac omnia ſine fraude in priſtinum Statum reſtituentur & reponentur bonâ fide, neque impoſterùm quicquam contra prædictum Tractatum reædificabitur aut fortificabitur. Similiter etiamſi poſt Tempus prædictum & ante Publicationem hujus Tractatûs, per Anglos, aliquid in Regno Scotiæ Uſurpatum fuerit, aut etiam aliquid circa Limitem dicti Regni in præjudicium dicti Tractatûs fortificatum & munitum fuerit; illa omnia per dictos Anglos diruentur & Solo æquabuntur, & omnia in priſtinum Statum reponentur bonâ fide & ſine fraude, neque impoſterùm quicquam contra Tractatum prædictum reædificabitur aut fortificabitur.

Item, conventum concordatum & concluſum eſt, quòd omnia illa Jura Actiones & Petitiones, quæ, tam dicta Sereniſſima Domina *Elizabetha Angliæ Regina*, quàm etiam illa, quæ *Chriſtianiſſimus Rex* ac *Sereniſſimi Rex & Regina Scotiæ*, quacumque de Cauſa ſive Occaſione invicem contra ipſorum aliquem ſeu aliquos, reſpectivè habent & habere prætendunt & remanebunt eis ſalva & integra, & pari modo Exceptiones & Defenſiones eorum hinc & inde eiſdem reſervabuntur, Bona autem Spes eſt Deum Optimum Maximum Occaſionem & Viam interim daturum, quòd omnes aliæ dictæ Controverſiæ & Prætenſiones quas dicti Principes inter ſe reſpectivè contra invicem habent, amicè componantur & concordentur.

Item, conventum, &c. quòd neuter Principum prædictorum quoviſmodo receptabit cuſtodiet aut retinebit, nec à Subditis ſuis
* XV. 510. receptari cuſtodiri vel * retineri permittet, aliquos Rebelles ſive Proditores dictorum Principum, aut eorum alterius, de Crimine Læſæ Majeſtatis ſuſpectum, nec hujuſmodi Rebellibus ſeu Proditoribus, qui in aliquem locum Obedientiæ Principum prædictorum ſeu alterius eorum declinaverit, quoquomodò dabit ſeu præſtabit Conſilium Auxilium Favorem Subſidium aut Aſſiſtentiam, ſed intra 20. Dies poſtquam, per Literas ipſius Principum prædictorum cujus hujuſmodi Rebelles ſive Proditores extiterint, alteri ex Principibus hujuſmodi requiſitus fuerit, eos omnes & ſingulos Literarum hujuſmodi Requiſitionis Latori, aut alii ad hoc in hujuſmodi Literis nominato ſive deputato, bonâ fide tradet reſtituet & deliberabit, tradi reſtitui & deliberari faciet.

Item, conventum, &c. quòd, ex neutrius Principum prædictorum Cancellaria aut alia Curia, impoſterùm concedantur aliquæ Literæ Repriſaliarum Marcæ aut Contramarcæ, niſi ſuper & contra Principales Delinquentes & eorum Bona, eorumve Factores, & hoc in caſu manifeſtæ denegationis Juſtitiæ tantùm, de

riis idoneum tandem adhibere Remedium, ut bona & indubitata & ſyncera Pax introducatur & ſtabiliatur inter totius Orbis Chriſtiani Principes, maximè verò ut eadem inpræſentiarum contrahatur & inviolabiliter obſervetur cum Excellentiſſimo & Invictiſſimo Fratre & Conſanguineo noſtro Chariſſimo *Henrico Francorum Rege*,

Sciatis igitur quòd Nos,

De Probitate Fide Circumſpectione,

Prædilectorum & Fidelium Conſiliariorum noſtrorum,

*Guilielmi Howard Baronis de Effingham* Ordinis noſtri Garterii Militis ac Hoſpitii noſtri Cubicularii Supremi,

Reverendi in Chriſto Patris,

*Thomæ Elien. Epiſcopi*,

*Et Nicholai Wooton* Legum Doctoris Eccleſiarum noſtrarum Metropolitanarum Cantuarienſis & Eboracenſis Decani,

Ad plenum confidentes,

Ipſos, & eorum quemlibet per ſe, conjunctim & diviſim, noſtros veros indubitatos Commiſſarios Oratores Deputatos & Nuncios ſpeciales & generales conſtituimus & ordinamus per Præſentes,

Dantes & concedentes eiſdem, & eorum, ut præfertur, cuilibet conjunctim & diviſim, Tenore Præſentium, Facultatem Authoritatem & Mandatum generale & ſpeciale, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, cum Oratoribus Ambaſſiatoribus & Procuratoribus Deputatis & Nunciis quibuſcumque dicti Illuſtriſſimi & Sereniſſimi Principis *Henrici Francorum Regis* Fratris & Conſanguinei noſtri, ad hoc ſufficientem Poteſtatem & Authoritatem habentibus, de & ſuper * Pace Concordia Liga Treu- * XV.
gis Abſtinentiis Confœderationibus & Amicitia, ac de & ſuper 511.
quibuſcunque Articulis Cauſis & Conditionibus Pacis & Amicitiæ, inter Nos & dictum Illuſtriſſimum Principum Hæredes & Succeſſores Regna Patrias & Dominia ineundis conveniendis & paciſcendis, ſub illis Modis Formâ Promiſſionibus Cautionibus & Securitatibus, quas ad firmam & inviolabilem Conventorum Obſervationem putaverint requiſitas,

Necnon de quibuſcumque aliis Tractatibus inter *Nos* ex una parte, & prænominatum *Henricum Francorum Regem* ex altera, Regna noſtra Angliæ & Hiberniæ Terras Dominia Patrias & Inſulas eiſdem Regnis Subjectas, ac Subditos Vaſſallos Faventes Alligatos Confœderatos Amicos & Adhærentes noſtros & ſuos quoſcunque, noſtrorum & ſuorum Hæredum & Succeſſorum, cum talibus Pactionibus Legibus & Conventionibus quæ noſtris & dicti Regis Francorum Oratoribus, ad id Poteſtatem habentibus, pro Commodo & Utilitate tam noſtrorum quàm ejuſdem *Francorum Regis* Subditorum & Succeſſorum noſtrorum & ſuorum videbuntur, hinc inde conciliandis & ineundis,

Tractandi concordandi paciſcendi conveniendi & finaliter concludendi, noſque Hæredes & Succeſſores noſtros, Terras Patrias Dominia Subditos & Vaſſallos dictorum noſtrorum Angliæ & Hiberniæ Regnorum quoſcunque, ad Conventorum & Concluſorum inviolabilem Obſervantiam, aſtringendi & obligandi, ac ſuper hujuſmodi conventis obligatis concordatis & concluſis, cum præfati illuſtriſſimi *Francorum Regis* Oratoribus, ad id Poteſtatem habentibus, Literas efficaces & validas pro parte noſtra tradendi, aliaſque conſimilis effectûs & vigoris ab ipſis petendi & exigendi,

Plenamque prætera Poteſtatem Juramentum in Animam noſtram faciendi & præſtandi, quòd tenebimus & perimplebimus teneri & perimpleri curabimus realiter & cum effectu, omnia & ſingula quæ in Præmiſſis & circa ea Nomine noſtro concordabunt & convenient jurabunt & firmabunt, atque illa ratificabimus, ac nullo unquam tempore revocabimus, nec contra ea vel eorum aliqua quicquam faciemus vel quovis pacto veniemus,

Simileque Juramentum a dicto Illuſtriſſimo *Francorum Rege*, ejuſve Oratoribus & Commiſſariis ad id ſufficientem Poteſtatem ha-

Digitized by Google

Chriſtienneté, ait eſté Adviſé & Accordé, de noſtre commun conſentement, que Nous deputerons reſpectivement certains Bons Grands & Notables Perſonnages pour Traicter de la dite Paix & Reconciliation, & ayant conſideré qu'en ce faiſant il ſe pourra peuſt eſtre offrir occaſion de Traicter enſemblable de la Pacification d'entre *Nous* &, Treſhaulte & * Treſexcellente Princeſſe, *la Royne d'Angleterre*, dont Nous ne ſcaurions bailler la Charge a plus dignes & ſuffiſans Perſonnages que ceux, que Nous avons ja commis & deputez pour la Traicter entre *Nous* & *le Roy Catholique*,

* XV. 512.

Scavoir faiſons que plein confians des Perſonnes,

De nos Treſchers & Treſamez Couſins,

*Charles Cardinal de Lorraine* Archeveſque & Duc de Reyms premier Pair de France,

*Anne Duc de Montmorency* auſſi Pair & Coneſtable de France,

*Jacques d'Albon Sire de Saint Andre* Marquis de Fronſſac & Mareſchal de France,

Maiſtres *Jean de Morvillier Eveſque d'Orleans* Conſeiller en noſtre Conſeil Prive,

Et,

*Claude de l'Aubeſpine* Chevallier Seigneur de Hauterive auſſi noſtre Conſeiller Secretair d'Eſtat & de Finances,

Et de leurs Sens Vertus & Integrite, & de l'Affection qu'ils portent au Bien de noſtre Royaume & de nos Affaires, dont ils ont toute cognoiſſance,

Iceux, pour ces Cauſes, avons Commis & Ordonnez & Deputez, Commettons Ordonnons & Deputons, & leur avons donné & donnons plein Pouvoir Puiſſance & Authorite, & aux Quatre Trois & Deux, en l'abſence des autres, pour eux Trouver Aſſiſter & Aſſembler avec les Perſonnages qui ſeront deputez de la part de la dite *Royne Angleterre* noſtre Seur & Couſine, garnis de Pouvoir ſuffiſant, au Jour qui ſera pour ce d'un commun accord adviſe ou autre continu & dependant d'iceluy, pour illec Traicter Conclurre & Arreſter une bonne ſyncere parfaicte & entierre Paix & Amitie entre *Nous* & noſtre dicte Sœur & Couſine *la Royne d'Angleterre*, nos Royaumes Paiis Terres & Seigneuries, nos Hoirs & Succeſſeurs, ſoubs tels Pacts Conditions & Conventions qu'ils verront eſtre a faire pour le Bien de Nous nos Royaumes & Païs de quelque grandeur & importance qu'ils ſoyent,

Et generalement Faire & Accomplir par iceux nos Deputez en ce que deſſus circonſtances & dependances, pour le Bien eſtabliſement & ſeurte de la dite Paix Amitie & Confederation de Nous nos Hoirs & Succeſſeurs, nos Royaumes Païs & Seigneuries, tout ce qu'ils verront & cognoiſtront eſtre requis neceſſaire & convenable,

Et auſſi de Pouvoir donner tout tel Saufconduit & Seureté aux Deputez d'icelle noſtre dite Sœur & Couſine *la Royne d'Angleterre*, & leurs Gens Serviteurs Officiers & Meſſagers, & ſemblablement Accorder Treſues Abſtinence de Guerre pour tel temps, & ainſi qu'ils verront eſtre a faire pour l'effect deſſuſdict, & durant le pourparle du dit Arreſt Traicte & Concluſion d'icelle tout ainſi que Nous meſmes ferions & faire pourrions ſi preſens en Perſonne y eſtions, ja coit qu'il y euſt Choſe qui requiſt Mandement plus ſpecial qu'en ces Preſentes n'eſt exprime;

Promettans, en bonne Foy & Parolle de Roy, avoir pour agreable & tenir pour Ferme & Stable ce que par nos dits Deputez, & les Quatre Trois & Deux d'eux en l'abſence des autres, aura eſte Faict Negocie & Accompli en ce que deſſus leurs circonſtances & dependances, & le tout Ratifier Agreer & Approuver, dedans tel temps & ainſi qu'il ſera promis con-



tate miſeratus, ſereniſſimis Principibus *Franciſco & Mariæ Regi & Reginæ Scotiæ*, *Delphinis Vienenſibus*, *Comitibus Valentinenſibus & Dienſibus*, *&c.* ac ſereniſſimæ *Elizabethæ Angliæ & Hiberniæ Reginæ*, ut ad Quietis & Pacis Conſilia animum inducerent, ſuâ Clementiâ inſpiravit. togr.

Quamobrem Nos,

*Carolus Sacræ Romanæ Eccleſiæ Tituli Sancti Apolinaris* Presbiter Cardinalis de Lotharingia nuncupatus, Archiepiſcopus & Dux Remenſis, Primus Par Franciæ, & in Francia Legatus natus;

*Anna Dux de Montmorency* Par Coneſtabilis & Magnus Magiſter Franciæ,

*Jacobus d'Albôn Dominus de Sancto Andre & Marchio de Fronſſac*, Franciæ Mareſcallus,

*Johannes de Morvillier* Aurelianenſis Epiſcopus Franciæ Regis Chriſtianiſſimi in ſuo Privato Concilio Conciliarius,

Et,

*Claudius de l'Aubeſpine* Miles Dominus de Haulterive ipſius Regis Chriſtianiſſimi Conſiliarius & graviorum Negotiorum quæ ad Statum Regni pertinent Secretarius,

Dictorum Sereniſſimorum *Regis & Reginæ Scotiæ* Oratores Procuratores & Negotiorum Geſtores,

Cum Illuſtriſſimo,

*Gulielmo Howard* Barone de Effingham Præclariſſimi Ordinis Garteri Milite & Hoſpitii dictæ Sereniſſimæ Reginæ Angliæ Cubiculario ſupremo,

Reverendo in Chriſto Patre,

*Thoma Epiſcopo Elienſi*,

Et,

*Nicholao Wotton* Eccleſiarum Metropoliticarum Cantuarienſis & Eboracenſis Decano,

Dictæ Sereniſſimæ *Reginæ Angliæ* Commiſſariis Oratoribus & Ambaſſiatoribus de Pace & Concordia inter dictos Potentiſſimos Principes ineunda & concludenda, tractaturi convenimus, & denique in has Pacis Concordiæ & Amicitiæ Conditiones & Pacta, authoritate Commiſſionum & Mandatorum à dictis Potentiſſimis Principibus Nobis reſpectivè datorum, quorum Tenores inferiùs inſerentur, conſenſimus convenimus & concordavimus, & per Præſentes convenimus concordamus concludimus prout ſequitur.

Imprimis, Conventum & concordatum eſt, quòd inter prædictos Sereniſſimos Principes *Regem & Reginam Scotiæ*, &c. ex una, & *Elizabetham Reginam Angliæ* ex altera, eorum Regna Dominia & Subditos, cujuſcunque conditionis exiſtant, ſit bona ſincera & firma Pax & Amicitia per Terram Mare Portus Inſulas & Aquas dulces inconcuſſè & inviolabiliter obſervanda,

Item, conventum concordatum & concluſum eſt, quòd nullus dictorum Principum, Regna Patrias Terras Dominia Inſulas aut alia Loca quæcumque, in præſenti per eorum alterum poſſeſſa, hoſtiliter invadet neque capiet per ſe neque per alios quoſcumque ſuo Nomine, nec à ſuis ſic invadi aut capi permittet; ſed expreſſè & cum effectu prohibebit fieri.

Item, conventum & concluſum eſt, quòd nullus prædictorum Principum alicui alteri, cujuſcumque Gradûs Statûs aut Conditionis exiſtat, ſeu quocumque Conſanguinitatis aut Affinitatis vinculo connectatur, Regna Patrias Terras Dominia Inſulas aut alia quæcumque Loca, per alterum prædictorum Principum nunc poſſeſſa, Invadenti Expugnanti aut capere Volenti, Auxilium Favorem Subſidium Naves Pecunias, aut aliam Aſſiſtantiam quamcumque, publicè vel occultè directè vel indirectè dabit aut præſtabit, nec à ſuis Subditis dari aut præſtari permittet.

Item, conventum concordatum & concluſum eſt, quòd,

K

Pace

ſicatum & munitum fuerit, illa omnia per dictos Anglos diruentur & Solo æquabuntur, & omnia in priſtinum Statum reponentur, bonâ fide & ſine fraude, neque impoſterùm quicquam contra Tractatum prædictum reædificabitur aut fortificabitur.

Item, conventum concordatum & concluſum eſt, quòd omnia alia Jura Actiones & Petitiones quæ, tam dictus *Chriſtianiſſimus Rex* ac Sereniſſimi *Rex & Regina Scotiæ*, quàm etiam dicta Sereniſſima *Regina Angliæ*, quacumque de Cauſa ſive Occaſione invicem, contra ipſorum aliquem ſeu aliquos reſpectivè habent & habere prætendunt, remanebunt eis ſalvè & integrè; & pari modo Exceptiones & Defenſiones eorum hinc & inde eiſdem reſervabuntur: Bona autem Spes eſt Deum Optimum Maximum Occaſionem & Viam interim daturum, quâ omnes dictæ aliæ Controverſiæ & Prætenſiones, quas dicti Principes inter ſe reſpectivè contra invicem habent, amicè componantur & concordentur.

Item, cùm, reverendiſſimi illuſtriſſimi & chariſſimi Viri, Commiſſarii Ambaſſiatores & Oratores dictorum Sereniſſimorum *Regis & Reginæ Scotiæ*, non ſatis edocti aut informati ſuper Statu Negotiorum Regni Scotiæ, aut Tractatuum Pacis antehac inter Scotos & Anglos initorum & factorum, ea de Cauſa diſtulerint convenire paciſci & concludere ſuper quibuſdam Articulis ad Quietem Pacem & Concordiam dictorum Regnorum ſpectantibus;

Videlicet,

*De Conceſſione Salvorum Conductuum*,

*De Homicidiis Furibus Latronibus & aliis Malefactoribus capiendis & puniendis*,

*De Deprædationibus & Attemptatis, & de Proſequendo ea Committentes*,

*De Cædentibus Arbores alienas*,

*De Transfugis qui devenerunt Ligei alterutrius Principis*,

*De Spoliatis capientibus Priſas & Diſtrictiones propriâ authoritate*,

*De Naufragis & Appulſis vi Tempeſtatis*,

*De non Comprehendis Inſula* de Lundy *in Regno Angliæ neque Dominio* de Lorne *in Regno Scotiæ*,

Æquum viſum eſt, tam dictis Oratoribus, quàm Oratoribus & Ambaſſiatoribus Sereniſſimæ *Reginæ Angliæ*, ut Commiſſarii & Oratores utrinque, tam à dictis Sereniſſimis *Rege & Regina Scotiæ* quàm ab *Regina Angliæ*, Die & Loco per ipſos Principes præfigendis, ante tamen duos Menſes à Die Datæ hujus Tractatûs, finitos & elapſos, ſimul conveniant illic communi Conſilio & Authoritate ſuper illis Articulis deliberaturi & conſulturi, & quæ in Rem & Commodum utriuſque Regni maximè facere videbuntur, conſtituturi determinaturi & concluſuri.

Et, ut omnes Diſcordiarum Occaſiones, quæ ex omiſſione dictorum Articulorum intervenire poſſint, evitentur, conventum & concluſum eſt, quod Subditi utriuſque Regni interim ſe gerent & tractabuntur quoad contenta in dictis Articulis, eo modo & formâ quibus in ultimo Tractatu Pacis, * inter, præclaræ memoriæ, *Edovardum Sextum nuper Angliæ Regem* & dictam Se-
* XV. 515. reniſſimam *Dominam Mariam Reginam Scotiæ*, inito, conventum & concluſum fuerat.

Item, ex parte dictorum Sereniſſimorum *Regis & Reginæ Scotiæ* comprehenduntur in hoc Tractatu *Henricus Francorum Rex Chriſtianiſſimus* & Regnum Franciæ ſecundùm antiquas Confœderationes & perpetuæ Amicitiæ Jura quæ ſunt inter *Reges Franciæ & Scotiæ*, eorum Regna & Subditos, & Catholicus *Hiſpaniarum Rex*, & ex parte dictæ Sereniſſimæ *Angliæ Reginæ* & *Philippus Hiſpaniarum Rex*, &c. juxta vim & effectum Tractatuum inter eoſdem Regem & Reginam, ac eorum Regna Terras Patrias & Dominia.

Item, conventum & concluſum eſt, quòd uterque Principum prædictorum publicari & notificari faciet dictam Pacem Literum confidentes,

Ipſos, & eorum quemlibet conjunctim & diviſim, noſtros Commiſſarios Deputatos & Legatos facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Dantes & Concedentes eiſdem, & eorum cuilibet conjunctim & diviſim, Poteſtatem Authoritatem Facultatem & Mandatum generale ac ſpeciale, pro Nobis ac Nomine noſtro, cum Oratoribus Ambaſſiatoribus Commiſſariis ſive Legatis Illuſtrium Principum, chariſſimorum Conſanguineorum noſtrorum, *Scotorum Regis & Reginæ* Fratris & Sororis noſtrorum, de & ſuper quibuſcumque Articulis Pactis ſive Conventionibus Pacis Treugæ Amicitiæ, Ligæ tam Offenſivæ quàm Deffenſivæ, inter *Nos* & eoſdem *Fratrem & Sororem* noſtros chariſſimos conveniendæ paciſcendæ & concludendæ, tractandi communicandi paciſcendi conveniendi concedendi & concludendi,

Ac de & ſuper eiſdem Pactis Conventionibus & Articulis, Literas pro parte noſtra conficiendi & tradendi,

Necnon Nos Regna Patrias Subditos Terras & Dominia noſtra ad Obſervationem Concluſorum & Conventorum, ſub quibuſcumque modis & formâ obligandi,

Ac generaliter omnia & ſingula faciendi exercendi & expediendi quæ in Præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint & quomodolibet oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale quam præſentibus eſt expreſſum:

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos ratum gratum & firmum perpetuò habituros, totum & quicquid in Præmiſſis aut aliquo Præmiſſorum per dictos Commiſſarios noſtros conjunctim aut diviſim actum pactum conventum geſtum & concluſum fuerit, nec eis unquam contravenìemus, ſed ea inviolabiliter obſervabimus & obſervari curabimus.

* In quorum Fidem & Teſtimonium, hiis Litteris noſtris Ma- * XV.
nu noſtrâ ſignatis, Magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus. 516.

Datum apud *Palatium noſtrum Weſtmonaſter.* viceſimo Die Januarii, Anno Regni noſtri primo.

*Quæ quidem Mandata & Commiſſiones ſunt reſpectivè ſignata propriis Manibus dictorum Potentiſſimorum Principum, eorumque Magnis Sigillis ſigillata.*

In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium, Nos Oratores Commiſſarii & Ambaſſiatores prædictorum Sereniſſimorum *Scotiæ Regis & Reginæ*, has Patentes Manu noſtrâ ſubſcriptas Sigillorum noſtrorum appoſitione muniri fecimus & corroborari.

Acta fuerunt hæc apud *Caſtellum in Agro Cameracenſi*, Die ſecundâ Aprilis, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono poſt Paſcha.

Carolus Cardinalis de Lotharingia.
A. de Montmorency.
Jaques d'Albon.
J. de Morvillier.
E. d'Orleans.
De l'Aubespine.

*Sub Sigillis prædictorum Commiſſariorum de Cera rubea pendentibus à filis ſericis albi coloris.*



Digitized by Google

*baſſiatorum & Commiſſariorum Sigillis.*

Nos, Tractatum prædictum ac omnia & ſingula Capitula in eodem contenta ac ſpecificata rata firma & grata habentes, ea omnia & ſingula, quatenus Nos Hæredes & Succeſſores noſtros Regna Patrias & Dominia vel Subditos noſtros concernunt ſeu tangunt, aut tangere vel concernere poterunt, acceptamus approbamus laudamus confirmamus & ratificamus, ac inviolabiliter firmiter benè & fideliter tenere obſervare & adimplere, tenerique obſervare & adimpleri facere cum effectu, bonâ Fide & Verbo Regio, promittimus per Præſentes, & ſub Hipotheca & Obligatione Bonorum noſtrorum mobilium & immobilium præſentium & futurorum quorumcumque.

In quorum omnium & ſingulorum Fidem & Teſtimonium, his præſentibus Manibus noſtris ſubſcriptis, Magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus.

Datum apud *Locum Fontis Bellæ Aquæ*, Die xviii. Menſis Aprilis, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, poſt Paſcha, & Regni noſtri primo & decimo ſeptimo.

FRANCISCUS MARIA.

*Per Regem & Reginam,*
*Delphinos.*

AUBELIN.

*Sub Magno Sigillo de Cera rubea pendente à filis ſericis rubei viridiſque coloris.*

---

## * *De Officio conceſſo.*

* XV. 517.
Ann. D. 1559.
*Pat. 1 Eliz. p. 9. m. 31.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dilecto Servienti noſtro, *Ricardo Bower* uni Generoſorum Capellæ noſtræ Regalis *Officium Magiſtri Puerorum dictæ Capellæ* noſtræ,

Habendum occupandum & gaudendum Officium prædictum eidem *Ricardo*, per ſeipſum, durante Beneplacito noſtro, percipiendo annuatim pro Eruditione duodecim Puerorum ejuſdem Capellæ noſtræ, ac pro eorum convenienti Exhibitione Veſtura & Lectura, *Quadraginta Libras Sterlingorum*, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones ſolvendas; primâ Solutione inde incipiente ad prædictum Feſtum Natalis Domini ultimò præteritum ante Datam Præſentium, unà cum omnibus & omnimodis aliis prædictis Feodis & Proficuis Juriſdictionibus Auctoritatibus Privilegiis Commoditatibus Regardis & Advantagiis, eidem Officio quoquomodò debitis pertinentibus ſive incumbentibus, aut impoſterùm debendis ſive ſpectandis, in tam amplis & conſimilibus modo & formâ prout idem *Ricardus Bower* prædictum Officium, ex Conceſſione Præchariſſimi Patris noſtri, *Henrici Octavi* & Fratris noſtri *Edwardi Sexti* dudum Regum Angliæ, & Præchariſſimæ Sororis noſtræ, *Mariæ nuper Reginæ Angliæ* jam defunctæ, exercuit ſeu gaviſus fuit, ſeu habere vel gaudere debuit, aut ad præſens occupat & gaudet;



ſtras Fide,

Dilecti Conſanguinei & Conſiliarii noſtri, *Jacobi Comitis à Morton* Domini Dalkeith Conſanguinei noſtri,

*Alexandri Domini Hume* Gardiani Limitum Orientalium Regni noſtri verſus Angliam,

Dilectorum & Fidelium Conſiliariorum noſtrorum,

*Henrici Sinclare* Decani Eccleſiæ Metropolitanæ Glaſguenſis,

* Et *Jacobi Makgill* à Rankelour Nethir noſtrorum Rotulorum Regiſtri & Concilii Clerici, * XV. 518.

Tenore Præſentium, ordinamus facimus & conſtituimus eos, quoſlibetque tres vel duos eorum, noſtros indubitatos Commiſſarios Oratores Procuratores & Nuncios noſtros ſpeciales & generales;

Dantes concedentes & committentes eiſdem, quibuſviſque tribus vel duobus eorum, noſtram Auctoritatem Poteſtatem Facultatem, & Mandatum generale ac ſpeciale, pro nobis & noſtro nomine, cum Oratoribus Ambaſſiatoribus & Commiſſariis quibuſcunque præfatæ Illuſtriſſimæ Principis Conſanguineæ noſtræ *Reginæ Angliæ*, ſuper quibuſdam Capitibus & Articulis ad Quietem Pacem & Concordiam dictorum Regnorum ſpectantibus; videlicet, de Conceſſione ſalvorum Conductuum, de Homicidiis & aliis in dicto Contractu Pacis expreſſis nondùm concluſis;

Necnon de ac ſuper aliis Articulis Conditionibus & Pactis quibuſcunque, quæ in Rem & commodum utriuſque Regni facere videbuntur, tractandi conveniendi & concludendi, ac ſuper conventis atque concluſis, pro noſtra parte, Scripta & Securitates conficiendi & tradendi; necnon Nos, Regnum noſtrum, Subditos Terras & Dominia noſtra, ad obſervandum ea omnia & ſingula ſuper quibus conventum & concluſum extiterit, efficaciter obligandi: utque Præmiſſa commodiùs fieri valeant, Sereniſſimæ *Reginæ Angliæ* Commiſſarios & Oratores antedictos eorumque Familiria Comitatus & Sequelas, in Regno noſtro, ſub Fide Publica, toties quoties opus fuerit introducendi & humaniter tractandi, indeque ſalvos reducendi;

Et generaliter alia omnia & ſingula faciendi exercendique, quæ in Præmiſſis & circa ea neceſſaria aut aliquo modo opportuna fuerint, tametſi Mandatum magis ſpeciale quàm præſentibus eſt expreſſum requirant:

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos firma atque ſtabilia habituros omnia & ſingula, quæcunque in Præmiſſis aut aliquo eorum, per noſtros prædictos Commiſſarios, quoſviſque tres vel duos eorum, contigerint fieri conveniri ac concludi, nec unquam contraventuros ſed obſervaturos eadem inviolabiliter.

In quorum omnium & ſingulorum Fidem & Teſtimonium, Magnum Sigillum noſtrum præſentibus, Manu, chariſſimæ Matris noſtræ *Mariæ*, *Reginæ Dotariæ & Regentis noſtri Regni*, ſubſcriptis, apponi fecimus.

Apud *Striveling* vigeſimo primo Die Menſis Maii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, & Regnorum noſtrorum primo & decimo ſeptimo.

MARIE R.

*Sub Magno Sigillo præfatorum Regis & Reginæ de Cera glauci coloris pendente à cauda pergamenæ.*



Digitized by Google

*Johanni Maſon*,
Militibus,
Salutem.

Sciatis quòd dedimus vobis Octodecim ſeptemdecim ſexdecim quindecim quatuordecim treſdecim duodecim undecim decem novem octo ſeptem vel ſex veſtrûm (quorum vos prædictos, *Cuſtodem Magni Sigilli noſtri*, *Marchionem Winton Comitem Arundellæ*, *Thomam Parry*, *Edwardum Rogers*, *Franciſcum Knolles*, & *Willielmum Cecill*, ſemper unum eſſe volumus) plenam Poteſtatem & Auctoritatem recipiendi de omnibus & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis & aliis Perſonis Eccleſiaſticis, ac aliis Officiariis & Miniſtris Eccleſiaſticis, cujuſcumque Status Dignitatis Præeminentiæ ſeu Gradûs fuerint, ſeu eorum aliquis fuerit, ac de omnibus & ſingulis Judicibus temporalibus Juſticiariis Majoribus, ac aliis Laicis ſeu temporalibus Officiariis & Miniſtris, ac aliis quibuſcumque Perſonis habentibus Feoda ſeu Vadia noſtra infra Regnum noſtrum Angliæ, aut aliqua Dominia noſtra, quoddam Sacramentum Corporale ſuper ſacroſancta Evangelia, coram vobis octodecim ſeptemdecim ſexdecim quindecim quatuordecim treſdecim duodecim undecim decem novem octo ſeptem vel ſex veſtrûm (quorum vos prædictos *Cuſtodem Magni Sigilli noſtri*, *Marchionem Winton. Comitem Arundel. Thomam Parry*, *Edwardum Rogers*, *Franciſcum Knolles* & *Willielmum Cecill* unum eſſe volumus) corporaliter per ipſos & eorum quemlibet præſtandum, declaratum & ſpecificatum in quodam Actu in Parliamento noſtro apud Weſtm. *viceſimo quinto Die Januarii*, Anno Regni noſtri primo tento, edito, juxta vim formam & effectum ejuſdem Actûs;

Et ideò vobis octodecim ſeptemdecim ſexdecim quindecim quatuordecim treſdecim duodecim undecim decem novem octo ſeptem vel ſex veſtrûm (quorum vos prædictos *Cuſtodem Magni Sigilli noſtri*, *Marchionem Winton. Comitem Arundell. Thomam Parry*, *Edwardum Rogers*, *Franciſcum Knolles*, & *Willielmum Cecill* unum eſſe volumus, mandantes quòd Sacramentum prædictum, de omnibus & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis Perſonis Officiariis Miniſtris, ac aliis quibuſcumque ſuperiùs ſpecificatis, ac de eorum quolibet, recipiatis; Et cùm ea ſic receperitis, Nos inde in Cancellariam noſtram, ſub Sigillis veſtris, octodecim ſeptemdecim ſexdecim quindecim quatuordecim treſdecim duodecim undecim decem novem octo ſeptem vel ſex veſtrûm (quorum vos prædictos *Cuſtodem Magni Sigilli noſtri*, *Marchionem Winton. Comitem Arundell. Thomam Parry*, *Edwardum Rogers*, *Franciſcum Knolles* & *Willielmum Cecill* unum eſſe volumus) ſine dilatione certificetis:

Mandantes autem univerſis & ſingulis Archiepiſcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Vicecomitibus Epiſcopis Baronibus Militibus Juſticiariis Majoribus Ballivis, & omnibus aliis Officiariis Miniſtris & Subditis noſtris quibuſcumque, quòd vobis in Executione Præmiſſorum intendentes ſint, pariter & obedientes in omnibus, prout decet.

In cujus rei Teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipsâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio Die Maii, Anno Regni noſtri primo.

*Sub Magno Sigillo Angliæ pendente à cauda pergamena.*

---

*Juramentum Franciſci & Mariæ Scotorum, &c. ad obſervandum Articulos ſupradictos.*

Ann. D. 1559. Ex Autogr.

NOUS *Françoys & Marye*, par la Grace de Dieu, *Roy & Royne d'Eſcoſſe*, *&c.* Daulphins, Promectons, en Parole de Roy & ſur noſtre Foy & Honneur, & Jurons ſur les Sainctes

Nous *Françoys & Marie*, *&c.*

A que ſe ſont trouvez, & ont aſſiſte,
Meſſeigneurs les *Cardinal de Lorraine*, Premier Pair de France Arceveſque & Duc de Reyms,
Le *Duc de Guyſe*, auſſi Pair & Grand Chambellan,
Le *Duc de Montmorency*, auſſi Pair & Coneſtable,
Le *Seigneur de Sainct Andre*, Marquis de Fronſſac Mareſchal de France,
Avecques pluſieurs autres Ducs Contes Barons & Seigneurs.

En Teſmoing de quoy, Nous avons à la Requeſte des dits Seigneurs, Deputez de la dite Dame *Royne d'Angleterre*, faict & ſigne ce preſent Acte de nos Mains en la maniere accouſtume, les Jour & An que deſſus.

De l'Aubespine.
Bourdin.

---

*Dilucidatio Articulorum in ſæpememorato Tractatu.*

UNIVERSIS ET SINGULIS ad quos præſentes Litteræ pervenerint notum ſit quòd, Ann. D. 1559.

Quum in Tractatu Pacis, per & inter Oratores Commiſſarios Deputatos & Legatos Illuſtriſſimorum Principum *Franciſci & Mariæ*, Dei Gratiâ, *Regis & Reginæ Scotorum*, *&c. Delphinorum Viennenſium Comitum Valentinenſium & Viennenſium*, ac Oratores Commiſſarios Deputatos & Legatos Sereniſſimæ Principis *Elizabethæ*, eâdem Gratiâ, *Reginæ Angliæ*, *apud Caſtellum in Agro Cameracenſi* ſecunda Die Aprilis, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, initæ & concluſæ, conventum ſit, eiſdemque æquum viſum ut Commiſſarii & Oratores utrinque, tam à dictis Illuſtriſſimis *Rege & Regina Scotorum*, &c. quàm à dicta Sereniſſima Regina Angliæ, ſimul convenirent ſuper quibuſdam Articulis ad Quietem Pacem & Concordiam Regnorum Scotiæ & Angliæ ſpectantibus; videlicet, de Conceſſione Salvorum Conductuum, Ex Autogr.

De Homicidis Furibus Latronibus & aliis Malefactoribus capiendis & puniendis,

De Deprædationibus & Attemptatis & de proſequendo ea committentes,

De Cædentibus Arbores alienas,

* De Transfugis qui devenerunt Ligei alterutrius Principum, * XV. 521.

De Spoliatis, Capientibus Priſas & Diſtrictiones propriâ Auctoritate,

De Naufragis, de Appulſis Vi Tempeſtatis,

De non comprehendendis Inſula de *Lundye* in Regno Angliæ; neque Dominio de *Lorne* in Regno Scotiæ,

Deliberaturi & conſulturi, & quæ in Rem & Commodum utriuſque Regni maximè facere viderentur Conſtituturi Determinaturi & Concluſuri.

Nos, *Jacobus Comes à Mortoun* Dominus Dalkeith, *Alexander Dominus Hume* Gardianus Limitum Orientalium Scotiæ verſus Angliam, *Henricus Sinclare* Decanus Eccleſiæ Metropolitanæ Glaſguenſis, & *Jacobus Makgill* de Rankelour Nether, dictorum Illuſtriſſimorum *Regis & Reginæ Scotorum*, &c. Commiſſarii Oratores Procuratores & Nuncii ſpeciales & generales, ad Infraſcripta ſufficientem Poteſtatem & Auctoritatem habentes, cum, Nobiliſſimis Reverendo & Clariſſimis Viris, *Thomâ Domino Percy Comite Northumbriæ*, Gardiano Merchiarum Orientalium & Mediarum Angliæ verſus Scotiam, *Cuthberto Epiſcopo Dunelmenſi*, *Willielmo Dacre Domino de Dacre & Grayſtock*, Gardiano Merchia-

Digitized by Google

ſic pertinebant & à Scotis uſufruebantur, iterum ab eiſdem exercebuntur habebuntur & tenebuntur ſimili modo quo antea de Jure poterant.

ITEM, conventum concordatum & concluſum eſt, quòd Litteræ Salvi Conductûs per nullum Principum prædictorum qualitercunque eorum alterius Rebellibus, Gentibus Guerrarum, Mercatoribus Artificibus, aliiſve eorum utriuſque Subditis, cujuſcunque Statûs Dignitatis Gradûs aut Conditionis exiſtant, ſub utriuſque aut alterius eorum Magnis Privatis aut Signatorum Sigillis, nec vivis vocum eorum Oraculis, aut aliter qualitercunque, per Mare durantibus Pace & Amicitiâ prædictis, de cætero concedentur, aut aliquo modo annuentur per eorum alterum, niſi ad id alter eorum per alterum eorundem congruè in Scriptis requiratur expreſſe: & caſu quo de cætero, quandocunque alter alterum dictorum Principum pro hujuſmodi Litteris Salvi Conductûs cuicunque Subdito ſuo, quibuſcunque vel Subditis ſuis indulgendis in Scriptis & de Facto interpellaverit aut requiſierit, ſtabitur nihilominus Arbitrio & Voluntati Principis ſic interpellati, an hujuſmodi Interpellationi acquieſcere, Litteraſve hujuſmodi Salvi Conductûs concedere voluerit, an non, ſecundùm quod eidem Principi ſic Requiſito meliùs expedire videbitur; ita tamen quòd hujuſmodi Litteræ Salvi Conductûs ultra unum Annum duraturæ minimè concedantur.

* XV. 522. * Proviſo nihilominus quòd Litteræ Supplicatoriæ utriuſque dictorum Principum vim habebunt Literarum ſalvi Conductûs, eruntque ſufficientis Roboris ut Ligei & Subditi in eiſdem nominati, cujuſcunque fuerint Dignitatis Statûs aut Præeminentiæ, liberi tutique in ſuum Regnum redire poterint, etiam ſi Princeps ipſe interpellatus Litteras ſuas ſalvi Conductûs tradere noluerit aut recuſârit; Litteris nihilominus ſalvi Conductûs ante hæc tempora conceſſis in ſuo robore duraturis.

ITEM, conventum & concluſum eſt, quòd Homicidæ Fures Latrones & alii Malefactores quicunque utriuſque Regnorum prædictorum, durante dictâ Pace, modo & forma ſequenti puniantur; viz. ſi contingat de cætero aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dictorum *Regis & Reginæ Scotorum*, &c. infra Marchias Angliæ, vel Limites Merchiarum Scotiæ violenter interficere, Gardianus Merchiarum prædictarum Angliæ vel ejus Deputatus ſeu Deputati, cum omni Curâ & Diligentia, omni Favore poſtpoſito, ac Dolo Fraude & ſiniſtrâ Machinatione quibuſcunque in hac parte ceſſantibus, proſequentur, & quilibet proſequetur, ut talis Interfector ſeu Interfectores capiantur & ducantur ad Diætam, per Gardianos utriuſque Merchiarum vel per eorum Deputatos appunctuandam, ubi, ſi per Leges Merchiarum legitimè convincantur, vel aliquis eorum convincatur, tunc Gardianus Merchiarum Angliæ talem Interfectorem vel Interfectores, ut ſupra, Convictum vel Convictos, Gardiano Merchiarum Scotiæ deliberabit ſeu deliberari faciet, qui Gardianus Merchiarum Scotiæ, ipſum Homicidam vel Homicidas ſic, ut ſupra, Convictum vel Convictos, & ſibi Conſignatum vel Conſignatos, pro hujuſmodi Homicidio ultimo Supplicio demandabit: Et ſi contingat de cætero, aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dictorum *Regis & Reginæ Scotorum*, &c. aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dictæ *Reginæ Angliæ*, infra Merchias Scotiæ vel Limites Merchiarum Angliæ violenter interficere; Gardianus Merchiarum prædictarum Scotiæ vel ejus Deputatus ſeu Deputati, cum omni Curâ & Diligentiâ, omni favore poſtpoſito, ac Dolo Fraude & ſiniſtra Machinatione in hac parte ceſſantibus, proſequentur, & quilibet proſequetur, ut talis Interfector ſeu Interfectores capiantur & ducantur ad Diætam per Gardianos utriuſque Merchiarum vel per eorum Deputatos appunctuandam; ubi, ſi per Leges Merchiarum legitimè convincantur vel aliquis eorum convincatur, tunc Gardianus Merchiarum Scotiæ, talem Interfectorem vel Interfectores, ut ſupra, Convictum vel Convictos, Gardiano Merchiarum Angliæ deliberabit ſeu deliberari faciet: qui Gardianus Merchiarum Angliæ, ipſum Homicidam vel Homicidas ſic, ut ſupra, Convictum vel Convictos, & ſibi Conſignatum vel Conſignatos, pro hujuſmodi Homicidio ultimo Supplicio demandabit.

ſi conſentiet, nec ullas Arbores aut Ligna quæcunque ex Merchiis alterius Principum quovis modo aut quovis quæſito Colore auferet, aut in illis cædet, niſi priùs ſuper hoc cum vero Domino pactus fuerit & convenerit de eodem, & ſi ſecus & contra Præmiſſa aliquid actum geſtum aut perpetratum fuerit, tamquam attemptatum contra effectum præſentis Tractatûs debitè reformabuntur, arboribus cæſis aut abductis Domino Juramento æſtimandis.

ITEM, conventum & concordatum eſt quòd Fugitivi Scotiæ, qui devenerunt Ligei *Reginæ Angliæ*, debent ligari ex parte Anglorum ad obſervandum Articulos præſentis Tractatûs, & quòd attemptata per eos ſuper Subditos *Regis & Reginæ Scotorum*, &c. debent eodem modo reformari, quo reformabuntur attemptata per Originarios Subditos Reginæ Angliæ.

IDEM, per omnia obſervandum ex parte *Regis & Reginæ Scotorum*, &c. ſi qui Angli ante hæc tempora Ligei *Regis & Reginæ Scotorum*, &c. devenerunt quovis modo.

ITEM, conventum & concluſum eſt quòd, ſi aliquis Subditus alicujus Principum prædictorum paſſus Rapinam vel Spolium à Subdito alterius eorundem, propriâ Authoritate ſuâ propter hanc Spoliationem Priſas vel Diſtrictiones Perſonarum vel Bonorum ſecerit, eo ipſo cadat à Causâ ſuâ, & nihilominus ſecundùm Delicti exigentiam punietur.

ITEM, conventum concordatum & concluſum eſt quòd, Pace & Amicitiâ prædictis durantibus, ſi contingat Tempeſtatis vi, aut aliâ impellente neceſſariâ Causâ, navigantes de una Parte vel aliâ, naufragium pati, dummodò Perſona humana aliqua ſuperſtes ex ipſis fuerit, Bona & Navis non intelligentur à Proprietariis auferenda; ſed illis reſervabuntur qui Domini & proprietarii antea fuerunt.

ITEM, conventum & concluſum eſt, quòd ſi, Pace & Amicitiâ prædictis durantibus, contingat aliquos Subditos ſive Ligeos alterius vel utriuſque Principis prædicti, per Mare, ex quacunque juſtâ rationabili vel licitâ Causâ navigantes, ſive Mercatores fuerint ſive Peregrini Piſcatores, aut alii cujuſcunque conditionis Homines, vi Tempeſtatis ſive aliâ rationabili urgentique Causâ ad hoc eos omninò cogente, quum ipſi hoc non affectaverint, nec id tempore receſſûs eorum à Patriâ ſuâ propoſuerint applicare in aliquo Portu ſive Loco quocunque Regni alterius Principum, aut Naufragium pati, dummodò aliqua Perſona humana in Nave ſic Naufragium paſſâ ſuperſtes exiſtat, non licebit alteri Principum, ſeu alicui vel aliquibus Subditorum ſeu Ligeorum per ſe, vel per alios, ipſos ſic Appulſos ſeu Naufragium paſſos, eorum Naves Bona Merchandiſas ſive Res alias quaſcunque in hujuſmodi adductas capere, rapere vel ab eiſdem ſic appulſis vel Naufragium paſſis aut paſſo auferre quovis modo vel detinere, aut, ratione Debiti alicujus Perſonæ, eaſdem Res Bona vel Merchandiſas arreſtare vel arreſtari facere: Sed licebit ipſis ſic appulſis aut Naufragium paſſis, cum Navibus Bonis Merchandiſis & Rebus ſuis, causâ hujuſmodi ceſſante, prout ſic Appulſi & Naufragium paſſi eorum Nave refectâ tenebuntur, quamcitiùs commode valeant recedere, abſque quibuſcunque Impetitione Impedimento Arreſto, ſive aliâ Occaſione quacunque ſibi, per alterum Principum aliquem vel aliquos ejuſdem Subditum ſeu Subditos objiciendis, ſeu etiam faciendis.

ITEM, conventum & concluſum eſt, quòd ſi, aliquis Subditorum vel Ligeorum alterius Principum ſic, ut præmittitur, Appulſus vel Appulſi, ſive in Regnum alterius ſub Salvo Conductu veniens vel venientes, ante Diem expirationis Salvi Conductûs ſui, adverſâ Valetudine adeò vexetur vel vexentur, quod ſic Appulſus vel Appulſi, Naufragium paſſus vel paſſi, aut ſub ſalvo Conductu veniens aut venientes, cum Nave vel Navibus, quâ vel quibus applicuit vel applicuerunt, vel ante Diem expirationis ſui Salvi Conductûs ſic veniens vel venientes, nequeat vel nequeant commodè recedere, & in proprias Partes ſe recipere; tunc benè licebit ſic Appulſo vel Appulſis, Naufragium paſſo vel paſſis, ac venienti vel venientibus, Infirmo vel Infirmis, cuſ-



Digitized by Google

hujuſmodi emptæ erant. Et nihilominus ſic attemptans, tamquam præſentis Tractatûs Violator, pro modo & qualitate Criminis punietur.

Item, conventum & concluſum eſt, quòd ſi, durante Pace prædicta, contingat aliquam Navim alterius Partium prædictarum Naufragium pati, aut rumpi, & aliqua Perſonarum exiſtentium in Nave ſic Naufragium paſſa, vel rupta, ſuperſtes remanſerit, ceſſantibus in ea parte dolo fraude & malo ingenio quibuſcunque, Merchandiſæ Bona & res quæcunque, quæ de dictâ Nave projecta ſunt, ex eâdem extracta, vel in Mare collecta, ſeu ad Terram venientia, ſeu alias quovis modo ſalva & ſervata, per eos, ad quorum Manus Res Merchandiſæ & Bona hujuſmodi devenerint, nullatenus diſſipentur diminuantur alienentur dividantur, nec quovis modo ſubtrahantur aut concelentur, ſed integra ſine diminutione quâcunque Gubernatori illius Dominii ſeu loci, in quod vel in quem dicta Bona devenerint, ſeu ejus Deputato, Fideliter & ſine fraude deliberentur, atque Tradantur, ad Uſum vel Utilitatem illius vel illorum, ad quem vel ad quos Bona ipſa, rei veritate inſpecta, pertinere noſcuntur, conſervanda, cui vel quibus intra ſpatium unius Anni, à tempore notitiæ Naufragii vel Rupturæ Navis computandum, licebit pro Recuperatione & Reſtitutione Rerum Merchandiſarum & Bonorum hujuſmodi proſequi coram Judice in ea parte competente, cui vel quibus ſic proſequenti vel proſequentibus realiter & effectualiter tradi deliberari & reſtitui debent, ſolutis tamen Expenſis & Sumptibus rationalibus factis circa Collectionem & Salvationem Bonorum eorumdem;

Proviſo ſemper quòd Perſona vel Perſonæ ſuperſtes vel ſuperſtites, ex eadem Nave ad Terram venientes, ſtatim, juxta effectum & Tenorem Præſentium, liberè dimittentur.

Item, concluſum eſt quòd, ſi durante dictâ Pace, aliqua Navis unius Partis vel alterius, Perſonis Rebus Merchandiſis, aut Bonis onuſta, ſive rupta, ſive pro victualibus, Neceſſitate eis in Mari ſuperveniente, emendis, applicuerit in aliquem Portum vel Locum alium alicujus Partium prædictarum, pro qua Refectione Navem ipſam, Perſonas Res & Bona contenta in eadem, oporteat ad Terram deponi in hoc Caſu, Perſonæ Res Merces & Bona ipſa ſic depoſita, abſque Impedimento, & ſine Solutione Cuſtumæ in eadem Nave, quùm refecta fuerit, vel in alia reponantur, & liberè abducantur;

Proviſo tamen quòd pro Mercibus Rebus Bonis & Merchandiſis ibidem, pro Emendis Victualibus eis neceſſariis pro Numero
* XV. 525. Perſonarum, * Venditis, Cuſtumæ & cætera Deveria in ea parte debita fideliter perſolvantur.

Item, quia nonnunquam Subditi unius Partis per Mare navigantes à Navigatione ſuâ plurimùm impediuntur, & alia Damna patiuntur, per hoc quòd per Subditos alterius Partis, qui ſufficientem habent Notitiam per Coqueta, ſive alia Evidentia & Documenta, quòd ſic alterius Partis Subditi ſint, Vela ſua coguntur contrahere, ſeu in toto vel in parte deponere; inter Nos Commiſſarios prædictos concluſum eſt, quòd nulli Subditorum unius vel alterius Partis liceat aliquos alterius Partis Subditos, navigantes, dummodò per hujuſmodi Coqueta ſive Documenta evidenter conſtet eiſdem, quòd alterius Partis Subditi Naves & Bona ſint, cogere Vela ſeu Velum ſuum deponere, ſeu aliquo modo à licitâ Navigatione impedire; & ſi eorum aliquis vel aliqui contrafecerit ſeu contrafecerint ſeverè arguantur & puniantur.

Item, conventum & concluſum eſt, quòd, quamquam præſens Pax Unio Liga & Intelligentia captæ & initæ ſunt modis & formis ut ſupra, attamen non dicentur nec reputabuntur omninò Generalis ſive Generales, nec ſe extendent ad Inſulam *de Lundye* in Regno Angliæ, nec ad Dominium *de Lorne* in Regno Scotiæ, ſed Dominium & Inſula prædicta intelligentur nullo modo in hac Pace Amicitia & Confœderatione comprehenſa.

Item, conventum concordatum concluſum & ſpecialiter proviſum eſt quòd occaſione prætextu vel colore quocunque cujuſ-

Principum *Franciſci & Mariæ Regis & Reginæ Scotorum Delphinorum Viennenſium*, Fratris & Sororis noſtri Chariſſimi Oratores & Commiſſarios, nuper concluſo, *apud Caſtellum in Agro Cameracenſi*, inter alia, continetur ut ſequitur,

Item, cùm, reverendiſſimi illuſtriſſimi & clariſſimi Viri, Commiſſarii Ambaſſiatores & Oratores dictorum Sereniſſimorum *Regis & Reginæ Scotiæ*, non ſatis edocti & informati ſuper Statu Negotiorum Regni Scotiæ, aut Tractatuum Pacis antehac inter Scotos & Anglos initorum & factorum, ea de Cauſa diſtulerint convenire paciſci & concludere ſuper quibuſdam Articulis ad Quietem Pacem & Concordiam dictorum Regnorum ſpectantibus;

Videlicet,

*De Conceſſione Salvorum Conductuum*,

*De Homicidis Furibus & Latronibus & aliis Malefactoribus capiendis & puniendis*,

*De Deprædatoribus & Attemptatis, & de Proſequendo ea Committentes*,

*De Cædentibus Arbores alienas*,

*De Transfugis qui devenerunt Ligei alterutrius Principis*,

* *De Spoliatis capientibus Priſas & Diſtrictiones propriâ authoritate*, * XV. 526.

*De Naufragis & Appulſis vi Tempeſtatis*,

*De non Comprehendendis Inſula* de Lundy *in Regno Angliæ neque Dominio* de Lorne *in Regno Scotiæ*,

Æquum viſum eſt, tam dictis Oratoribus, quàm Oratoribus & Ambaſſiatoribus Sereniſſimæ *Reginæ Angliæ*, ut Commiſſarii & Oratores utrinque, tam à dictis Sereniſſimis *Rege & Regina Scotiæ* quàm ab *Regina Angliæ*, Die & Loco per ipſos Principes præfigendis, ante tamen duos Menſes à Die Datæ hujus Tractatûs, finitos & elapſos, ſimul conveniant illic communi Conſilio & Authoritate ſuper illis Articulis deliberaturi conſulturi determinaturi & concluſuri.

Nos,

Benè probantes omnia quæ in dicto Articulo continentur, & cupientes ut ea, quæ in eo a noſtris mutuis Oratoribus conventa & concluſa ſunt in Commodum utriuſque Regni, Exitum ab utriuſque deſideratum habeant,

De Fidelitate Induſtria & provida Circumſpectione,

Prædilecti Conſanguinei noſtri,

*Thomæ Domini Percye Comitis Northumbriæ*, Gardiani Merchiarum noſtrarum Orientalium & Mediarum verſus Scotiam,

Reverendi in Chriſto Patris,

*Cuthberti Epiſcopi Dunelmenſis*,

*Wilhelmi Dacre Domini de Dacre & Grayſtock*, Gardiani Merchiarum noſtrarum Occidentalium verſus Scotiam,

Et,

*Jacobi Croftes*, Equitis Aurati Capitanei Villæ & Arcis noſtræ Berwyk ſuper Twedam,

Plurimum confidentes, ipſos conjunctim, & eorum quemlibet diviſim, noſtros Commiſſarios & Oratores facimus & conſtituimus per Præſentes,

Dantes & concedentes eiſdem, & eorum cuilibet conjunctim & diviſim, Poteſtatem Authoritatem Facultatem & Mandatum generale ac ſpeciale, pro Nobis & Nomine noſtro, cum Oratoribus Ambaſſiatoribus Commiſſariis ſive Legatis illuſtriſſimorum Principum, chariſſimorum Conſanguineorum noſtrorum, *Scotorum Regis & Reginæ*, Fratris & Sororis noſtrorum, de & ſuper omnibus & ſingulis dictis Articulis ſuperiùs in dicto Articulo dicti Tractatûs expreſſis & ſpecificatis, ſeu de quavis alia Materia vel Cauſa, quæ in Rem & Commodum utriuſque Regni noſtri facere videri poſſit, deliberandi conſultandi conſtituendi determinandi & concludendi,

Ac de & ſuper eiſdem Pactis Conventionibus & Articulis Literas pro parte noſtra conficiendi & tradendi.

Nec-

Digitized by Google

MORTONN.
ALEX. HOME.
HEN. SINCLAR DECANUS GLASOUEN.
JA. MAKGILL.

*Sub Sigillis prædictorum Commiſſariorum de Cera rubea pendentibus à duplicibus caudis pergamenæ.*

---

## *De Surſum redditione Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem in Hibernia recipienda.*

Ann. D. 1559. *Pat. 1. Eliz. p. 4. m. 3. d.*

ELizabetha, Dei Gratiâ, &c.

Prædilecto & Præfideli Conſanguineo noſtro, *Thomæ Comiti Suſſexiæ* Deputato noſtro Regni noſtri Hiberniæ,

*Willielmo Fitzwilliame* Militi Vicetheſaurario noſtro Regni noſtri Hiberniæ,

Ac,

Dilectis Conſiliariis noſtris,

*Jacobo Bathe* Armigero Capitali Baroni Scaccarii Regni noſtri Hiberniæ,

*Johanni Parker* Armigero Magiſtro Rotulorum Cancellariæ noſtræ Regni noſtri prædicti,

*Johanni Plunket* Armigero,

Ac,

Dilecto Servienti noſtro, *Henrico Draycott* Armigero Capitali Rememoratori noſtro Scaccarii noſtri prædicti, Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Fidelitatibus ac providis Circumſpectionibus veſtris pleniùs confidentes, aſſignavimus vos, ac Tenore Præſentium damus vobis, quinque Quatuor aut tribus veſtrum, Poteſtatem & Aucthoritatem recipiendi Cognitionem ſive Surſum Redditionem, quam *Oſwaldus Maſſyngberte Prior Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem* in Hibernia in Regno noſtro Hiberniæ prædicto & *Confratres ejuſdem Hoſpitalis* coram vobis facere voluerint, in quodam Scripto ſuo, per quod iidem *Prior* & *Confratres* ſui conceſſerunt reddiderunt & deliberaverunt *dictum Hoſpitale Sancti Johannis Jeruſalem* in Hibernia, & Præceptorias eidem Hoſpitali ſpectantes, ac omnia & ſingula Maneria Dominia Meſuagia Cotagia Terras Tenementa Prata Paſcua Paſturas Boſcos Subboſcos Redditus Reverſiones Servitia Molendina Aquas Piſcarias Piſcationes Paſſagia Villanos Warda Maritagia Comunias Libertates Juriſdictiones Letas Hundreda, Viſ. Franc. Pleg. Patrias Parcos Warrennas Vivaria Mercatos, Advocationes & Præſentationes Eccleſiarum Vicariarum Capellarum Cantariarum & aliorum Eccleſiaſticorum Beneficiorum quorumcumque, Pentiones Portiones Annuitates Præbendas Rectorias Decimas Vicarias Oblationes Eleemozinas, ac omnia & ſingula alia Emolumenta Proficua Poſſeſſiones Hæreditamenta & Jura ipſius Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem in Hibernia prædicta, & Præceptoriarum eidem ſpectantium quæcunque infra dictum Regnum noſtrum Hiberniæ, & alibi infra Dominia noſtra ſcituata jacentia & exiſtentia, ac omnimoda Cartas Evidentias Scripta & Munimenta, dicto Hoſpitali Sancti Johannis Jeruſalem, Præceptoriis, aut cæteris Præmiſſis quoquo modo ſpectantia ſive concernentia,

Habenda & tenenda nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris imperpetuùm,

Et ſi Scriptum illud ſit factum, ipſorum *Prioris* & *Confratrum* communi Sigillo ſuo ſigillatum, & ſi iidem *Prior* & *Confratres* Scriptum prædictum in Rotulis Cancellariæ noſtræ Regni noſtri Hiberniæ prædicti, ut Factum ſuum, irrotulari voluerint necne; vobis mandamus quòd ad præfatum Hoſpitale Sancti Johannis Jeruſalem in Hibernia accedatis, ipſoſque *Priorem* & *Confratres* in Domo ſua Capitulari perſonaliter venire faciatis, Cognitionem.

De Fidelitate, Induſtria, Vitæ Integritate, ſana Conſcientia, *Ibid.*
atque Doctrina, Venerabilis in Chriſto Patris, *Hugonis Archie-* *p. 4. m.*
*piſcopi Dublinen.* in Regno noſtro Hiberniæ plurimùm confiden- *3.*
tes,

Aſſignavimus & conſtituimus, ac per Præſentes aſſignamus & conſtituimus *ipſum Archiepiſcopum* CANCELLARIUM NOSTRUM Regni noſtri Hiberniæ prædicti, ac Officium dicti *Cancellarii noſtri* Regni noſtri Hiberniæ præfato *Archiepiſcopo* dedimus & conceſſimus ac per Præſentes damus & concedimus, ac ipſum *Archiepiſcopum* CANCELLARIUM NOSTRUM Regni noſtri Hiberniæ per Præſentes ordinamus conſtituimus creamus & deputamus,

Habendum tenendum gaudendum occupandum & exercendum Officium prædictum præfato *Archiepiſcopo* durante Beneplacito noſtro, percipiendo annuatim, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Beneplacito noſtro, pro Occupatione & Exercitio Officii prædicti, tot tanta talia & conſimilia Vadia Feoda Dieta Proficua Commoditates & Emolumenta, quot qualia & quanta *Johannes Alen* tunc Armiger, pro tempore quo dicto Officio Cancellarii noſtri Regni noſtri Hiberniæ ante *Richardum Rede* Militem nuper fungebatur, habuit & percepit in & pro Exercitio Officii prædicti,

Habendum percipiendum & recipiendum dicta Vadia & Feoda, præfato *Archiepiſcopo*, à dicto Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Beneplacito noſtro, ſolvenda tam de magna Cuſtuma quàm de parva Cuſtuma Tonagii & Pondagii, infra Portum Civitatis noſtræ Dublyniæ, ac infra Portum Villæ noſtræ de Drogheda, ac infra Portum Villæ noſtræ de Dundalke, infra dictum Regnum noſtrum Hiberniæ annuatim provenientibus emergentibus ſive creſcentibus, per manus Collectorum Cuſtumariorum Firmariorum Receptorum aut aliorum Occupatorum eorumdem pro tempore exiſtentium; aut; ſi dictæ Cuſtumæ minùs ſufficerint, ex aliis Redditibus noſtris, per manus Theſaurarii Subtheſaurarii ſive Generalis Receptoris dicti Regni noſtri pro tempore exiſtentium; ſolvenda ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Proficuis Commoditatibus Emolumentis & Advantagiis eidem Officio pertinentibus ſpectantibus ſive incumbentibus,

Et ulteriùs damus & concedimus præfato *Archiepiſcopo*, Tenore Præſentium, Poteſtatem & Aucthoritatem Mignum noſtrum Sigillum Officii Cancellarii Regni noſtri Hiberniæ deputat. & aſſignat. cuſtodiendi, ac cum eodem Sigillo omnia Brevia Communis Juſtitiæ, aliaque Cartas Brevia Commiſſiones & Literas quæcumque, Officia Terras Tenementa vel Hæreditamenta prædicti Regni & Terræ noſtræ Hiberniæ prædictæ concernentia, ſigillandi,

Cauſas & Lites, coram eo in Cancellaria noſtra Regni noſtri * XV. 
Hiberniæ * prædicti, motas ſive movendas, cum omni circum- 519.
ſpectione, eaſque Fine debito, æquitate Cauſarum perpensâ, terminandi,

Cæteraque omnia & ſingula, quæ ad Officium Cancellarii noſtri Regni noſtri Hiberniæ prædicti, de Jure ſive Conſuetudine ipſius Regni pertinuerint pertinent aut pertinere debent, faciendi & exequendi;

Eo quòd expreſſa mentio, &c. aut de aliis Donis, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* octavo Die Junii.

*Per ipſam Reginam.*

*Super*

Digitized by Google

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, & pro illo Zelo & Amore quem cunctis Subditis noſtris habemus & gerimus, pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac per Præſentes pardonamus remittimus & relaxamus *A. B.* de C. in Com. D. Gen. alias dicto, &c. ſeu quocumque alio Nomine vel Cognomine, ſive Additione Nominis vel Cognominis Dignitatis Officii ſeu Loci, idem *A. B.* cenſeatur vocetur ſive nuncupetur, aut nuper cenſebatur ſeu nuncupabatur, omnes & ſingulas Proditiones tam majores quam minores, ac Crimina Læſæ Majeſtatis, necnon Rebelliones Inſurrectiones & Conſpirationes contra Nos, Coronam & Dignitatem noſtras, ac etiam omnia & omnimoda Homicidia Felonias Roberias, & Acceſſarios eorumdem, ac omnia & omnimoda Meſpriſiones, illicitas Verborum Prolationes, Conventicula illicita, Aſſemblationes illicitas, Confœderationes Riotas Tranſgreſſiones, ac etiam omnia & omnimoda Eſcapia & Evaſiones, tam voluntaria quàm non voluntaria & Negligentias quorumcumque Proditorum Homicidarum & Felonum ac ſuſpectorum eorumdem,

Necnon generaliter omnes & omnimodas Felonias, tam contra communem Legem Regni noſtri Angliæ & Regni noſtri Hiberniæ, quàm contra quæcumque Statuta Actus Ordinationes ſive Proviſiones eorumdem Regnorum noſtrorum prædictorum, ſeu eorum alterius, antehac edita ordinata ſeu proviſa ſeu eorum alicujus,

Necnon omnia & omnimoda Acceſſaria Murdri Homicidii, & quarumcumque Feloniarum Roberiarum, & aliarum Feloniarum quarumcumque (Murdris & Acceſſariis eorumdem ante prædicta Murdra facta ſive perpetrata, & omnibus Roberiis factis & perpetratis in aliquibus Domibus manſionalibus, & in Viis Regiis vel
* XV. 530. propè * eaſdem Vias omnimodò exceptis) per ipſum *A. B.* ante Feſtum Omnium Sanctorum ultimum præteritum facta habita ſive perpetrata, licet idem *A. B.* de Præmiſſis vel aliquo Præmiſſorum indictatus appellatus rectatus adjudicatus utlagatus condempnatus convictus vel attinctus exiſtat ſive non exiſtat,

Ac etiam Ingreſſus manuforti factos, Negligentias Ignorantias Extortiones Oppreſſiones, falſas Fabricationes Cartarum Scriptorum ſive Munimentorum quorumcumque, ac Perjuria, ſive omnes Denariorum Summas, ſeu alias Res & Munera recepta pro Veredicto dicendo aut injuſtè reddendo, Imbraciarias Cambipartias Manutenentias quæcumque, per ipſum *A. B.* ſolum, aut cum aliqua alia Perſona ſive aliquibus aliis Perſonis, aliquo tempore ſive aliquibus temporibus ante dictum Feſtum Omnium Sanctorum qualitercumque facta commiſſa ſive perpetrata;

Pardonamus etiam remittimus & relaxamus per Præſentes præfato *A. B.* omnimodas Offenſas & Tranſgreſſiones pro Abraſione Raſura & Interlineatione aliquorum Recordorum Brevium Warrantorum Recognitionum ſive aliorum Memorandorum noſtrorum aut alicujus Progenitoris ſive aliquorum Progenitorum noſtrorum in aliqua Curia ſive aliquibus Curiis noſtris aut alicujus Progenitoris ſive aliquorum Progenitorum noſtrorum, ante prædictum Feſtum Omnium Sanctorum perpetratas ſive factas, ac etiam omnia & ſingula Judicia, Pœnas Mortis, Punitiones, ac Exitus & Proficua omnium & ſingulorum Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum, ac cæterorum Hæreditamentorum ipſius *A. B.* nobis aut alicui Progenitorum noſtrorum occaſione Præmiſſorum ſeu eorum alicujus ſive aliquorum, per præfatum *A. B.* foriſfacta ſive deperdita, & Nobis aut alicui Progenitorum noſtrorum, ante dictum Feſtum Omnium Sanctorum ultimum præteritum, ratione Præmiſſorum debita pertinentia ſive ſpectantia,

Necnon pardonamus remittimus & relaxamus præfato *A. B.* omnes & omnimodos Contemptus & Negligentias per præfatum *A. B.* ſolum, aut conjunctim cum aliqua alia Perſona ſive aliquibus aliis Perſonis, contra formam & effectum quorumcumque Statutorum de falſis Ponderibus & Menſuris non utendis, necnon omnimodas Uſuras, Contractus Uſurarum, Barganias Corruptas Terrarum Tenementorum ac cæterorum Hæreditamentorum quorumcumque, quæ nunc ſunt aut nuper fuerunt præfati *A. B.* aut alicujus alterius Perſonæ ſive aliquarum aliarum Perſonarum, cujus vel quorum Hæres Executor vel Adminiſtrator * exiſtit; videlicet, à tempore ſive temporibus aliqua- * XV. 531.
rum hujuſmodi Utlagariarum in ipſos ſeu eorum aliquem promulgatarum hucuſque provenientia ſive creſcentia tam per manus ſuas proprias retinenda, quàm per manus nunc & nuper Vicecomitum Eſcaetorum Ballivorum Coronatorum & aliorum Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque, de Dono noſtro capienda, abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde nobis reddendo ſeu ſolvendo;

Pardonamus remittimus & relaxamus præfato *A. B.* per Præſentes omnes & omnimodas Offenſas & Tranſgreſſiones pro aliqua & quacumque Alienatione facta ſive habita, ante prædictum Feſtum Omnium Sanctorum ſine Licentia noſtra Regia, aut ſine Licentia alicujus Progenitoris noſtri præfato *A. B.* aut alicui Anteceſſorum ſuorum, ſive aliquibus aliis Perſonis per aliquam aliam Perſonam ſive aliquas alias Perſonas, de aliquibus Honoribus Maneriis Terris Tenementis ſive Hæreditamentis in Manibus præfati *A. B.* exiſtentibus in Poſſeſſione Reverſione ſeu Remanere, ac omnes Fines & Denariorum Summas pro eadem;

Proviſo ſemper quod hæ Literæ noſtræ Patentes non extendantur ad exonerandum remittendum ſive pardonandum præfatum *A. B.* Hæredes Executores ſeu Adminiſtratores ſuos ſeu eorum aliquem, pro aliquâ Proditione, ſeu aliquo alio Crimine aut Offensâ in aliquo tangentibus ſive concernentibus Alterationem ſive Mutationem Regii Statûs ſive Succeſſionis Regiæ Coronæ noſtræ Angliæ, aut aliquorum Honorum Dignitatum Regalium aut Præheminentiam dictæ Coronæ noſtræ Regiæ unitorum annexorum pertinentium ſive ſpectantium nobis per Leges Statuta aut Conſuetudines hujus Regni noſtri Hiberniæ, aut eorum aliquem ſive aliquod in ſuo robore aut virtute modò exiſtens datorum legatorum unitorum annexorum appunctuatorum ſive limitatorum exiſtentium, nec de aut pro aliqua Meſpriſione earumdem aut eorum alicujus,

Necnon de aut pro aliqua Proditione aut Crimine Læſæ Majeſtatis, aut aliis Offenſis quibuſcumque in aliquo tangentibus ſive concernentibus *Villam Califiæ* aut Caſtrum ejuſdem Villæ, aut Merchias ejuſdem Villæ, aut aliquam Peciam aut locum Fortem, aut aliquem Locum Munitionis aut Defenſionis infra Villam Califiæ aut Merchias ejuſdem, aut alibi ultra Mare in Partibus Exteris & Tranſmarinis exiſtentem,

Nec de aut pro aliquibus Offenſis ſive Contemptibus per præfatum *A. B.* factis perpetratis ſive commiſſis, ante prædictum Feſtum Omnium Sanctorum, contra aliquod Statutum de Proviſionibus ſeu Præmunire antehac editum ſive proviſum,

Nec de aut pro aliquâ Offenſâ Causâ vel Materiâ quacumque per præfatum *A. B.* ante prædictum Feſtum Omnium Sanctorum factis ſive commiſſis, pro quibus vel pro quâ aliquod Officium prædicti *A. B.* aut aliqua inde Parcella, per Legem aut Conſuetudinem Regni noſtri Hiberniæ foriſfieri vel deperditum fore poſſit aut debeat,

Nec de aut pro aliquâ Subtractione Concelamento Deceptione vel Falſitate alicujus Subſidii ſive Cuſtumæ magni ſive parvi, nec de aut pro aliquibus Debitis Compotis & Arreragiis Debitorum vel Compotorum ratione alicujus Subſidii Cuſtumæ Pondagii ſive Tonagii, nec de aut pro aliquâ Re Causâ vel Materia Subſidii Cuſtumæ ſive Pondagii vel Tonagii in aliquo tangentibus vel concernentibus,

Proviſo etiam quòd hæ Literæ noſtræ Patentes non extendantur ad exonerandum remittendum ſive pardonandum præfatum *A. B.* Hæredes Executores Adminiſtratores ſuos, nec eorum aliquem, pro aliquibus Offenſis ſive aliquâ Offenſione per Præſentes Literas noſtras Patentes pardonatis, unde aliqua Informatio exhibetur coram Nobis in Banco noſtro, ſive in Curia Scaccarii noſtri, ſive

coram

Digitized by Google

## *De Licentia Eligendi pro Epiſcopo London.*

Ann. D. 1559. *Ibid. m.* 1. REgina, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Sancti Pauli, Salutem.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Privationem & Depoſitionem *Edmundi Boner* Legum Doctoris ultimi Epiſcopi ibidem, jam vacat & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſecundo Die Junii.

## *De Licentia Eligendi pro Epiſcopo Ciceſtren.*

Ann. D. 1559. *Ibid. m.* 2. REgina, Dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtrenſis, Salutem.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem, Reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Johannis Chriſtoferſon* ultimi Epiſcopi ejuſdem, jam vacat & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem, Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina *apud Weſtmonaſterium* viceſimo ſecundo Die Junii.

## *Pro Reginæ Medico Ordinario.*

Ann. D. 1559. *Ibid. p. 7. m.* 3. REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Bona & laudabilia Servitia per, dilectum Servientem noſtrum, *Richardum Maſter* in Medicinis Doctorem diu hactenus nobis impenſa & impoſterum impendenda, meritò contemplantes,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, non * ſolùm recepimus admiſimus & jurari eum fecimus, ſed etiam conſtituimus & ordinavimus eundem *Richardum Maſter* MEDICUM NOSTRUM ORDINARIUM, ac Officium *Medici noſtri Ordinarii* eidem *Richardo* damus & concedimus per Præſentes, (* XV. 533.)

Habendum gaudendum exequendum & occupandum Officium prædictum, unà cum Dietis, & Allocationibus Vini, Ceræ, & Bowge le Courte, ac omnibus aliis Proficuis Emolumentis Commoditatibus Præeminentiis Auctoritatibus & Advantagiis dicto Officio qualitercumque pertinentibus ſive quoviſmodo ſpectantibus,



## *De Deputato Hiberniæ conſtituendo.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1559. *Ibid. p. 9. m.* 10.

Sciatis quod Nos,

Certis urgentibus Cauſis & Conſiderationibus Nos ſpecialiter moventibus,

De provida Circumſpectione & Induſtria, cariſſimi Conſanguinei & Conſiliarii noſtri, *Thomæ Comitis Suſſexiæ* Ordinis Garterii Militis Capitanei Generoſorum Penſionariorum noſtrorum ad Arma ac Capitalis Juſticiarii omnium Foreſtarum Parcorum & Chacearum noſtrorum citra Trentam, plenius confidentes,

De aviſamento Conſilii noſtri, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, aſſignavimus fecimus ordinavimus conſtituimus & deputavimus, ac per Præſentes aſſignamus facimus ordinamus conſtituimus & deputamus ipſum Dominum *Thomam Comitem Suſſex.* Deputatum noſtrum Regni noſtri Hiberniæ, habendum tenendum gaudendum excercendum & occupandum Officium prædictum præfato *Thomæ Comiti Suſſex.* durante Beneplacito noſtro,

Dantes & concedentes eidem *Deputato noſtro* plenam, Tenore Præſentium, Poteſtatem, ad Pacem noſtram ac Leges & Conſuetudines Regni noſtri prædicti cuſtodiendum & cuſtodiri faciendum, & ad omnes & ſingulos Ligeos noſtros, tam Anglicos quàm Hibernicos, dicti Regni noſtri, ac alios quoſcumque per Nos, ſeu dictum *Deputatum noſtrum* Stipendiatos, ac alias qualcumque Perſonas ibidem, contra Nos aut Pacem Leges & Conſuetudines prædictas qualitercumque Delinquentes & Contravenientes, juxta eorum Demerita ſecundùm Leges & Conſuetudines prædictas, viis & modis quibus meliùs pro Honore & Proficuis * noſtris fieri poterit, quàm pro bona Gubernatione dicti Regni noſtri ac Ligeorum & Subditorum noſtrorum ibidem, juxta Diſcretionem dicti *Deputati noſtri* caſtigandi & puniendi ac puniri & caſtigari faciendi, (* XV. 534.)

Necnon Ordinationes & Statuta pro ſalvo & bono Regimine Regni noſtri prædicti, juxta aviſamentum Conſilii noſtri ibidem, ordinandi ſtatuendi & ſtabiliendi, ac ſuperinde Proclamationes faciendi, debitèque Executioni demandandi, ac quoſcumque Delinquentes & Contrariantes caſtigandi & incarcerandi, atque Incarceratos ſolvendi & deliberandi,

Necnon ad recipiendum & admittendum, per dictum aviſamentum Concilii noſtri ad Finem & Pacem noſtram, tam Anglicos quàm Hibernicos, & alios quoſcumque infra prædictum Regnum noſtrum Hiberniæ inhabitantes vel commorantes, inhabitandos ſeu commorandos, qui Nobis noſtris Legibus ſive Conſuetudinibus prædictis Rebelles & Contrarii extiterunt aut exiſtunt vel exiſtent;

Et ad concedendam faciendam dandam, per hujuſmodi adviſamentum, plenam Pardonationem Remiſſionem Relaxationem Abolitionem & Abſolutionem, tam generalem quàm ſpecialem, ipſis & eorum cuilibet hujuſmodi Pardonationem petenti aut habere volenti, ac Sectam Pacis noſtræ quæ ad Nos pertinet, tam pro Homicidiis Roberiis & Feloniis Murdris, & Raptibus Mulierum, Latrociniis, falſis Allegationibus, Adhæſionibus, Inimicitiis, Utlagariis & Tranſgreſſionibus, quàm Contemptibus Foriſfacturis & aliis Offenſis quibuſcumque, in dicto Regno noſtro per aliquas hujuſmodi Perſonas, ante hæc tempora factis ſive impoſterùm fiendis & firmam Pacem noſtram eis & eorum cuilibet inde, per Literas noſtras Patentes ſub magno Sigillo noſtro quo utimur in Regno noſtro prædicto, in forma debita concedendum donandum & deliberandum, & etiam eaſdem, alioſque quoſcumque ad Fines & Redemptiones pro hujuſmodi Offenſis & earum qualibet, qui



Digitized by Google

eaſdem ſigillandum Cancellario noſtro vel Cuſtodi Sigilli noſtro mandandi tradendi & deliberandi;

Damus præterea & concedimus eidem *Deputato noſtro* plenam Poteſtatem & Auctoritatem faciendi deputandi & conſtituendi quoſcumque Officiarios noſtros infra Regnum noſtrum prædictum, habenda eis & eorum cuilibet ac quibuſlibet eorum, durante Beneplacito noſtro, unà cum vadiis & Regardis eiſdem Officiis ab antiquo debitis & conſuetis,

• XV. 535. Officiis Cancellarii Theſaurarii • Subtheſaurarii Juſticiariorum utriuſque Banci, ac Capitalis Baronis Scaccarii noſtri, & Officio Magiſtri Rotulorum ejuſdem Regni noſtri tantummodò exceptis,

Conceſſimus etiam præfato *Deputato noſtro* Poteſtatem quòd ipſe, durante Beneplacito noſtro, omnia Beneficia Eccleſiaſtica, tam Curata quàm non Curata; videlicet, Vicarias Perſonatus Præbendas Cantarias Capellas Dignitates Archidiaconatus, & alia Beneficia quæcumque (Nominationibus Archiepiſcoporum & Epiſcoporum exceptis) tam in Eccleſiis Cathedralibus quàm Collegiatis, in quocunque loco infra Regnum noſtrum prædictum, quocumque Titulo jam vacante, ſeu impoſterùm ex quacumque Cauſa vacare contigerit, & ad Præſentationem Collationem ſive Donationem noſtram quocumque modo ſpectaverint, Perſonis idoneis quibus ſibi placuerit dandi concedendi conferendi, & ad eadem omnia & ſingula quorum ad Nos Præſentationes ſpectant ſive pertinent præſentandi, ac Statum & Poſſeſſionem omnium & ſingulorum quibus de aliquibus Beneficiis Eccleſiaſticis, tam Dignitatibus quàm aliis Beneficiis Eccleſiaſticis quibuſcumque, poſſeſſionati exiſtunt, ratificandi approbandi & confirmandi, ac Privilegia Libertates Immunitates, & Conceſſiones per Prædeceſſores & Progenitores noſtros quoſcumque, aut alios, ante hæc tempora factas, ſeu conceſſas, prout eidem *Deputato*, per Adviſamentum & Conſenſum Concilii noſtri in Regno noſtro prædicto, meliùs videbitur expedire, ratificandi approbandi & confirmandi,

Conceſſimus inſuper eidem *Deputato noſtro* Poteſtatem Fidelitatem & Proviſionem Renunciationes Archiepiſcoporum & Epiſcoporum in eodem Regno, tempore præterito ſive futuro factas ordinatas & conſuetas, acceptandi faciendi ordinandi & conſtituendi, ac omnia alia ad Nos debita, Nomine noſtro, recipiendi, eiſdem Archiepiſcopis Epiſcopis, & cuilibet eorum, Temporalia ſua Cancellario noſtro Regni noſtri prædicti deliberari mandandi,

Omnibus & ſingulis Juribus Emolumentis Proficuis & Reventionibus, ratione Vacationis dictorum Beneficiorum Dignitatum ſive Epiſcopatuum Nobis reſervatis,

Ac etiam Homagium omnium & ſingulorum, tam ſpiritualium quàm temporalium Tenentium & Subditorum noſtrorum quorumcumque, in Regno noſtro prædicto, recipiendi, & Terras & Tenementa ſua de Hæreditate ſua Cancellario noſtro deliberari mandandi, Manuſque noſtras exinde removendi,

Ac Victualia ſufficientia & neceſſaria, pro Impenſis Hoſpitii ſui & Soldariorum ſuorum, in quocumque Loco infra Regnum noſtrum prædictum, per Proviſores Hoſpitii ſui prædicti & alios Miniſtros ſuos, unà cum Cariagiis ſufficientibus pro eiſdem, tam infra Libertates quàm extra, pro Denariis ſuis rationabiliter ſolvendis providendi & capiendi, juxta formam Statutorum de hujuſmodi Proviſoribus ante hæc tempora factorum,

Necnon ad ſummonendum & ſummoneri faciendum ac tenendum ſecundùm Leges Statuta & Conſuetudines Regni noſtri prædicti, unum dumtaxat Parliamentum quando ſibi meliùs videbitur expediri (Conſenſu tamen noſtro in ea parte ſemper habito) & ad idem Parliamentum Prorogandum & adjornandum totiens quotiens opus fuerit, & infra duos Annos à tempore Inceptionis ejuſdem plenè determinandum diſſolvendum & ſumendum, & quoſcumque ſic ſummonitos abſentes & non legitimè impeditos mulctandum & puniendum,

minibus, & aliis Subditis noſtris de Regno noſtro prædicto, firmiter in Mandatis, quod præfato *Thomæ Comiti Suſſex.* Deputato noſtro in eodem Regno noſtro, Intendentes ſint Aſſiſtentes Auxiliantes Conſulentes, ac ipſius Mandatis in omnibus prout decet aut decebit, Obedientes, aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione Jure Uſu Conſuetudine ſive Reſtrictione inde in contrarium factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* tertio Die Julii.

*Per ipſam Reginam.*

---

### *Pro Johanne Bridgewater.*

REgina, &c. Reverendo Patri *Jacobo* permiſſione divinâ, *Exonien. Epiſcopo* veſtrove *Vicario* in Spiritualibus generali ſeu Commiſſario, aliive cuicumque Juriſdictionem legitimam in hac parte habenti, Salutem. Ann. D: 1559. Pat. 1. Eliz. p. 4. m. 25.

Ad Eccleſiam Parochialem de Columba majore in Comitatu noſtro Cornubiæ, veſtræ Exonienſis Diœceſis, per Sublevationem & Promotionem *Henrici Morgan* Legum Doctoris ultimi Incumbentis ibidem in Epiſcopatum Meneveneſem, jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem Jure Prærogativæ Coronæ noſtræ hac vice ſpectantem, dilectum Subditum noſtrum, *Johannem Bridgewater* in Artibus Magiſtrum vobis præſentamus,

Rogantes, quatenus eundem *Johannem* ad præfatam Eccleſiam Parochialem admittere, ac ipſum Rectorem ibidem legitimè inſtituere, unà cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xviii Die Julii.

*Per ipſam Reginam.*

---

### *De Licentia Eligendi pro Archiepiſcopo Cantuar.*

REgina, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Metropoliticæ Cantuarienſis, Salutem. Ann. D. 1559. Ibid. p. 6. m. 1.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter Supplicatum, ut, cum Eccleſia prædicta, per Mortem naturalem Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Reginaldi Pole* Cardinalis ultimi Archiepiſcopi ejuſdem, jam vacat & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Archiepiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quod talem vobis eligatis in Archiepiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium* xviii die Julii.

De

Digitized by Google

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xxvii. die Julii.

---

*De Licentia Eligendi pro Epiſcopo Roſen.*

Ann. D. 1559. *Ibid.*

REgina, dilectis Nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Roſen. Salutem.

Cùm Eccleſia noſtra Cathedralis prædicta, modò, per Mortem ultimi Epiſcopi ibidem, ſit Paſtoris ſolatio deſtituta,

Nos alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam per Præſentes duximus concedendam,

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Sacrarum Literarum cognitione ad id Munus aptus, Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis Eccleſiæque prædictæ neceſſarius exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xxvii. Die Julii.

---

*De Officio Heraldi ad Arma conceſſo.*

Ann. D. 1559. *Ibidem.* *p. 7. m. 9.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii quod, dilectus ſerviens noſter, *Nicholaus Narbon* aliàs *Bleumantell* unus Purſivandorum noſtrorum ad Arma, antehac impendit, ac durante Vitâ ſuâ Nobis impendere intendit,

Fecimus nominavimus ereximus & inveſtivimus eundem *Nicholaum Narbon* unum Heraldorum noſtrorum ad Arma, eique Nomen illud *Richemonde* imponimus, Stilum Titulum Libertates & Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia, & concordantia ab * antiquo conſueta, damus etiam & concedimus per Præſentes, * XV. 538.

Habendum tenendum gaudendum & excercendum Officium illud, ac cætera Præmiſſa eidem *Nicholao Narbon* aliàs *Richemond*, durante Vitâ ſuâ,

Et ulteriùs dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Nicholao Narbon* aliàs *Richemond*, ſingulis Annis, pro Exercitio & Occupatione Officii prædicti quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ,

Habendam & annuatim percipiendam prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum* eidem *Nicholao Narbon* aliàs *Richemond*, à Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis Anno Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Proficuis Advantagiis Præheminentiis & Emolumentis quibuſcumque, eidem Officio qualitercumque deditis & conſuetis, in tam amplis modo & formâ prout aliquis alius ſive aliqui alii Heraldorum noſtrorum ad Arma, habuit & percepit, habuerunt & perceperunt pro Exercitio Officii, habendis eidem *Nicholao Narbon* aliàs *Richemond* ex Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto, ſive aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

*Tom. VI. P. IV.*

ſirmandis aut movendis, placitare poſſit & implacitari, reſpondere & reſponderi, defendere & defendi, adeò validè liberè & quietè, ſicuti cæteri fideles Ligei noſtri infra dictum Regnum noſtrum Angliæ liberimè oriundi, valeant & poſſint aut eorum aliquis valet & poteſt,

Et ulteriùs, de uberiori Gratia noſtra conceſſimus, ac per Præſentes concedimus præfato *Peregrino*, quòd ipſe Dominia Maneria Terras Tenementa, & cætera quæcumque Hæreditamenta, infra Regnum noſtrum prædictum, aut alia Dominia noſtra emere perquirere acquirere capere poſſidere & tenere, ac eis uti & gaudere, eaque dare vendere alienare & legare cuicumque Perſonæ ſive quibuſcumque Perſonis ſibi placuerit, ad libitum ſuum poſſit & valeat,

Habenda ſibi ad Terminum Vitæ ſuæ, aut ſibi & Hæredibus de Corpore ſuo legittimè procreatis, vel ſibi & Hæredibus ſuis imperpetuùm ſeu * aliter in quocumque Statu Talliato aut Feodo Simplici ſibi ſoli, aut ſibi & aliis Perſonis conjunctim, quoviſmodo dando concedenda vendenda aut leganda, adeò liberè firmè & integrè ſicut aliquis alius Subditorum noſtrorum in hoc Regno legittimè procreatus poteſt & valet, * XV. 539.

Et præterea, ex uberiori Gratia noſtra conceſſimus, ac per Præſentes concedimus præfato *Peregrino* quòd ipſe, talia tanta & ſimilia Taxas Tallagia Subſidia, & alia quæcumque Onera, pro Perſona Dominiis Maneriis Terris & Tenementis ſuis ſupradictis aut eorum aliquo ſeu eorum quolibet, necnon Cuſtumas & Subſidia Nobis aut Hæredibus noſtris debita ſive debenda, pro quibuſcumque Bonis Mercandiſis Mercimoniis & aliis Rebus ſuis, in hoc Regnum noſtrum Angliæ aut alia Dominia noſtra inducendis, ac pro quibuſcumque Bonis Mercandiſis Mercimoniis & aliis Rebus ſuis, extra hoc idem Regnum noſtrum aut alia Dominia noſtra evehendis, qualia & quanta dicti Ligei & Subditi noſtri, infra dictum Regnum noſtrum Angliæ liberimè oriundi, aut eorum aliquis nobis aut Hæredibus noſtris de Jure reddere & ſolvere tenentur aut impoſterùm tenebuntur, & non alia majora aut diſſimilia, de tempore in tempus Nobis & Hæredibus noſtris de Jure emergentia aut accreſcentia ſolvenda, dabit reddet & ſolvet;

Eo quòd expreſſa mentio de vero Valore annuo Dominiorum Maneriorum Terrarum Tenementorum & Hæreditamentorum prædictorum aut eorum alicujus ſeu aliquo alio Valore aut Certitudine Præmiſſorum ſeu eorum alicujus, aut de aliis Donis ſeu Conceſſionibus per Nos, aut aliquem Progenitorum noſtrorum Regum Angliæ, præfato *Peregrino* factis in Præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione ſive Reſtrictione in contrarium editis factis ordinatis ſeu proviſis, aut eo quod prædictus *Peregrinus* in prædictis Partibus Tranſmarinis fuit oriundus ſeu aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, non obſtantibus; & hoc abſque aliquo Fine vel Feodo pro Præmiſſis aut aliquo Præmiſſorum, nobis, vel ad opus noſtrum, in Hanaperio Cancellariæ noſtræ ſolvendis aut capiendis.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo Die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Confirmatio Tractatus Pacis facta apud Upſallyngton.*

Ann. D. 1559. *Ex Autogr.*

F*Rançoys & Marie*, par la Grace de Dieu, *Roy & Royne de France, & d'Eſcoſſe*, &c. à tous ceulx, qui ces preſentes Lettres verront, Salut.

Comme, ſuivant le Traicte de Paix faict conclud & arreſte au *Caſteau en Cambreſis*, le ii. jour d'Avril dernier, entre noz Depputez & ceulx de, treſhaulte & treſexcellente Princeſſe, *la Royne d'Angleterre* noſtre treſchere & treſamée Seur & Couſine, aul-

Donne à *Saint Germain en Laye* le xviii. Jour d'Aouſt, l'An de Grace Mil Cinq cens cinquante neuf, & de noz Regnes, aſcavoir, de France le premier, & d'Eſcoſſe le deuxieſme & dixhuictieſme.

FRANCOYS. MARIE.

*Par les Roy & Royne.*

D'EGRANTRYE.

*Sub Magno Sigillo de Cera alba pendente à duplici cauda pergamena.*

---

*Commiſſio ad Deliberandum Confirmationem Tractatus ſupradicti.*

Ann. D. 1559. *Ex Autogr.* FRancois & Marie, par la Grace de Dieu, *Roy & Royne de France d'Eſcoſſe*, &c. à tous ceulx qui ces preſentes Lettres verront, Salut.

Comme par certain Traicte faict conclud & arreſte, le 2. jour de May dernier paſſe, entre noz Depputez & ceulx de, Treshaulte & Treſexcellente Princeſſe, *la Royne d'Angleterre* noſtre Treſchere & Treſame Seur & Couſine, aſſemblez en *l'Egliſe de noſtre Dame de Upſatlingthon*, il ayt entre autres Choſes eſte dict, que dedans troys Moys apres la datte du dict Traicte, nous & noſtre ditte Seur Baillerions & Delivrerions à l'Ambaſſadeur ou Depputez l'ung de l'autre reſpectivement noz Lettres Patentes contenans Ratiſſication du dict Traicte en bonne & convenable Forme, ſignees de noz Mains & ſcellees de noz Sceaulx, eſtans de ce requis par les ditz Ambaſſadeur ou Depputez;

*Savoir faiſons* que Nous,

Deſirans de noſtre parte ſatisfaire à ce que deſſus, & pour requerir noſtre ditte Seur de Nous fournir la ditte Ratiſſication depputer quelque bon Parſonnaige, conſiderans que non pourrions choiſir autre, qui plus commodement & à noſtre contentement le puiſſe faire, que noſtre Ame & Feal Conſeiller & Maiſtre des Requeſtes de noſtre Hoſtel *le Seigneur de Noailles* à preſent noſtre Ambaſſadeur aupres de noſtre ditte Seur,

Icelluy *Seigneur de Noailles*, pour ces Cauſes & autres nous mouvans, avons Commis Ordonne & Deppute, Commectons Ordonnons & Depputons, & luy avons donne & donnons plain Pouvoir Puiſſance Auctorite Commiſſion & Mandement eſpecial par ces Preſentes, pour requerir noſtre ditte Seur & Couſine de noſtre part & en noſtre nom de Confirmer & Approuver le dit Traicte, & en fournir au dict *Seigneur de Noailles* baillier & delivrer ſes dites Lettres Patentes de Confirmation & Ratiſſication en la forme deſſuſditte, icelles recepvoir & retirer par luy de noſtre ditte Seur, & generallement faire en ceſt Endroict & ce qui en deppend, ce qu'il verra & congnoiſtre eſtre à faire, jacoit qu'il y euſt Choſe qui requiſt Mandement plus eſpecial qu'il n'eſt porte par ces Preſentes;

Promectans, en bonne Foy & Parolle de Roy & Royne, avoir pour Agreable Ferme & Stable tout ce que par le dict *Seigneur de Noailles* aura eſt faict en ce que deſſus, ſans jamais aller ne venir au contraire en quelque ſorte que ce ſoit, car tel eſt noſtre plaiſir.

En Teſmoing de ce Nous avons ſigne ces Preſentes de noz Mains, & à icelles faict mectre & appoſer noſtre Seel.

Donne à *Saynt Germain en Laye* le xviii. Jour de Aouſt, l'An de Grace Mil cinq cens cinquante neuf, & de noz Regnes, aſſa-

& obtenu Licentiæ noſtræ prædictæ, dilectum nobis in Chriſto, Magiſtrum *Mathæum Parker*, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerint in Archiepiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Patentes, Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis inde directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus,

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus eundem Magiſtrum *Mathæum Parker* in Archiepiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Chriſti Cantuarien. prædictæ, ſic, ut præfertur, Electum, Electionémque prædictam confirmare, & eundem Magiſtrum *Mathæum* in Archiepiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ conſecrare, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Regina apud *Redgrave* nono Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro bono Conſilio circa Perſonam Reginæ.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1559. *Ibid. p. 9. m. 13.*

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dilecto & fideli Servienti noſtro *Waltero Haddon* Armigero, pro bono Conſilio ſuo circa Perſonam noſtram impendendo, & Attendentia ſua circa eandem Perſonam noſtram facienda, quandam Annuitatem *Quinquaginta Librarum* legalis Monetæ Angliæ,

Habendam & annuatim percipiendam præfato *Waltero Haddon*, à Feſto Nativitatis Domini ultimo, durante Beneplacito noſtro, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum ejuſdem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, & Nativitatis Domini, per æquales Portiones;

Eo quòd expreſſa mentio de aliis Donis ſive Conceſſionibus, per nos præfato *Waltero Haddon* ante hæc tempora factis, in præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu ſive Ordinatione in contrarium factis exiſtentibus aut fiendis non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Redgrave* decimo octavo Die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *De Præſentatione.* * XV. 542.

REgina, &c. dilectis nobis, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Chriſti Cantuarienſis, Sede Archiepiſcopali ibidem jam vacante, ad quos omnis & omnimoda Juriſdictio Spiritualis & Eccleſiaſtica, quæ ad Archiepiſcopatum Cantuarien. Sede plenâ, pertinuit, ipsâ Sede jam vacante notoriè dinoſcitur pertinere, veſtróve *Vicario* in Spiritualibus, aut alii cuicumque hanc noſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem habenti, Salutem. Ann. D. 1559. *Ibidem.*

Ad Rectoriam *de Barne & Barram* in Diœceſe prædicta, jam jure, virtute cujuſdam Statuti in proximo noſtro Parliamento editi,

Digitized by Google

Titulum Libertates & Præeminentias prædicta, præfato *Johanni* aliàs *Blewmantell*, ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ:

Et ulteriùs conceſſimus, & per Præſentes concedimus eidem *Johanni* aliàs *Blewmantell*, ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ, pro Vadio & Feodo Officii prædicti *Decem Libras Sterlingorum* percipiendas ſibi, de Theſauro noſtro, pro Termino Vitæ ſuæ prædictæ, ad Receptam Scaccarii Weſtm. per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli, Anno Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, durante Vitâ ipſius *Johannis Blewmantell*, annuatim ſolvendas;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo Die Menſis Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* XV.

### * *De Præſentationibus.*

543.

Ann. D. REgina, &c. dilectis Subditis noſtris, *Decano & Capitulo* Ec-

1559. cleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Chriſti Cantuarienſis,

Pat. 1. *Cuſtodi* Spiritualitatis Sede Archiepiſcopali Cantuarienſi jam vacan-

Eliz. p. te, ad quos omnis & omnimoda Juriſdictio Spiritualis & Eccleſia-

1. m. 22. ſtica quæ ad Epiſcopatum Wintonienſem Sede plenâ pertinuit, ipsâ Sede jam vacante notoriè dinoſcitur pertinere, veſtróve *Vicario* in Spiritualibus Generali, aut *Commiſſariis* noſtris ad viſitandum tam in Capite quàm in Membris Eccleſiam Cathedralem ac Civitatem & Diœceſim Winton. prædictam deputatis, vel alii cuicumque hanc noſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem habenti, Salutem.

Ad Canonicatum & Præbendam in Eccleſia noſtra Cathedrali Sanctæ & individuæ Trinitatis Winton. quos *Willielmus Landeridge* dudùm habuit & poſſidebat, de Jure & Statutis Regni noſtri Angliæ jam vacantes, & ad noſtram Præſentationem pleno Jure ſpectantes, dilectum Subditum noſtrum *Thomam Langley* Clericum vobis præſentamus,

Et diriguntur Literæ illæ *Gilberto Bathon. & Wellen. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, vii. Die Auguſti.

*Johannes Jackſon* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad Vicariam *de Horneſey*, Eborum Diœc.
Et diriguntnr Literæ illæ Decano & Capitulo Eborum, Sede vacante Archiepiſcopatûs Eborum.
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* vii. Die Auguſti.
*Willielmus Lynſecum* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes ad Rectoriam *de Hynton*, Glouc. Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ Domino *Matheo Cantuar. Archiepiſcopo*, Sede vacante Epiſeopatûs Glouc. prædictâ.
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vii. Die Auguſti.

*Johannes Borſton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad *Rectoriam de Sancti Petri* in Weſtoute & Beatæ Mariæ de Weſtoute in Lewys.
Et diriguntur Literæ illæ *Ricardo Ciceſtren. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xviii. Die Martii.

*Thomas Bleut* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes ad Vicariam *de Rogate* Ciceſtren. Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ *Willielmo Epiſcopo Ciceſtren.*
Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, quarto Die Maii.

*Johannes Baker* Clericus, habet Literas Reginæ *Patentes* ad *Rectoriam de Wareham Michaelis*, Sarum Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ *Johanni Epiſcopo ibidem.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vi. Die Maii.

*Thomas Maiſter* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad Rectoriam *de Chilton*, Bathon. & Wellen. Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ *Matheo Cantuar. Archiepiſcopo*, Sede Vacante Epiſcopatûs Bathon. & Wellen. prædictâ.
Teſte Regina *apud Weſtmonaſterium*, xi. Die Martii.

*Georgius Scott* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes ad Rectoriam de *Thymnoby*, Lincoln. Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ *Nicholao Lincoln. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xi. Die Martii.

*Johannes Badham* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad *Vicariam de Dormyngton*, Heref. Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ *Johanni Heref. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xi. Die Maii.

*Johannes Huntyngton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad Præbendam in Eccleſia Cathedrali Exon. quam nuper babuit *Johannes Stephyns.*
Et diriguntur Literæ illæ *Matheo Cantuar. Archiepiſcopo*, Sede vacante Epiſcopatûs Exon prædicta.
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xi. Die Maii.

*Georgius Barton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad *Rectoriam Sancti Martini*, in Iremonger Lane London.
Et diriguntur Literæ illæ *Edmundo London. Epiſcopo.*

Teſte

Digitized by Google

Et diriguntur *Thomæ Meneven. Epiſcopo.*
Teſte *Reginâ apud Weſtmonaſterium* viceſimo tertio Die Octobris;

*Thomas Sheffeld* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes ad *Rectoriam de Sacame* Lincoln. Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ *Nicholao Lincoln. Epiſcopo.*
Teſte *Reginâ apud Weſtmonaſterium* xiv. Die Octobris.

*Johannes Viron* Clericus, habet Literas Reginæ *Patentes* ad *Rectoriam Sancti Sepulchri* London.
Et diriguntur Literæ illæ *Edmundo London. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtm.* xvii. die Octobris.

*Johannes Grene*, habet Literas *Reginæ* Patentes ad *Rectoriam de Wralnays;*
Et diriguntur Literæ illæ *Edmundo London. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtm.* ſecundo die Octobris.

*Johannes Marre* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes ad *Vicariam de Waterbeche.*
Et diriguntur Litteræ illæ *Ricardo Elien. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtm.* xi. Die Octobris.

*Thomas Frenchcham* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad *Rectoriam de Selſcombe* Ciceſtren. Diœc.
Et diriguntur *Ricardo Epiſcopo Ciceſt.*
Teſte Reginâ apud *Weſtm.* undecimo die Octobris.

*Willielmus Wetherley* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes ad *Vicariam de Wellam.*
Et diriguntur Literæ illæ *Nicholao Lincoln. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* decimo quarto Die Octobris.

*Criſtoferus Eton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad *Vicariam de Eſtylbury.*
Et diriguntur Literæ illæ *Edmundo London. Epiſcopo.*
Teſte *Reginâ apud Weſtmonaſterium* viceſimo ſexto Die Septembris.

*Johannes Wellſhe* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad *Vicariam de Flete* Briſtoll. Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ *Matheo Cantuarienſi Archiepiſcopo*, Sede vacante Epiſcopatûs Briſtoll. prædict.
Teſte *Reginâ apud Weſtmonaſterium* viceſimo ſeptimo Die Octobris.

*Johannes Lamer* Clericus, habet Literas Reginæ ad *Vicariam de Cubert.*
Et diriguntur Literæ illæ *Johanni Exon. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo nono Die Octobris.

* XV. 589. * *Thomas Ogle* Clericus habet Literas Reginæ Patentes ad *Vicariam de Shevilbotell* Dunolm. Diœc.
Et diriguntur Literæ illæ *Decano & Capitulo Eborum*, Sede vacante Archiepiſcopatûs Eborum prædict.
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo die Octobris.

*Willielmus Heron* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes ad *Vicariam de Alneham* Dunolm. Diœc.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xxiv. Die Septembris.

---

*Significavit pro Epiſcopo Exon.*

REgina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac prædilecto & fideli noſtro, *Matheo Archiepiſcopo Cantuarienſi*, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intereſt, Salutem. Ann. D. 1560. *Pat. 2. Eliz. p. 14. m. 6.*

Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Exonienſis, per legitimam Deprivationem *ultimi Epiſcopi* ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Exon. per Literas noſtras Patentes, Licentiam conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidemque *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, dilectum nobis in Chriſto, Magiſtrum *Willielmum Alley* Sacræ Theologiæ Bacularium, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas nobis inde directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini, firmiter præcipiendo Mandantes, quatenus Vos eundem Magiſtrum *Willielmum Alley* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Exon. prædictæ, ſic, ut præfertur, electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem Magiſtrum *Willielmum Alley* Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ conſecrare, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam & effectum * Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu. * XV, 590.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium* viii. Die Junii.

---

*De Erectione Monaſterii Beati Petri Weſtmonaſt. in Eccleſiam Collegiatam.*

REgina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Matheo*, Permiſſione divinâ, *Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano, ac, Reverendo Patri, *Gilberto Bathon. & Wellen. Epiſcopo*, &c, *Willielmo Maye* Decano Eccleſiæ Cathedralis Londoniæ, Salutem. Ann. D. 1560. *Pat. 2 Eliz. p. 13. m. 5.*

Cùm Nos aliàs, Scitum nuper Monaſterii Beati Petri Weſtmonaſterienſis, ac Locum & Eccleſiam ipſius, in quoddam Collegium ſive Eccleſiam Collegiatam, de Uno Decano Presbitero, ac Duodecem Presbiteris Præbendariis, Omnipotenti Deo imperpetuùm deſervituris, ordinaverimus creaverimus erexerimus & fundaverimus,

Necnon, dilectum nobis *Willielmum Byll* Sacræ Theologiæ Profeſſorem ac Eleemoſinarium noſtrum, ejuſdem Collegii ſive Eccleſiæ Collegiatæ *Decanum*,

Ac Reverendum Patrem,

*Willielmum Epiſcopum Ciceſtren. Primum & præſentem Presbiterum Præbendarium.*

Ac

ſorum Poſſeſſionem,

Necnon, dictos *Willielmum Epiſcopum Ciceſtrenſem*,

*Humfredum Perkyns*,

*Johannem Hardyman*,

*Richardum Cheney*,

*Richardum Alvey*,

*Edmundum Skamler*,

*Alexandrum Nowell*,

*Willielmum Latymer*,

*Richardum Ryne*,

*Willielmum Downehame*,

*Willielmum Yonge*,

Ac,

*Gabrielem Goodman*,

Reſpectivè Præbendarios antedictos, vel eorum Procuratores legitimos ſeu Procuratorem legitimum, in realem actualem & corporalem Poſſeſſionem earum reſpectivè Præbendarum Prædictarum, cum earum Juribus & Pertinentiis univerſis, inducatis & inſtalletis ac induci & inſtallari faciatis ipſoſque *Decanum* & *Præbendarios* ſic inductos & inſtallatos, Auctoritate noſtrâ defendatis, Stallaque in Choro Locaque in Capitulo *Decano & Præbendariis* * ejuſdem Collegii ſive Eccleſiæ Collegiatæ Jure ab antiquo uſitato, eiſdem *Decano* & *Præbendariis*, aſſignetis.

* XV. 591.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xxi. Die Junii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Conceſſione.*

Ann. D. 1560. Pat. 2. Eliz. p. 12. m. 4.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm Præchariſſimus Pater noſter *Henricus quondam Rex Angliæ Octavus*, per Billam ſuam Signatam ſub Sigillo ſuo manuali, datam *decimo quarto die Januarii* Anno Regni ſui triceſimo primo, dederit & conceſſerit *Nicholao de Modeno* alienigenæ, adtunc Servienti ſuo, ſub Vadio *viginti Librarum* per Annum, & pro Liberatura ſua *viginti Solidos* per Annum,

Habendum & percipiendum dictum Vadium *viginti Librarum* per Annum, ac pro Liberatura ſua *viginti Solidos* per Annum, præfato *Nicholao de Modeno* & Aſſignatis ſuis pro termino Vitæ ſuæ, per Manus Theſaurarii Cameræ ſuæ pro tempore exiſtentis, ad quatuor Anni Terminos per æquales Portiones, ſolvenda, prout in eadem Billa plenitùs continetur,

Sciatis igitur quòd Nos,

Tam in Conſideratione boni veri & acceptabilis Servitii, tam Nobis quàm præchariſſimis Patri noſtro *Henrico Octavo*, & Fratri noſtro *Edwardo Sexto nuper Regibus Angliæ*, ac Sorori noſtræ *Mariæ nuper Reginæ Angliæ*, necnon pro diverſis aliis Conſiderationibus nos ſpecialiter moventibus,

De Gratia ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus præfato nunc *Servienti* noſtro *Nicholao de Modeno* Vadium & Feodum *viginti unius Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ per Annum,

Habendum gaudendum & annuatim percipiendum, dictum Vadium & Feodum *viginti unius Librarum* præfato *Nicholao de Modeno* & Aſſignatis ſuis, ad Terminum & pro Termino Vitæ ipſius *Nicholai de Modeno* de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per Manus Theſaurarii & Camerariorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad duos Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Annunciationis Beatæ Ma-

cte de Reconſiliation de Paix.

PREMIEREMENT, que le Jour apres que la Paix ſera publiee, des deux Coſtez ſeront nommez Six Gentilz Hommes par les Depputez, avec l'advis des Lieutenans de chacune part; ceſt a dire, Troys de la part des Francoys, & Troys de la part des Anglois, des quelz les Francois s'addreſſeront au Lieutenant d'Engleterre, les Anglois au Lieutenant du Roy: les quelz ditz Gentilz Hommes auront la charge de veoir mectre en Execution l'Article enſuivant; aſſavoir, que toute l'Artillerye qui eſt dans le Petit-Lict ſera retiree & miſe au Marche de la ditte Ville: & a l'Inſtant que l'une des dites Pieces d'Artillerye ſera oſtee de deſſus les Rampartz de la ditte Ville, ſera auſſi retiree une des Pieces d'Engleterre, puis une aultre de la ditte Ville, & une aultre d'Engleterre ou deux, s'il y a d'avantage en Baterye, que dedans la ditte Ville, de ſorte que quant toute la dite Artillerye ſera retiree de deſſus les Rampartz au Marche, & que ſemblablement toute l'Artillerye d'Engleterre, qui eſt en Baterye Fortz & Places ſera menee au Lieux d'aſſemblee prochains aus dits Places ou la ditte Artillerye eſt plantee, lors ſera toute l'Artillerye d'Ung Coſte & d'aultre retiree du marche & des Lieux d'aſſemblee, ou plus prochain Lieu & commode pour y eſtre Embarquee: Ce que ſera faict & acheve le plus toſt que ſera poſſible, de la meſme maniere qu'on aura obſervee en retirant la ditte Artillerye des deux Coſtes, ſans qu'il y ſoit uſe de Fraulde ou Deception quelconque.

ITEM, cela faict toutes les Enſeignes des Cappitaines, tant dedans la Ville, que dans les Trenchees & Fortz ſeront oſtees en bon & paiſible Ordre de la facion quant eſt devant dict de l'Artillerye.

ITEM, cela faict les Six Gentilz Hommes ſeront changes d'ung Coſte & d'aultre, & deux aultres des Principaulx Gentilz Hommes du Petict Lict, ſeront baillez au party d'Engleterre pour eſtre en Hoſtage pour l'accompliſement des Choſes qui enſuivent.

ITEM, auſſi toſt que ſera tire ung coup de Canon du chaſcun les Francois commenceront a Deſmolir les Baſtions, Courtines & aultres Fortifications, de la ditte Ville, l'Armee d'Engleterre, ceſt a dire tous les Gens de Pied ſe retireront a Monſſebourg. Et lors les Seigneurs d'Eſcoſſe fourniront tant de Pionniers qu'ilz pourront pour parachever la Deſmolicion de la ditte Ville. Et s'il n'y en aura aſſez, les Anglois en bailleront de leur part.

ITEM, les Gens de Guerre Francois s'embarqueront, & quant ilz ſeront embarquez, le Camp des Anglois marchera droict vers Barruicq, & de la apres leurs Monſtres & Payes faictes ſe retirera chacun a ſon quartier.

ITEM, apres que tous les Gens de Guerre Francois ſeront embarquez, les diz Hoſtages ſeront Renduz; pourveu que quatre des Principaulx Gentilz Hommes Francois ſoient baillez au party d'Engleterre comme Hoſtages, pour reſpondre des Navires dans les quelles ſeront embarquez les diz Francois, a fin qu'elles retournent, ſans que leur ſoit donne aucun Empeſchement ou Deſtourbier de la part de Francoys, meſmes ou par quelque aultre moyen du gre & ſceu des diz Francois, & auſſi pour Satisfaction & Paiement du Louage des dites Navires, & des vivres qui ſeront par les Francois dependus & gaſtez. Les quels Hoſtages yront a Londres, & y demeureront, juſques a ce les dites Navires ſoient retournez & ſatisfaictz de leurs Frais.

ITEM, que les Francois ne laiſſeront de s'Embarquer, & les Anglois de ſe retirer encor que la Deſmolicion de la ditte Ville ne fuſt ſuffiſaument faicte; attendu qu'on laiſſera d'une part & d'aultre Six Gentilz Hommes de chacun Coſte qui y aſſiſteront juſques a ce qu'elle ſoit Deſmolye au contentement des deux Partyes.

ITEM, qu'il ſera faict Deffenſe d'ung Coſte & d'aultre aux Soldatz, tant de Pied que de Cheval de n'aller ſoit au Camp, ſoit en la ditte Ville ſans le Conge de Six Gentilz Hommes ordonnez pour ceſt effect d'une part & d'aultre, & de ce en ſera faict ung Ban public en chacune Armee.

ITEM,

Digitized by Google

*Franciſcum Secundum & Mariam Francorum & Scotorum Regem & Reginam* & dictam Sereniſſimam *Reginam Elizabetham*, quæ Suſpicionum Simultatum Querelarum Controverſiarum & Diſcordiarum ciendarum & alendarum Occaſionem præbitura viderentur, uſque adeò ut ad Arma quoque corripienda, eâ Gratiâ itum ſit, quibus factum eſt, & de dicti Tractatûs Pacis & Fœderis non rectâ Obſervatione Expoſtulationes & Quærelæ hinc & inde exorirentur, ne tamen hæc rupta latiùs proſerpendo, dictorum Regnorum, Orbiſque Chriſtiani Quietem ac Tranquillitatem interturbare queant, Deo Sanctorum Cogitationum ac Pacis Authore inſpirante, viſum eſt dictis Potentiſſimis Principibus *Franciſco Mariæ & Elizabethæ* certos Oratores Depputatos & Commiſſarios ſuos conſtituere & delegare, qui de conſervanda conſtabilienda reformanda reconcilianda & perpetuanda Amicitia & Pace inter ipſos Potentiſſimos Principes & eorum Poſteros & Succeſſores, ac inter Dominia omnia & Regna ipſorum, ſimul conveniant tractent ſtatuant & concludant.

Nos igitur, *Joannes Monlucius Valentinus & Dienſis Epiſcopus & Comes* Secretioris Concilii Regis Conſiliarius, & *Carolus de la Rochefoucault Dominus de Randan* Miles & Eques Auratus Alæ Cataphractorum Præfectus, dictorum Sereniſſimorum ac Potentiſſimorum Principum, *Franciſci & Mariæ* Chriſtianiſſimi Francorum & Scotorum Regis & Reginæ, Oratores Commiſſarii Deputati Procuratores & Ambaſſiatores eorundem, ad Infraſcripta tractanda paciſcenda convenienda & concludenda ſufficienti Authoritate præditi, cum præclaris & eximiis Viris, *Guillelmo Cecilio* Equite Aurato, dictæ Sereniſſimæ *Reginæ Angliæ* Secretario Primario, & *Nicolao Wotton* Eccleſiarum Metropoliticarum Cantuarienſis & Eboracenſis Decano, jam dictæ Sereniſſimæ *Reginæ Elizabethæ*, in Concilio ejus Privato Conſiliariis, ac Oratoribus Commiſſariis Deputatis Procuratoribus & Ambaſſiatoribus ejuſdem, ad infraſcripta tractanda paciſcenda convenienda & concludenda ſufficientem Authoritatem habentibus, Nomine Principum noſtrorum ſupradictorum, & Virtute & Authoritate hincinde Mandatorum & Commiſſionum noſtrarum (quæ ad verbum inferiùs ſcribentur) per præſentes convenimus conſtituimus concordamus & concludimus articulatim prout ſequitur:

Imprimis, Conventum concordatum & concluſum eſt, quod
* XV. 594. ſupradictus Fœderis Amicitiæ & Pacis * Tractatus apud *Caſtellum in Agro Cameracenſi*, ut dictum eſt, initus concluſus & factus, omniaque & ſingula in eodem conventa concordata & concluſa remanebunt & erunt firma & valida, ac in eodem robore efficaciâ & viribus etiamnum conſiſtent, in quibus erant vel eſſe debuerant ſtatim & immediatè poſt Ratificationem vel Confirmationem dicti Tractatûs hinc & inde factam, perinde acſi nihil omninò contra aliquem Articulum ſive Conventionem dicti Tractatûs ab utravis Parte interim innovatum attentatum geſtum factum aut omiſſum eſſet, & perinde acſi dicti Tractatûs conventa pacta & concordata ad verbum hic eſſent de novo inſerta & repetita, & Nomine dictorum Illuſtriſſimorum Principum *Franciſci ac Mariæ* ex una, & *Elizabethæ* ex altera, expreſsè facta & concluſa.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quod quidam Pacis Fœderis & Amicitiæ Tractatus, inter dictos Sereniſſimos Principes *Franciſcum & Mariam tunc Regem & Reginam Scotiæ Delphinos Viennenſes Comites Valentinenſes & Dienſes*, ex una, & *Elizabetham Angliæ Franciæ & Hiberniæ Reginam*, ex altera, per Deputatos Commiſſarios & Oratores eorum apud dictum *Ca-*



*Armoyries*) Regnorum Angliæ aut Hiberniæ uti aut ſibi arrogare liceat, idcircò Statutum Pactum & Conventum eſt, quòd dictus *Rex Chriſtianiſſimus & Regina Maria* & uterque eorum, abſtinebunt deinceps à dicto Titulo atque Inſignibus Regni Angliæ vel Hiberniæ utendis vel gerendis; prohibebunt etiam ac interdicent ſuis Subditis, nè quis, in Regno Franciæ & Scotiæ atque eorum Provinciis ſive in aliqua parte eorum, quovis modo utatur dictis Titulo aut Inſignibus, interdicent etiam ac præſtabunt quantùm in ipſis erit, ne quis aliquo modo dicta Inſignia cum Inſignibus dictorum Regnorum Franciæ aut Scotiæ commiſceat; quòd ſi quæ inveniantur Litteræ aut ſcripta quibus appoſitus ſit Titulus Regnorum Angliæ vel Hiberniæ, vel Sigillo Inſignium dictorum Regnorum vel alteriùs eorum fuerint obſignata, reformabuntur ſine ulla dictorum Tituli & Inſignium Angliæ vel Hiberniæ adjectione, & quòd omnes Litteræ & Scripta continentia dictum Titulum aut obſignata Sigillis dictorum Inſignium, quæ non erunt, ut ſupra dicitur, renovata aut reformata * infra ſex Menſes poſt pu- * XV.
blicationem hujus Tractatûs, erunt nulla & nullius momenti; cu- 595.
rabunt præterea & cavebunt, quantum in ipſis erit, nè in dictis Regnis Franciæ aut Scotiæ Inſignia prædicta immixta Inſignibus dicti *Regis vel Reginæ Mariæ*, vel dictus Titulus præfatis *Regi vel Reginæ Mariæ* adſcriptus alicubi extet, videatur aut reperiatur.

Item, Cùm dicti Oratores & Commiſſarii Sereniſſimæ *Reginæ Elizabethæ*, prædictam Cautionem expreſſam in Fine præcedentis proximi Articuli publico Edicto fieri, & pro Injuriis quas aſſerebant per dictos Sereniſſimum *Regem & Reginam Mariam*, dictæ Sereniſſimæ Reginæ *Elizabethæ* eſſe illatas, ulteriorem Compenſationem & Reparationem, poſtularent; *Franciæ vero Oratores*, cùm ad hæc multa reſpondiſſent, illud etiam addiderunt, nullam ſe habere Authoritatem iis de rebus quicquam agendi aut contractandi, quòd ſi ſpectandum eſſet è Gallia reſponſum magna intercaderet temporis jactura & maximum huic reformandæ & reconciliandæ Pacis & Amicitiæ Tractatui & Inſtituto Impedimentum inde emergere poſſet; ideò conventum concordatum & concluſum eſt, quòd hæc Diſceptatio ſuper dictis Poſtulatis, tam pro publicanda dicta Cautione quàm pro ulteriori Compenſatione rejicietur in alium Conventum Londini quamcitò commode fieri poterit, inter dictos utriuſque Partis Oratores & Deputatos inſtituendum & celebrandum; quòd ſi nè tunc quidem inter eos ſuper dicta Diſceptatione convenire poterit ante Finem trium Menſium a Die datæ hujus Tractatus, tum ex utriuſque Partis conſenſu, in Potentiſſimum Principem *Philipum Hiſpaniarum Regem* Catholicum dicta Diſcrepario compromittetur, cujus Arbitrio & Sententiæ ſuper eadem utrinque ſtabitur, ita ſi ille ſuper eadem Sententiam & finale Decretum, intra Anni vertentis ſpatium poſt dictum Trimeſtre finitum, Scripto prolatum edere non gravetur, niſi ſi ex utriuſque Partis Conſenſu tempus illud Annum ulterius prorogari & differri contingat, quòd, ſive factum non erit, ſive intra tempus ſic prorogatum, dictus *Rex Catholicus* Finem ei Diſceptationi non impoſuerit, tunc dictæ Sereniſſimæ *Reginæ Elizabethæ* Jus illæ petendi cum voluerit integrum reſervabitur in eo Statu in quo erat ante hujus Tractatûs Inchoationem.

Cùm, Deo Optimo Maximo, in cujus Manu Corda Regum ſunt, viſum ſit, Animos dictorum Chriſtianiſſimi *Regis & Reginæ Mariæ* ita inclinare ut ſuam erga Nobilitatem & Populum ſuum Regni ſui Scotiæ Clementiam & Benignitatem abundè oſtenderint, viciſſimque dicta Nobilitas & Populus ſuam erga

O

dictos

Digitized by Google

Manibus ſuis propriis ſubſcribendas redigetur, ipſaſque Litteras
* XV. 596. * confirmatorias authenticas, & ſic, ut præfertur, ſubſcriptas & ſigillatas, dicti Principes & eorum quilibet, alterius Principis Oratori ſive Commiſſario Oratoribus ſive Commiſſariis, ad hoc Authoritatem & Mandatum habenti vel habentibus, invicem tradent ſeu tradet realiter & cum effectu.

Item, Conventum concordatum & concluſum eſt, quòd dicti Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Principes *Franciſcus ac Maria & Elizabetha* ac eorum quilibet, in Præſentia Oratoris ſive Commiſſarii Oratorum ſive Commiſſariorum alterius Principis, ſufficientem ad id Authoritatem habentis ſeu habentium, & ab eodem ſeu eiſdem requiſitus, in Verbo Regio promittent & promittet, & tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis jurabunt & eorum quilibet jurabit, ſe omnes & ſingulos Articulos Conventiones & Pacta in præſenti Fœdere & Tractatu comprehenſa fideliter bonâ Fide & inviolabiliter obſervaturos, & eorum quemlibet pro parte ſua obſervaturum.

*Sequuntur Tenores Commiſſionum.*

*Francois & Marie*, par la Grace de Dieu, *Roy & Royne de France & d'Eſcoſſe, &c. ut ſupra.* Donne a *Chenonceau*, le deuxieſme Jour de May, l'An de Grace Mil cinq centz ſoixante, & de noſtre Regne le premier.

*Elizabetha*, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regina* Fidei Deffenſor, &c. omnibus ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm nihil nobis unquam optabilius fuit quàm ut Quies & Tranquilitas inter noſtros Subditos ſecurè aleretur, cumque ob eam ipſam Cauſam Nos ipſæ ſemper & Naturâ propenſæ & Judicio etiam cupidæ fuerimus, ut inter Nos, interque omnes circumcirca Vicinos Principes firma & inviolata Pax conſervaretur, ex quibus rebus etiam Nos certum Fructum veræ Obedientiæ noſtrorum Subditorum ad eorumque ſingulorum Commoditatem caperemus, Nos tamen, contra noſtram & Expectationem & Voluntatem, hac dulci Spe optatæ Quietis plurimùm ſumus fraudatæ, & propterea invitæ protractæ fuimus ut, ad defendendam Regnorum noſtrorum Mageſtatem, & ad tuendam Subditorum noſtrorum Salutem, Vires noſtras, prout tanta Res poſtulabat, comparatas inſtructaſque haberemus; verùm enimverò, cum Dei Benignitate, chariſſimi noſtri Frater ac Soror, *Francorum Rex & Regina* ita ſunt affecti ad conferendum agendumque de reconcilianda inter nos communi noſtra Amicitia, ut ad eam ipſam Cauſam ſtabiliendam certos huc ſuos Commiſſarios legaverint, nos itidem libenter ſecutæ propenſum noſtrum cupidumque ſemper Studium communis conſervandæ Pacis, ex noſtra etiam Parte, noſtros delegavimus conſtituimuſque Commiſſarios, & quia plurimùm confidimus de Fide Uſu & Prudentia, Fidelium & Prædilectorum Conſiliariorum noſtrorum, *Gulielmi Cecill* Equitis Aurati Secretarii noſtri Primarii, *Nicolai Watton* Eccleſiarum Metropoliticarum Cantuarien. & Eboracen. *Decani*, *Radulphi Sadler*, *Henrici Percy & Petri Carew* Equitum Auratorum:

Sciatis quòd Nos, eoſdem, tres vel duos eorum, facimus conſtituimus creamus & ordinamus Oratores & Commiſſarios noſtros generales & ſpeciales;

Dantes & concedentes eiſdem, tribus vel duobus eorum, Facultatem & Mandatum ſpeciale & generale, capitulandi tractandi concludendi & concordandi, tam pro Nobis quàm pro Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, cum prædictis Commiſſariis *Regis & Reginæ Francorum*, vel eorum aliquo ad hoc Poteſtatem ſufficientem habente, ſuper omnibus & ſingulis Cauſis & Controverſiis Nos, Honorem, & Regna noſtra tangentibus, quæ nuper inter *Nos* & dictos *Francorum Regem & Reginam* orta ſunt,

Et generaliter ſuper omnibus aliis & ſingulis quæ ad mutuam noſtri & prædictorum Principum Regnorum & Subditorum no-

*Sub Sigillis prædictorum Commiſſariorum Scotiæ de Cera rubea pendentibus a Filis ſericis albi coloris.*

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

Regina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Middleſexiæ Salutem. Ann. D.
Vacante nuper Epiſcopatu Coventrienſi & Lichfeldenſi, per 1560.
legitimam Deprivationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Ca-* Pat. 2.
*pitulum* Eccleſiæ Cathedralis Coventr. & Lich. prædictæ, Licen- Eliz. p.
tiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, dilectum nobis, *Thomam Ben-* 14. m. 4.
*tham* Sacræ Theologiæ Bacchalarium, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudum ſpectantibus & pertinentibus modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs Anno Regni noſtri primo nuper editi, & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo reſidentibus) ei reſtituimus per Præſentes:

Et ideò tibi præcipimus quòd præfato *Electo* Temporalia prædicta cum pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viii. Die Julii.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Staff.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Warr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Derb.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Salopiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*

*Camerario* ſuo Ceſtriæ, Salutem.

Vacante, *&c. ut ſupra*, vobis mandamus quòd, per Breve noſtrum ſub Sigillo noſtro Comitatûs noſtri Palatini Ceſtriæ prædicti, debitè conficiendum, Eſcaetori noſtro Comitatûs prædicti detis in mandatis, quòd eidem *Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva ſua, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ſine dilatione Liberet in forma prædicta.

Et mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de *Epiſcopatu prædicto*, quòd eidem *Electo* tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad *Epiſcopatum prædictum* pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

* *De Significavit.* * XV. 598.

Regina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac prædilecto Ann. D.
& fideli noſtro, *Matheo Archiepiſcopo Cantuarienſi*, ac aliis 1560.
quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salu- Pat. 2.
tem. Eliz. p.
14. m. 6.

Cùm

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudum ſpectantibus & pertinentibus modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs Anno Regni noſtri primo, inde nuper editi, & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo reſidentibus) ei reſtituimus per Præſentes:

Et ideò tibi præcipimus quòd præfato *Electo* Temporalia prædicta cum pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo Die Julii.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Devon.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Berk.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

Et mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de *Epiſcopatu prædicto*, quòd eidem *Electo* tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad * Epiſco-
* XV. 599. patum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

### *De Licentia Eligendi.*

Ann. D. 1560. Pat. 2. Eliz. p. 14. m. 6. REgina, &c. dilectis ſibi in Chriſto *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Eborum, Salutem.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Deprivationem *Nicholai Hethe* ultimi Archiepiſcopi ibidem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Archiepiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinatæ, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Archiepiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto Die Julii.

---

### *De Licentia ad Non-reſidentiam.*

Ann. D. 1560. Ibid. p. 12. m. 1. REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm, dilectus nobis in Chriſto, Doctor *Petrus Alexander* Natione Attrebatenſis, ex Dono & Conceſſione, Præchariſſimi Fratris noſtri *Edwardi Sexti* nuper *Regis Angliæ*, habeat teneat & poſſideat Canonicatum & Præbendam quandam in Eccleſia



beret & perciperet, aut gaudere habere & percipere deberet, ſi perpetuò præſens adeſſet, & Reſidentiam ſuam faceret in dicta Eccleſia Cathedrali & Metropolitica, * Statutis & Ordinationibus ejuſdem Eccleſiæ, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus. * XV. 600.

Volumus etiam, & per Præſentes mandamus *Decano & Capitulo* dictæ Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ, quod eidem *Petro Alexandro* vel Aſſignatis ſuis, de tempore in tempus, de omnibus & ſingulis Stipendiis Vadiis Fructubus Emolumentis Commoditatibus, Dividentiis quotidianis, Diſtributionibus Denariorum ſummis cæteriſque Commodis & Proficuis ſupradictis, perſolvant & ſatisfaciant proinde acſi præſens eſſet, & perſonaliter Reſidentiam in eadem Eccleſia faceret, aliquo Statuto Decreto Conſtitutione Uſu Conſuetudine Ordinatione, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Julii.

*Per Breve.*

---

### *De Præſentatione.*

REgina dilectis Subditis noſtris, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Metropoliticæ divi Petri Eborum, ad quos omnes & omnimoda Juriſdictio Spiritualis & Eccleſiaſtica quæ ad Epiſcopum Ceſtrenſem Sede plenâ pertinuit, ipſa Sede jam vacante notoriè dinoſcitur pertinere, aut alii cuicumque in hac parte Auctoritatem habenti, Salutem. Ann. D. 1560. Ibid. m. 2.

Ad Vicariam perpetuam Vicariæ perpetuæ Eccleſiæ Parochialis de Brigham dictæ Ceſtrenſis Diœceſis, per liberam & ſpontaneam Reſignationem *Richardi Parr* Clerici ultimi Vicarii & Incumbentis ibidem, jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno Jure ſpectantem, dilectum Subditum noſtrum, *Edwardum Freers* Clericum, Tenore Præſentium, præſentamus;

Rogantes & Requirentes, quatenus eundem *Edwardum*, ad dictam Vicariam perpetuam admittere ipſumque Vicarium perpetuum dictæ Vicariæ perpetuæ, ac in & de iiſdem cum ſuis Juribus & pertinentiis univerſis ritè canonicè inſtituere pariter & inveſtire, cæteraque facere peragere & perimplere, quæ veſtris in hac parte incumbunt Officiis, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Reſtitutione Temporalium Exon.*

REgina Eſcaetori ſuo in Comitatu Devoniæ, Salutem. Ann. D. 1560. Ibidem. p. 14. m. 4.

Vacante nuper Epiſcopatu Exonienſi, per legitimam Deprivationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Exon. prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, dilectum nobis *Willielmum Aley* Sacræ Theologiæ Profeſſorem in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,



Digitized by Google

### *Conventionum Scotiæ antememoratarum Ratificatio.*

Ann. D. 1560. *Ex Autogr.*

ELizabetha, Dei Gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regina* Fidei Defenſor, &c. univerſis & ſingulis, ad quorum notitias hæ præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm Tractatus quidam ſtabiliendæ Pacis & Concordiæ, inter Oratores noſtros Commiſſarios Deputatos & Legatos noſtros & Illuſtriſſimorum Principum *Franciſci & Mariæ*, Dei gratiâ, *Regis & Reginæ Francorum & Scotorum* Fratris ac Sororis & Conſanguineorum noſtrorum Chariſſimorum, virtute & authoritate Commiſſionum a nobis & dictis Fratre & Sorore noſtris reſpectivè conceſſarum, nuper conventus concordatus & concluſus fuerit *apud Edinburgum* in Regno Scotiæ, ſicut in Litteris Scriptis & Actis Oratorum Commiſſariorum Deputatorum & Legatorum prædictorum deſuper confectis ſubſcriptis & obligatis, pleniùs apparet & continetur; quorum Tenor ſequitur & eſt talis.

UNIVERSIS ET SINGULIS ad quorum notitiam Præſentes pervenerint, Salutem.

Cùm, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, ſecundo Die Aprilis, apud *Caſtellum in Agro Cameracenſi* quidam Pacis Amicitiæ Concordiæ & Fœderis Tractatus inter, Sereniſſimos & Potentiſſimos Principes *Elizabetham Angliæ Franciæ & Hiberniæ Reginam* Fidei Deffenſorem, &c. ex una, &, Præclaræ Memoriæ, *Henricum Francorum Regem* Chriſtianiſſimum, ex altera parte, eorumque Hæredes & Succeſſores, per Oratores Deputatos Ambaſſiatores & Commiſſarios ipſorum ſufficienter ad id authoriſatos initus factus & concluſus fuiſſet, qui poſtea juxta Pacta & Conventa dicti Tractatûs per ipſos Potentiſſimos Principes reſpectivè ratificatus approbatus & confirmatus, ac etiam, Juramentis ipſorum ſolemniter præſtitis, fuit corroboratus, inciderunt tamen poſtea quædam, inter dictos Illuſtriſſimos Principes, ac etiam inter dictam Sereniſſimam *Reginam Elizabetham* & Potentiſſimos Principes *Franciſcum Secundum & Mariam Francorum & Scotorum Regem & Reginam*, quæ Suſpitionum Simultatum Querelarum Controverſiarum & Diſcordiarum ciendarum & alendarum Occaſionem præbitura viderentur, uſque adeò ut ad Arma quoque corripienda, eâ Gratiâ, itum ſit, quibus factum eſt, ut de dicti Tractatûs Pacis & Fœderis non rectâ Obſervatione Expoſtulationes & Querelæ hinc & inde exorirentur, nè tamen hæc cæpta latiùs proſerpendo, dictorum Regnorum, Orbiſque Chriſtiani Quietem ac Tranquillitatem interturbare queant, Deo Sanctorum Cogitationum ac Pacis Authore inſpirante, viſum eſt dictis Potentiſſimis Principibus *Elizabethæ Franciſco & Mariæ* certos Oratores Deputatos & Commiſſarios ſuos conſtituere & delegare, qui de conſervanda conſtabilienda reformanda reconcilianda & perpetuanda Amicitia & Pace inter ipſos Potentiſſimos Principes & eorum Poſteros & Succeſſores, ac inter Dominia omnia & Regna ipſorum, ſimul conveniant tractent ſtatuant & concludant.

Nos igitur, *Gulielmus Cecilius* Eques Auratus dictæ Sereniſſimæ *Reginæ Angliæ* Secretarius Primarius, & *Nicholaus Wotton* Eccleſiarum Metropoliticarum Cantuarien. & Eboracen. *Decanus*, dictæ Sereniſſimæ Reginæ *Elizabethæ* in Concilio ejus Privato Conſiliarii, ac Oratores Commiſſarii Deputati Procuratores & Ambaſſiatores ejuſdem, ad Infraſcripta tractanda paciſcenda convenienda & concludenda ſufficienti Authoritate prædit, cum præclaris & * eximiis Viris, Domino *Joanne Muntlucio*, Permiſſione Divinâ, *Valentinenſi & Dienſi Epiſcopo & Comite*, & Secretioris Regii Concilii Conſiliario, & *Carolo de Rochefoucault Domino de Randan* Milite & Equite Aurato Alæ Cataphractorum Præfecto, dictorum Potentiſſimorum Principum, *Franciſci & Mariæ* Francorum & Scotorum Regis & Reginæ Oratoribus Deputatis Commiſſariis Procuratoribus & Ambaſſiatoribus ejuſdem, ad Infraſcrip-

* XV. 602.

### *De Officio unius Medicorum Reginæ ordinariorum conceſſo.*

Ann. D. 1560. *Pat. 2. Eliz. p. 13. m. 25.*

REgina, &c.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, Dilecto Nobis *Roberto Huic* in Medicinis Doctori, Officium & Locum *unius Medicorum noſtrorum Ordinariorum*, ac dictum *Robertum Huicke* UNUM MEDICORUM NOSTRORUM ORDINARIORUM facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Et inſuper, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus per Præſentes, dicto *Roberto Huicke*, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ;

Habendum gaudendum & exercendum, præfato *Roberto Huicke*, dictum Officium & Locum unius *Medicorum noſtrorum Ordinariorum*, durante Vitâ ſuâ naturali, unà cum omnibus Commoditatibus Advantagiis Emolumentis Proficuis & Privilegiis dicto Officio pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & forma, prout aliquis alius ſive aliqui alii, ac aliqua alia Perſona ſive aliquæ aliæ Perſonæ, dictum Officium ante hac occupans, habuit & percepit, habuerunt & perceperunt, in & pro Exercitio Officii prædicti ac habendam percipiendam & gaudendam dictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum*, dicto *Roberto Huicke*, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, a Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ ultimò præterito, durante Vitâ dicta dicti *Roberti Huicke*, ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, per æquales Portiones ſolvendam,

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra, volumus declaramus & * concedimus per Præſentes, quòd hæc noſtra Conceſſio non aliqualiter ſe extendat ad exonerandum Nos Hæredes vel Succeſſores noſtros de Solutione alicujus Annuitatis ante hæc tempora, præfato *Roberto Huicke*, per, Præchariſſimum Fratrem noſtrum, *Edwardum Sextum nuper Regem Angliæ*, in conſideratione boni & fidelis Servitii, per eundem *Robertum*, prædchariſſimo & invictiſſimo Patri noſtro, *Henrico Octavo nuper Regi Angliæ* ac Dominæ *Katharinæ Conſorti ſuæ*, præſcripti & impenſi ſive aliter factæ & conceſſæ; * XV. 603.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viii. Die Octobris.

*Per ipſam Reginam.*

---

### *De Licentia conceſſa.*

Ann. D. 1560. *Pat. 2. Eliz. p. 12. m. 21.*

ELizabeth, by the Grace of God, *&c.* To all and ſingular Mayors Sheriffes Conſtables Cuſtumers Comptrollers Serchers, and Kepers of our Portes Crekes and Paſſages, and to all and ſingular other our Officers Miniſters and Subjects to whom in this caſe that ſhall appertaigne, and to every of them, Greting.

WE LETT YOW WITT, that We, of our Grace eſpeciall, certaine Knowlege and mere Mocyon, and for other Conſiderations Us eſpecially movynge, have graunted and licenced, and, by theſe Preſents, do graunte and gyve Licence unto our welbeloved *Andrew Zenkowitz* of Lituania in Poland Merchaunte, that he by

...gerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis prædicto Epiſcopatui dudùm ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs Anno Regni noſtri Primo inde nùper editi & proviſi, electis &
• XV. 604. captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo • reſidentibus) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus quòd *præfato Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde a Feſto Sancti Michaelis Archangeli Anno Regni noſtri primo, hucuſque provenientibus ſive creſcentibus, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto Die Octobris.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub datâ prædictâ, videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Suff.*
*Dilecto & fideli ſuo* Majori Civitatis ſuæ Norwici *ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de *Epiſcopatu Norwicen. prædicto*, quòd *eidem Electo*, tanquam *Epiſcopo* & Domino ſuo, in omnibus quæ ad *Epiſcopatum prædictum* pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

### *De Pardonatione ſpeciali.*

✠

Ann. D. 1560. *A.* 3. *Eliz. R. Pat.* 3. *Eliz. p.* 4. *m.* 30.

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, pardonavimus remiſimus & relaxavimus, ac, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, per Præſentes pardonamus remittimus & relaxamus, dilecto Nobis in Chriſto, *Nicholao Epiſcopo Lincolnienſi*, ſeu quocumque alio Nomine Cognomine ſive Additione Nominis vel Cognominis Dignitatis Officii Loci vel Locorum idem Epiſcopus cenſeatur vocetur ſive nuncupetur, aut nuper cenſebatur vocabatur ſive nuncupabatur, Eſcapium & Evaſionem *Jacobi Brewett* nuper de Hertfordia Laborer aliàs dicti *Jacobi Brewett* nuper de Parva Munden in Comitatu prædicto Yoman, & *Johannis Johnſon* nuper de Hoddeſden in Comitatu prædicto Laborer, à Cuſtodia ipſius nunc *Epiſcopi*, juxta Privilegium Clericale conſervandum, ante præſentem Diem commiſſas habitas factas ſive perpetratas, ac omnes & omnimodas Foriſfacturas Fines Redemtiones Amerciamenta & Impriſonamenta, ac omnia alia quæ ad Nos, verſus ipſum *Epiſcopum* & Executores ſuos, ratione ſeu occaſione Eſcapii ſeu Evaſionis ipſorum *Jacobi* & *Johannis*, Nobis pertinent ſeu pertinere poterint quovismodo in futurum,

ble Father, of famouſe Memorie, *Kinge Henry the Eight*, there was a *Chapple* and *Library* lately begone in the tyme of our late dere Siſter *Quene Marie*, which remayneth at this preſent unfyniſſhed, We therfore, being deſirous to have the ſame perfited, and done in ſuche Ordre and forme as by the Diſcreſcion of the *Maſter* and *Felowes* of the ſaid College ſhal be thought convenient, to whom the Charge thereof is commytted, and for the better furtheraunce of there doings therin,

We lett youe wyt, that We have auctoriſed and appointed, and by theſe Preſentes do gyve full Power and Auctoritie to,

Our welbeloved,
*George Redman* Eſquier,
*Thomas Barwike*,
*Roger Lee*,
*Richarde Burton*,
*Oliver Grene*,
*John Bruſter* Carpenter and *John Bruſter* his Sonne,
*Humfrey Carter* Free Maſon,
And,
*Robert Pers* Bricklayer,

And to every of them, ſufficient Deputie or Deputies of them and every of them, the Bearer or Bearers hereof, to take up and provide in all Places, aſwell within the Liberties as without, for the onely Uſe of the ſaid Chapple and Library, all manner of Tymbre Bourde Planck Waynſcott Lead Iron-worke Nayles Glaſſe Stone Bricke Tile Lyme Sande Lath, and all other Stufe and Neceſſaries mete and convenient for the ſaid Workes,

And alſo to take Maſons Carpenters Joyners Plumers Bricklayers Tylers, and other Workemen and Laborers, for the better Furtheraunce of the ſaid Worke,

And all manner of Carriages by Land and Water, for reaſonable and readye Money to be payde in that behalfe;

Wherefore We wooll and commaunde youe and every of youe, by theſe Preſentes, to be aydyng helping and aſſiſting the ſaid *George Redman*, *Thomas Barwike*, *Roger Lee*, *Richarde Burton*, *Oliver Grene*, *John Bruſter* Carpenter *John Bruſter* his Sonne, *Humfrey Carter* and *Robert Pers*, and the Deputie and Deputies of them and every of them, the Bearor or Bearors hereof, in the due Execucion hereof, as ye and every of you tendre our Pleaſure and will anſwere to the contrary at your Parilis

In witneſſe whereof, &c.

Witnes our ſelfe at *Weſtminſter* the xiv. Daye of Decembre.

*Per ipſam Reginam.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

REgina, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Dunolmenſis, Salutem. Ann. D. 1560. *Ibid p.* 1. *m.* 3.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per legitimam Deprivationem ultimi Epiſcopi ejuſdem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem, Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem,



qui

*nia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam & effectum Statutorum in ea parte editorum & proviſorum velitis cum effectu.*
*In cujus rei, &c.*

*Teſte Reginâ apud Weſtmonaſterium, quarto Die Februarii.*

*Per Breve de Privato Sigillo*

---

*De Reſtitutione Temporalium pro Epiſcopo Winton.*

Ann. D. 1561. Ibid. m. 34. REgina, &c. Eſcaetori ſuo in Comitatu Southamptoniæ, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Wintonienſi, per Deprivationem *Johannis* ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Winton. prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, dilectum nobis in Chriſto, *Robertum Horne* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus pariter & favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis Burgo & Caſtello de Taunton cum pertinentiis, necnon Maneriis ſive Dominiis de Taunton Holewaye Hull Naylisborne Staplegrave Pounsford & Otterford, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis in Comitatu noſtro Somerſetiæ, ac Manerio ſive Dominio de Rumpton, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis in Comitatu noſtro Wilteſiæ, & Manerio ſive Dominio de Eſhere, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis in Comitatu noſtro Surriæ, ac etiam omnibus Meſuagiis Domibus Ædificiis Molendinis Terris Pratis Paſcuis Paſturis Communiis Boſcis Subboſcis Aquis Piſcariis Parcis Warennis Chaceis Redditibus Vineis, Feodis Militum, Wardis Maritagiis Eſcaetis Advocationibus, Juribus Patronatuum Eccleſiarum, Nundinis Mercatis Tolnetis Theoloniis Cuſtumis Francheſiis Libertatibus Privilegiis Proficuis Commoditatibus & Emolumentis & Hæreditamentis quibuſcumque cum Pertinentiis, cujuſcumque ſint Generis Naturæ vel Speciei, dictis Burgo de Taunton, ac Dominiis ſive Maneriis de Taunton Holowaye Hull Naylisborne Staplegrave Pounsford & Otterford in dicto Comitatu Somerſetiæ, & Manerio ſive Dominio de Rumpton in dicto Comitatu Wilteſiæ, ac Manerio ſive Dominio de Eſhere in dicto Comitatu Surriæ quoquomodo ſpectantibus ſive pertinentibus, aut ut Partes Membra ſive Parcellas dictorum Maneriorum ſive Dominiorum habitis acceptis reputatis uſitatis ſeu cognitis exiſtentibus, necnon omnibus Terris Tenementis & Hæreditamentis jacentibus &

* XV. 607.

* exiſtentibus in Villis Parochiis ſeu Hamelettis de Taunton Holowaye Hull Naylisborne Staplegrave Punsford Rumpton & Eſhere in dictis Comitatibus Someſ. Wilteſ. & Surr.) ei reſtituimus per Præſentes,

Et ideò Tibi præcipimus quòd eidem *Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque provenientia ſive creſcentia, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo Die Februarii.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub data prædicta; videlicet,

| | |
|---|---|
| *Eſcaetori ſuo in Com. Derb.* | *Suſſex.* |
| *Somerſ.* | *Oxon.* |

*De Regio Aſſenſu pro Epiſcopo Dunelmen.*

REgina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & prædilecto & fideli noſtro, Domino *Thomæ Archiepiſcopo Eborum*, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem. Ann. D. 1561. Ibid. p. 7. m. 3.

Cùm, vacante nuper Sede Epiſc. Eccleſiæ Cathed. Dunelm. per legitimam Deprivationem *ultimi Epiſcopi* ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Dunelm. per Literas noſtras Patentes, Licentiam conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidemque *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, dilectum nobis in Chriſto, *Jacobum Pylkington* Sacræ Theologiæ Baccularium, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis inde directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem, & vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus vos eundem *Jacobum Pylkington* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ, ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem *Jacobum Pylkington* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Dunolmenſ. prædictæ conſecrare, cæteraque omnia * &

* XV. 608.

ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo Die Februarii.

---

*De Reſtitutione Temporalium pro Archiepiſcopo Eborum.*

REgina, &c. Eſcaetori ſui in Comitatu Eborum, Salutem. Ann. D. 1561. Ibid. p. 9. m. 34.

Vacante nuper Archiepiſcopatu Eborum per Deprivationem ultimi Archiepiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum*, Eccleſiæ Cathedralis Metropoliticæ Eborum prædictæ, Licentiâ noſtra petitâ pariter & obtentâ, Reverendum in Chriſto Patrem, *Thomam Yonge* nuper *Menevenſem Epiſcopum*, in eorum Archiepiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem Nobis debitam pro prædicto Archiepiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Archiepiſcopatus ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque provenientibus ſive creſcentibus ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quarto Die Martii.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Majori Civitatis ſuæ Eborum ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Majori Villæ ſuæ de Kingeſton ſuper Hull ac Eſcaetori ſuo in eadem Villa.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Surr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*

*Eſcae-*

Digitized by Google

ſington Coronator, Cotton Monvyle & Gateſhed in Comitatu Palantino Dunolm. cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis, ac etiam omnibus Meſuagiis Domibus Ædificiis Molendinis Terris
* XV. 609 Pratis Paſcuis Paſturis Comuniis Boſcis Subboſcis Aquis * Piſcariis
Parcis Chaſeis Warrennis Redditibus Servitiis, Feodis Militum, Wardis Maritagiis Eſcaetis Advocationibus, Juribus Patronatuum Eccleſiarum, Nundinis Tolnetis Mercatis Theoloniis Cuſtumis Francheſiis Libertatibus Privilegiis Proficuis Commoditatibus Emolumentis & Hæreditamentis quibuſcumque cum Pertinentiis, cujuſcumque ſint generis naturæ vel ſpeciei, dictis Maneriis ſive Dominiis de Norham & Norhamſhire in Comitatu noſtro Northumbriæ, ac Maneriis ſive Dominiis de Sadburgh Mydleham, Eſington Warde, Eſington Coronator, Cotton Monvyle & Gateſhed in Comitatu Palantino Dunolm. quoquomodò ſpectantibus ſive pertinentibus, aut ut Membra Partes ſive Parcellas dictorum Maneriorum ſive Dominiorum habitis cognitis acceptis uſitatis ſeu reputatis exiſtentibus, necnon omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis, jacentibus & exiſtentibus in Villis Parochiis ſive Hamlettis de Norham Allerton Creke Sadburgh Mydleham, Eſington Ward, Eſington Coronator, Cotton Monvyle & Cateſhed in Comitatibus Northumbriæ & Eborum & in Comitatu Palantino Dunolm.

Ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus, quòd *eidem Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, hucuſque provenientibus ſive creſcentibus, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Northumbr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

Et mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus Epiſcopatûs prædicti, quòd eidem *Jacobo* tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad *Epiſcopatum prædictum* pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſuprà.

---

*De Officio Regiſtrarii Ordinis Garterii conceſſo.*

Ann. D. 1561. *Pat. 3. Eliz. p. 10. m. 30.*

ELizabeth, by the Grace of God, *&c.*

To all Men to whom thieſe Preſents ſhall come, Greetinge.

Where, by the Letters Patents of the late *Kinge Phillipp* and our derſt Siſter *Quene Marye*, beringe Date at Weſtminſter the xxi. *Day of Julye* in the fifte and ſixe Yeres of their Reignes, they gave and graunted unto *John Boxoll* Clerke, by the Name of their truſty and right wellbeloved Counſailour *John Boxoll* Clerke Batchellour in Dyvynyte and one of theire two Principall Secretories, the Office of *Regeſtr and Regeſterſhippe of our moſt Noble Order of the Garter*, to have hold uſe excercíſe and enjoye the ſaid Office to the ſaid *John Boxoll* by himſelfe or his ſufficient Deputie or Deputies, together with the Stipend and Fee of *Fiftie Poundes* by Yere, payable at the Receipte of the Exchequier, for Terme of his naturall Liefe, accordinge as is to ſaye, at the Feaſte of Sainte Michaell the Archeangell and the Annunciation of oure Ladye by even Portions; with all other Fees Commodities Proffittes Preeminences and Advantages, to the ſaid Office in any wiſe incident apperteyninge or belonginge, in as ample and large manner and fourme, as any *Regeſter* having heretofore the ſaid Office, enjoyed or ought to have and enjoye by reaſon of the ſame Office;

That expreſſe mencion, *&c.*

In witnes wherof, *&c.*

Witnes our Selfe at *Weſtminſter*, the xvii. Daye of Aprill.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutione Temporalium pro Epiſcopo Carliolen.*

REgina, &c. Eſcaetori ſuo in Comitatu Northumbriæ, Salutem. Ann. D. 1561.

Vacante nuper Epiſcopatu Carlioleníi, per Deprivationem *Owini* ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum*, Eccleſiæ Cathedralis Carliolen. prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, dilectum nobis in Chriſto, *Johannem Beſt* Sacræ Theologiæ Bacchalarium, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt, *Ibid. p. 9. m. 34.*

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs ei reſtituimus per Præſentes:

Et ideò tibi præcipimus quòd præfato *Electo* Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque provenientibus ſive creſcentibus, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo Die Aprilis.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub data ſupradicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Cumbr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Surr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Weſtmerl.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Derb.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de *Epiſcopatu Carliolen.* quòd eidem *Electo*, tanquam *Epiſcopo* & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*De Regio Aſſenſu.*

REgina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & prædilecto & fideli noſtro, Domino *Thomæ Archiepiſcopo Eborum*, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem. Ann. D. 1561. *Ibid. m. 33.*

Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Ceſtriæ, per legitimam Deprivationem *ultimi Epiſcopi* ejuſdem, ad humilem Petitionem

*Decani*

Digitized by Google

p. 10. m. 5. dorſ. *Thomæ Eborum Archiepiſcopo*, Angliæ Primati Metropolitano,

Ac,

Prædilecto Conſanguineo & Conſiliario ſuo,

*Henrico Comiti Rutlandiæ*, Præſidenti Concilii ſui in Partibus Borialibus,

Ac,

Reverendis in Chriſto Patribus,

*Jacobo Dunelmenſi Epiſcopo*,

*Et Johanni Carliolenſi Epiſcopo*,

Ac etiam,

Dilectis & Fidelibus Subditis ſuis,

*Henrico Percy*,

*Thomæ Gargrave*,

*Et Henrico Gates*,

Militibus,

Necnon,

Dilectis ſibi,

*Johanni Vaughan*,

*Chriſtofero Eſtofte*,

*Thomæ Haynes*,

Armigeris,

*Johanni Rokeby* Legum Doctori,

*Waltero Jones* Archidiacono Brechon,

*Willielmo Daye*, Archidiacono Nottinghamiæ,

*Johanni Stokes*, Archidiacono Eborum,

*Thomæ Layken*, Artium Magiſtro,

*Roberto Pecock*,

Et *Willielmo Watſon*,

Aldermannis Civitatis noſtræ Eborum,

Salutem.

Quandoquidem Nos fideliter accepimus, quòd in poſtrema Viſitatione noſtra, nuper in diverſis Regni noſtri Partibus aſſignata, quædam Perſonæ Eccleſiaſticæ coram Commiſſionariis noſtris comparuerint, quædam Contumaces ſeſe abſentantes & animo obſtinato latitantes, quæ Ritus Ceremonia ac Divinum Servitium, infra dictum Regnum noſtrum & alia Dominia noſtra, per Leges Statuta & Munitiones noſtras, ordinata & proviſa, obſervare recuſabant, in Animarum ſuarum grave Periculum, & Subditorum noſtrorum Fidelium periculoſum Exemplum;

Nos igitur,

In animo habentes eorum Reformationem, nè divinus & verus Dei Cultus, per tales perverſos Homines in aliquo impediatur vel moleſtetur, ac in approbata Pietate Sapientia Prudentia & Circumſpectione veſtra plurimùm confidentes,

Aſſignavimus vos Commiſſionarios noſtros, ac per Præſentes damus & concedimus vobis ſeptemdecim ſexdecim quindecim quatuordecim treſdecim duodecim undecim decem novem octo ſeptem ſex quinque & quatuor veſtrûm (quorum vos præfatos *Thomam Archiepiſcopum Eborum*, *Henricum* * *Comitem Rutl. Jacobum Epiſcopum Dunelm. Thomam Gargrave* Militem, vel *Walter Jones* unum eſſe volumus) plenam Poteſtatem & Auctoritatem capiendi & recipiendi, de omnibus & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis & aliis Perſonis Eccleſiaſticis, & aliis Officiariis & Miniſtris Eccleſiaſticis, infra Provinciam Eborum commorantibus degentibus ſive itinerantibus, cujuſcumque Statûs Dignitatis Præeminentiæ ſeu Gradûs fuerint, ſeu eorum aliquis fuerit, quoddam Sacramentum corporale ſuper ſacroſancta Dei Evangelia, coram vobis aut quatuor veſtrûm (quorum vos præfatos *Thomam Archiepiſcopum Eborum Henricum Comitem Rutlandiæ*, *Jacobum Epiſcopum Dunelmenſem*, *Thomam Gargrave* Militem, vel *Walterum Jones* unum eſſe volumus) corporaliter per ipſos & eorum quemlibet præſtandum, declaratum & ſpecificatum in quodam Actu Parliamenti noſtri apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto Die Januarii Anno Regni noſtri primo, habito tento edito, juxta vim formam & effectum ejuſdem Actûs;

* XV. 612.

Et ideò vobis & quatuor veſtrûm (quorum vos præfatos *Tho-*

R ... ſtriæ ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate, Salutem. 1561.

Vacante nuper Epiſcopatu Ceſtrienſi, per legitimam Deprivationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Ceſtriæ prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, dilectum nobis in Chriſto, *Willielmum Downeham*, Artium Magiſtrum, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt, Ibid. p. 9. m. 34.

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs ei reſtituimus per Præſentes:

Et ideò Tibi præcipimus quòd *præfato Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito huculque provenientibus ſive creſcentibus, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, nono Die Maii.

Conſimilia Brevis diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Camerario ſuo Ceſtr. vel ejus Locumtenenti ibidem.*

* *Cancellario ſuo in Comitatu Palantino Lancaſtriæ.* * XV. 613.

*Eſcaetori ſuo in Com. Eborum.*

Et mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Ceſtriæ prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

## *De Licentia Eligendi.*

REgina, &c. dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Winton., Salutem. Ann. D. 1561. Pat. 3. Eliz. p. 9. m. 33.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per legitimam Deprivationem ultimi Epiſcopi ejuſdem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Officio Jura Civilia Legendi in Academia Cantabrigiæ, conceſſo.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1561. Ibid. p. 8. m. 26

Cùm *Henricus Octavus*, Pater noſter, nuper *Rex Angliæ* æternæ memoriæ Princeps, inter cætera egregia & illuſtria ſua Beneficia quibus *Academiam Cantabrigiæ* illuſtravit, Munere *Prælegendi*

614. *præfato Willielmo Soone* ante hæc tempora factis, in Præſentibus minimè facta exiſtit, aut aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione inde in contrarium factis editis ordinatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium.*

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. 1561. *Ibid. p. 7. m. 3.* REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Brecon. Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Meneventi, per Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris, *Thomæ*, Permiſſione Divinâ, ultimi Epiſcopi ibidem ad Archiepiſcopatum Eborum, *Præcentor & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Meneven. prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, Reverendum in Chriſto Patrem, *Richardum* nuper *Aſſavenſem Epiſcopum* in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus quòd *præfato Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis in Ballivâ tuâ, unà cum Exitibus & Proficuis inde provenientibus ſive creſcentibus, a tempore Vacationis prædicti Epiſcopatûs Meneven. hucuſque, ſine dilatione liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Dilecto & fideli ſuo* Willielmo Cheſter, *Militi Majori Civitatis ſuæ London. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Pembrochiæ.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Carmerthen.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Radnor.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Glamorgan.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

### *Commiſſio pro Norrey Rege Armorum, ad ſupervidendum Arma in Partibus Occidentalibus Orientalibus & Borialibus.*

Ann. D. 1561. *Ibid. p. 5. m. 29. d.* ELizabeth, by the Grace of God, *Quene of England Fraunce and Ireland* Defendour of the Faith, *&c.* to, our truſtie and Welbeloved Servante, *Laurence Daulton* Eſquier Surnamed *Norrey Kinge of Armes* of the Eaſte Weſt and Northe Parties of our Realme of England from the Ryver of Trent Northward, and to all other our lovinge Subjectes, Gretinge.

Foraſmuche as God of greate Clemency and Goodnes hath ſub-



ſaunces Creſtes and other like Deviſes, with the Notes of theire Deſcents Pedegrees and Marriages, and the ſame to enter of Recorde into a Regiſter or Boke of Armes according to ſuche Order as is preſcribed and ſett fourth in the Office Chardge and Othe taken by our ſaid Servante at his Creation and Coronation,

And alſo to correcte comptroll and refourme all manner of Armes Creſtes Cogniſances and Deviſes unlaufull or unlaufully uſurped borne or taken by any Perſon or Perſons within the ſame Provynce, contrary to the due Order of the Lawe of Armes, and the ſame to reverſe pull downe or otherwiſe deface at his diſcretion, aſwell in Cote Armours Helme Standerds Pennons, and Hatchmentes of Tents and Pavilions, as alſo in Plate Jewells Paper Parchement Wyndowes Graveſtones and Monuments or elſewhere, whereſoever they be ſett or placed, whether they be in Shilde Schoocheon Lozenge Square Rondell or otherwyſe howſoever, contrary to the awtentique and auncient Laws Cuſtoms Rules Pryviledges and Orders of Armes,

And further We, by theſe Preſents, doo gyve and graunte to the *ſaid Norrey* full Power and Auctorytie to reprove comptroll and make infamous, by Proclamation to be made at the Aſſiſes or Generall Seſſions, within the ſame his Province to be had and kepte, or at ſuche other Place or Places as he or they ſhall thinke moſte mete and convenient, all and all manner of Perſon or Perſons, that unlaufully and without juſte Auctorytie Vocacion or due Callinge, doe or have done or ſhall uſurpe or take uppon hym or them any manner Title of Honor or Dignitie, as Eſquier Gentleman or other,

And likewiſe to refourme and comptroll all ſuche at any Funeralls or Interementes ſhall uſe or weare any Mournyng Apparrells, as Gownes Hoodes Tippettes or ſuch like, contrary to the Order lymytted and preſcribed in the tyme of the moſte noble Prince, of famous Memory, *Kynge Henry the Seventh* our Grandfather, otherwiſe or any other ſorte then to their Eſtates and Degrees doth or ſhall apperteyne,

And further more, by theſe Preſentes we prohibytt and forbidd that no Paynter Glaſyer Goldſmyth Graver or any other Artificer, whatſoever he or they be within ſaide Province of the *ſaid Norrey*, ſhall take uppon them to paynte grave glaſe deviſe or ſett fourth by any ways or meanes any manner of Armes Creſts Coignoiſaunces Pedegrees or other Deviſes perteyninge to the Office of Armes, otherwiſe or in any other fourme or maner then they may laufully doe and ſhal be allowed by the *ſaid Norrey* his Deputy or Deputies accordinge to the auncient Lawes and Statutes of Armes,

And we forbydd and likewiſe ſtraightly commaunde all our Sheriffs Commiſſaires Archdeacons Officialls Scryvenors Clerks Writers or other what ſoever they be, to call name or write, in any Aſſiſes Seſſions Courte or other open place or places, or elſe to uſe in any Writinge the Addicion of Eſquier or Gentleman unleſſe they * be hable to ſtande unto and juſtifie the ſame * XV.
by the Lawe of Armes of our Realme, or elſe be aſſerten ther- 616.
of by advertiſement in Writing fro the ſaid *Norrey* King of Armes or his Deputie or Deputies Atturney or Atturneys,

And further we ſtraightlye commaund and chardge that no other *King of Armes Herald*, *Heralds* Servant, or *Officer of Armes*, or any other Perſon or Perſons ſhall intromytt or meddell in any thing or things touching and concernyng the Office of Armes within the ſaid Province, without the ſpeciall Licenſe and Auctorytie of *the ſaide Norrey* in Writing under the Seale of the ſaid Office firſte had and opteyned from *the ſaid Norrey*, all the which ſaid Power Preheminence Juriſdiction and Auctoritye above ſpecifyed for Us our Heirs and Succeſſours we doo geve and graunte by theſe Preſentes to *the ſaid Lawrence Dalton* aliàs *Norrey*, during the naturall Liefe of *the ſaid Norrey*, in as lardge and ample manner and fourm in every thing and things as any his Predeceſſors, or any other bering the Name or Title of *Norrey* have or had did or might doe, by force of any Letters Patents graunted by any of our Predeceſſours or as of righte he or they ought





Digitized by Google

Witnes our ſelfe at *Weſtminſter*, the xxvii. Day of June.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Officio Prælectoris in Facultate Medicinali, in Academia Oxon. conceſſo.*

Ann. D. 1561. Pat. 3. Eliz. p. 6. m. 35.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm Præchariſſima Soror noſtra, *Maria nuper Angliæ Regina*, per Literas ſuas Patentes gerentes Datam apud Weſtm. *viceſimo primo Die Maii* Anno Regni ſui primo, dederit & conceſſerit cuidam *Thomæ Fraunces* Artium Magiſtro ac Artis Medicinalis Prælectori Lectionem *Officium & Locum Prælectoris ſui in Scientia & Facultate Medicinali* à Sereniſſimo Patre ſuo nuper erectum & fundatum, in uſum & profectum Juventutis ſuæ Anglicanæ in *Alma Academia ſua Oxon.* ac ipſum *Thomam* PRÆLECTOREM ſeu INFORMATOREM Scientiæ & Facultatis prædictæ in eadem Univerſitate fecerit & ordinaverit,

• XV. 617. • Habendum exercendum & occupandum Lectionem Officium & Locum prædictum præfato *Thomæ Fraunces*, a Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis tunc ultimò præterito, pro Termino & ad Terminum Vitæ naturalis dicti *Thomæ*,

Percipiendo inde annuatim pro Feodo & Stipendio ſuo *Quadraginta Libras* bonæ & legalis Monetæ Angliæ, ad Receptam Scaccarii ſui Hæredum & Succeſſorum ſuorum, per Manus Theſaurarii & Camerariorum ſuorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones annuatim ſolvendas, prout in eiſdem Literis Patentibus pleniùs liquet & apparet,

Quas quidem Literas Patentes, dictus *Thomas Fraunces* nuper in Cancellariam noſtram ſurſum reddidit cancellandas, & ibidem Cancellatæ ſunt, prout certam inde habemus notitiam,

Prætextu cujus quidem ſurſumredditionis prædictum Officium ſive Locus, & cætera Præmiſſa cum pertinentiis in Manibus & Diſpoſitione noſtris jam ſimpliciter & abſolutè exiſtunt,

Sciatis quod Nos de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, dilecto Subdito noſtro, *Waltero Bailie* Artium Magiſtro, ac in Arte Medicinali Bacchalaureo, *Lectionem Officium & Locum Prælectoris noſtri in Scientia & Facultate Medicinali*, a Sereniſſimo Patre noſtro nuper erectum & fundatum in Uſum & Profectum Juventutis noſtræ Anglicanæ, in *Alma Academia noſtra Oxon.* ac ipſum *Walterum* Prælectorem *ſeu* Informatorem *Scientiæ & Facultatis prædictæ* in eadem Univerſitate facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

• Habendum exercendum & occupandum Lectionem Officium & Locum prædictum præfato *Waltero Bailie* a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ad Terminum & pro Termino Vitæ naturalis dicti *Walteri*,

Percipiendo inde annuatim pro Feodo & Stipendio ſuo *Quadraginta Libras* bonæ & legalis Monetæ Angliæ, ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos (videlicet, ad Feſta Natalis Domini, Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Johannis Baptiſtæ, & Sancti Michaelis Archangeli) per æquales Portiones annuatim ſolvendas;

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Præſentatione, ad *Vicariam de Fynbarowe*, magna Norwicen. Diœc.

Et diriguntur Literæ illæ, *Johanni Epiſcopo Norwicen.* prædict.

Teſte Regina *apud Redgrave*, viceſimo ſecundo Die Septembris.

*Robertus Forſter* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Deptforde*;

Et diriguntur Literæ illæ *Edmundo Roffen Epiſcopo.*

Teſte Regina *apud Redgrave*, decimo nono Die Auguſti.

*Johannes Hylton* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam de Guſlinge.*

Et diriguntur Literæ illæ *Johanni Norwicen. Epiſcopo.*

Teſte Regina *apud Redgrave*, decimo nono Die Auguſti.

*Johannes Edwyn* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes de Præſentatione, ad *Vicariam de Wanneſworth*;

Et diriguntur Literæ illæ *Roberto Winton Epiſcopo.*

Teſte Regina *apud Redgrave*, viceſimo octavo Die Julii.

*Georgius Wyvell* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes de Præſentatione, ad *Vicariam de Lawrack*, Exon. Diœc.

Et diriguntur Literæ illæ *Willielmo Epiſcopo Exon.* prædict.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo Die Maii.

*Edwardus Barker* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Weſtbere*, Cantuar. Diœc.

Et diriguntur Literæ illæ *Matheo Cantuar. Archiepiſcopo.*

Teſte *Regina apud Weſtmonaſterium*, viceſimo die Maii.

*Johannes Abbey* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Stawkeſfylde*;

Et diriguntur Literæ illæ *Matheo Cantuar. Archiepiſcopo.*

Teſte *Regina apud Weſtmonaſterium*, viceſimo Die Maii.

*Ricardus Harres* Clericus, habet Literas Patentes *Reginæ* de Præſentatione, ad *Vicariam de Stevington*, Lincoln. Diœc.

Et diriguntur Literæ illæ *Nicholao Lincoln. Epiſcopo.*

Teſte *Regina apud Weſtmonaſterium*, viceſimo Die Maii.

*Willielmus Browne* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Vicariam de Horley*, Winton. Diœc.

Et diriguntur Literæ illæ *Roberto Epiſcopo Winton.*

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vii. Die Maii.

*Willielmus Greneway* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Kyrſted*;

Et diriguntur Litteræ illæ *Johanni Norwicen. Epiſcopo.*

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, vii. Die Maii.

*Baptiſta Willoughbie* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam ſive Capellam de Whytehall*;

Et diriguntur Litteræ illæ *Gilberto Bathon. & Wellen. Epiſcopo.*

Teſte Regina *apud Weſtmonaſterium*, decimo Die Maii.

*Thomas Wright* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Totnes magna*;

Et diriguntur Literæ illæ, *Willielmo Exon. Epiſcopo.*

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, xiv. Die Maii.

*Rawlphus Phylyppes* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Welton.*

Et diriguntur Literæ illæ, *Edmundo Petriburgenſ Epiſcopo.*

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, xiv. Die Maii.

*Rober-*

Digitized by Google

Pat. 4 Eliz. p. 5. m. 39. noſtris, dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes dare & concedere, Reverendo in Chriſto Patri, *Edmundo*, Permiſſione Divinâ, *Roffenſi Epiſcopo*, Magno Eleemoſinario noſtro, in Augmentationem Eleemoſinæ noſtræ, tam omnia & ſingula Bona Debita & Catalla quarumcumque Perſonarum Felonum de Se, & cujuslibet Perſonæ Felonis de Se, quàm omnia & ſingula Deodanda infra Regnum noſtrum Angliæ ac Walliæ & Merchias ejuſdem, tam infra Libertates quàm extra inventa ſive invenienda foriſfacta ſive foriſfacienda, quæ Nobis nunc pertinent vel unquam poſt quartum decimum Diem Julii ultimum ante Datam Præſentium præteritum quoviſmodò pertinuerunt ac pertinere debuerunt, & deinceps quamdiu ipſum *Edmundum Eleemoſynarium* noſtrum fore contigerit pertinuerint vel contigerint ullo modo,

Et volumus & concedimus eidem *Eleemoſinario* noſtro quòd benè liceat ei ac Deputatis & Servientibus ſuis, omnia hujuſmodi Bona Debita & Catalla Felonum de Se ac Deodanda, ubicumque inveniri poterunt, tam infra Libertates quàm extra, ut præfertur, ſeiſire recuperare levare & colligere; aſſignantes præfatum *Eleemoſinarium* noſtrum & Deputatum ſuum ac Deputatos ſuos, ad inquirendum de tempore in tempus, viis & modis quibus meliùs ſcire poterit ſive poterint, de hujuſmodi Bonis Debitis & Catallis Felonum de Se & Deodandis, ac ad eadem ſeiſiendum capiendum recuperandum & levandum per ſe ſive Deputatos ſuos ſufficientes, ubicumque infra Regnum noſtrum Angliæ prædictum, ac Walliam prædictam & Merchias ejuſdem fuerint inventa, tam infra Libertates quàm extra, & ipſa ſic levata recuperata & collecta, per ſe ubi meliùs videbitur pro Nobis in Eleemoſinam diſtribuendum, abſque Compoto ſeu Ratiocinio inde Nobis reddendo ſeu faciendo;

Mandantes & præcipientes univerſis & ſingulis Vicecomitibus Majoribus Coronatoribus Ballivis & Conſtabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris noſtris, tam infra Libertates quàm extra, & eorum cuilibet, Tenore Præſentium, quòd præfato *Eleemoſinario* noſtro, ac Deputatis & Servientibus ſuis, in Executione Præmiſſorum ſupportantes ſint & intendentes auxiliantes & defendentes ſub Periculo quod incumbit.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina *apud Weſtmonaſterium*, quinto Die Decembris.

*Per Privatum Sigillum.*

---

*Pro Subeleemoſinario Reginæ de Præſentatione.*

Ann. D. 1561. *Ibid. m.* 35. • XV. 620.

REgina, Reverendo in Chriſto Patri, Domino *Edwino Wigorn. menſi Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* ſuo in Spiritualibus Generali, aut alii cuicumque Poteſtatem ſufficientem in hac parte habenti, Salutem.

• Ad ſextam Præbendam in Eccleſia noſtra Cathedrali Wigorn. per legitimam Deprivationem *Roberti Showe* ultimi Incumbentis ejuſdem, jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, dilectum nobis in Chriſto, *Thomam Norley* Subelimoſinarium noſtrum vobis Tenore Præſentium præſentamus,

Rogantes & Mandantes ut eundem *Thomam Norley*, ad dictam Præbendam admittere, ipſumque Præbendarium ejuſdem, ac in eadem cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis ritè & legitimè inſtituere & inveſtire, cæteraque facere & peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo Die Decembris.

*Per Privatum Sigillum.*

Ad Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Elenæ in Abyngdon cum Capella de Radleye & Drayton eidem annexa, veſtræ Sarum Diœceſis, per Mortem naturalem ultimi & immediati Vicarii & Incumbentis in eadem, jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno Jure ſpectantem, dilectum nobis in Chriſto, *Edmundum Wolfe* Clericum Artium Magiſtrum, vobis præſentamus;

Rogantes, quatenus eundem *Edmundum Wolfe*, ad dictam Vicariam perpetuam admittere, ipſumque Vicarium perpetuum ejuſdem, ac in & de eadem, inſtituere canonicè & inveſtire, cum ſuis Juribus & pertinentiis univerſis, cæteraque peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, decimo tertio Die Decembris.

*Per Privatum Sigillum.*

---

*De Heraldo Creató.* ✠

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1562.
Sciatis quòd Nos, *Ibid. m.* 27.

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, in conſideratione boni & fidelis Servitii quod, dilectus Serviens noſter, *Robertus Cook* aliàs *Ros* unus Purſevandorum • noſtrorum ad Arma, nobis ante hæc tempora impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit, • XV. 621.

Fecimus nominavimus creavimus ereximus & inveſtivimus, ac per Præſentes facimus nominamus creamus erigimus & inveſtimus eundem *Robertum* unum Heraldorum noſtrorum ad Arma, eique Nomen illud CHESTER imponimus, ac Stilum Titulum Libertates & Præheminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia, ab antiquo conſueta, damus & concedimus per Præſentes,

Habendum & exercendum Officium illud, ac cætera Præmiſſa, præfato *Roberto* aliàs *Cheſter* durante Vitâ ſuâ,

Et ulterius dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus eidem *Roberto* aliàs *Cheſter* ſingulis Annis, pro Exercitio Officii prædicti, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Mercarum Sterlingorum*, habendam & annuatim percipiendam eidem *Roberto* aliàs *Cheſter*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præeminentiis & Emolumentis eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & formâ prout *Willielmus Flower* nuper in Officio prædicto aut aliquis alius ſive aliqui alii Heraldorum noſtrorum habuit & percepit habuerunt & perceperunt pro Exercitio Officii prædicti;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono Die Januarii.

*Per Privatum Sigillum.*

dem *Willielmo* pro Termino Vitæ [illegible]
Proficuis Commoditatibus & Emolumentis quibuſcumque eidem Officio qualitercumq; ſpectantibus debitis pertinentibus, in tam amplis modo & formâ prout *Laurentius Dalton* defunctus, aut aliquis alius ſive aliqui alii Reges ad Arma Partium Borialium habuit & percepit habuerunt & perceperunt,

Dantes ulteriùs, & per Tenorem Præſentium concedentes eidem Norrey Auctoritatem Poteſtatem & Licentiam, tam cum conſenſu & aſſenſu *Comitis Mareſcalli Angliæ* pro tempore exiſtentis, ſub Sigillo & Subſcriptione manuali ſuis Literis Patentibus, Armorum Claris Viris donandi & concedendi Inſignia Arma & Criſtas, cæteraq; • alia Nobilitatis Monumenta, quam viſitandi & • XV. 611.
corrigendi Inſignia vitioſa, & alia Delicta Arma vel Nobilitatem concernentia, ac cætera omnia & ſingula quæ dicto incumbunt Officio Regis Armorum, ſive ineſſe dinoſcuntur in Jure vel ex Conſuetudine Temporibus retroactis, nomine noſtro faciendi exercendi & exequendi,

Qui quidem *Norrey* ad hunc Statum, Præſentibus omnibus aliis *Regibus* & *Heraldis*, ac quampluribus Proceribus Magnatibus Nobilibus & Fidelibus Regni noſtri Angliæ prædictæ, tunc coram nobis aſtantibus & ſpecialiter per Nos ad hoc vocatis (adhibitis ſolempniter requiſitis & concordantibus) ſupra ſancta Dei Evangelia ſolempne nobis præſtitit Sacramentum,

Dedimus inſuper & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Willielmo Flower*, in Nomen *Regis Armorum & Principalis Heraldi* Partium Borialium, ut præfertur, erecto, *Viginti Libras Sterlingorum* per Annum ratione & causâ ejuſdem Officii, percipiendas eidem *Willielmo Flower*, ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum, ſeu aliorum Officiariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ad Feſta Annunciationis beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli æquis Portionibus, unà cum tali Liberatura & Veſtura quali & in eiſdem modo & formâ prout aliquis alius *Rex Armorum* ſive *Heraldus*, tempore *Edwardi Tertii nuper Regis Angliæ* Progenitoris noſtri, nuper ex Regno prædicto habuit & percepit,

Habendas & percipiendas Liberaturam & Veſturam hujuſmodi, eidem *Willielmo Flower* annuatim pro termino Vitæ ſuæ, ad Magnam Garderobam noſtram Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per Manus Cuſtodis ejuſdem Garderobæ noſtræ Hæredum & Succeſſorum noſtrorum pro tempore exiſtentis; aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſeu Reſtrictione in contrarium factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque in aliquo non obſtantibus:

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, xxix. Die Januarii.

William Corall.

By me

William Flower aliàs Norrey *King of Armes.*

*Vacat iſtud Irrotulamentum harum Literarum Patentium pro eo quod, viii. Die Martii, Anno Regni Dominæ* Reginæ Elizabethæ *viceſimo ſecundo, infraſcriptus* Willielmus Flower *aliàs* Norrey, *venit coram eadem Domina Regina in Cancellaria ſua, perſonaliter, & ſurſum reddidit in Manus ejuſdem Dominæ Reginæ has Literas Patentes, ac totum Jus Statum Stilum Titulum & Intereſſe ſua de Officio Vadiis & Feodis infraſcriptis purè ſpontè & abſolutè cancellandas; igitur iſtud Irrotulamentum cancellatur & dampnatur.*

Eccleſia veſtra divi Pauli [illegible]
nem, Reverendi Patris, *Willielmi Alley* in Epiſcopatum Exon. ultimi & immediatè Incumbentis & Poſſeſſoris eorumdem, jam vacantia, & ad noſtram Præſentationem hac vice ſpectantia, dilectum Subditum noſtrum, *Jacobum Calfhille* Sacræ Theologiæ Baccalaureum vobis præſentamus,

Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Jacobum* ad dictum Officium *Pœnitentiariæ* & *Præbendam* admittere, ipſumque *Pœnitentiarium* & *Præbendarium* eorumdem, ac in & de eiſdem canonicè inſtituere & inveſtire, cæteraque facere peragere & perimplere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali gratioſè dignemini, intuitu Charitatis, velitis cum favore.

In cujus Rei, &c.

Teſte Regina *apud Weſtmonaſterium*, xxvi. Die Martii.

*Per Privatum Sigillum.*

---

*De Reſtitutione Temporalium pro Epiſcopo Aſſaphen.*

Regina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Denbigh, Salutem. Ann. D. 1562.
Vacante nuper Epiſcopatu Aſſaphenſi, per Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris, *Richardi*, Permiſſione Divinâ, ultimi Epiſcopi ibidem, ad Epiſcopatum Menevenſem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Aſſaphenſis prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, dilectum nobis in Chriſto, *Thomam Davies* Legum Doctorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt, *Ibid. p. 10. m. 45.*

Cui quidem electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs ei reſtituimus per Præſentes:

Et ideò tibi præcipimus quòd præfato *Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde a tempore Vacationis ejuſdem Epiſcopatûs, hucuſque provenientibus ſive creſcentibus, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo Die Aprilis.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis in Comitatibus ſubſcriptis ſub data ſubſcripta; videlicet,

*Eſcaetori R. in Com. Salopiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*

*Eſcaetori R. in Com. Flynt.*

Et mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de *Epiſcopatu* prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam *Epiſcopo* & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Significavit pro Epiſcopo Glouceſtriæ.*

Regina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac prædilecto & Ann. D. 1562.
fideli noſtro, *Matheo Archiepiſcopo Cantuarienſi*, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem. *Ibid.*

• Cùm vacante nuper Sede Epiſcopali Glouceſtrenſi, per • XV, 624.
Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ejuſdem, ad humilem Petitionem

nem

Digitized by Google

Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs Glouceſtr. ei reſtituimus per Præſentes;

Habenda & percipienda Exitus & Proficua prædicti Epiſcopatûs, præfato *Electo*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque provenientia ſive creſcentia;

Et ideò tibi præcipimus quòd *eidem Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua, ſine dilatione Liberes in forma prædicta; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis in Comitatibus & Civitate ſubſcriptis; videlicet,

*Eſcaetori Reginæ in Com. Wigorn.*

*Dilecto ſibi* Majori *Civitatis ſuæ Glouceſtr. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

*Eſcaetori Reginæ in Com. Hereford. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*

*Eſcaetori Reginæ in Com. Monmouth.*

*Eſcaetori Reginæ in Com. Brecknok.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Glouceſt. prædicto, quod eidem *Electo* tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad *Epiſcopatum Glouceſtr. prædictum* pertinent intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

• XV. 625.

## * *De Præſentatione.*

Ann. D. 1562. Pat. 4. Eliz. p. 5. m. 12.

REgina, &c. Reverendo in Chriſto Patri, Domino *Gilberto*, Permiſſione Divinâ *Bathon. Wellen. Epiſcopo*, veſtrove *Vicario* in Spiritualibus Generali, aut alii cuicunque hanc noſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem habenti, Salutem.

Ad *Hoſpitale Sancti Johannis Baptiſtæ Pauperum Civitatis noſtræ Bathon.* unà cum Capella Sancti Michaelis eidem annexa, veſtræ Bathon. & Wellen. Diœceſis, de jure vacantia, dilectum nobis in Chriſto, *Johannem Leathe* in Legibus Bacularium vobis præſentamus;

Rogantes, quatenus eundem *Johannem* ad dictum *Hoſpitale*, unà cum Capella prædicta, admittere, eumque *Magiſtrum* ejuſdem inſtituere & legitimè inveſtire in eodem, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxix. die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

tempus capiendum & ſupervidendum.

Ac eos omnes & ſingulos, ac alios quoſcumque vobis commiſſos, tam Homines ad Arma ac Homines armatos, quàm alios Equites & Pedites defenſibiles, vobiſcum, ſive cum Deputato vel Deputatis veſtris, pro Regimine & Conſervatione omnium & ſingulorum dictorum noſtrorum Subditorum, & omnium Oppidorum Caſtrorum & Locorum ubicumque dicti noſtri Subditi pro Servitio noſtro, per vos fuerunt locati aut immiſſi, ac ad Expulſionem & Profligationem Inimicorum noſtrorum dictos noſtros Subditos invadere vel deprædare volentium, de tempore * in tempus prout opus fuerit ducendi & duci faciendi, & cum dictis Inimicis noſtris pugnandi & eos debellandi & profligandi, & dictos Subditos noſtros in Conductione illa regendi, • XV. 626.

Ac etiam audiendi Cauſas & Querelas omnium & ſingulorum de hiis quæ ad Officium Locumtenentis Generalis Principalis Capitanei & Gubernatoris Duciſque Primarii tangunt,

Necnon Ordinationes & Statuta pro ſano & bono Regimine Subditorum noſtrorum, per vos ex Cauſis prædictis levandorum & congregandorum, ordinandi ſtatuendi & ſtabiliendi, & ſuperinde Proclamationes faciendi, debitéque Executioni demandandi,

Ac quoſcumque Subditos noſtros, ſic, ut prædicitur, per vos congregandos, Delinquentes & Contravenientes caſtigandi atque incarcerandi, atque incarceratos ſolvendi & deliberandi,

Necnon quaſcumque Cauſas criminales per vos aut Deputatum veſtrum ſufficientem, tam Vitæ quàm Membrorum mutilatione, & de Morte Hominis, quàm alias Cauſas Contractus & Querelas omnium & Singulorum Subditorum noſtrorum ſub Regimine & Conductione veſtra retentorum & retinendorum, audiendi & terminandi, Pœnaſque Mortis & Membrorum quotiens opus fuerit infligendi, ac etiam Milites bene & ſtrenuè Merentes & Generoſis Parentibus ortos, Inſigniis & Honore Militari; ſi ita viſum fuerit, donandi, ac Gradu & Titulo Ordinis Equeſtris condecorandi, & generaliter omnia & ſingula faciendi & exercendi, quæ ad Gubernationem dictorum Subditorum noſtrorum fuerint opportuna,

Et ideo vobis mandamus, quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis & ea faciatis & expleatis cum effectu;

Damus etiam univerſis & ſingulis Capitaneis Vicecapitaneis Locatenentibus Baronibus Dominis Nobilibus Militibus Hominibus ad Arma Armatis Equitibus Peditibus Sagittariis, & aliis Subditis noſtris quibuſcumque vobiſcum retentis & retinendis, Tenore Præſentium, firmiter in mandatis, quòd vobis in Executione Præmiſſorum intendentes ſint auxiliantes & obedientes in omnibus prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Hampton Courte* primò Die Octobris.

*Per ipſam Reginam.*

---

## *Super memorati Exercitus Transfretatione.*

REgina, &c. Prædilecto & Fideli noſtro, *Adriano Poynings* Militi Capitaneo Inſulæ & Villæ noſtræ de Portſmouth, Salutem. Ann. D. 1562. Ibid.

Sciatis quòd cùm aſſignavimus, chariſſimum Conſanguineum noſtrum, *Ambroſium Dudley Comitem Warwiche Locumtenentem &*



*Gu-*

vobis in Executione Præmiſſorum ſint auxiliantes & obedientes in omnibus prout decet.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Hampton Courte* tertio Die Octobris.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Officio conceſſo.*

¶ ¶
Ann. D. REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.
1562. Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa
Pat. 5. Scientia & mero Motu noſtris, ac in conſideratione boni & diu-
Eliz. p. tini Servitii Nobis per, dilectum Servientem noſtrum, *Richardum*
4. m. 37. *Ferres* unum Chirurgorum noſtrorum antehac impenſi & impoſterùm impendendi,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus præfato *Richardo Ferris* Officium *Servientis Chirurgorum noſtrorum*, conſtituimus ordinavimus nominavimus & fecimus, ac per Præſentes conſtituimus ordinamus & facimus,

Habendum tenendum gaudendum & occupandum dictum Officium *Servientis Chirurgorum noſtrorum* Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, præfato *Richardo Ferrys*, a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito durante Vitâ ſuâ naturali, cum omnibus & omnimodis Vadiis Feodis Regardis Allocationibus, tam le Bouge de Courte Hoſpitii noſtri, quàm Vini Ceræ & aliorum Requiſitorum pro Curis, & aliis Proficuis Commoditatibus Præeminentiis Auctoritatibus & Advantagiis dicto Officio antehac habens occupans ſive exercens habuit vel percepit.

Et ulterius, de uberiori Gratia noſtra prædicta, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, præfato *Richardo Ferris* durante Vitâ ſuâ, pro Exercitio dicti Officii *Servientis Chirurgorum noſtrorum* quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Quadraginta Marcarum Sterlingorum*, ſolvendam *eidem Richardo* ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, a dicto Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones, abſque Compoto, vel aliquo alio inde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris reddendo ſolvendo vel faciendo;

Cúmque, Præchariſſimus Pater noſter, *Henricus Octavus nuper Rex Angliæ* per Warrantum ſuum datum apud Manerium ſuum de Okinge *viceſimo octavo die Julii*, Anno Regni ſui triceſimo quinto, directum Theſaurario Cameræ ſuæ, dederit & conceſſerit prædicto *Richardo Ferris* quoddam Vadium *Viginti Librarum Sterlingorum per Annum*, ac, Præchariſſimus Frater noſter nuper Rex Angliæ, *Edwardus Sextus*, per Warrantum ſuum, datum apud Palatium ſuum de Weſtm. *viceſimo quarto Die Octobris*, Anno Regni ſui tertio, Theſaurario Cameræ ſuo directum, dederit & conceſſerit *præfato Richardo Ferrys* Vadium & Feodum *Quadraginta Librarum Sterlingorum per Annum*,

Sciatis quòd Nos,

In conſideratione Surſum redditionis prædictorum duorum ſeperalium Warrantorum, per *dictum Richardum* in manus noſtras factæ, ac quòd Solutio prædictorum duorum ſeperalium Vadiorum & Feodorum *Viginti & Quadraginta Librarum per Annum*, per Manus Theſaurarii Cameræ prædictæ, deinceps ceſſet,

other our Officers Miniſters and Subjectes; Greting. m. 11.

We let you to wit that,

In conſidencion that our Loving Subjecte *Thomas Cooper* of Oxford, hathe diverſe and ſundrye tymes heretofore traveled in the Correcting and Augmenting of the *Engliſhe Dictionarie* (commonly called *Bibliotheca Eliota*) and nowe of late, aſwell to his further Paynes and Studye; as alſo to his great Coſtes and Charges, of a zeale to further good Letters and the knowledge of the Laten Tong in theſe our Realmes and Dominions, hathe altered and broughte the ſame to a more perfecte Forme in following the notable worke called *Theſaurus Linguæ Latinæ* then at any tyme heretofore it hathe been uſed or ſet farthe,

We therefore, or our Grace eſpeciall and mere Mocion, have licenced and privileged, and; by theſe Preſentes, do graunte and gyve Lycence and Priviledge, unto the ſaid *Thomas Cooper* and his Aſſignes onlye, to prynte, and ſet fourthe to Sale the ſaid *Engliſhe Dictionarye* (before tyme named *Bibliotheca Eliota*) and nowe in this laſt Edicion entituled *Theſaurus utriuſque Linguæ Latinæ & Britannicæ*,

Comaunding and ſtraytely prohybiting that, neyther you nor any of you, nor any other Perſon or Perſons whatſoever, other then the ſaid *Thomas Cooper* and his only Aſſignes ſhall, during the ſpace of *twelve Yeres* next enſuyng the printing of the ſaid Booke or Work, printe, or cauſe to be printed or put to Sale the ſaid Worke or Booke above named, eyther by the Coppye heretofore ymprinted or hereafter to be printed by the ſaid *Thomas Cooper* or his Aſſignes, or by any other Copye Tranſlation Alteration Addicion or Abridgement, or by other whatſoever tolerable Waye Name or Title the ſaid Book or Worke ſhall or maye after be called printed or ſet fourthe, uppon Payne and Forfeiture and Confiſcation of all and every the ſame Booke and Bookes Worke and Workes, ſo by you or any of you imprinted or ſeth fourthe to Sale, contrary to the Tenor of theſe Preſents, and further incurryng our highe Diſpleaſure and Indignation for your attempting of the contrary at your extreme Parill,

Willyng therfore and ſtrayghtly charging and commaunding all our Officers Miniſters and Subjects, as they tender our Favor, and will avoide our highe Indignacion and Diſpleaſure, that they and every of them do ayde and aſſiſte the ſaid *Thomas Cooper* and his Aſſignes, in the due accompliſhment and execucion of theſe our Licence and Priviledge; any Statute Lawe or Ordenaunce heretofore to the contrary notwithſtanding.

In witneſſe whereof, *&c.*

Witneſſe our ſelfe at *Weſtminſter* the xii. Daye of Marche.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *De Prælectore, in Jure Civili, creato.* * XV. 619.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cùm *Henricus Octavus*, Pater noſter, nuper *Rex Angliæ* 1563.
æternæ memoriæ Princeps, inter cætera egregia & illuſtria ſua Pat. 5.
Beneficia quibus *Academiam Cantabrigiæ* illuſtravit, Munere *Præ-* Eliz. p.
*legendi Jura Civilia* eandem ornavit, ac *Prælectorem* ejuſdem an- 3. m. 24.
nuali Stipendio *Quadraginta Librarum* de Theſauro ſuo ditavit, quo Viros ingenuos ad Studium hujus Diſciplinæ excitaret, Gentium Mores & Leges cognoſcendum & omne Scientiarum genus promovendum, ac Reipublicæ noſtræ Decus & Ornamentum illuſtrandum & amplificandum,

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dilecto & fideli Subdito noſtro, *Wil-*

Digitized by Google

p. 9. and mere Motion, and by the advice of our Counſaile, we ha-
Sachans la prudente Affection de Gens au Bien de noſtre Couronne & de noſtre Service, de, nos amez & feaux Conſeillers en noſtre Conſeil Privie, Meſſieurs *Jean de Morvillier Eveſque d'Orleans*, *& Jaques Bourdin Sire de Vilaines* l'un de nos Secretairs d'Eſtat, a plein confiants de leurs Sens Preudhommie, grand Experience, & bonne Diligence, iceux pour ces Cauſes & autres bonnes Conſiderations à ce Nous mouvans,

Avons commis ordonnes & deputez, commettons ordonnons & deputons par ces Preſents, leur donant plein Pouvoir Puiſſance Commiſſion & mandement ſpecial d'eux trouver & aſſembler



Digitized by Google

Et ſur le Reply,

*Par le Roy eſtant en ſon Conſeil.*

ROBERTET.

*Et ſeele ſur double Queue de Cire jaune.*

In quorum omnium & ſingulorum Fidem & Teſtimonium, Nos Oratores Commiſſarii & Negotiorum Geſtores ſupranominati, hunc Tractatum Manu noſtra ſubſcriptum, Sigillorum noſtrorum appoſitione muniri fecimus & roborari.

Actum *Trecis* Die duodecimo Aprilis, Anno 1564. poſt Paſcha.

Sic ſignatum,

JOHAN DE MORVILIER.
E. AURELIANEN.
BOURDIN.
THROGMORTON.
SMITH.

*Eorundem Sigillis ſigillatum.*

Et quia præfati noſtri Procuratores & Negotiorum Geſtores Nos dictum Tractatum intra 20. Dies *&c. ut in præcedenti Tractatu.*

Promeſſe ſur les deux Traictez ſuſdittes fait par l'Ambaſſadeur de la Royne d'Angleterre.

*Nous* Thomas Smith *Chivalier*, *Conſeiller de*, *Treſhaut & Puiſſante Princeſſe* Elizabeth Royne de Angleterre, *& ſon Ambaſſadeur Reſident en France*, *certifions a tous qu'il appartiendra*, *que le* Roy de France Threſchriſtien Charles Neuf *de ce Nom*, *a ce jourduy Datte de ces Preſentes*, *fait mettre & delivrer en noz Mains les Lettres de Ratification des deux Traictez faits paſſez & accordez a* Troyes, *entre ſes Deputez & ceux de ditte Royne d'Angleterre les xi. & xii. du Mois d'Avril dernier paſſez*, *ſelon que les dittes Deputez l'avoyent Promis par les dittes faites*, *les quelles Ratifications qui ſont ſignees* DE ROBERTET *l'un de ſes Secretairs d'Eſtat*, *& ſelees de ſon Grand Seel en Lacs de Soye de Cire verte*, *Nous Promettons envoyer a la ditte* Royne d'Angleterre *le plus toſt que bonnement faire le pourront*, *& ce pandant pour faire Foy & Teſmoignage de la Delivreance qui Nous a eſte faite d'icelles Ratifications*, *avons ces Preſentes ſignees de noſtre Main*, *& faite ſeeler de noz Armes*.

*A* Baleduc *le premier Jour de May*, *Mille cinque cens ſoixante quatre.*

---

*De Rouge Dragon*, *in York Heraldum nominato.*

¶¶.
Ann. D. REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.
1665. Sciatis quòd Nos,
Pat. 7. De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu
Eliz. p. noſtris, necnon de & in conſideratione boni veri & fidelis Servitii
5. m. 37. quod, dilectus Serviens noſter, *Willielmus Colbarne* aliàs dictus *Rouge Dragon* unus Purſivandorum noſtrorum ad Arma, ante hæc tempora impendere intendit,

Ereximus fecimus creavimus inveſtivimus & nominavimus, ac per Præſentes erigimus facimus creamus inveſtimus & nominamus, *eundem Willielmum* unum *Heraldorum* noſtrorum ad Arma, eique illud Nomen vulgariter nuncupatum YORKE imponimus, ac Stilum Titulum Libertatem & Præeminentias hu-

*De Blewmantle in Heraldum Windeſor erecto.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1565.
De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu Part. 7.
noſtris, in conſideratione boni & fidelis Servitii quod, dilectus Eliz. p.
Serviens noſter, *Richardus Turpin* aliàs *Blewmantle* unus Purſi- 5. m. 32.
vandorum noſtrorum, circa ea quæ ad Officium illud requiruntur agenda, nobis diverſimode impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Ereximus fecimus conſtituimus ordinavimus creavimus, ac per Præſentes erigimus facimus conſtituimus ordinamus & creamus eundem *Richardum* in Officium *Heraldi*, ac ei Officium illud, necnon illud Nomen vulgare WINDESOUR, ac Stilum Titulum Libertates Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia, ab antiquo conſueta, damus & concedimus per Præſentes,

Habendum & exercendum Officium illud, ac Nomen Stilum Titulum Libertates & Præeminentias prædictas, præfato *Richardo* aliàs *Windſour*, durante Vitâ ſuâ,

Et ulterius conceſſimus, ac per Præſentes concedimus eidem *Richardo* aliàs *Windſour*, ſingulis Annis, durante Vitâ ſuâ prædictâ, pro Vadio & Feodo Officii prædicti, *Viginti Marcas* bonæ & legalis Monetæ Angliæ, percipiendas ſibi de Theſauro noſtro, pro Termino Vitæ ſuæ prædictæ, ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli Anno Regni noſtri tertio, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones durante Vitâ ipſius *Richardi* aliàs *Windſour*;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Purſivando Blewmantle creato.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1565.
De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu Ibid.
noſtris, in conſideratione boni & fidelis Servitii quod, dilectus Subditus noſter, *Nicholaus Detbicke* ante hæc tempora impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Ereximus fecimus conſtituimus ordinavimus & creavimus, ac per Præſentes erigimus facimus conſtituimus ordinamus & creamus eundem *Nicholaum* in Officium unius *Purſivandorum* noſtrorum ad Arma, ac ei Officium illud, necnon Nomen vulgare *Blewmantle*, ac Stilum Titulum Libertates Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia ab antiquo conſueta damus & concedimus per Præſentes,

Habendum & exercendum Officium illud, ac Nomen Stilum
Titulum Libertates & Præeminentias prædicta, * præfato *Nicholao* aliàs *Bleumantle*, durante Vitâ ſua naturali. * XV. 650.

Et ulterius dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, *eidem Nicholao* aliàs *Blewmantle*, ſingulis Annis, durante Vitâ ſuâ prædictâ, pro Vadio & Feodo Officii ſui prædicti, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Decem Librarum Sterlingorum* percipiendam ſibi de Theſauro noſtro pro Termino Vitæ ſuæ prædictæ, ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præ-

Digitized by Google

Scientias eorum in Præmiſſis experiri:

Sciatis quòd Nos, de gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris conceſſimus, ac pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, quantum in Nobis eſt, per Præſentes concedimus & damus plenam Poteſtatem Licentiam & Auctoritatem præfatis *Armigillo Wade* & *Willielmo Herlle* Executoribus Adminiſtratoribus Factoribus Attornatis Deputatis & Aſſignatis ſuis, ac Executoribus Adminiſtratoribus Factoribus Attornatis Deputatis & Aſſignatis eorum cujuſlibet, prædicta Sulphur & Oleum in forma prædicta, infra Regnum noſtrum Angliæ & alia noſtra Dominia, conficere, ubicumque convenienter expedire videbitur eiſdem *Armigillo Wade* & *Willielmo Herlle* Executoribus Adminiſtratoribus Factoribus Attornatis Deputatis vel Aſſignatis ſuis, ſive Executoribus, Adminiſtratoribus, Factoribus, Attornatis, Deputatis vel Aſſignatis eorum cujuſlibet, pro & durante ſpatio & termino triginta Annorum incipiendo ad Feſtum Pentecoſtes jam proximo ſequens Datam Præſentium & plenarie complendo & finiendo.

Et ut prædicti *Armigillus Wade* & *Willielmus Herlle* Executores Adminiſtratores Factores Attornati Deputati & Aſſignati ſui, ac Executores Adminiſtratores Factores Attornati Deputati & Aſſignati eorum cujuſlibet, pro Conſideratione prædicta ſolummodo poſſint gaudere & habere tam plenum & integrum Beneficium & Commoditatem iſtius Doni & Conceſſionis noſtrorum durante prædicto Termino triginta Annorum, quam proprium & ſolum Uſum & Opus conficiendi Sulphuris & Olei in forma prædicta, infra dictum Regnum noſtrum Angliæ & alia noſtra Dominia:

Volumus, & per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, firmiter injungimus & mandamus omnibus & ſingulis Subditis noſtris & aliis Perſonis quibuſcumque, quòd nullo modo præſument aut conentur directè ſive indirectè, infra hoc Regnum noſtrum Angliæ & alia noſtra Dominia ſeu aliquam inde partem, uti & excercere prædictam Artem conficien-
*XV. 651.* di Sulphuris & Olei, jam ab illis * vel inventam vel de novo in Regnum noſtrum introductam, durante prædicto Termino, ſine Licentia prædictorum *Armigilli Wade* & *Willielmi Herlle* Executorum Adminiſtratorum Factorum Attornatorum Deputatorum & Aſſignatorum ſuorum, vel Executorum Adminiſtratorum Factorum Attornatorum Deputatorum vel Aſſignatorum eorum cujuſlibet, ſub Pœna Impriſonamenti per ſpatium unius Anni ſine Ball. & Manucaptione, & Forisfactura *Viginti Librarum* quolibet tempore quod hujuſmodi Attemptum factum fuerit, & contra Tenorem Præſentium aliquo modo ſuſcipietur, & una Medietas ejuſdem Forisfacturæ Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris pertinere debet, & altera Medietas prædictis *Armigillo Wade* & *Willielmo Herlle* & Aſſignatis ſuis remanebit.

Volumus etiam, ac per Præſentes pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus præfato *Armigillo Wade* & *Willielmo Herlle* Executoribus Adminiſtratoribus Factoribus Attornatis Deputatis & Aſſignatis ſuis, ac Executoribus Adminiſtratoribus Factoribus Attornatis Deputatis & Aſſignatis eorum cujuſlibet, plenam Poteſtatem, ac de tempore in tempus Auctoritatem, durante Termino prædicto, ad eorum quandocumque libitum, quaſcumque Terras & Solum, infra hoc Regnum noſtrum Angliæ & alia noſtra Dominia, feodandi ſcrutandi plantandi ſive ſeminandi pro Sulphure & Oleo prædictis, in forma prædicta conficiendis, tam ad Nos, tanquam Dominam proprietariam, pertinentia, quam ad alios quoſcumque, tanquam Dominos ſive Proprietarios, pertinentia, ea tamen Lege uti dicti *Armigillus Wade* & *Willielmus Herlle* Executores Adminiſtratores Factores Attornati Deputati & Aſſignati ſui, ac Executores Adminiſtratores Factores Attornati Deputati & Aſſignati eorum cujuſlibet, propriis ſuis Sumptibus & Expenſis, prius componant concordent & conveniant cum omnibus & ſingulis noſtris Subditis Firmariis & Tenentibus, & aliis hujuſmodi dictorum Terrarum & Fundorum Occupatoribus, qualecumque Jus Intereſſe

ſtatione vel Reſtrictu, ſive alia Re Materia vel Cauſa antehac habitis factis ſive actis, aut imposterùm habendis vel fiendis, in contrarium in aliquo non obſtantibus;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xix die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### * *De Protectione Regali ex Regia Prærogativa.* *XV. 652.*

R Egina, omnibus Juſticiariis ſuis ad Placita coram Nobis tenenda aſſignatis, ac Juſticiariis ſuis de communi Banco necnon quibuſcumque aliis Juſticiariis Majoribus, Vicecomitibus, Ballivis, Conſtabulariis ac omnibus aliis Officiariis Miniſtris & Fidelibus ſuis, ad quos præſentes Literæ pervenerint & eorum cuilibet, Salutem. ¶¶ Ann. D. 1566. *Ibid. p. 6. m. 29.*

Sciatis quòd Nos,

Ex Regiâ noſtrâ Prærogativâ providentes Securitati, Dilecti Subditi noſtri, *Thomæ Ragland* de Carnclowid Militis, ſeu quocumque alio Nomine vel Cognomine ſive Additione Nominis vel Cognominis, Officii ſeu Loci cenſeatur,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon pro diverſis aliis Cauſis & Conſiderationibus Nos ad præſens ſpecialiter moventibus, ne illi aliqua Violentia Arreſtatio Reſtrictio vel Impriſonamentum, ſeu aliquod Detrimentum, occaſione alicujus Actionis Debiti Tranſgreſſionis Compoti, vel alicujus alterius Actionis, Placiti realis aut perſonalis, Condemnationis ſeu Executionis Judicii cujuſcumque, per quemcumque Subditum noſtrum ante hæc tempora habitorum ſeu motorum, vel imposterùm, durantibus præſenti Protectione & ſalva Gardia noſtris, habendorum movendorum ſeu fiendorum, inferatur, ſuſcepimus ipſum *Thomam* Terras Tenementa Res Redditus Bona & Catalla, ac omnes alias Poſſeſſiones ipſius *Thomæ* in Protectionem Tuitionem Defenſionem & ſalvam Gardiam noſtras ſpeciales.

Nolentes quòd ipſe præfatus *Thomas Ragland*, aut Factores ſui ſeu eorum aliquis, ad Sectam ſeu Proſecutionem alicujus ſeu aliquorum noſtrorum Subditorum quorumcumque, de quacumque Actione reali ſeu perſonali, Tranſgreſſione Debito Compoto, ſeu ratione aliquarum Sectarum Querelarum ſeu Sententiarum, aut alicujus Executionis Judicii ſeu Condemnationis verſus ipſum *Thomam* redditorum vel reddendorum, durantibus præſenti Protectione & ſalva Gardia noſtra prædictis, per præfatos Juſticiarios noſtros, Majores Vicecomites Ballivos Conſtabularios Officiarios ſeu alios Miniſtros noſtros quoſcumque vel eorum aliquem, in quibuſcumque Curiis noſtris ſeu earum aliaqua aut Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, durante præſenti Protectione noſtrâ, implacitetur arreſtetur inquietetur perturbetur, ſeu in Priſona detineatur; aut Bona Catalla Terras Tenementa Res Redditus ſeu Poſſeſſiones ejuſdem *Thomæ Ragland*, ratione alicujus Judicii ſeu Condemnationis aut Executionis judicii ſuperinde habitorum vel habendorum, diſtringantur vel extendantur; aliquo Statuto Actu Lege Ordinatione Conſuetudine, ſeu Mandato noſtro ſeu Progenitorum noſtrorum, in contrarium factis non obſtantibus:

Et ideò vobis & cuilibet veſtrûm, ſub Fide & Dilectione quibus nobis tenemini, firmiter injungendo mandamus, quòd ipſum *Thomam Ragland*, ab omni Actione Condempnatione & Executione, durantibus præſenti Protectione & ſalva Gardia noſtris, ſine Impedimento Perturbatione Arreſtatione vel Attachiamento ipſius *Thomæ*, aut dictorum Bonorum Catallorum Terrarum Tenementorum, aut aliarum Poſſeſſionum ſuarum quorumcumque, Quietum eſſe, ac ſalvò & ſecurè ire redire & permanere faciatis & permittatis, ac faciat & permittat veſtrûm quilibet, Ipſum contra Tenorem Præſentium non moleſtantes in aliquo ſeu gravantes; Proviſo ſemper quòd durante tempore hujus Pro-

Idcirco Nos,

Quibus nihil magis cordi eſt quàm ut, omnis Quæſtionis & Ambiguitatis materiâ amputatâ, Veritas eluceſcat, ac ne quicquam ex parte noſtra deeſſe videatur quod hujuſmodi Colloquii optatum Finem promoveat, Scrutinium & Indaginem in Archivis & Regiſtris noſtris, tam infra Turrim noſtram Londoniæ quàm in Curiis noſtris Cancellariæ & Scaccarii, Summâ fide & induſtriâ peragi cupientes,

Vobis, de quorum Prudentia, & in Rebus gerendis Dexteritate & Integritate plurimùm confidimus, hujuſmodi Scrutinii & Indaginis peragendi & exequendi Curam & Munus, ex certa Scientia & mero Motu noſtris, in forma ſequente duximus committendum, atque per Præſentium Tenorem ſic committimus, Poteſtatemque Auctoritatem, omnimodamque Vices noſtras in hac parte damus & concedimus, ad ſcrutandum indaginandum, ac modis omnibus quibus melius & efficaciùs poteritis, inveſtigandum omnia & ſingula Statuta Ratiocinia, Principum Indulta, Conceſſiones Largitiones Privilegia Inſtrumenta & Munimenta quæcumque, tam in Archivis infra Turrim noſtram Londoniæ, quam in Curiis Cancellariæ & Scaccarii aliiſque publicis Regni noſtri Archivis, conſervata quæ ad Præmiſſa quomodolibet facere videbuntur, Miniſtroſque & Officiales noſtros quoſcumque, ſub quorum ſpeciali Cuſtodia Cura & Regimine hujuſmodi Statuta Ratiocinia Indulta Largitiones Conceſſiones Privilegia Inſtrumenta & Munimenta conſervantur, ad eadem, vobis in formis eorum Originalibus ad effectum Scrutinii hujuſmodi peragendi, proferendum præſentandum & exhibendum, Mandandum, eademque ſic prolata præſentata & exhibita, poſtquam per Vos perlecta intellecta & conſiderata fuerint, in toto vel in Parte fideliter tranſcribi & exemplificari, ac demùm cum ipſis Originalibus conferri & collationari, atque exinde in publici Inſtrumenti ſive Tranſumpti pluriumve Inſtrumentorum ſive Tranſumptorum Formam redigi debiteque authenticari, eademque ſic in Formam publicam & authenticam concepta & redacta, Sigilloque noſtro Magno Angliæ munita, Commiſſariis noſtris ad Colloquium *Brugenſe* Deputatis, deſtinari referri & præſentari faciendum & curandum,

Et quòd Præmiſſa efficaciùs gerantur, atque omnibus quorum intereſt innoteſcat, ad citandum ſeu citari faciendum & mandandum publicæ Citationis dicto *Privato* Sigillo noſtro munitæ, omnes & ſingulos Jus & Intereſſe in hac parte habentes, vel ſe habere prætendentes, quod interſint & compareant, Diebus Horis & Locis per vos in hac parte limitandis, ſi ſua ſic intereſſe putaverint, Scrutinium Collationem, Tranſcriptionem debitam authenticationem, & cætera Præmiſſa per vos in Præmiſſis gerenda, ſic fieri viſura & auditura, cum Continuatione in hac parte neceſſaria & opportuna, atque in ipſorum ſic Citatorum, ſi comparuerint, Præſentia, ſin minùs in ipſorum ſic Citatorum, & non comparentium, Abſentia, ſive Contumacia, ad prædictum Scrutinium & Indaginem procedendum, illaque cum * effectu perficiendum & abſolvendum,

• XV. 654.

Cæteraque omnia & ſingula faciendum excercendum exequendum & expediendum quæ in Præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna, aſſumptis vobis, ad Præmiſſorum Exequutionem, *Gulielmo Say* & *Johanne Lewes* Notariis Publicis in Actorum noſtrorum in hac parte Scribis,

Voſque ad Præmiſſorum Executionem Commiſſarios & Delegatos noſtros ſpeciales nominamus facimus & conſtituimus per Præſentes, cum cujuſlibet congruæ Cohertionis, exequendi ea quæ in Præmiſſis decreveritis, Poteſtate.

In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Dat. *apud Manerium noſtrum de Grenewiche*, ultimo die Menſis Februarii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, & Regni noſtri Octavo.

Summam *quadringentarum quinquaginta Librarum Sterlingorum*, prout latiùs apparere poteſt ex Publico quodam eorum Inſtrumento, Dato Die ultimâ Auguſti Anno Domino milleſimo quingenteſimo viceſimo ſexto,

Cumque etiam poſtea, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, illuſtriſſimus & excellentiſſimus Dominus, Dominus *Coſmus Medices Reipublicæ Florentinæ Dux Secundus*, & pro ſua Excellentia, Magnifici Domini *Locumtenens* & *Conſiliarii*, unà cum *Collegio quadraginta octo Virorum*, penes quos omnimoda Authoritas totius Reipublicæ & Statûs Florentini reſidebat, Rationem habentes grandis Æris alieni, quo *Anthonius Guidotto* Eques Auratus & ejus Socii Cives Florentini premebantur, & dicto *Sereniſſimo Regi*, clariſſimæ memoriæ, debebant, receptâ quoque Summa & quantitate *millium ſexcentorum ſexaginta ſex Ducatorum & duarum tertiarum partium unius Ducati Auri*, in Auro latorum, a dicto illuſtriſſimo *Rege* Patre noſtro *Henrico Octavo*, ad Uſum Rem & Utilitatem dicti *Ducis* & Reipublicæ Florentini, mediante *Bartholomeo Cherubin de Fortunis* Procuratori, ſeu aliis, pacti ſint & promiſerint ſolvere eidem nuper *Regi Henrico* Patri noſtro, ejuſque Hæredibus Succeſſoribus & Aſſignatis ſuis, Summam * *ſexaginta millium Ducatorum Auri* in Auro latorum, perpendendam & perſolvendam ſpatio ſeu curriculo triginta Annorum; videlicet quotannis, a primo Die Menſis Julii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, & ſic ſucceſſive annuatim uſque ad integram Solutionem dictorum *ſexaginta millium Ducatorum*, Summam *duorum millium Ducatorum ſimilium*, quæ Annua ſolutio efficit Summam *quingentarum Librarum Anglicanarum*, & pro hujus poſterioris Conventionis præſtatione & obſervantia & dictæ Summæ *ſexaginta millium Ducatorum*, juxta vim & formam ejuſdem poſterioris Conventionis, præſtatione & obſervantia & fideli perſolutione, dictus Illuſtriſſimus *Dux*, & pro ſuo Excellentia, iidem magnifici Domini *Locumtenens & Conſiliarii*, unà cum prædicto *Collegio quadraginta octo Virorum*, Seſe, præfatam Rempublicam Civitatem Statum, & quoslibet particulares Homines ejuſdem Statûs, tam præſentes quàm futuros, eorumque & cujuſlibet ipſorum Bona præſentia & futura, obligaverint aſtrinxerint & hypothecaverint, de quo quidem poſterioris Conventionis & Obligationis negotio extant Literæ privatæ, Tractatus, Decreta Procuratoria, Pacta & Inſtrumenta publica quamplurima, mutuo conſenſu & authoritate dictorum Illuſtriſſimorum Principum *Regis* & *Ducis* & *Status Florentini*, ſcripta habita firmata roborata ſignata & ſigillata, ſub dicto Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, quæ quidem Summa *ſexaginta millium Ducatorum ſeu Florenorum*, dictorum Inſtrumentorum confectionis tempore, efficiebat Summam *quindecim millium Librarum* legalis Monetæ Angliæ, • XV. 655.

Cumque Nos, per Indenturam noſtram Datam primo Julii, Anno Regni noſtri ſexto inter Nos ex una, & Prænobilem *Johannem Lumley* Militem *Dominum Lumley* ex alia parte, confectam, Magno Sigillo noſtro ſigillatam, de Gratia noſtra ſpeciali, & ex mero Motu & certa Scientia noſtris, pro certis Conſiderationibus in eadem Indentura declaratis, ac ex juſtis Cauſis Nos moventibus, inter alia pacti fuerimus & Conceſſerimus, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, *Johanni Lumley* Militi *Domino Lumley* Executoribus & Aſſignatis ſuis, quod iidem *Johannes Lumley Dominus Lumley* Executores Adminiſtratores & Aſſignati ſui, Nomine noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, haberent perciperent, ac in Uſus proprios converterent, ac habere percipere & in Uſus ſuos convertere poſſint & valeant, Summam *duodecim millium trecentarum & quinquaginta Librarum*, eo tempore Nobis ex duabus Obligationibus prædictis debitam, Reliquam & Reſiduam, eandemque Summam habitam & receptam, ad proprium Opus & Uſum ejuſdem *Johannis Domini Lumley* Executorum Adminiſtratorum & Aſſignatorum ſuorum convertere atque exponere poſſent & valerent,

Digitized by Google

nibus Formâ & Præſentiis quibus ſupra, dicto Notario pro omnibus quorum intereſt aut intereſſe poterit acceptanti & recipienti, confeſſus fuerit, ſe recepiſſe habuiſſe a dictis magnificis Viris *Duico Preſtion* tunc Conſule, *Dannaxo Doſſi*, *Johanne Baptiſta Portini*, tunc Conſilariis Nationis Florentini, Londini degentibus, & *Roberto Ridolphe* Florentino, Commiſſariis Procuratoribus Mandatariis, ſeu in ea parte Negociorum Geſtoribus dicti Domini *Ducis*, per Manus *Roberti Redolphe* in Pecunia numerata, Summam *quinque millium & quingentarum Librarum ejuſdem Monetæ Angliæ*, in Partem Solutionis *undecim millium Librarum* Reliquarum ac Reſiduarum ex prædicta Summa *ſexaginta millium Ducatorum* efficientium dictam Summam *quindecim millium Librarum*, & in plenam Solutionem & Satisfactionem undecim annuarum Solutionum prædictarum, primo Die Menſis Julii, dicto Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto incluſivè, ex dicta ſecunda Obligatione debitarum decurſarum ſeu præteritarum, pro quarum quidem Summarum prædictarum, ſimul efficientium Summam *ſex millium octingentarum quinquaginta Librarum Anglicanarum* Solutione & Receptione, ut prædicitur, fatebatur quod *Dominus Lumley*, Nominibus & Præſentiis quibus ſupra, ſibi integrè ſatisfactum & perſolutum, tam pro omnibus Pecuniis & Denariorum Summis & Pactis in primo Conventionis Inſtrumento ſeu Obligatione, quod pro Caſſo irrito & nullo habere voluit ad omnes & ſingulos effectus, per realem Traditionem ſupradictis magnificis Dominis Procuratoribus ſeu Negotiorum Geſtoribus Originalis Inſtrumenti prædicti, in Præſentia Notarii Publici prædicti, quàm pro omnibus Pecuniarum Solutionibus & Denariorum Summis annuatim, uſque ad dictum primum Diem Julii, dicto Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto incluſivè, ex ſecunda Conventione prædicta debitis,

Cumque de dicta Summa *ſex millium octingentarum quinquaginta Librarum Anglicanarum*, ac de prædicta prima Obligatione Conventione, & Pactis quibus ſupra in eadem contentis, nec non de omnibus & ſingulis Solutionibus & Denariorum Summis, ex dicta ſecunda Obligatione ſive conventione, uſque ad dictum primum Diem Julii, dicto Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto incluſivè, debitis ac præteritis, idem Præpotens *Dominus Lumley*, nominibus quibus ſupra, præfatos excellentiſſimum Dominum *Coſmum Medices*, Locumtenentem, Conſiliarios, Collegium quadraginta octo Virorum, Rempublicam Florentinam, Civitatem, Statum, & quoſlibet eorum Bona præſentia & futura, per Stipulationem & Acceptilationem ſubſequentem, necnon omni meliori modo quo potuit aut poſſit, liberavit abſolverit & acquietaverit, prout ex ejus certa Scientia & Animo deliberato liberavit remiſit & abſolvit imperpetuùm:

Virtute ejuſdem Inſtrumenti Dicti *Domini Lumley* Dati decimo Octavo Die Octobris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, & Anno Regni noſtri ſexto, per quod quidem Inſtrumentum clarè apparet quòd remanet inſolutum de dictis *quindecim mille Libris*, dicto tempore confectionis ejuſdem Inſtrumenti, tantum Summa *quinque millium quingentarum Librarum*, prout ex eodem Inſtrumento magis clare conſtare poterit, quæ quidem Summa *quinque millium quingentarum Librarum* ſolvi debet Diebus in prædicta ſecunda Obligatione & Conventione contentis & recitatis:

Sciatis quòd Nos, præmiſſa per præfatum *Dominum Lumley* intelligentes, ac ad humilem Petitionem ejuſdem *Domini Lumley*, Liberationem ampliorem prædictarum ſeparatarum Solutionum, modo & formâ prædictâ prærecitatarum, factarum, & earundem cujuſlibet, præfato Illuſtriſſimo *Duci* facere volentes, diverſiſque aliis ex Cauſis & Conſiderationibus nos præcipuè moventibus, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, ratificavimus corroboravimus acceptò tulimus
* XV. & confirmavimus, ac per Præſentes, pro Nobis * Hæredibus
657. & Succeſſoribus noſtris, ratificamus corroboramus confirmamus



Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto incluſivè, ex dicta ſecunda Obligatione debitarum & debendarum ſeu præteritarum, modo & forma precitatis, factarum & ſolutarum;

Et ulteriùs nos, Securitatem ampliorem adhibere volentes, de uberiori Gratia noſtra, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, conceſſimus, ac per Præſentes pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus eidem *Duci*, quòd ipſe illuſtriſſimus Dominus *Coſmus Medices Reſpublicæ Florentinæ Dux Secundus*, aut ejus Locumtenens ſeu Conſularii, ſive Collegium quadraginta octo Virorum, ſive Vexilliferi Juſtitiæ Populi Florentini, aut Reſpublica & Communitas ſive Communitates, aut Populi Florentini Status, aut eorum ſive eorum alicujus Succeſſores, ſeu particulares Cives ſeu Homines Florentini, in aliquibus Bonis Catallis ſive Terris ſuis quibuſcumque ubicumque fuerint, ſive aliter quoquomodo, pro aliquibus Denariorum Summis ſive Summa, modo & formâ prædictis præfato *Domino Lumley* præantea ſolutis, ſive pro earum aliqua, ſeu pro aliqua earum parte, per Nos, per Præſentes in forma prædicta ratificatis corroboratis acceptis latis & confirmatis per Nos Hæredes vel Succeſſores noſtros, aut per alios ſeu Subditorum noſtrorum Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, ſive pro Nobis ſeu Nomine noſtro Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, non moleſtentur perturbentur, nec eorum aliquo moleſtetur perturbetur vexetur ſeu gravetur in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum,

Quare volumus, ac per Præſentes firmiter injungendo præcipimus, tam Theſaurario Cancellario & Baronibus Scaccarii, quàm omnibus aliis Officiariis & Miniſtris noſtris Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ac omnibus Subditis noſtris quibuſcumque ad quos pertinet aut pertinebit, quòd præfatum *Ducem*, aut ejus Locumtenentem ſeu Conſiliarios, ſive Collegium quadraginta octo Virorum, ſive Vexilliferos Juſtitiæ Populi Florentini, aut eorum ſeu alicujus eorum Succeſſores ſeu Cives & particulares Homines prædictos, in aliquibus Bonis ſuis quibuſcumque ubicumque fuerint, ſive aliter quoquomodo, in aut pro Solutionibus prædictis, aut pro aliquibus ſeu pro earum aliqua ſeu pro aliqua earum parte, per Nos per Præſentes in forma prædicta confirmatis & acceptis, latis & ſolutis, contra Tenorem harum Li-
terarum noſtrarum Patentium * non moleſtent ſeu aliquo modo * XV.
perturbent, neque aliquis eorum moleſtet ſeu aliquo modo per- 658.
turbet; etiam aliquo Errore Calculi non obſtante.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* decimo ſeptimo die Martii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Regio Aſſenſu.*

REgina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac prædilecto & fideli noſtro, Domino *Matheo Archiepiſcopo Cantuarienſi*, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem. Ann. D. 1566. Pat. 9. Eliz. p. 9. m. 39.

Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Landavenſi, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ejuſdem, ad humilem Petitionem *Præſidentis & Capituli* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Divorum Petri & Pauli Landaven. per Literas noſtras Patentes Licentiam conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidem *Præſidens & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, dilectum nobis in Chriſto, Magiſtrum *Hugonem Jones* in Legibus Bacchularium, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas

dudum ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras vigore cujuſdam Actûs Anno Regni noſtri primo inde nuper editi & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo reſidentibus) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus quod *præfato Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ſine dilatione liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* ſexto Die Maii.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Glamorgan.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Glouc.*

---

• XV. 659. * *De Intendendo.*

Ann. D. 1566. Ibid. REgina, Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Landaven. Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Landavenſi, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ibidem, *Præſidens & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Divorum Petri & Pauli Landaven. prædictæ (Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ) dilectum Nobis in Chriſto, *Hugonem Jones* in Legibus Baccularium in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejusdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudum ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras vigore cujuſdam Actûs, Anno Regni noſtri primo, inde nuper editi & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo reſidentibus) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò vobis mandamus, quod eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino veſtro, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſitis & reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* ſexto Die Maii.

---

*De Officio, Servientis Chirurgorum, conceſſo.*

Ann. D. 1566. ibid. p. 8. m. 33. REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, dilecto Servienti noſtro, *Roberto Balthorp* Principali Chirurgo noſtro, *Officium Servientis Chirurgorum noſtrorum*, conſtituimus ordinavimus & fecimus, ac per Præſentes conſtituimus ordinamus & facimus ipſum *Robertum Balthorp* Servientem Chirurgorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum,

Habendum tenendum gaudendum & occupandum dictum Officium Servientis Chirurgorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, præfato *Roberto Balthorp* a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito durante Vitâ ſuâ naturali, cum omnibus & omnimodis Vadiis Feodis Regardis Allocationibus, tam le Bouge le Courte Hoſpitii noſtri, quàm Vini Ceræ & aliorum requiſitorum pro Curis, & aliis Proficuis Commoditatibus Præeminentiis Auctoritatibus & Advantagiis dicti Officii antehac

*Franciſcum Cox* Artium Bacalarium vobis præſentamus,

Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Franciſcum Cox* ad dictam Vicariam de Brighthelmeſton admittere, ipſumque Vicarium ejuſdem, ac de & in eadem inſtituere canonicè & inveſtire, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere & perimplere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio, dignemini Charitatis intuitu cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium* xxvii. die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Commiſſio ſpecialis ad audiendum & terminandum Offenſas quaſcumque, infra Virgam Hoſpitii.*

REgina, Ann. D. 1566. Ibid.

Dilectis & Fidelibus Conſiliariis noſtris, m. 21. dor.

*Willielmo Marchioni Northamptoniæ*,
*Willielmo Comiti Penbroke*,
*Roberto Comiti Leiceſtriæ*,
*Edwardo Rogers* Militi Contrarotulatori Hoſpitii noſtri,
*Franciſco Knollys* Militi Vicecamerario Cameræ noſtræ,
*Willielmo Cecill* Militi Principali Secretario noſtro,
Et Dilectis & Fidelibus noſtris,
*Johanni Sowthcots* uno Juſticiariorum noſtrorum ad Placita coram Nobis tenenda,
*Gilberto Gerarde* Armigero Attornato noſtro Generali,
*Thomæ Sekforde* Armigero Magiſtro Curiæ Requeſtarum noſtrarum,
*Thomæ Weldon* Armigero Cofferario noſtro Hoſpitii noſtri,
*Willielmo Roſwell* Armigero Sollicitario noſtro Generali,
*Roberto Nowell* Armigero Attornato Curiæ noſtræ Wardorum & Liberationum,
*Richardo Onſlow* Armigero Recordatori Civitatis Londoniæ,
*Richardo Warde*,
*Johanni Skinner*,
*Thomæ Bromley*,
Et *Roberto Chidley*,
Armigeris,
Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Fidelitatibus Induſtriis Providentiis & Circumſpectionibus veſtris plurimum confidentes, aſſignavimus vos ſeptemdecim, ſexdecim, quindecim, quatuordecim, treſdecim, duodecim, decem, novem, octo, ſeptem, ſex, quinque, quatuor vel tres veſtrûm (quorum vos præfatos *Willielmum Marchionem Northamptoniæ*, *Willielmum Comitem Penbroke*, *Robertum Comitem Leiceſtr. Edwardum Rogers*, *Franciſcum Knollis*, *Willielmum Cecill*, *Johannem Southcote*, *Gilbertum Gerarde*, *Thomam Sekford*, *Richardum Onſlow*, *Richardum Warde*, *Johannem Skynner*, *Thomam Bromley*, & *Robertum Chidley* unum omnino eſſe volumus) Juſticiarios noſtros, ad inquirendum de omnibus & omnimodis Proditionibus Feloniis Murdredis Riotis Routis, & aliis Malefactis & Offenſis quibuſcumque, tam infra Hoſpitium noſtrum quam alibi infra Virgam, factis, per Sacramentum proborum & legalium Hominum de quolibet Comitatu & Loco infra Virgam prædictam, per quos Rei veritas meliùs ſciri poterit,

Ac etiam Juſticiarios noſtros, ad audiendum & terminandum omnia & ſingula prædicta Proditiones Felonias Murdreda Riotas, ac cætera Præmiſſa, necnon omnia & omnimoda Indictamenta Appellationes & Placita Coronæ, infra Hoſpitium noſtrum prædictum, ac extra infra Virgam ſeu in eorum aliquo emergen-

tia

In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* duodecimo Die Junii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*Reſtitutio Temporalium pro Epiſcopo Dunolm.*

Ann. D. 1566. *Pat.* 8. *Eliz. p.* 9. *m.* 38. REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Eborum, Salutem.

Cùm vacante nuper Epiſcopatu Dunolmenſi, per Deprivationem *Cuthberti ultimi Epiſcopi ibidem*, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Dunolm. prædictæ (Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ) dilectum nobis in Chriſto, *Jacobum Pylkyngton* Sacræ Theologiæ Bacculaurium in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem, Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu, recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis Manerio ſive Dominio de Norham & Norhamſhire cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis in Comitatu Palantino Dunolm. ac etiam Maneriis ſive Dominiis de Sadbargh Midleham, Eſſington Warde, Eſſington Coronator, Cotton Monvile & Gatteſhed in eodem Comitatu Palantino Dunolm. cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis, ac etiam Maneriis ſive Dominiis de Allerton & Allertonſhire cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis, & Manerio ſive Dominio de Creke cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis in Comitatu noſtro Eborum, ac etiam omnibus Meſuagiis Domibus Ædificiis Molendinis Terris Pratis Paſcuis Paſturis Comuniis Boſcis Subboſcis Aquis Piſcariis Parcis Warrennis Chaceis Redditibus Servitiis, Feodis Militum, Wardis Maritagiis Eſcaetis Advocationibus, Juribus Patronatuum Eccleſiarum, Nundinis Tolnetis Mercatis Theoloniis Cuſtumis Francheſiis Libertatibus Privilegiis Proficuis Commoditatibus Emolumentis & Hæreditamentis qui-

* XV. 662. buſcumque cum Pertinentiis, cujuſcumque * ſint generis naturæ vel ſpeciei, dictis Maneriis ſive Dominiis de Norham & Norhamſhire in dicto Comitatu Palantino Dunolm. Maneriis ſive Dominiis de Sadbargh Mydleham, Eſſington Warde, Eſſington Coronator, Cotton Monvyle & Gateſhed in eodem Comitatu Palantino Dunolm ac dictis Maneriis ſive Dominiis de Allerton & Allertonſhire & Creke in dicto Comitatu noſtro Eborum, quoviſmodo ſpectantibus ſive pertinentibus, aut ut Partes Membra ſive Parcellas dictorum Dominiorum ſive Maneriorum habitis cognitis acceptis uſitatis ſeu reputatis exiſtentibus, necnon omnibus Terris Tenementis & Hæreditamentis jacentibus & exiſtentibus in Villis Parochiis ſive Hameletis de Norham Sadborghe Mydleham, Eſſington Warde, Eſſington Coronator, Cotton Monvyle, Gateſhed, Allerton & Creke in prædicto Comitatu Palantino Dunolm. & in Comitatu noſtro Eborum, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli, Anno Regni noſtri ſecundo, uſque quintumdecimum Diem Martii, Anno Regni noſtri tertio, provenientibus ſive creſcentibus) ei reſtituerimus per Literas noſtras Patentes gerentes Datam apud Weſtm. prædicto quintodecimo Die Martii, dicto Anno Regni noſtri tertio, prout per eaſdem Literas Patentes pleniùs liquet & apparet;

Quibuſdam tamen arduis & urgentibus Cauſis & Conſiderationibus Nos ad hoc ſpecialiter moventibus, cupientes ut præfatus, Reverendus in Chriſto Pater, *Jacobus Dunolm Epiſcopus* Tenentibus ſuis & cæteris Inhabitantibus quibuſcumque, tam infra E-



tinentiis univerſis, a Feſto Annunciationis beatæ *Mariæ Virginis* ultimò præterito, ſine dilatione Liberes;

Salvo jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xiii die Julii.

---

* *De Richmond Heraldo creato.* * XV. 663.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1566.

Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu *Pat.* 8.
noſtris, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii *Eliz. p.*
quod, Dilectus Serviens noſter, *Hugo Cowthgrave* aliàs *Rudgecroſſe* 8. *m.* 24. unus Purſivandorum noſtrorum ad Arma, Nobis ante hæc tempora impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Ereximus fecimus conſtituimus ordinavimus & creavimus, ac per Præſentes erigimus facimus conſtituimus ordinamus & creamus *eundem Hugonem* in Officium *Heraldi*, ac ei Officium illud, necnon Nomen vulgare RICHEMOND, ac Stilum Titulum Libertates & Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia, ab antiquo conſueta, damus & concedimus per Præſentes,

Habendum & exercendum Officium illud, ac Nomen Stilum Titulum Libertates & Præeminentias prædicta, præfato *Hugoni* aliàs *Richemond* durante Vitâ ſuâ,

Et ulterius conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus eidem *Hugoni* aliàs *Richemond*, ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ prædictâ, pro Vadiis & Feodis Officii prædicti, *viginti Marcas* bonæ & legalis Monetæ Angliæ, habendas & percipiendas annuatim præfato *Hugoni* aliàs *Richemond*, a Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, Anno Regni noſtri Octavo, durante Vitâ ſuâ prædictâ, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, durante Vitâ ipſius *Hugonis* aliàs *Richemond*, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis & Præeminentiis eidem Officio quoquo modo debitis & conſuetis;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, tertio die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia Eligendi.*

REgina, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Ann. D. 1566.
Cathedralis Bangorenſis, Salutem. *Ibid.*

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ejuſdem, *p.* 9 *m.* 34. jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinatæ, Licentiam illam vobis duximus concedendam,



Digitized by Google

confirmare, & eundem *Nicholaum Robynſon* Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ conſecrare, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Villam Sancti Albani*, xv. die Septembris

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Reſtitutio Temporalium.*

Ann D. R *Egina*, Eſcaetori ſuo in Comitatu Angleſey, Salutem.

1566. Vacante nuper Epiſcopatu Bangorenſi, per Mortem natu-

*ibid.* ralem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Bangoren. prædictæ (Licentiâ noſtra petitâ pariter & obtentâ) dilectum Nobis in Chriſto, *Nicholaum Robynſon* Sacræ Theologiæ Profeſſorem in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt.

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu accepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudùm ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs, Anno Regni noſtri primo, inde nuper editi & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo remanentibus) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus quòd *præfato Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua (exceptis præexceptis) unà cum Exitibus & Proficuis inde provenientibus ſive creſcentibus, a Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, ſive Dilatione Liberes;

Salvo jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vi. die Novembris.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Carnarven.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Merioneth.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Denbigh.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Mountgomery.*
*Dilecto & fideli ſuo* Chriſtofero Draper *Majori Civitatis ſuæ London. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Bangoren. quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* XV. 665.

---

Ann. D. 1566. * *De Præſentationibus.*

*Pat.* 8. *Eliz. p.* 8. *m.* 1. T *Homas Wethered* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Byxbrok* Lincoln. Dioec. poſt Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Gilberto Bathon. & Wellen. Epiſcopo.*

In cujus rei, &c.

Teſte *Reginâ apud Weſtmonaſterium*, decimo die Octobris.

*Arthurus Saule* in Artibus Magiſter, habet Literas *Reginæ* Patentes ad *Rectoriam de Bynton*, cum Libera Capella, Glouc. Dioec. poſt Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri *Ricardo Glouc. Epiſcopo.*

In cujus rei, &c.

Teſte *Reginâ apud Weſtmonaſterium*, undecimo die Octobris.

*Willielmus Hunte* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Tamerton.* Exon. Dioec. per liberam Reſignationem *Simonis Downe* Clerici;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Willielmo Exon. Epiſcopo*

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, decimo ſexto die Novembris.

*Simon Downe* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam de Ayſſhebury* Exon. Dioec. per liberam Reſignationem *Willielmi Hunte* Clerici;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Willielmo Exon. Epiſcopo.*

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, xvi. die Novembris.

*David Vaughan* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam de Martyn Sancti Petri* Lincoln. Dioec. de Jure vacantem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Nicholao Lincoln. Epiſcopo.*

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Novembris.

*Johannes Regatt* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Balcombe* Ciceſtr. Dioec. per Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Willielmo Ciceſtr. Epiſcopo.*

* In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo die Novembris. * XV. 666.

*Ambroſius Lancaſter* in Artibus Magiſter, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Swinecombe* Cantuar. Dioec. de Jure vacantem;

Et diriguntur Literæ illæ Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Matheo Cantuar. Archiepiſcopo.*

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium* viii. die Novembris.

*Thomas Hernan* Clericus, habet Literas *Reginæ* Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Rowner* Winton. Dioec.

Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *Roberto Winton. Epiſcopo.*

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xvi. die Martii.

*Wil.*

Digitized by Google

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vicesimo quarto die Octobris.

*Willielmus Hynckersfeld* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Vicariam de Hoton Pannell* Eborum Diœc. per liberam Reſignationem *Willielmi Sheperd* Clerici;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & Domino *Thomæ Eborum Archiepiſcopo*.
In cujus rei, &c.
Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto die Septembris.

*Matheus Robertſon* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam Sancti Petri de Carleton* Norwicen. Diœc. per liberam Reſignationem ultimi Incumbentis ejuſdem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Norwicen. Epiſcopo*.
In cujus rei, &c.
Teſte Reginâ apud *Norwicum* tertio die Auguſti.

*Johannes Moyer* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione *ad Vicariam de Wotton* Glouc. Diœc. de jure vacantem.
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Richardo Glouc. Epiſcopo*.
In cujus rei, &c.
Teſte Reginâ apud *Redgrave*, decimo die Auguſti.

*Martinus Harriſon* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam de Brydgeham* Norwicen. Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem;
* xv. 667. * Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Norwicen. Epiſcopo*.
In cujus rei, &c.
Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo die Septembris.

*Johannes Collyns* in Artibus Magiſter, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad Rectoriam de Doddeſcombleigh Exon. Diœc. poſt Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Willielmo Exon. Epiſcopo*.
In cujus rei, &c.
Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, ſecundo die Octobris.

*Edwardus Robynſon* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Rectoriam de Bygrave* Lincoln. Diœc. poſt Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Nicholao Lincoln. Epiſcopo*.
In cujus rei, &c.
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo die Octobris.

*Antonius Seintper* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam Beatæ Mariæ de Staynyng* London. Diœc. de jure vacantem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Edmundo London. Epiſcopo*.
In cujus rei, &c.
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo die Octobris.

*...cott*, habet Literas Reginæ Patentes ad Vicariam *de Cabert* Exon. Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Willielmo Exon. Epiſcopo*.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, xiv. die Novembris.

---

* *De ſignificavit pro Epiſcopo Notinghamia.* * xv. 668.

ELizabetha, Dei Gratia, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regina*, Fidei Defenſor, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & prædilecto noſtro, *Thomæ Eborum Archiepiſcopo*, Salutem. Ann. D. 1567. Pat. 9. Eliz. p. 11. m. 33.

Significavit nobis veſtra Paternitas, per Literas veſtras Sigillo veſtro Magno munitas, quod Diœceſis veſtra Eborum *Epiſcopi Suffraganei* ſolatio, qui veſtræ Sollicitudinis partem ſuſtinere conſuevit, deſtituta exiſtit, & ideo Religioſos Viros *Richardum Barnes* Clericum Sacræ Theologiæ Profeſſorem, & *Anthonium Blake* Clericum Sacræ Theologiæ identidem Profeſſorem Præbendarium Præbendæ de Tockerington in dicta Eccleſia Metropolitica Eborum, de Ordine Sacerdotali rite inſignitos, & legitimo Matrimonio natos, ac Ætate legitimâ conſtitutos, Literarum Scientiâ præditos, providos diſcretos & circumſpectos, ac ad Epiſcopalem Suffraganei Dignitatem idoneos, Nobis præſentavit, humiliter & devotè ſupplicans, quatenus Nos alterum ipſorum ſic præſentatorum, ad aliquam Sedem Epiſcopi Suffraganei infra Provinciam & Diœceſim Eborum exiſtentem, nominaremus, ipſique ſic nominato, Stilum Titulum & Dignitatem hujuſmodi Sedis donare dignaremur, unde Nos, ex Gratia ſpeciali & mero Motu noſtris, dictum Religioſum Virum, *Richardum Barnes* Clericum Sacræ Theologiæ Profeſſorem & Eccleſiæ Metropoliticæ Eborum Cancellarium, alterum ex dictis præſentatis, in *Epiſcopum Suffraganeum Sedis Notingamiæ* Eborum Diœceſis antedictæ nominamus, eique Stilum Titulum & Dignitatem ejuſdem *Sedis Epiſcopi Suffraganei*, damus & confirmamus; atque hæc, Tenore Præſentium, vobis ſignificamus:

Requirentes vos, quatenus eundem Religioſum Patrem, ſic per Nos nominatum in *Epiſcopum Suffraganeum* ejuſdem Sedis Notingamiæ, conſecretis, eique Benedictionem, ac omnia Epiſcopalia inſignia conferatis, cæteraque omnia & ſingula quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta modum & formam Statuti Parliamenti, in Anno viceſimo ſexto Regni Præchariſſimi Patris noſtri nuper *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regis Henrici Octavi*, apud Weſtm. nuper editi, peragere velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*berto*, a tempore mortis *Willielmi Harvy* aliàs *Clarencieulx* nuper Præmiſſa habentis & gaudentis modò defuncti, ad Terminum & pro Termino Vitæ ipſius *Roberti*, cum omnibus Juribus Proficuis Commoditatibus & Emolumentis quibuſcumque eidem Officio qualitercumque ſpectantibus debitis ſive pertinentibus, in tam amplis modo & forma prout dictus *Willielmus Harvy* aliàs *Clarencieulx* Defunctus, aut aliquis alius ſive aliqui alii Reges ad Arma Partium Auſtralium habuit aut percepit habuerunt aut perceperunt, aut habere vel percipere debuerunt aut debuit,

Dantes ulterius, ac ex uberiori Gratia & certa Scientia & mero Motu noſtris prædictis, per Tenorem Præſentium concedentes eidem *Clarencieulx* (cum Conſenſu & Aſſenſu *Comitis Mariſcalli Angliæ* pro tempore exiſtentis, ſub Sigillo & Subſcriptione manuali ſuis) Auctoritatem Poteſtatem & Licentiam tam Literas Patentes Armorum Claris Viris donandi & concedendi, Inſignia Arma & Criſtas, cæteraque alia Nobilitatis Monumenta, quàm viſitandi & corrigendi Inſignia vitioſa & alia Delicta Arma vel Nobilitatem concernentia, ac cætera omnia & ſingula quæ dicto incumbunt Officio Regis Armorum ſive ineſſe dinoſcuntur in Jure vel ex Conſuetudine temporibus retroactis, Nomine noſtro, ac Nomine Hæredum & Succeſſorum noſtrorum faciendi exercendi & exequendi,

Qui quidem *Clarencieulx* ad hunc Statum, nobis præſentibus, omnibuſque aliis Regibus & Herauldis, ac quampluribus Proceribus Magnatibus Nobilibus & Fidedignis Regni noſtri Angliæ prædicti, tunc coram nobis præſentibus & ſpecialiter per nos ad hoc vocatis (adhibitis ſolemniter requiſitis & conſuetis) ſuper ſancta Dei Evangelia ſolempne præſtitit Sacramentum:

Dedimus inſuper, & de ulteriori Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris prædictis conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Roberto*, a Nobis in Regem Armorum ac Principalem Heraldum Partium Auſtralium Orientalium & Occidentalium, ut præfertur, erecto, *Viginti Libras* Sterlingorum per Annum, ratione & causâ ejuſdem Officii, percipiendas eidem *Roberto*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito annuatim & ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per Manus Theſaurarii & Camerariorum ſeu aliorum Officiariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis & Michaelis Archangeli æquis Portionibus, unà cum tali Liberatura & Veſtura, quali & in eiſdem modo & forma prout aliquis alius Rex Armorum ſive Herauldus tempore *Edwardi Tertii* nuper *Regis Angliæ* Progenitoris noſtri exiſtens in Regno noſtro prædicto, habuit & percepit,

Habendas & percipiendas Liberaturam & Veſturam hujuſmodi eidem *Roberto* annuatim pro Termino Vitæ ſuæ, ad magnam Garderobam noſtram Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per manus Cuſtodis ejuſdem Garderobæ noſtræ Hæredum & Succeſſorum noſtrorum pro tempore exiſtentis; aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione inde in contrarium habitis factis editis ordinatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus:

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo primo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

cio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma prout *Robertus Cooke* nuper habuit, aut aliquis alius ſive aliqui alii Heraldorum noſtrorum nuper habuit & percepit, habuerunt & perceperunt pro Exercito Officii prædicti;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia Eligendi.*

REgina, dilectis ſibi in Chriſto *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Ann. D.
Cathedralis Chriſti Oxon. Salutem. 1567.
Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Ec- *Ibid.*
cleſia prædicta, per Mortem ultimi Epiſcopi ejuſdem, jam vacet p. 13. m.
& Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſco- 31.
pum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorambury* primo die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *De Conceſſione ad Vitam pro A. de Farraboſco.* * XV. 671.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1567.
In conſideratione boni & acceptabilis Servitii Nobis, per Di- *Ibid.* p.
lectum Servientem noſtrum, *Alphonſum de Farraboſco* antehac 14. m.
impenſi & impoſterùm, durante Vitâ ſuâ, impendendi, 27.

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Alphonſo de Farraboſco*, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum* legalis Monetæ noſtræ Angliæ,

Habendam & gaudendam prædictam annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum* præfato *Alphonſo de Farraboſco* & Aſſignatis ſuis, a Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ ultimò præterito ante Datam Præſentium, durante Vitâ ſuâ (ſi tamdiu in hoc Regno permanſerit, niſi cum Licentia noſtra Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ad aliquas Partes exteras interea ad aliquod tempus tranſire permiſſus fuerit) percipiendam verò eandem Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum* præfato *Alphonſo Farraboſco* & Aſſignatis ſuis, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ad Receptam Scaccarii noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, Paſchæ, & Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, per æquales Portiones annuatim ſolvendam;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorambury*, vi. die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Re-

Pat. 10. noſtris, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii quod, Dilectus Serviens noſter *Radulphus Langman* aliàs *Portcullis* unus Purſivandorum noſtrorum ad Arma, Nobis ante hæc tempora impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit, Eliz. p. 4. m. 37.

Ereximus fecimus nominavimus creavimus conſtituimus & inveſtivimus, ac per Præſentes erigimus facimus nominamus creamus & inveſtimus eundem *Radulphum unum Heraldorum noſtrorum ad Arma*, eique Nomen illud vulgariter nuncupatum YORKE imponimus, ac Stilum Titulum Libertatem & Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia ab antiquo conſueta, damus & concedimus per Præſentes,

Habendum tenendum & exercendum Officium illud, ac Nomen Stilum Titulum Libertatem & Præheminentias prædicta, præfato *Radulpho Langman* aliàs *Yorke* durante Vitâ ſuâ,

Et ulterius conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus eidem *Radulpho Langman* aliàs *Yorke* ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ prædictâ, pro Exercitio Officii prædicti, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ,

Habendam & annuatim percipiendam eidem *Radulpho Langman* aliàs *Yorke*, a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Sancti Michaelis Archangli, & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præheminentiis & Emolumentis eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma prout *Wilhelmus Colborne* nuper habuit, aut aliquis alius ſive aliqui alii Heraldorum noſtrorum nuper habuit & percepit, habuerunt & perceperunt pro Exercitio Officii prædicti;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxv. die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Reſtitutio Temporalium pro Epiſcopo Oxon.*

Ann. D. 1567. Ibid. p. 10. REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Oxonienſi, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Oxon. *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Chriſti in Oxon. prædicta (Licentia noſtrâ petitâ pariter & obtentâ) Reverendum in Chriſto Patrem, *Hugonem Curren* in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & favorem, ipſiuſque Homagium & Fidelitatem nobis in ea parte debita pro prædicto Epiſcopatu, reſpectuavimus, & nihilominus Temporalia ejuſdem Epiſcopatus ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus quòd *præfato Electo*, Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde, a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ ultimò præterito hucuſque provenientibus ſive creſcentibus, ſine dilatione liberes, ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, tertio die Decembris.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data ſupradicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Buk.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Northt.*

Habendam & annuatim percipiendam prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Decem Librarum*, ut præfertur, dicto *Roberto Glover* & Aſſignatis ſuis, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli, ultimò præterito, pro Termino Vitæ ipſius *Roberti Glover*, ſolvendam annuatim ad duos Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Annunciationis Beatæ Mariæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, per manus Theſaurarii & Camerariorum ſive Receptorum Scaccarii noſtri, ſive aliorum Officiariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præeminentiis Emolumentis & Libertatibus eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma prout aliqui alii Purſivandorum habuit & percepit, habuerunt & perceperunt vel debuerunt percipere, de in & pro Exercitio Officii ejuſdem, habendis eidem *Roberto Glover* aliàs *Portcullis* ex Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquo modo reddendo ſolvendo vel faciendo:

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Commiſſione pro Clarencyeux.*

ELizabeth, by the Grace of God *Quene of England Fraunce and Ireland* Defendor of the Fayth, &c. to our truſtie and welbeloved Servaunt, *Robert Cooke* Eſquier ſurnamed *Clarencieulx Kinge of Armes* of the Eaſt Weſt and South Partes of our Realme of England frome the Ryver of Trent Southward, and to all other our Lovynge Subjectes, Greetynge. Ann. D. 1568. Ibid. m. 8. dor.

Foraſmuche as God, of hys greate Clemencie and Goodnes, hathe ſubjected to our Impere and Governance the Nobilitye People and Comons of this Realme of England,

We,

Myndynge, of our Royall and Abſolute Powre to Us committed, to Viſit Survey and Vewe throughoute all our Realme of Englande and other our Domynions, aſwell for a due Order to be kepte and obſerved, in all thinges touchinge the Office and Dutyes apperteyninge to Armes, as alſo for Reformacion of dyverſe and ſondrye Abuſes and Diſorders, daylye ryſinge and growinge for wante of ordinaire Viſitacions Serveyes and Vewes in tymes convenyent, according to the auncient Forme and laudable Cuſtome of the Lawes of Armes, and that the Nobilitye of this Realme maye be preſerved in every Degree as apperteyneth aſwell in Honor as in Worſhipp, and that everye Perſon and Perſons, Bodyes pollitique corporate and others, may be the better knowne in his and their Eſtate Degree and Myſterye withoute Confuſion or Diſorder, • XV. 674.

Have therefore conſtituted deputed ordeyned and appointed, for Us and in our Name, our ſaid Welbeloved Servaunt *Roberte Cooke* Eſquyer aliàs *Clarencieulx Kinge of Armes* in the ſaid Eaſt Weſt and South Partes of our Realme of England frome the ſayd Ryver of Trent Southward, to viſite all the ſayd Provinces, and the Partes and Members therof apperteyninge to the Office and Charge of the ſayd *Clariencieulx Kinge of Armes*, from tyme to tyme as often and when as he ſhall think moſt neceſſarye and convenyent for the ſame, and not onlye to enter into all Churches Caſtelles Houſes and other Places at his Dyſcrecion, to peruſe and take Knowledge ſurveye and view

of

Digitized by Google

ſcribed in the tyme of the moſte Noble Prince *Kynge Henrye*, of famous memorye, *the Seaventh* our Grandfather, otherwyſe, or in any other ſorte then to their Eſtates and Degrees doth or ſhall appertayne,

And furdermore, by theſe Preſentes, We prohibit and forbyd that no Paynter Glaſier Goldeſmyth Graver, or any other Artificer, whatſoever he or they be within the ſaid Provynce of the ſayd *Clarencieulx*, ſhall take upon them to paynte grave glaſe devyſe or ſet fourth, by any wayes or meanes, or any manner of Armes Creſtes Cogniſances Pedegrees or other Devyſes pertayninge to the Office of Armes, otherwyſe, or in any other Forme or manner then they maye laufullye do and ſhall be allowed

• XV. 675. • by the ſayd *Clarencieulx* his Deputie or Deputies, according to the auncient Lawes and Statutes of Armes,

And we forbyd and ſtrayghtlye commaund all our Sheryffes Commiſſioners, Archdeacons Officialles Scrivenors Clerks Wryters, or other whatſoever they be, to call name or write in any Aſſyſe Seſſions Courte or other open Place or Places, or els to uſe in any Wrytinge the addition of Eſquier or Gentleman, unleſſe they be able to ſtande unto and juſtifie the ſame by the Lawe of Armes of our Realme, or els be aſſertened therof by advertiſmente in Writinge frome the ſayd *Clarencieulx* Kyng of Armes or his Deputie or Deputies Attorney or Attorneys,

And furder we ſtraightly commaund and chardge that no other Perſon or Perſons ſhall intromytt or medle in any thing or things touching and concerning the Office of Arms within the ſayd Provynce without ſpeciall Lycence and Aucthorytie of the ſayd *Clarencieulx*, in wryting under the Seale of the ſaid Office, firſt had and obteyned frome the ſaid *Clarencieulx*,

All the whiche ſayd Power Prehemynence Juriſdiction and aucthority above ſpecified, for Us our Heires and Succeſſors, we do gyve and graunte by theſe Preſents to the ſayd *Roberte Cooke* alias *Clarencieulx* during the naturall Lyef of the ſaid *Clarencieulx*, in as large and ample manner and forme in every thing and things as any his Predeceſſors, or any other beringe the Name or Tytle of *Clarencieulx* have or had, dyd or myght do, by force of any Letters Patents graunted by any of our Predeceſſors, or as of right he or they ought or myght have uſed to do and exerciſe by force of his ſayd Office, with all manner of Profits Advantages and Emoluments therunto belongynge,

Wherfore we will and ſtraightly commaund and charge all and ſinguler our Juſtices Sheryffes Mayors Baylyffs, and all other our Officers Myniſters and Conſtables, and all and every our lovyng Subjectes that, in th'Execution of the Premiſſes, they effectuallye ymploye their beſt Ayde Aſſyſtance Furderaunce and Counſayle to our ſayd *Servant* hys Deputy or Deputies, ſo often, and when as he or any of them ſhall requyer the ſame, in all that you convenyently may as you tender our Favor, and will anſwere to the contrarye at their Parilles;

And furder by thes Preſentes we do aucthoryſe our ſayd *Servant* to nominate and appoynte, under the Seal of hys ſayd Offyce, ſo many Deputies or Attorneys as ſhall be thought to hym expedient for the better Execucion of all and ſinguler the Premiſſes, and yf there fortune to fall out in this Viſitacion any manner of Scruple Doute Queſtion, or any Myſdemenor of any Perſon or Perſons whatſoever, that cannot be convenyentley decyſed or ended by our ſayd *Servante*, or Deputie or Deputies or Attorneys as he under the Seale of his ſayd Office ſhal name and appoynte, then our Mine and Pleaſuer is, that our ſayd *Servant*, his Deputie Deputies or Attorneys named as is aforeſayd, ſhall commaund ſuche Perſon or Perſons whome the ſayd Queſtion Scruple or Myſdemenor ſhall concerne under a certayne Payne, and at a certayn Day, to appeare before the *Earl Marſhall of England* for the tyme, before whome the ſayd Scruple Queſtion

tûs Armachanen. *in Commendam*, una cum dicto Archiepiſcopatu, quamdiu fuerit Archiepiſcopus in Sede Armachan. retinere poſſit & valeat, illorumque ac eorum alterius Fructus & Proventus omnimodos in Uſum & Utilitatem ſuum proprium recipere percipere ac convertere & applicare, durante tempore prædicto, abſque impedimento noſtro Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum aut eorum quorumcumque,

Habendas gaudendas recipiendas & percipiendas dictas Dignitates Rectorias Archidiaconatum & Præbendam, ac earum quamlibet, ac altera cum Fructibus Redditibus Proventibus Emolumentis Dividentiis & Pertinentiis quibuſcumque, præfato *Thomæ* tam abſente quàm præſente, durante tempore prædicto, abſque aliquo Gravamine Interruptione Reſtrictione Calumnia ſeu Denegatione aliquarum Perſonarum quarumcumque, ſeu alicujus Perſonæ cujuſcumque;

Volentes & firmiter Injungentes omnes & ſingulas Perſonas prædictas, quòd illi & earum quælibet, ac alteræ reſpectivè permittant & permittat præfatum *Thomam*, ſive fuerit abſens ſive præſens, ad percipiendum recipiendum gaudendum tenendum & habendum, quamdiu permanſerit in Sede dicti Archiepiſcopatûs Armachan. omnes & ſingulos ac omnimodos Fructus Redditus Dividentias Commoditates & Proventus Dignitatum Archidiaconatuum Rectoriarum & Præbendæ prædictarum ac eorum cujuſlibet, ac alterius inſimul cum Archiepiſcopatu prædicto Armachan. durante tempore prædicto, ut præmittitur, & tempore Acceptationis prædicti Archiepiſcopatûs Armachan. continuò numerando, *in Commendam* retinere liberè & licitè valeat & poſſit; aliquo Jure Conſtitutione Statuto Lege Ordinatione aut Statuto Capituli in contrarium editis, in aliquo non obſtantibus;

Proviſo ſemper quòd dictæ Eccleſiæ Parochiales interim debitis non fraudentur Obſequiis, ſed juxta Leges ac Conſtitutiones Regni noſtri, aliaſque regales noſtras Ordinationes, Statum Eccleſiæ concernentes, ſuppleantur per Proviſionem Vicariorum vel Subſtitutorum ſufficientem, ac aliarum Rerum dictis Eccleſiis Parochialibus de Jure vel Conſuetudine pertinentium vel quoviſmodo ſpectantium.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto die Martii.

---

*De Actibus, in Parliamento Hyberniæ, inactitandis.*

Elizabeth, by the Grace of God, &c. to our right truſtie and right welbeloved Counſaillor Sir *Nicholas Bacon* Knight Lord Keper of our Greate Seale of England, Greting. Ann. D: 1568. Ibid. p. 9. m. 27.

Foraſmuch as now of late we have receaved, from, our right truſtie and right welbeloved, Sir *Henry Sidney* Knighte of our Order Lorde Deputie of our Realme of Ireland, certaine Billes very neceſſary and proffitable for the Common Weale of our ſaid Realme of Ireland, the ſeverall Titles whereof are mencyoned in theſe Preſentes as followeth,

Firste, *An Acte for Reparation of Parochial Churches and Chauncells of the ſame.*

*An Acte for the Errection of Free-Scholes.*

*An Acte for taking awaie of Captenſhippes, and all Exaccions belonging therto, from the Lords and Great Men of this Realme.*

*The Acte of Subſidie graunted to the Quenes Majeſtie.*

• *An Acte of the Attaynder of* Shane O Neyle, *and the Extinguiſhment of the Name of* O Neyle, *and th' entiteling of the Countrey of Tyrone, and to other Countreis and Tertories in* Ulſter, • XV. 677.

*An*

The which Billes or Actes we have thought good to be retorned to our ſaid Deputie, annexed with our Commiſſion, to be in our Parliament there to be holden further conſidered as apperteyneth,

And therefore our Pleaſure is and we require you, that, fourthe withe upon the receipt of theſe Preſents, ye cauſe our Great Seal of England beinge in your Cuſtodie, to be putt unto the ſaid Commiſſion, and the ſaid Billes or Actes affiled to the ſame accordingly, and theſe Preſentes ſhall be your Warrant and Diſchardge for the ſame.

Witnes our Selfe at *Weſtminſter* the twelfth of July.

*Per ipſam Reginam.*

---

*Obligatio Comitis de Murray Regni Scotiæ Regentis pro Quinque Millia Librarum.*

Ann. D. 1570. An. 11. Eliz. R. Ex Autogr.

WE *James Erle of Murray*, &c. Regent of the Realme of Schotland, do graunte and confeſſe by theſe Preſentis, to haif reſaived, by the Handis of our loving Friend, *John Thomworth* Eſquyer on of the Pryvie Chamber to, the ryghte excellent and myghtie Princeſſe, *Elizabeth Quene of England Fraunce and Yrland*, &c. for and in the Nayme of the ſaid excellent Princes, the Summ of *Fyve Thouſand Pounds Sterling* currant Money of the Realme of England, lent to Ws in our gryitt Neceſſite, and maiſt neceſſair Service for the Meynteynance of Peaice betuix the Realmes of England and Scotland, and to appeaſe and withſtand the Attemptis and Interpryſes of the Comonn Ennymeis and Diſturberis of the Comen Quiett of boyth the ſaide Realmes, for the quhilk Cauſes we bynd and obliſe Ws be the Fayth and Treuth in our Body, thankfully to content and pay to the ſaid maiſt excellent and *myghtie Princeſſe*, the forſaid Sowme of *Fyve Thowſand Pundis* in this maner Following; that is to ſaye, *twoo thouſand fyve hundreyth Pundis*
* XV. 678. Money abuif ſpecifeyt, being the on half of the * Somme forſaid, at or befoir the *twentye fourt Day of Junii* next and immediately following the Day and Date heirof; and uthuris *twoo thouſand fyve hundreyth* Pundis Money forſaid, at or befoir the firſt Day of November nixt and immediately following, in compleit Payment of the forſaid Sowme of *fyve thouſand Pundis* Money abuif ſpecifeyt, or to hir Majeſtyes Factouris and Offyciaris in hir Hienes Name, having ſpeciall Commiſſion frome hir Hienes to that effect, all Fraude ſecludit.

In Wytnes heirof, to this our Obligation ſubſcryvit with our our Hand our Signett is affixit, *at Weſtminſter* the authtene Day of Januar, in the Zeur of God ane thouſand fyve hundreyth threſkoir and autht Zeris.

JAMES REGENT.

*Locus Sigilli.*

cto Subdito noſtro *Thomæ Kyngeſmyll* Artium Magiſtro, Locum *Prælectoris noſtri in Lingua Hebraica* in Alma Academia noſtra Oxonienſi, nuper Fundatum a Sereniſſimo Patre noſtro, feliciſſimæ Memoriæ, *Henrico Octavo* in Uſum & Profectum Juventutis Anglicanæ, ac modò per Reſignationem *Thomæ Nele* vacantem, ac ipſum *Thomam Kingſmyll Prælectorem ſeu Informatorem noſtrum in dicta Lingua Hebraica* ibidem facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes, m. 16.

Habendum excercendum & occupandum Lectionem Officium & Locum prædictum, præfato *Thomæ Kingſmyll*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, ad Terminum & pro Termino Vitæ naturalis dicti *Thomæ Kingſmyll*, modò idem legend Munus, temporibus a dicta Academia conſtitutis in Perſona ſua exercuerit, percipiendo inde annuatim pro Feodo & Stipendio ſuo *Quadraginta Libras* legalis Monetæ Angliæ, per Manus Theſaurarii Eccleſiæ Cathedralis Chriſti Oxon. pro tempore exiſtentis, ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Natalis Domini, Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, & Sancti Michaelis Archangeli, per æquales Portiones annuatim ſolvendas.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Windeſor*, ſecundo die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *De York Heraldo creato.* * XV. 679.

¶¶ Ann. D. 1570. Pat. 12. Eliz. p. 5. m. 13.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni veri & fidelis Servitii quod, Dilectus Serviens noſter, *Willielmus Detbicke* aliàs *Rougecroſſe* unus Purſivandorum noſtrorum ad Arma, Nobis ante hæc tempora impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Fecimus nominavimus creavimus ereximus conſtituimus & inveſtivimus, ac per Præſentes facimus nominamus creamus erigimus & inveſtimus eundem *Willielmum* unum *Heraldorum noſtrorum ad Arma*, eique Nomen illud vulgariter nuncupatum YORKE imponimus, ac Stilum Titulum Libertates & Præeminentias hujuſmodi Officio convenientia & concordantia ab antiquo conſueta, damus & concedimus per Præſentes,

Habendum & exercendum Officium illud, ac Nomen Stilum Titulum Libertates & Præeminentias prædicta, præfato *Willielmo Detbicke* aliàs *York*, durante Vitâ ſuâ,

Et ulterius conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus eidem *Willielmo Detbicke* aliàs *Yorke*, ſingulis Annis durante Vitâ ſuâ prædictâ, pro Exercitio Officii prædicti, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Viginti Marcarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ,

Habendam & annuatim percipiendam eidem *Willielmo Detbicke* aliàs *Yorke*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro, ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Advantagiis Præeminentiis & Emolumentis eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma prout *Radulphus Langman* nuper habuit, aut aliquis alius ſive aliqui alii Heraldorum noſtrorum, nuper habuit & percepit, habuerunt & perceperunt, pro Exercitio Officii prædicti;

Habendam & annuatim percipiendam eidem *Thomæ Dawſe*, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum ibidem pro tempore exiſten-
* XV. tium, ad Feſta Annunciationis Beatæ Mariæ * Virginis & Sancti
680. Michaelis Archangeli per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Advantagiis Præheminentiis & Emolumentis eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma prout *Willielmus Detbicke* nuper habuit, aut aliquis alius ſive aliqui alii Purſivandorum noſtrorum habuit & percepit, habuerunt & perceperunt pro Exercitio Officii prædicti;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury* xxiv. die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

Ann. D. 1570. *Pat.* 12. *Eliz. p.* 7. *m.* 18.

REginà, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtrenſis, Salutem.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ejuſdem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus illis in hac parte favorabiliter inclinantes, illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorambury* triceſimo die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

Ann D. 1570. *Ibid.*

REgina, &c. dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Eborum, Salutem.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem naturalem ultimi Archiepiſcopi ejuſdem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Archiepiſcopum & Paſtorem, Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus illis in hac parte favorabiliter inclinantes, illam vobis duximus concedendam,

Rogantes, quòd talem vobis eligatis in Archiepiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Caſtrum ſuum de Windeſore* primo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Regius Aſſenſus.*

Ann. D. 1570. *Pat.* 12. *Eliz. p.* 7. *m.* 18.

REgina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac Prædilecto & Fideli noſtro, Domino *Matheo Archiepiſcopo Cantuarienſi*, ac *Roberto Wintonienſi*, & *Edmundo Roffenſi*, Epiſcopis, Salutem.

Cùm vacante nuper Sede Archiepiſcopali Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Eborum, per Mortem naturalem ultimi Archiepiſcopi ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* prædictæ Eccleſiæ noſtræ Metropoliticæ Eborum, per Literas noſtras Patentes, Licentiam noſtram conceſſerimus alium ſibi eligendi in Archiepiſcopum & Paſtorem prædictæ Sedis, iidemque *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Reverendum in Chriſto Patrem, ac Dilectum & Fidelem noſtrum, *Edmundum London. Epiſcopum*, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Archiepiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas Nobis indè directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem, & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus;

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter Præcipientes & Mandantes, quatenus vos eundem *Edmundum* in Archiepiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Metropoliticæ prædictæ ſic ut præfertur electum; Electionemque prædictam confirmare, & eundem *Edmundum* Archiepiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Metropoliticæ Eborum prædictæ, per Tranſlationem confirmare, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu & favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury* xvi. die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Licentia Eligendi.*

Ann. D. 1570. *Ibid. m.* 28.

REgina, dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Londinenſis, Salutem.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cum Eccleſia prædicta, per Tranſlationem ultimi Epiſcopi ejuſdem, ad Archiepiſcopatum Eborum, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem, Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus illis in hac parte favorabiliter inclinantes, illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* primo die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*



Digitized by Google

*Eſcaetori ſuo in Com. Surr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Notingh.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Northumbr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

Et mandatum eſt univerſis & ſingulis Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de *Archiepiſcopatu Eborum*, quòd præfato *Electo*, tanquam *Archiepiſcopo* & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Archiepiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

*Reſtitutio Temporalium.*

Ann. D. 1570. *Ibid.* REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Middleſexiæ, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Ciceſtrenſi, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtrenſis prædictæ (Licentiâ noſtra petitâ pariter & obtentâ) dilectum Nobis in Chriſto, *Richardum Curteys* Sacræ Theologiæ Profeſſorem in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudùm ſpectantibus & pertinentibus, modo in Manus noſtras vigore cujuſdam Actûs, Anno Regni noſtri primo, indè nuper editi & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo reſidentibus) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus, quòd *præfato Electo*, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde à Feſto Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, hucuſque provenientibus ſive creſcentibus, ſine Dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, vi die Junii,

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* XV. 683. Conſimile Breve dirigitur Eſcaetori * ſubſcripto ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Surr. & Suſſex.*

Et mandatum eſt univerſis & ſingulis Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Ciceſtren. quòd præfato *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

*De Licentia Eligendi.*

Ann. D. 1570. *Ibid.* REgina, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Carliolenſis, Salutem.



Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem, & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus;

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter Præcipientes & Mandantes, quatenus vos eundem *Edwinum* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis London. prædictæ, ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem *Edwinum* Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis London. prædictæ, per Tranſlationem confirmare, cæteraque omnia & ſingula peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu & favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, primo die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* *Regius Aſſenſus.*

REgina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & Prædilecto & Fideli noſtro, Domino *Edmundo*, Permiſſione Divinâ, Eborum Archiepiſcopo, Salutem. * XV. 684 Ann. D. 1570. *Ibid.* m. 18.

Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Carliolenſi, per Mortem, Reverendi in Chriſto Patris, Domini *Johannis Beſte*, Permiſſione Divinâ, nuper ejuſdem Sedis Epiſcopi, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Carliolen. per Literas noſtras Patentes, Licentiam illis conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidem *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Reverendum in Chriſto Patrem, *Richardum Barnes nuper Sedis Notinghamiæ Epiſcopum*, ſibi & Eccleſiæ prædictæ, Carliolen. elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum comuni ſigillatas, nobis inde directas, pleniùs liquet & apparet.

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus vos eundem Reverendum in Chriſto Patrem *Richardum*, in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Carliolen. prædictæ ſicut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ, auctoriſare & inveſtire, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Legum & Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu,

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, xiii. die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Reſtitutio Temporalium.*

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Middleſexiæ, Salutem. Ann. D. 1570. *Ibid.* m. 17.

Vacante nuper Epiſcopatu London. per Tranſlationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis London. prædictæ (Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ) Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum *Edwinum Sandes, nuper Epiſcopum Eccleſiæ Cathedr. Wigorn.* in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,



Digitized by Google

quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſitis & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Reſtitutio Temporalium.*

Ann. D. 1570. Pat. 12. Eliz. p. 7. m. 17.

R*Egina*, Eſcaetori ſuo in Comitatu Northumbriæ, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Carliolenſi, per Mortem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Carliolen. prædictæ (Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ) Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum *Richardum Barnes* nuper Sedis *Notinghamenſis Epiſcopum* in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu Carliolen. recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudùm ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs Parliamenti Anno Regni noſtri primo inde editi & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo remanentibus ſi quæ talia Terræ Tenementa vel Hæreditamenta exiſtant ſic electa vel capta) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus quòd *præfato Electo*, Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua (exceptis præexceptis) unà cum Exitibus & Proficuis inde, præfato *Electo*, à tempore Mortis ultimi Epiſcopi ibidem, hucuſque provenientibus ſive creſcentibus, ſine Dilatione Liberes; ſalvo jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, viceſimo ſexto die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia directa Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data ſupradicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Cumbr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Surr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Weſtmerl.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Derb.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

Et mandatum eſt univerſis & ſingulis Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Carliolen. quòd præfato *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Pro Epiſcopo Carliolenſi, de tenendo in Commendam.*

Ann D. 1570. Ibid. p. 1. m. 18.

R Egina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Conſiderantes Exilitatem Fructuum Proventuum Reventionum & Emolumentorum Epiſcopatûs Carliolenſis, ac Onera nunnulla eidem incumbentia, per, Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum *Richardum Barnes Epiſcopum Carliolen. modernum* in Admero Motu noſtris, concedimus & Licentiam damus, eidem *Ricardo Epiſcopo Carliolen.* antedicto, ut ipſe, Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de Rumboldkirk aliàs Rumilkirk in Diœceſ. Ceſtren. quam *Johannes Rudd* Sacræ Theologiæ Bacchalarius in præſenti obtinuit, & in eadem Intitulatus exiſtit, quamprimùm per Mortem Ceſſionem Privationem, ſeu aliquo quocumque modo vacare contigerit, unà cum *Epiſcopatu Carliolen.* prædicto, in Commendam recipere, & durante Vitâ ſuâ naturali retinere, ejuſque Fructus Decimas Proventus & Emolumenta quæcumque eidem Rectoriæ ſive Eccleſiæ Parochiali ſpectantia ſive pertinentia percipere, ac in ſuos Uſus & Utilitatem, acſi Intitulatus eandem Eccleſiam obtineret & retineret, convertere poſſit & valeat;

Proviſo tamen & ſemper ſalvo quòd, poſtquam Rectoria ſive Eccleſia Parochialis de Rumboldkirk aliàs Rumilkirk prædicta proximò vacare contigerit, & eadem, per eundem *Epiſcopum Carliolen.* in Commendam, authoritate præſentis Conceſſionis & Licentiæ noſtræ recepta adepta & obtenta fuerit, quòd tunc dicta Rectoria ſive Eccleſia Parochialis de Stokeſley, unà cum ſuis Juribus & Pertinentiis, per *ipſum Epiſcopum* diutiùs in Commendam retineri non poſſit, ſed ſtatim exinde eadem Eccleſia de Stokeſley vacabit, dictuſque *Epiſcopus Carliolen.* ab eadem Eccleſia de Stokeſley Juribuſque & Pertinentiis ſuis univerſis, ipſo facto, amovebitur & amotus cenſebitur, præſenti Donatione & Conceſſione noſtrâ, aut aliquâ in eadem contentâ, non obſtante,

Habendum gaudendum & percipiendum, tam dictum Officium Cancellarii Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Eborum prædictæ, unà cum dicto *Epiſcopatu Carliolen.* eidem *Epiſcopo Carliolen.* in Commendam, à Die datæ Præſentium, uſque ad Feſtum Sancti Petri ad Vincula quod erit in Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo,

Necnon habendas gaudendas & percipiendas dictas Rectorias ſive Eccleſias Paroch. de Stokeſley & de Stangriff aliàs Stangrave Eborum Diœceſis, & earum utramque, & dictam Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de Rumboldkirk aliàs Rumylkirk Ceſtrenſis Diœceſis, quamprimùm, ut præfertur, primò & proximò vacare contigerit, unà cum dicto *Epiſcopatu Carliolen.* cæteraque omnia & ſingula Præmiſſa cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, eidem *Epiſcopo Carliolen.* in Commendam, ſub modo & forma ac proviſo ſuperiùs expreſſis & prænominatis, durante Vitâ naturali ipſius *Epiſcopi Carliolen.* ita quòd ipſe *Epiſcopus*, eadem Præmiſſa omnia & ſingula cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, ſub modo forma & proviſo prædictis, unà cum dicto *Epiſcopatu Carliolen.* habere & retinere eorumque Fructus Decimas Obventiones & Emolumenta quæcumque eorumdem percipere, & in Uſus ſuos proprios convertere diſponere & applicare liberè & licitè poſſit & valeat, Juribus Eccleſiaſticis contrariis quibuſcumque, ſeu Statutis etiam localibus, Actu Ordinatione Ritu & Conſuetudine in contrarium, in aliquo non obſtantibus, quibus etiam; ad effectum Præſentium conſequendarum, quamvis obſtiterint, derogamus & derogari volumus,

Proviſo ſemper quòd dictum Officium Cancellariatûs Eborum prædicti, & Rectoriæ ſive Eccleſiæ Parochialis * de Stokeſley * XV. 687.
& de Stangriff aliàs Stangrave Eborum Diœceſis, ac de Rumboldkirk aliàs Rumylkirk Ceſtrenſis Diœceſis, ſeu earum aliqua, debitis propterea interim non fraudentur Obſequiis, & Cura Animarum earumdem nullatenus negligatur, ſed earum & cujuſlibet earumdem ſupportentur Onera debita & conſueta;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorambury*, triceſimo die Julii.

Con-

Digitized by Google

*duplicibus caudis Pergamenæ.*

---

*De Significavit pro Epiſcopo Inſulæ de Mann.*

Ann. D. 1570. Pat. 12. Eliz. p. 7. m. 17.

REgina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino *Edmundo*, Permiſſione Divinâ, *Eboracenſi Archiepiſcopo* Angliæ Primati & Metropolitano, Salutem.

Quùm Jus Patronatûs Nominatio Præſentatio & Diſpoſitio Epiſcopatûs Inſulæ Sodor ſive de Man veſtræ Eboracen. Provinciæ, ad, Prædilectum & Fidelem Conſanguineum noſtrum, *Edwardum Comitem Derbiæ* præclari Ordinis Garterii Militem, ex Indultis & Largitionibus Progenitorum noſtrorum Regum & Principum hujus Regni noſtri Angliæ, Anteceſſoribus ſuis Comitibus Derbiæ ab antiquo factis & elargitis, eique & Hæredibus ſuis ritè & legitimè confirmatis, ac longo Uſu ſtabilitis, in qualibet ejuſdem Vacatione notoriè ſpectet & pertineat,

Quumque eodem Epiſcopatu, per Mortem naturalem Domini *Thomæ Stanley* ultimi ejuſdem Dignitatis Epiſcopalis Præſulis, jampridem notoriè vacante, ac Epiſcopi ſolatio deſtituta, dictus, prædilectus & fidelis Conſanguineus noſter, *Edwardus Comes Derbiæ* Patronus antedictus, dilectum ſibi in Chriſto, Venerabilem Virum Dominum *Johannem Salesburye* nuper *Suffraganeum Thetford* Decanum Eccleſiæ Cathedralis Norwicenſis, aliàs in Epiſcopum ritè & legitimè ordinatum & conſecratum, ad prædictum Epiſcopatum * Inſulæ Sodor ſive de Man, modo præmiſſo vacantem,

* XV. 688.

nobis, per Litteras ſuas, prout hactenus in ea parte fieri ſolebat, legittimè nominaverit & præſentaverit,

Humiliter ſupplicans quatenus, ex Regia noſtra Clementia Benignitate & Gratia, eandem ſuam Præſentationem & Nominationem acceptare & admittere, necnon Literas noſtras mandatorias vobis Archiepiſcopo antedicto, pro Confirmatione ejuſdem Domini *Johannis Salesbury* in Epiſcopum dicti Epiſcopatûs Inſulæ Sodor ſive de Man, proque ipſius ſic confirmati reali & effectuali Inductione ad & in eandem Dignitatem Epiſcopalem, cum ſuis Privilegiis Immunitatibus Juribus & cæteris Pertinentiis prædictis, inter alia ſcribere & mandare dignaremur; prout in ipſius *Comitis* Literis deſuper confectis, & per eum ſubſcriptis ac Sigillo ſuo ſigillatis, inter alia pleniùs liquet & apparet,

Veſtræ igitur reverendiſſimæ Paternitati, harum ſerie ſignificamus & innoteſcimus quod Nominationem & Præſentationem ipſius Domini *Johannis Salesbury* ad dictum Epiſcopatum Inſulæ Sodor ſive de Man ſic, ut præfertur, per eundem *Comitem Derbiæ* nobis factas, ex Gratia noſtra ſpeciali acceptavimus admiſimus & approbavimus;

Et ideò vobis Reverendiſſimo Domino *Archiepiſcopo antedicto*, Tenore Præſentium committimus & mandamus, quatenus eundem Dominum *Johannem Salesbury* ſic, ut præfertur, nominatum & præſentatum, ac per Nos admiſſum & approbatum, atque aliàs munere Epiſcopalis Conſecrationis inſignitum, in Epiſcopum dicti Epiſcopatûs Sodor ſive Inſulæ de Man ritè & legitimè confirmare ſeu confirmari facere, ac conſequenter, pro ejuſdem ſic confirmato, ad & in realem & effectualem Poſſeſſionem ejuſdem Epiſcopatûs & Dignitatis Epiſcopalis, cum ſuis Privilegiis, Præheminentiis Immunitatibus Juribus, & cæteris Pertinentiis ſuis quibuſcumque, juxta Juris exigentiam, atque præteriti temporis & dicti Epiſcopatûs Morem & Conſuetudinem, hactenus in ſimilibus fieri & obſervari ſolitis & conſuetis, ſcribere curetis atque mandetis, cæteraque faciatis & exequamini quæ veſtro

geli ultimo præterito durante Vita ſua, de Theſauro noſtro, ad Receptam Scaccarii noſtri, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad Feſta Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præheminentiis & Emolumentis * eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma

* XV. 689.

prout *Edmundus Atkinſon* nuper habuit, aut aliquis alius ſive aliqui alii Heraldorum noſtrorum, nuper habuit & percepit, habuerunt & perceperunt, pro Exercitio Officii prædicti;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxix. die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia Eligendi.* ✠

Ann. D. 1571. Pat. 13. Eliz. p. 5. m. 44.

REgina dilectis ſibi in Chriſto, *Decano ſeu Præſidi & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Lincolnienſis, Salutem.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris, ac Prædilecti & Fidelis noſtri, *Nicholas* ultimi Epiſcopi ejuſdem, ad Sedem Epiſcopalem Wigornienſem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus illis in hac parte favorabiliter inclinantes, illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. 1571. Ibid. m. 5.

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Angleſey, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Wigornienſi, per Tranſlationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Wigorn. prædictæ (Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ) Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum *Nicholaum Bullyngham* nuper Sedis Lincolnienſis *Epiſcopum*, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu Wigorn. recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatus (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudùm ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actus Parliamenti Anno Regni noſtri primo inde editi & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo remanentibus, ſi quæ tales Terræ Tenementa vel Hæredi-



Digitized by Google

1571. mino *Matheo*, Permiſſione Divina, *Cantuarien. Ar-*
ibid. *chiepiſcopo*, totius Angliæ Primati & Metropolitano, &c. Sa-
m. 28. lutem.

Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Lincolnienſi, per Tranſlationem ultimi Epiſcopi ibidem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Lincoln. prædictæ, per Literas noſtras Patentes, Licentiam illis conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidem *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Dilectum Nobis in Chriſto, *Thomam Cowper* nuper Eccleſiæ Cathedralis Chriſti Oxon. & Claudioceſtr. Decanum, Epiſcopum ſibi & Eccleſiæ prædictæ Lincoln. elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis inde directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus & Favorem; & hoc vobis, Tenore Præſentium, ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus vos, eundem, Dilectum Nobis in Chriſto *Thomam Cowper in* Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Lincoln. prædictæ, ſic ut præfertur electum, & Electionem illam confirmare, & eundem Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ auctorizare & inveſtire, cæteraque omnia & ſingula peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Legum & Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, decimo nono die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

## *De Significavit.*

Ann. D. 1571. ibid. m. 44. REgina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, *Matheo*, Permiſſione Divinâ, *Cantuar. Archiepiſcopo*, totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutem.

Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Exon. per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ibidem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Exon. prædictæ, per Literas noſtras Patentes, Licentiam illis conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidem *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Dilectum Nobis in Chriſto, *Willielmum Bradbrige* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, Eccleſiæ Cathedralis Sarum Decanum Epiſcopum ſibi & Eccleſiæ prædictæ Exon. elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis inde directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus vos, eundem, dilectum Nobis in Chriſto, *Willielmum Bradbrige* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Exon. prædictæ ſic ut præfertur electum, & Electionem illam confirmare, & eundem Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ, auctorizare & inveſtire, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Legum & Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

prædicta, [illegible]

*Eſcaetori ſuo in Com. Notingh.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Leic.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Suſſex.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Carmaerden.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Hunt.*

Et Mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Lincoln. prædicto quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout, decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

## *De Reſtitutione Temporalium.*

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Devoniæ, Salutem. Ann. D. 1571. ibid. m. 44.

Vacante nuper Epiſcopatu Exonienſi, per Mortem naturalem *ultimi Epiſcopi ibidem*, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Exon. prædictæ (Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ) Dilectum Nobis in Chriſto, *Willielmum Bradbridge* Sacræ Theologiæ Profeſſorem *Eccleſiæ Cathedralis Sarum nuper Decanum*, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt;

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu Exon. recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actus Parliamenti, Anno Regni noſtri primo, inde nuper editi & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario noſtro de Recordo remanentibus, ſi quæ talia Terræ Tenementa vel Hæreditamenta exiſtunt ſic electa vel capta) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus, quòd *præfato Electo*, Temporalia prædicta cum Pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde, à tempore Mortis ultimi Epiſcopi ibidem, huculque provenientibus ſive creſcentibus, ſine Dilatione Liberes: ſalvo Jure cujuſlibet.

* Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, xiv. die Martii. * XV. 692.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Eſcaetori ſuo in Com. Cornubiæ.*
*Dilecto & fideli ſuo Majori Civitatis Exon. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

## *De Intendendo.*

REgina, univerſis & ſingulis Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Exon. Salutem. Ann. D. 1571. ibid.

Cùm, vacante nuper Epiſcopatu Exon. per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Exonienſis prædictæ (Licentiâ petitâ pariter & obtentâ) dilectum Nobis in Chriſto, *Willielmum Bradbridge* Sacræ Theologiæ Profeſſorem *Eccleſiæ Cathedralis Sarum nuper Decanum*, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, regium Aſſenſum noſtrum adhibuerimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debi-

Digitized by Google

Dedimus etiam & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus præfato *Richardo Lee*, pro Officio prædicto exercendo, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Decem Librarum* legalis Monetæ Angliæ,

Habendam & annuatim percipiendam prædictam Annuitatem ſive annualem Redditum *Decem Librarum*, ut præfertur, dicto *Richardo Lee* & Aſſignatis ſuis, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimo præterito, pro Termino Vitæ ipſius *Richardi Lee*, ſolvendam annuatim ad duos Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, per manus Theſaurarii & Camerariorum ſive Receptorum Scaccarii noſtri, ſive aliorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, unà cum omnibus aliis Commoditatibus Proficuis Advantagiis Præeminentiis Emolumentis & Libertatibus eidem Officio debitis & conſuetis, in tam amplis modo & forma prout aliquis alius ſive aliqui alii Purſivandorum habuit & percepit, habuerunt & perceperunt vel debuerunt percipere, de in & pro Exercitio Officii ejuſdem, habendis eidem *Richardo*
• XV. *Lee* aliàs * *Portcullis* ex Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto,
693. ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo:

Eo quod expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Grenewich*, viceſimo ſecundo die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De tenendo Cancellariatum & Prebendam in Commendam.*

Ann. D. 1571. *Pat.* 13. *Eliz. p.* 5. *m.* 44.

REgina omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Ut, dilectus & fidelis Subditus noſter, *Willielmus Bradbridge jam Epiſcopus Exonienſis Electus*, Statum ſuum, juxta Pontificalis Dignitatis exigentiam, decentiùs Tenere poſſit, conſiderantes Exilitatem dicti Epiſcopatûs,

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, conceſſimus & Licentiam dedimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus & Licentiam damus *præfato Willielmo Bradbridge*, quod ipſe, unà cum Epiſcopatu prædicto, Cancellariatum Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtr. & Præbendam de Sutton in eadem Eccleſia Cathedrali, quæ idem *Willielmus Bradbridge* canonicè & legittime adeptus eſt, & ſic inde poſſidebat & adhuc canonicè poſſidet, & earum utramque, per quinquennium a tempore Acceptationis prædicti Epiſcopatus continuo numerando, *in Commendam*, unà cum dicto Epiſcopatu, retinere, illorumque Fructus & Proventus percipere, atque in Uſum ſuum & Utilitatem acſi illis intitulatus obtineret, convertere & applicare durante quinquennio prædicto liberè & licitè valeat & poſſit, abſque impedimento noſtro Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum aut aliorum quorumcumque,

Habendos gaudendos & percipiendos dictum Cancellariatum Eccleſiæ Cathedralis Ciceſtren. & Præbendam de Sutton, cum Fructibus Redditibus Proventibus & Emolumentis ac Pertinentiis quibuſcumque, præfato *Willielmo Bradbridge*, *Epiſcopo Exon.* prædictæ *Electo*, tam abſenti quàm præſenti, per quinquennium prædictum, abſque aliquo Gravamine Interruptione ſeu Calumpnia Patronorum Præmiſſorum aut eorum alicujus;

Volentes & firmiter Injungentes Patronis Præmiſſorum, quòd illi reſpectivè permittant, & eorum quilibet permittat, præfatum *Willielmum* jam *Exon. Epiſcopum Electum*, ſive fuerit abſens ſive præſens, ad percipiendum gaudendum tenendum & habendum,

Teſte Reginâ *apud Gorhambury*, xvii. die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Licentia Eligendi.* ✠

REgina, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Sarum, Salutem. Ann. D. 1571. *Ar.* 14. *Eliz. R.* *Pat.* 14. *Eliz. p.* 5. *m.* 10.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ejuſdem jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quinto die Decembris.

---

### *De Officio conceſſo.*

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1571. *Ibid. p.* 9. *m.* 30.

Cùm Nos, per Literas noſtras Patentes gerentes Datam apud Weſtm. decimo octavo Die Julii, Anno Regni noſtri ſexto, dederimus & conceſſerimus *Johanni Johnſon* Officium ſive Locum *Capitalis Vibrellatoris* noſtri, Anglicè vocatum *de le Maſter Gonner*, infra Caſtrum noſtrum de Carliſle, quod quidam *Robertus Sutton* adtunc, nuper defunctus, habuerat & occupaverat, ac etiam Vadium & Feodum *Duodecim Denariorum per Diem* legalis Monetæ noſtræ Angliæ,

Habendum tenendum gaudendum & exercendum Officium prædictum durante Vitâ ſuâ naturali, necnon percipiendum dictum Vadium & Feodum de Theſauro noſtro ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos per æquales Portiones, prout per eaſdem Literas noſtras Patentes pleniùs liquet & apparet,

Quas Literas Patentes idem *Johannes Johnſon* in voluntate exiſtit nobis ſurſumreddere, jamque, prout inde certam habemus notitiam, in Cancellariam noſtram cancellandas ſurſumreddidit, ibique cancellatæ ſunt, eâ intentione ut Nos alias Literas noſtras Patentes cuidam *Jacobo Spence* uni Vibrellatorum noſtrorum infra Caſtrum noſtrum de Carliſle, de prædicto Officio concedere dignaremur, quam quidem Surſumredditionem Nos acceptamus per Præſentes;

Sciatis igitur quòd Nos, in conſideratione boni veri & fidelis Servitii antehac impenſi & impoſterùm Nobis impendendi, per dilectum Subditum noſtrum *Jacobum Spence*, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Jacobo Spence* dictum Officium ſive Locum *Capitalis Vibrellatoris* noſtri, Anglicè vocatum Officium *de le Maſter Gonner*, infra Caſtrum noſtrum de Carliſle, ac etiam Vadium & Feodum *Duodecim Denariorum per Diem* legalis Monetæ noſtræ Angliæ pro Excercitio & Occupatione ejuſdem Officii,

Ha-

Digitized by Google

ſtræ Diœc. & Juriſdictionis, de jure ibidem jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem, ratione Vacationis Sedis Epiſcopalis Sarum pleno jure ſpectantem, dilectum nobis in Chriſto *Edwardum Deringe* Sacræ Theologiæ Baccalarium vobis præſentamus;

Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Edwardum* ad Præbendam prædictam admittere, ipſumque Præbendarium ibidem, ac in & de eadem cum omnibus & omnimodis ſuis Juribus Membris Commoditatibus Emolumentis Proficuis, quotidianis Diſtributionibus, Dividentiis Excreſcentiis & Pertinentiis quibuſcumque, canonicè inſtituere & inveſtire, cæteraque facere & peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Decembris.

*Per Dominum Cuſtodem Magni Sigilli Angliæ, &c.*

Regina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, *Johanni*, Permiſſione Divinâ, *Norwicen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* ſuo in Spiritualibus Generali, aut alii cuicumque hanc noſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem habenti, Salutem.

Ad *Rectoriam de Swanton Morley* cum *Worthing* annexa, de Jure vacantem & ad noſtram Donationem & Præſentationem pleno Jure ſpectantem, dilectum Nobis in Chriſto, *Rogerum Mathewe* Clericum, vobis Tenore Præſentium præſentamus;

Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Rogerum* ad dictam Rectoriam admittere, ipſumque Rectorem ejuſdem Rectoriæ, ac in & de eadem canonicè inſtituere & inveſtire, cætera quoque facere peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xviii. die Januarii.

*Willielmus Smyth* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Thorpebaſſet* Eborum Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Edmundo Eborum Archiepiſcopo*.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxii. die Decembris.

*Robertus Nyxon* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Wyngrave* Lincoln. Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *Thomæ Lincoln. Epiſcopo*.

* XV. 696. * Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Januarii.

*Jacobus Kaye*, habet Conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Gayton* Lincoln. Diœc. de Jure vacantem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri *Thomæ Lincoln Epiſcopo*.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, quarto die Januarii.

*Willielmus Underne* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam Sanctæ Mariæ* infra Villam Nottingham, de Jure vacantem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Edmundo Eborum Archiepiſcopo*.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Januarii.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, xi. die Februarii.

*Willielmus Hatterſley* in Artibus Magiſter, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Weſt Walton*. Norwicen. Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Norwicen. Epiſcopo*.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, quinto die Februarii.

*Edmundus Mormyon* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam de Brixton Deverell* Sarum Diœc. de Jure vacantem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Edmundo Sarum Epiſcopo*.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xiv. die Februarii.

*Johannes Pryce* in Artibus Magiſter, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Weſtwinche* Norwicen. Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *Johanni Norwicen. Epiſcopo*.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xviii. die Februarii.

*Thomas Boilſton* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam de Longe Whatton* Lincoln. Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri, *Thomæ Lincoln. Epiſcopo*.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo die Februarii.

*Willielmus Hatterſley* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione *ad Rectoriam de* * *Weſtmalton* * XV. 697.
Norwicen. Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *Johanni Norwicen. Epiſcopo*.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono die Aprilis.

*Georgius Harden* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Overton ſubtus Arderne* Lincoln. Diœc. de jure vacantem.

Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri, *Thomæ Lincoln. Epiſcopo*.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xxvii. Die Decembris.

*Willielmus Crowther* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Vicariam de Saret* London. Diœc. de Jure vacantem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Edwino London. Epiſcopo*.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xiii. die Maii.

*Richardus Adamſon* Clericus, habet Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Barſton* cum *Plonger* Lincoln. Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ibidem.

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Thomæ Lincoln. Epiſcopo*.

Teſte *Reginâ apud Weſtmonaſterium*, decimo tertio die Decembris.

*Martinus Clipſham* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Chaldcott* Norwicen. Diœc. poſt Mortem ultimi Rectoris ibidem;

Et

Digitized by Google

*Walterus Herbert* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Eſtenrythe* Cantuar. Diœc. per Reſignationem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Domino *Matheo Cantuar. Archiep ſcopo.*

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, quarto die Decembris.

*Evan Williams* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam beatæ Mariæ in auſtro Villæ Glouc.* aliàs *Eccleſiæ Chriſti*, Glouc. Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Richardo Glouc Epiſcopo.*

xv. 698. • Teſte Reginâ *apud Gorbambury*, deciſſo nono die Martii.

*Lancelotus Thexton* Sacræ Theologiæ Bachalaurius, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Thrunche* Norwicen. Diœc. de Jure vacantem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Norwicen. Epiſcopo.*

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo die Aprilis.

*Richardus Jones*, in Artibus Bacchalaurius, habet conſimiles Litteras *Reginæ* Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Felſham* Norwicen. Diœc. per Deprivationem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Norwicen. Epiſcopo.*

Teſte Reginâ apud *Gorbambury*, viceſimo nono die Martii.

*Johannes Dable* in Artibus Bacchalaureus, habet conſimiles Litteras Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Vicariam de Stedyans* Exon Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Willielmo Exon. Epiſcopo.*

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Junii.

*Chriſtoforus Style* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam Sancti Nicholai Acon.* London. Diœc. per Reſignationem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Edwino London. Epiſcopo.*

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, xvi. die Junii.

*Thomas Bancks* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Dechingham*, Norwicen. Diœc. per Lapſum;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Norwicen. Epiſcopo.*

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo die Maii.

*Richardus Larke*, in Artibus Bacchalaurius, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Chalgrove* Cantuar. Diœc. per Lapſum, Sede Epiſcopali Oxon. vacante;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Domino *Matheo Cantuar. Archiepiſcopo.*

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio die Maii.



per mortem ultimi Incumbentis ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Roberto Winton. Epiſcopo.*

Teſte Reginâ apud *Gorbambury*, xiv die Martii.

*Willielmus Gyles* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Staliſeld* Cantuar. Diœc. per mortem ultimi Incumbentis ibidem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Matheo Cantuar. Archiepiſcopo.*

Teſte Reginâ apud *Gorbambury* viceſimo primo die Martii.

*Thomas Pyrry* Artium Magiſter, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad primam Præbendam in Eccleſia Cathedrali Glouc.* Glouc Diœc. per Reſignationem;

Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Richardo Glouc. Epiſcopo.*

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, triceſimo die Januarii.

---

### *Literæ de ſignificavit.*

REgina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Prædilecto & Fideli noſtro, *Matheo Cantuarienſi Archiepiſcopo*, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem. Ann. D. 1571. Pat. 14. Eliz. p. 5. m. 10.

Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Sarum, per Mortem ultimi Epiſcopi ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Sarum, per Literas noſtras Patentes, Licentiam illis conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidem *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Reverendum in Chriſto Patrem ac Dilectum & Fidelem noſtrum, *Edmundum Roffenſem Epiſcopum* ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis indè directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis, Tenore Præſentium, ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini, præcipiendo mandantes, quatenus vos, eundem, *Edmundum*, in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Sarum prædictæ ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Sarum prædictæ auctorizare & inveſtire, per Tranſlationem, cæteraque omnia & ſingula peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo die Decembris.

---

### *De Reſtitutione Temporalium.*

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatibus Southamptoniæ & Wiltesiæ, Salutem. Ann. D. 1571. ibid.

Vacante nuper Sede Epiſcopali Sarum, per Mortem ultimi Epiſcopi ejuſdem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Sarum prædictæ (Licentiâ noſtrâ petita pariter & obtenta) Reverendum in Chriſto Patrem, *Edmundum Geſt nuper Epiſcopum Ec-*

quam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

† *De Conceſſione in Augmentationem Eleemoſinæ.*

Ann D. REgina, &c. omnibus ad quos, &c. Salutem.
1572. Sciatis Nos, de gratia noſtra ſpeciali & mero Motu no-
Ibid. ſtris, dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes dare & concedere,
p. 7. m. Reverendo in Chriſto Patri *Edmundo*, Permiſſione divinâ, *Sarum*
36. *Epiſcopo* Magno Eleemosinario nostro, in Augmentationem Eleemoſinæ noſtræ, tam omnia & ſingula Bona Catalla, & Debita quarumcumque Perſonarum Felonum de ſe, & cujuſlibet Perſonæ Felonis de ſe, quàm omnia & ſingula Deodanda infra Regnum noſtrum Angliæ, ac Walliam & Marchias ejuſdem, tam infra Libertates quàm extra, inventa ſive invenienda, foriſfacta ſive foriſfacienda, quæ nobis nunc pertinent, vel unquam poſt xxiv. diem Decembris ultimum ante datam Præſentium præteritum quoviſmodo pertinuerunt ac pertinere debuerunt, & deinceps, quamdiu ipſum *Edmundum* Eleemoſinarium noſtrum fore contigerit, pertinuerint vel contigerint ullo modo,

Et volumus & concedimus eidem *Eleemoſinario noſtro* quòd benè liceat ei ac Deputatis & Servientibus ſuis, omnia hujuſmodi Bona, Catalla & Debita Felonum de ſe ac Deodanda, ubicumque inveniri poterunt, tam infra Libertates quàm extra, ut præfertur, ſeiſire, recuperare, levare & colligere; aſſignantes præfatum *Eleemoſinarium noſtrum* & Deputatum ſuum & Deputatos ſuos, ad inquirendum de tempore in tempus, viis & modis quibus meliùs ſcire poterit ſive poterint, de hujuſmodi Bonis, Catallis & Debitis Felonum de ſe & Deodandis, ac ad eadem ſeiſiendum, capiendum, recuperandum & levandum, per ſe ſive Deputatos ſuos, ſufficientes, ubicumque, infra Regnum noſtrum Angliæ prædictæ, ac Walliam prædictam ac Marchias ejuſdem, tam infra Libertates quam extra fuerint inventa, & ipſa ſic levata, recuperata & collecta, per ſe, ubi melius videbitur, pro Nobis in Eleemoſinam diſtribuendum, abſque Compoto ſive Ratiocinio indè nobis reddendo vel faciendo per Præſentes:

Mandantes & præcipientes univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Coronatoribus, Ballivis & Conſtabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris noſtris, tam infra Libertates quàm extra, & eorum cuilibet, Tenore Præſentium, quòd præfato *Eleemo-*
*ſinario* noſtro ac Deputatis & Servientibus ſuis, in executione
* XV. Præmiſſorum * ſupportantes ſint intendentes, auxiliantes & de-
701. fendentes, ſub periculo quod incumbit.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia eligendi.*

Ann. D. REgina, Dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ
1572. Cathedralis Roffenſis, & abſente *Decano*, ipſi *Capitulo*, Sa-
Pat. 14. lutem.
Eliz. p. Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccle-
5. m. 10. ſia prædicta, per Tranſlationem ultimi Epiſcopi ejuſdem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatotiam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, il-

milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Auctoritate noſtra arreſtata ſeu detenta, ad maximam Proprietariorum Utilitatem vendantur, ut inde aliiſque rationibus Subditis noſtris quorum intereſt ſatiſfiat, eique Negotio ſincerè perficiendo, Mercatores aliquot, tam noſtros quàm diverſarum Gentium Exteros, ob ſingularem Fidem, in Mercatura Peritiam, & in Rebus agendis Uſum & Dexteritatem, nobis notos, per Literas noſtras delegatorias ſub Magno Sigillo noſtro præpoſuimus, ita etiam nunc conſideratis Difficultates, Quæſtiones & Controverſias, circa Conditionem, Quantitates, Valores & Dominia Rerum, Navium, Pecuniarum & Debitorum, ad Subditos noſtros, quibus ſatisfactio fieri debet, ſpectantium, & in Regnis ac Dominiis *dicti Regis*, *à viceſimo octavo die Decembris* anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, arreſtatorum ſeu detentorum, veriſimiliter orituras;

Idcirco vobis vel quatuor veſtrûm (quorum vos *Johannem White & Rolandum Heyward* vel *Davidem Lewes* duos eſſe volumus) de quorum Doctrina, Integritate, Judicio, Experientia, & in Jure Peritia plurimùm confidimus, pro ea Animi noſtri Propenſione qua ducimur, ut nihil amplius Subditorum noſtrorum quiſquam in hoc Satisfactionis Negotio recipiat, quàm quod æquitatis & Juſtitiæ ratio poſtulaverit, committimus, ut, omnibus
commodiſſimis * quibus poteritis rationibus & modis, diſquiratis * XV.
& examinetis quantam Mercium, Pecuniarum, Debitorum, Na- 702.
vium, aut aliarum Rerum quarumcumque, à *dicto die viceſimo octavo*, in dicti *Regis* Ditionibus, Areſtatarum ſeu Detentarum, ad Subditorum noſtrorum ſingulos pertineat;

Et ut hæc faciliùs & commodiùs explicare & exequi poſſitis, vobis, modo & formâ prædictis, damus & concedimus plenam Poteſtatem & Auctoritatem quoſcumque Teſtes ſuper his jurandi & examinandi, & quaſcumque Scripturas, Rationes, Mercatorum Libros, Compotus, Inventaria, Literas miſſuras, Inſtrumenta, Documenta ſive publica ſive privata, atque alia Probationum genera quæcumque, recipiendi, ac Decreta veſtra, prout Juſtitia dictaverit, Approbantia vel Improbantia interponendi, nihilominus volumus, ut, in Præmiſſorum Expeditione & Explicatione, effectum quorundam Comonitoriorum, Mandato noſtro ſubſcriptorum, Manibus, Dilectorum Conſiliariorum & Conſanguineorum reſpectivè noſtrorum, *Nicholai Bacon*, Militis Magni Sigilli noſtri Angliæ Cuſtodis, *Thomæ Comitis Suſſexiæ*, *Roberti Comitis Leiceſtriæ*, *Edwardi Domini Clinton & Saye* Admiralli noſtri, *Willielmi Baronis de Burghley* Principalis Secretarii noſtri, & *Walteri Mildmay* Militis Scaccarii noſtri Cancellarii, vel trium eorum, ſequamini, & ut in omnibus ſolicitè Rationem habeatis, omnibus Juribus ſolempnibus & apicibus omiſſis, ut omnia ſine forma & figura Judicii ſincerè, incorruptè, planè, & ſumma cum celeritate peragantur:

Mandantes, Tenore Præſentium, omnibus & ſingulis Vicecomitibus, Viceadmirallis, Majoribus, Ballivis, & cæteris Officiariis noſtris, ac aliis quibuſcumque, tam infra Libertates quàm extra, quòd vobis in Executione Præmiſſorum obedientes ſint intendentes, & Auxilium in omnibus prout decet præbentes.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo die Februarii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Præſentatione poſt Deprivationem.*

REgina, &c. Reverendo in Chriſto Patri, *Willielmo*, Permiſ- Ann. D.
ſione divinâ, *Exonienſ Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* 1572.
in Spiritualibus Generali, aut *Officiali Principali*, vel alii cuicum- Ibid. p.
que hanc noſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem ſuffi- 10. m. 5.
cientem habenti, Salutem.

Ad

noſtrum Aſſenſum adhibuimus & adhibemus pariter & Favorem, & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus vos, eundem *Edmundum*, in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Roffenſis prædictæ, ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem *Edmundum* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ conſecrare, cæteraque omnia & ſingula peragere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Legum & Statutorum Regni noſtri Angliæ in hac parte editorum & proviſorum, velitis cum diligentia favore & effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Februarii.

---

*De Præſentatione.*

Ann. D. 1572. *Pat.* 14 *Eliz. p.* 12. *m.* 39.

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus, dilecto nobis in Chriſto, *Johanni Yonge* Sacræ Theologiæ Doctori, Præbendam illam in Collegio ſive Eccleſia noſtra Collegiata Weſtm. jam vacantem, & ad noſtram Collationem & liberam Diſpoſitionem, per Reſignationem *Edmundi Freeke*, electi in Epiſcopatum Roffenſem, pleno jure ſpectantem, unà cum ædibus Hortis ac omnibus & ſingulis Juribus Præeminentiis, Dividentiis, Commoditatibus, Emolumentis & Pertinentiis quibuſcumque eidem Præbendæ debitis, accidentibus, annexis ſive ſpectantibus, ac ipſum *Johannem Yonge* Præbendarium ejuſdem Præbendæ in Collegio ſive Eccleſia noſtra Collegiata prædicta, cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus, Membris & Pertinentiis univerſis, facimus, ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendam, tenendam & gaudendam Præbendam prædictam, ac omnia & ſingula Præmiſſa ſuperiùs expreſſa & ſpecificata præfato *Johanni Yonge* durante Vitâ ſuâ naturali, adeò plenè liberè & integrè, ac in tam amplis & conſimilibus modo & forma, prout dictus *Edmundus Freeke*, aut aliquis alius Prædeceſſorum ſuorum dictam Præbendam habens ſeu occupans, habuit, tenuit ſive gaviſus fuit, ſeu habere, tenere vel gaudere debuit;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Prælectore Linguæ Hebraicæ in Academia Cantabrigiæ, de Conceſſione.*

Ann. D. 1572. *Ibid. p.* 10. *m.* 4.

REgina, &c. Dilectis nobis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis & Metropoliticæ Cantuarienſis, necnon omnibus aliis ad quos hæ Literæ noſtræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni & acceptabilis Servitii, tam tempore Præchariſſimi Fratris noſtri *Edwardi Sexti* nuper *Regis Angliæ*, quàm noſtri per Dilectum Nobis *Radulphum Chevalerium* Natione Gallicum Canonicum & Præbendarium dictæ Eccleſiæ noſtræ, in Prælectione Linguæ Hebraicæ in Academia noſtra Cantabrigiæ impenſi, ac pro aliis Conſiderationibus nos ſpecialiter moventibus,

Dedimus & Conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Ro-*



præſens eſſet & perſonaliter reſideret in eadem Eccleſia Metropolitica, abſque aliquo Gravamine, Interruptione, Calumpnia, Denegatione, Abſtractione, Diminutione ſive Reſtrictione aut Mora per dictos *Decanum & Capitulum*, ſive per aliquem Miniſtrum dictæ Eccleſiæ Metropoliticæ, quoquomodo imposterùm propter Abſentiam ſuam fiendis, Statutis & Ordinationibus ejuſdem Eccleſiæ, necnon Injunctionibus quibuſcumque, aut aliquâ aliâ Re vel Materiâ quacumque antehac editis & proviſis, vel impoſterùm edendis, in contrarium non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, xxiv. die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Augmentatione Eleemoſinarum.*

REgina, &c. Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1572. *Ibid. m.* 4.

Sciatis Nos, de Gratia noſtra ſpeciali & mero Motu noſtris, dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes dare & concedere, Reverendo in Chriſto Patri *Edmundo Freake*, Permiſſione Divinâ, *Roffenſi Epiſcopo* MAGNO ELEEMOSINARIO NOSTRO, in Augmentationem Eleemoſinæ noſtræ, tam omnia & ſingula Bona, Catalla & Debita quarumcumque Perſonarum Felonum de ſe, & cujuſlibet Perſonæ Felonis de ſe, quàm omnia & ſingula Deodanda infra Regnum noſtrum Angliæ, ac Walliam & Marchias ejuſdem, tam infra Libertates quàm extra, inventa ſive invenienda, foriſfacta ſive foriſfacienda, quæ Nobis nunc pertinent, vel unquam poſt xxvi. diem Decembris ultimum ante datam Præſentium præteritum quoviſmodò pertinuerunt ac pertinere debuerunt, & deinceps, quamdiu ipſum *Edmundum* Eleemoſinarium noſtrum fore contigerit, pertinuerint vel contigerint ullo modo,

Et volumus & concedimus eidem *Eleemoſinario noſtro* quòd benè liceat ei ac Deputatis & Servientibes ſuis, omnia hujuſmodi Bona, Catalla, & Debita Felonum de ſe ac Deodanda, ubicumque inveniri poterint, tam infra Libertates quàm extra, ut præfertur, ſeiſire, recuperare, levare & colligere; aſſignando præfatum *Eleemoſinarium noſtrum* & Deputatum ſuum & Deputatos ſuos, ad inquirendum de tempore in tempus, viis & modis quibus meliùs ſcire poterit ſive poterint, de hujuſmodi Bonis, Catallis & Debitis Felonum * de ſe & Deodandis, ac ad eadem ſeiſiendum, capiendum, recuperandum & levandum, per ſe ſive Deputatos ſuos ſufficientes, ubicumque, infra Regnum noſtrum Angliæ ac Walliam prædictam ac Marchias ejuſdem, fuerint inventa, tam infra Libertates quam extra, & ipſa, ſic levata recuperata & collecta, per ſe, ubi melius videbitur, pro Nobis in Eleemoſinam diſtribuendum, abſque compoto ſive ratiocinio inde nobis reddendo vel faciendo per Præſentes: * XV. 705.

Mandantes & præcipientes univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Coronatoribus, Ballivis & Conſtabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris noſtris, tam infra Libertates quàm extra, & eorum cuilibet, Tenore Præſentium, quod præfato *Eleemoſinario* noſtro ac Deputatis & Servientibus ſuis, in Executione Præmiſſorum ſupportantes ſint intendentes, auxiliantes & defendentes ſub Periculo quod incumbit.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Gorhambury*, viceſimo nono Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. 1572. *Pat.* 14. *Eliz. p.* 5. *m.* 10.

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Kantiæ, Salutem.

Vacante nuper Epiſcopatu Roffenſi, per Tranſlationem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedra-



lis,

Digitized by Google

& concedimus, Dilecto Nobis *Johanni Lovyſon*, Civi & Aurifabro Londoniæ, Officium *Magiſtri Operatoris Monetarum noſtrarum* infra Turrim noſtram Londoniæ, ac alibi ubicumque infra Regnum noſtrum Angliæ faciendarum, unà cum omnibus Manſionibus, Ædificiis & Locis ædificatis infra Turrim prædictam ſeu alibi per Magiſtrum Monetariæ vel ejus Deputatos, ad dictum Officium ante hæc tempora habitis, occupatis & uſitatis, ac ipſum *Johannem Lovyſon*, noſtrum Operatorem Monetarum noſtrarum infra Turrim noſtram Londoniæ & Regnum noſtrum Angliæ faciendarum, deputamus, ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

* XV. 706. * Habendum, gaudendum, occupandum & excercendum dictum Officium eidem *Johanni Lovyſon* per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive Deputatos ſuos ſufficientes (pro quo vel pro quibus reſpondere voluerit) pro Termino Vitæ ſuæ, ſecundùm formam & effectum quarumdam Indenturarum inter Nos & præfatum *Johannem* de Officio prædicto conficiendarum, ſolvendo Nobis Debitis, Nobis de Monetis prædictis debitis pertinentibus;

Conceſſimus etiam eidem *Johanni Lovyſon* in & pro Officium illum excercendo omnia Vadia, Feoda & Regarda Annuitates, Libertates & Proficua Advantagia, Juriſdictiones, Amerciamenta & Præheminentias eidem Officio quoquo modo debita & conſueta ſive ſpectantia, unà cum omnibus Domibus, Manſionibus, Ædificiis & Locis, ut prædictum eſt, abſque aliquo inde Nobis vel Hæredibus noſtris reddendo ſeu faciendo, & abſque Moleſtatione, Perturbatione vel Interruptione alicujus alterius Officiarii noſtri ſeu Officiariorum noſtrorum quorumcumque:

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Grenewiche*, decimo octavo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Cuſtodia Cambii & Monetæ conceſſa.*

Ann. D. 1572. Ibid. REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, Dilecto Nobis *Ricardo Martyn* Civi & Aurifabro Londoniæ, tam Officium *Cuſtodis Cambii & Monetæ* infra Turrim noſtram Londoniæ, quàm *Cuſtodis Cunagiorum Auri & Argenti* infra Turrim prædictam, & alibi infra Regnum noſtrum Angliæ, ac ipſum *Ricardum Martyn*, tam *Cuſtodem Cambii & Monetæ* infra Turrim noſtram quàm *Cuſtodem Cunagiorum noſtrorum Auri & Argenti* infra Turrim prædictam & alibi infra Regnum noſtrum Angliæ, facimus, ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum & occupandum Officium & Cuſtodiam illa per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſuum ſive Deputatos ſuos ſufficientes (pro quo vel pro quibus reſpondere voluerit) ad Terminum Vitæ ipſius *Ricardi Martyn*, percipiendo in & pro dictis Officio & Cuſtodia Vadia, ultimo *Edwardi Tertii* & primo *Ricardi Secundi* nuper Regum Angliæ annis, eiſdem Officio & Cuſtodiæ debita & conſueta, de Exitibus & Proficuis Cambii & Monetæ ac Cunagiorum prædictorum provenientia, per Manus ſuas proprias & in Manibus ſuis propriis retinenda, unà cum omnibus Feodis Proficuis, Regardis, Commoditatibus, Domibus, Manſionibus, Juriſdictionibus, Libertatibus & aliis Emolumentis eiſdem Officio & Cuſtodiæ ſive eorum alteri qualitercumque pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & forma prout *Johannes Brewer*, & *Thomas Pope* Armiger, aut aliquis alius ſive aliqui alii Officium & Cuſtodiam prædicta, tempore præfati Do-

*Thomæ Smythe*, pro Officio prædicto excercendo, Feodum ſive Stipendium *centum Librarum per annum*, ac omnia alia Vadia, Feoda, Munera, Honorarias Dignitates Immunitates, eidem Officio pertinentia ſive ſpectantia, in tam amplis modo & formâ prout Prædictus *Willielmus Petre*, aut aliquis alius ſive aliqui alii Officium prædictum excercendo habuit ſive percepit, habuerunt ſive perceperunt in eodem, ac prout ex Statutis jam editis ſive edendis pro dicto Ordine celebrando, quivis dictum Officium excercens jam poſſit aut impoſterùm poterit habere ſive percipere pro eodem,

Habendum & annuatim percipiendum prædictum Feodum *centum Librarum* per Annum, eidem *Thomæ Smythe* durante Vitâ naturali, ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli & Natalis Domini, per æquales Portiones, ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, annuatim, de Theſauro noſtro Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, ad dictam Receptam ſolvendum: Aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Proviſione, Proclamatione ſive Reſtrictione in contrarium inde antehac habitis, factis, editis, ordinatis, ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Cauſâ vel Materiâ quâcumque in aliquo non obſtantibus:

Et ulteriùs, de uberiori Gratia noſtra damus & per Præſentes concedimus præfato *Thomæ Smythe* tot & tantas Denariorum Summas, ad quot & quantas dictum Feodum ſive Stipendium *centum Librarum*, a Feſto Natalis Domini ultimò præterito, hucuſque attingit, habendas eidem *Thomæ Smythe*, ex Dono noſtro, abſque Compoto, ſeu aliquo alio pro eodem nobis quoquomodo reddendo, ſolvendo, vel faciendo;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Conceſſione in Commendam.*

REgina, &c. Dilecto nobis in Chriſto, *Adamo Loftbouſe Archiepiſcopo Dublinenſi* in Regno noſtro Hiberniæ, & in eodem etiam Regno Conſiliario noſtro, Salutem. Ann. D. 1572. Ibid. p. 10. m. 5.

Cùm Archiepiſcopatûs tui Dublin. Fructus, Redditus & Proventus uſque adeò tenues & exiles eſſe intelligamus, ut Sumptibus & Oneribus eidem Archiepiſcopatui tuo incumbentibus minimè ſufficiant,

Nos eam Proventuum & Reddituum exilitatem & tenuitatem conſiderantes,

Ut decentiùs in eo Regno Statum tuum juxta Archiepiſcopalis Officii Dignitatem tenere & tueri poſſis, & etiam ne, propter rei familiaris inopiam, tuæ Archiepiſcopalis Dignitatis vileſcat obnubiletur Auctoritas,

Tecum,

Ut, unà cum prædicto Archiepiſcopatu tuo, unum aut plura Beneficia eccleſiaſtica compatibilia, ſimplicia & Curam animarum adnexam nullatenus habentia, vel unam aut plures Præbendas in Eccleſiis quibuſcumque Cathedralibus ſeu Collegiatis annui valoris *centum Librarum* Monetæ noſtræ Angliæ & non majoris, ubicumque * infra dictum Regnum noſtrum Hiberniæ in Commendam recipere & habere, & non ſolùm quoad dicto Archiepiſcopatui præfueris retinere, verumetiam Fructus, Redditus, Proventus, Commoda, & Emolumenta, Beneficii ſeu Beneficiorum, Præbendæ ſeu Præbendarum hujuſmodi percipere, & in rem ac utilitatem tuam convertere & accomodare perinde liberè & licitè * XV. 708.

poſ-

gios, Factores, Terras, Res, Redditus, Bona, Catalla & Poſſeſſiones ſuas prædicta, manuteneatis, protegatis & defendatis, non inferentes eis nec eorum alicui vel aliquibus inferri permittentes Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Arreſtationem aut Gravamen, & ſi quid eis vel eorum alicui foriſfactum ſive injuriatum fuerit contra tenorem ſupradictum, id eis & eorum alicui ſine dilatione emendari & reformari faciatis;

Volumus etiam quòd idem *Robertus Hitchecoke*, ac omnes Servientes, Manucaptores, Plegios, Factores, Terras, Res, Redditus, Bona, Catalla & Poſſeſſiones ipſius *Roberti* ſint quieti de omnibus & omnimodis Placitis, Sectis, Querelis & Executionibus quibuſcumque.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes, per unum Annum integrum duraturas.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Præſentatione ſuper Reſignatione.*

Ann. D. 1572. *Ibid. m. 2.* REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, dilecto Nobis in Chriſto *Willielmo Daye* Sacræ Theologiæ Profeſſori & Præpoſito Collegii noſtri Etonienſis Decanatum Collegii noſtri ſive liberæ Capellæ noſtræ Regiæ * Sancti Georgii intra Caſtrum noſtrum de Windeſor. jam, per liberam Reſignationem *Georgii Carew* nuper Decani ejuſdem vacantem, & ad noſtram Donationem pleno jure ſpectantem, ac ipſum *Willielmum Daye Decanum Collegii ſive liberæ Capellæ noſtræ Regiæ prædictæ*, facimus, ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

* XV. 709.

Habendum, tenendum, Decanatum prædictum præfato *Willielmo Daye* durante Vitâ ſuâ naturali, cum omnibus Juribus, Juriſdictionibus, Libertatibus, Privilegiis, Titulis, quotidianis Diſtributionibus, Dividentiis, Excreſcentibus, Refectionibus, Manſionibus, Domibus, Ædificiis, Terris, Tenementis, Pratis, Paſcuis, Paſturis, Hortis, Pomariis, Gardinis, Clauſuris, Boſcis, Subboſcis, Redditibus, Reventionibus ſive Communiis, Aquis, Stagnis, Piſcariis, Piſcationibus, ac omnibus & omnimodis aliis Proficuis, Allocationibus, Commoditatibus, Advantagiis, Emolumentis & Hæreditamentis quibuſcumque, eidem Decanatui pertinentibus ſive ſpectantibus;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Indigenis faciendis.*

Ann. D. 1572. *Pat.* 14. *Eliz. p.* 8. *m.* 34. H*Enrick Lodwich*, ſub Obedientia *Ducis Cleviæ* oriundus, ſeu quocumque alio Nomine, habet Literas Reginæ Patentes de Indigena.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, primo die Julii.

*Pro decem Solidis ſolutis in Hanaperio.*

[...] ſeu quocumque alio Nomine, &c.

Teſte Reginâ *apud Gorhambury*, octavo die Auguſti.

*Pro decem Solidis ſolutis, &c.*

*Johannes Smythe*, ſub Obedientia *Imperatoris* oriundus, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Octobris.

*Pro decem Solidis ſolutis, &c.*

*Johannes Reyne*, ſub Obedientia *Imperatoris* oriundus, &c.

* Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, xiv die Octobris. * XV. 710.

*Pro decem Solidis ſolutis, &c.*

*Thomas Chamberlein*, ſub Obedientia *Hiſpaniarum Regis* oriundus, &c.

Teſte *Reginâ apud Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Octobris.

*Pro ſex Solidis & octo Denariis ſolutis, &c.*

*Willielmus Hereſaute*, ſub Obedientia *Regis Francorum* oriundus, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo die Octobris.

*Pro decem Solidis ſolutis, &c.*

*Harmon Hackhouſe*, ſub Obedientia *Epiſcopi Munſter* oriundus, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, ſecundo die Novembris.

*Pro dimidio Marcæ ſoluto, &c.*

*Deryk Lynſſon*, ſub Obedientia *Ducis Cleviæ* oriundus, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, ſecundo die Novembris.

*Pro dimidio Marcæ ſoluto, &c.*

*Nicholaus Merycar* Clericus, ſub Obedientia *Francorum Regis* oriundus, ſeu quocumque alio Nomine, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, xiii. die Novembris.

*Pro dimidio Marcæ ſoluto in Hanaperio.*

---

*De Præſentatione poſt Deprivationem.*

REgina, &c. Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni*, Permiſſione divinâ *Norwicen. Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* in Spiritualibus Generali, Salutem. Ann. D. 1572. *Ibid. p.* 7. *m.* 49.

Ad *Rectoriam* Eccleſiæ Parochialis *de Aldburgh* cum *Haſylwood* in Comitatu noſtro Suffolciæ veſtræ Diœceſis, modò, per Deprivationem legittimam *Johannis Willoughbye* ultimi Incumbentis ejuſdem, vacantem & ad noſtram Præſentationem pleno Jure ſpectantem, dilectum nobis *Robertum Norton* Clericum vobis præſentamus;

Rogantes, quatenus eundem *Robertum*, ad dictam Rectoriam de Aldburgh cum Haſilwood prædicta admittere, ipſumque Re-



ctorem

and to the ſame to give at his Will and Pleaſure his Livery,
* XV. 711. or to as many of the ſayd Nomber * of Perſons as wyll receve the ſayd Lyverys and graunte to do unto hym there Servyce when he ſhall appoynt and requier the ſame, the ſayd Perſons to be always reputyd and taken, by vertue of this our Graunt, to all intents and purpoſes as yf they were dayly attendant uppon hym the ſayd *Reverend Father* in his Houſhold, and as though they had Meat and Drink Lyvery Wages and Lodging in his Houſe, as his Houſhold Servants dayly attendant uppon hym have or ſhall have;

Provyded always that this oure Graunt or Lycence, ſhall not extend to aucthoriſe the ſayd *Buſſhoppe of Wynchester*, to take or retayne into his Service any of our Servaunts beyng namyd in our Chekker Rool, nor any other beyng ſworn or retaynid to ſerve us as our Servaunt or Servaunts: and theis our Letters Patents ſhall be ſufficient Warrant and Diſcharge, aſwell to the *ſayd Byſſhoppe* for the Retyning of the ſayd Number of Perſons, as alſo to the ſayd Perſons ſo to be reteynid by way of Reteyner and to every of them, for the takyng of his Lyvery, any Act Statute Provition Article or Ordinance heretofore made to the contrary notwithſtading, and that the ſayd Nomber of Perſons reteynid or to be reteynid, and every of them, ſhal be diſchardged and exoneratyd of all Forfeytures Loſſes and Penalties, that in any wiſe ſhall or may ariſe or grow to Us our Heirs or Succeſſors, by force or vertue of any Statutes Laws or Cuſtoms made or to be made for Reteyners to the contrary:

Notwithſtanding that expreſs mention, *&c.*

In witneſs whereof, *&c.*

Witnes our ſelf at *Gorhamburye* the nynth Day of July.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Preſentatione.*

Ann. D. 1572. Ibid. REgina, &c. Reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino *Johanni*, Miſeratione Diviná, *Norwicenſi Epiſcopo*, ejuſve in Abſentia *Vicario* ſuo in Spiritualibus Generali, aut alii cuicumque hanc noſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem habenti, Salutem.

Ad Eccleſiam Parochialem *de Rendelſham* veſtrarum Norwicenſis Diœceſis & Juriſdictionis, tam de Jure quàm de Facto, vacantem, ac ad noſtram Donationem & Præſentationem pleno Jure ſpectantem, dilectum Nobis in Chriſto, *Chriſtoforum Holmes* Clericum vobis Tenore Præſentium præſentamus,

Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Chriſtoforum* ad dictam Eccleſiam Parochialem admittere, ipſumque Rectorem ejuſdem Eccleſiæ Parochialis ac in & de eadem canonicè inſtituere & inveſtire, cætera quoque facere peragere & perimplere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio paſtorali velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Gorhamburye* decimo Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

cium prædictum habens ſeu habentes, habuit ſive percepit, habuerunt ſive perceperunt, in & pro Exercitio & Occupatione ejuſdem Officii.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury* duodecimo Die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Conceſſione ad Retinendum.*

ELizabeth, by the Grace of God, *&c.* to all whom, *&c.* Ann D. 1572.
Wheas, our ryght truſty and welbeloved Counſailor, Syr *William Cecill* Knight of our noble Order of the Garter *Lord Burghley*, hath by Graunt of, our late Dere Brother *King Edward the Sixte* under his Great Seal of England, Lycence to retayn in his Servyce the Nombre of *Threeſcore Perſons* notwithſtandyng any Statute, which Lycence the ſaid *Lord of Burlegh* deſireth to be cofirmed by us, Pat. 14. Eliz. p. 9. m. 16.

We lett you witt, that in reſpecte of the ſayd Graunt, and alſo of the good Service done to Us, and of furder Grace and mere Motion, We have gyven and graunted, and by theſe Preſents, for Us our Heirs and Succeſſors, do gyve and graunt unto the ſayd *Lord of Burleigh*, full Aucthority Licence Power and Liberty, that he, during his Lyſe, may lawfully, and without any manner of Offence Forfayture Loſs or Penalty, retayn and kepe in his Service from tyme to tyme by way of retayner, over and beſydes all ſuch Perſons as dayly attend or hereafter ſhall attend uppon hym in his Houſhold, and to whom he giveth or ſhall gyve Meat Drink Lyvery Fee or Wages, and alſo over and beſids all ſuch Perſons as be or ſhall be under hym in any Office or Offices of any Stewardſhipp Underſtewardſhipp, Keeper of Parks Houſes Woods Warrens, or other Games of Venenery Pheſants Partriches and other Fowls of what kind ſoever they be, aſwell of ſuche Office or Offices which he hath or ſhall have of his oun or by graunt from any other, the Nomber of *Threeſcore Perſons* Gentlemen or Yeomen whatſoever, albeyt the ſame Perſon or Perſons be the Tenants or Farmers of Us our Heyrs and Succeſſours, or of any other our Subjects, or dwelling or reſiant wythin any our Honnors Mannors Domynyons Leets Towns or Hundreds, and to the ſame Perſons to gyve at his Wyll and Pleaſure his Lyvery Badge or Cogniſance, or to as many of the ſaid Nomber of Perſons as wyll receave the ſaid Lyverys Badge or Cogniſaunce and grant to do unto hym their Service, when he ſhall appoint and requyre the ſame for our better Service and Surety always to be imployed, the ſayd Perſons always to be reputed and taken by Virtue of this our Graunt to all intents and purpoſes as yf they were dayly attendant upon hym the ſayd *Lord of Burghley* in his Houſhold, and as though they had Meat and Drynk Lyvery Wages and Lodging in his Houſe, as his Houſhold Servaunts dayly attendant upon hym, have or ſhall have, or as though every of them had a ſpecyall graunt for themſelves for licence to be reteyned with the *ſaid Lord of Burleigh*, and theſe our Letters Patents or the Duplicate of them, ſhall be ſufficient Warrant and Dyſcharge aſwel to the *ſaid Lord of Burghley* for retaynyng
* of the ſayd Nomber of Perſons, as alſo the ſayd Perſons and * XV. 713.
every of them for the takyng of his Lyvery and Cogniſaunce and for the Uſage of the ſame; any Act Statute Proviſion Proclamation Artycle or Ordynance made to the contrarye notwithſtandyng:

And furthermore, of our ſpeciall Grace and mere Motion,

we

Pat. 14. ſede vacantem.
Eliz. p. 7. m. 33. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri *Ricardo Glouc. Epiſcopo.*

Teſte Reginâ *apud Gorbambury* primo Die Auguſti.

*Per Dominum Cuſtodem Magni Sigilli Angliæ, &c.*

*Franciſcus Parſon* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione *ad Vicariam de Rowell* Petriburgenſ. Diœc. per Reſignationem ultimi Incumbentis ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Edmundo Petriburgenſ. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Gorbambury* octavo Die Auguſti.

*Edwardus Holte* Clericus, habet conſimiles Literas *Reginæ* Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Hucknall* Eborum Diœc. per Deprivationem ultimi Incumbentis ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Edmundo Eborum Archiepiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Gorbambury* xii. Die Auguſti.

*Robertus Howett* Clericus, habet conſimiles Literas *Reginæ* Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam de Copford* London. Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Edwino London. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Gorbambury* viceſimo ſecundo Die Auguſti.

*Johannes Watſon* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Vicariam de Huton Buſhell* Eborum Diœc. de jure vacante;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Edmundo Eborum Archiepiſcopo.*
Teſte ut ſupra.

* XV. 714. * *Georgius Hardren* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione *ad Vicariam de Overton ſubtus Arden* Lincoln. Diœc. per Deprivationem ultimi Incumbentis ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri *Thomæ Lincoln. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Gorbambury* xxiii. die Auguſti.

*Johannes Tompſon* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione ad *Vicariam de Bewers Sanctæ Mariæ* Norwicen. Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Norwicen. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Gorbambury* viceſimo octavo die Auguſti.

*Robertus Perveryll* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Dunton* Lincoln. Diœc. de Jure vacantem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Thomæ Lincoln Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Gorbambury* octavo die Septembris.

*Georgius Kay* in Artibus Magiſter, habet conſimiles Literas *Reginæ* Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Hagett* Eborum Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;

Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Martin Sancti Petri* Lincoln. Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Thomæ Lincoln. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium* decimo octavo die Octobris.

*Willielmus Jeffes* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Vicariam de Loxley* Wigorn. Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Nicholao Wigorn. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſeptimo die Octobris.

*Emerus Bedford* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam Sancti Cuthberti Beddefordiæ* Lincoln. Diœc. per Mortem ultimi Rectoris ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Thomæ Lincoln. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo nono die Octobris.

*Nicholaus Grue* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ de * Præſentatione *ad Vicariam de Wiſton* Norwicen. Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ibidem; * XV. 715.
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Norwicen. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* tertio die Novembris.

*Georgius Kytchyn* Clericus habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, ad *Rectoriam de Owthorne* Eborum Diœc. de jure vacantem.
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, *Edmundo Eborum Archiepiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* quarto die Novembris.

*Dioniſius Hurſt* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Alfriſtin* Ciceſtr. Diœc. per Reſignationem ultimi Incumbentis ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Ricardo Ciceſt. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* quinto die Novembris.

*Willielmus Underwoode* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Buſhoppe Caſtell.* Heref. Diœc. per Deprivationem ultimi Incumbentis ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Heref. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, octavo die Novembris.

*Johannes Baxſter* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Rectoriam de Offham* Roffen. Diœc. per Reſignationem ultimi Rectoris ibidem;
Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri, *Edmundo Roffen. Epiſcopo.*
Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, octavo die Novembris.

*Willielmus Ruſſebroke* Clericus, habet conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione, *ad Vicariam de Hoxne* Norwic. Diœc. per Mortem ultimi Incumbentis ibidem;
Et

Digitized by Google

Ann. D. REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.
1572. Sciatis quòd Nos,
Ibid. Quibuſdam certis de Cauſis & Conſiderationibus Nos ſpeciali-
m. 14. ter moventibus, necnon de Fidelitate & provida * Circumſpe-
* XV. ctione, Prædilecti & Fidelis noſtri, *Willielmi Cecyll* Prænobilis
716. Ordinis Garterii Militis *Domini de Burghley* quamplurimùm confidentes,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, eidem *Willielmo Cecyll Domino de Burghley* Officium Theſaurarii Scaccarii noſtri, ac ipſum *Willielmum Cecyll Dominum de Burghley* THESAURARIUM SCACCARII noſtri prædicti, conſtituimus & ordinamus per Præſentes,

Habendum occupandum excercendum & exequendum Officium illud, *eidem Willielmo Cecyll Domino de Burghley*, a primo Die Menſis Julii, Anno Regni noſtri decimo quarto, quamdiu nobis placuerit, cum omnibus & omnimodis Feodis Vadiis Regardis & Proficuis, necnon aliis omnibus Libertatibus Commoditatibus Privilegiis Præeminentiis & Emolumentis eidem Officio quoquomodo pertinentibus ſive ſpectantibus, adeò plenè liberè & integrè, ac in tam amplis modo & forma, prout *Johannes Dynham* Miles *Dominus Dynham*, aut *Thomas Dux Norffolciæ*, aut *Edwardus* nuper *Dux Somerſetiæ*, aut *Willielmus* nuper *Marchio Wyntoniæ*, eorum aliquis, aut aliquis alius Officium illud antehac habentes ſive occupantes, habens vel occupans, habuerunt & perceperunt, habuit vel percepit;

Eo quòd expreſſa mentio de vero Valore annuo, aut de Certitudine Præmiſſorum ſive eorum alicujus, aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus, per Nos vel per aliquem Progenitorum noſtrorum, præfato *Willielmo Cecyll Domino de Burghley*, ante hæc tempora factis, in præſentibus minimè facta exiſtit; aut aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione ſive Reſtrictione inde in contrarium factis editis ordinatis ſive proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Woodſtocke* decimo quinto die Septembris.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Officio unius Medicorum Ordinariorum conceſſo.*

Ann. D. REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.
1572. Sciatis quòd Nos, de Gratiâ noſtra ſpeciali, certa Scientia
Ibid. & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſen-
p. 7. m. tes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus &
49. concedimus, dilecto Nobis *Thomæ Fraunces* in Medicinis Doctori, Officium & Locum unius Medicorum noſtrorum Ordinariorum, ac dictum *Thomam Fraunces* unum MEDICORUM NOSTRORUM ORDINARIORUM facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Et inſuper, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus per Præſentes, dicto *Thomæ Fraunces*, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *Centum Librarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ,

Habendum gaudendum & excercendum præfato *Thomæ Fraunces* dictum Officium & Locum unius Medicorum noſtrorum Ordinariorum durante Vitâ ſuâ naturali, unà cum omnibus Commoditatibus Advantagiis dicto Officio pertinentibus ſive ſpectantibus, in tam amplis modo & forma, prout aliquis alius ſive aliqui

mus per Præſentes, & ei Nomen Stilum Titulum Statum Auctoritatem & Honorem *Comitis Mareſcalli Angliæ*, unà cum omnibus & ſingulis ſuis Officiis Commoditatibus Emolumentis Præeminentiis Nominationibus Officiariorum & aliis ſuis Pertinentiis quibuſcumque, tam in Curiis noſtris quàm alibi, eidem Officio *Comitis Mareſcalli Angl.* qualitercumque ſpectantibus ſeu de Jure ab antiquo pertinentibus, per Præſentes damus & concedimus, ac in eodem Officio, ac cæteris Præmiſſis eidem Officio ut præmittitur pertinentibus, ipſum *Comitem Salopiæ* inveſtimus & corroboramus, in tam amplis modo poteſtate & auctoritate, prout *Thomas Dux Norffolciæ* nuper de alta Proditione attinctus, per quam Attincturam prædictum Officium & Diſpoſitio ejuſdem ad Manus noſtras devenit & in Manibus noſtris jam exiſtit, ac in tam amplis modo poteſtate & auctoritate, prout *Thomas Dux Norffolciæ* dum vixit Avus dicti nuper Ducis, aut *Edwardus nuper Dux Somerſetiæ*, aut *Johannes Mowbraye* quondam *Dux Norffolciæ*, vel aliquis alius *Comes Mareſcallus Angliæ* ante hæc tempora, Officium illud habens ſive exercens habuit ſive exercuit,

Habendum tenendum exercendum & occupandum prædictum Officium, ac omnia & ſingula Authoritates Juriſdictiones Commoditates, & cætera Præmiſſa quæcumque eidem Officio qualitercumque pertinentia ſive de Jure ſpectantia, eidem *Comiti Salopiæ pro Termino Vitæ ſuæ*, per ſe, vel per ſufficientem Deputatum ſuum aut per ſufficientes Deputatos ſuos, abſque Compoto, vel aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris, pro Officio prædicto & cæteris Præmiſſis ſeu eorum aliquo, quoviſmodò reddendo ſolvendo vel faciendo;

Damus etiam, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus præfato *Comiti Salopiæ* quòd ipſe, & quilibet Deputatus ſuus, ratione dicti Officii, habeat gerat & deferat, tam in præſentia noſtra Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, quàm in abſentia noſtra Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, quendam Baculum aureum ad utrumque finem de nigro amulatum, & cum Signo Armorum noſtrorum & Hæredum & Succeſſorum noſtrorum in ſuperiori fine dicti Baculi, & cum Signo Armorum dicti *Comitis Salopiæ* in inferiori fine ejuſdem Baculi, ſculptum & ornatum licitè & impunè, abſque impetitione noſtra Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, vel Juſticiariorum aut Officiariorum ſeu aliorum Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum,

Et quòd idem *Comes Salopiæ*, ut *Comes Marſcallus Angliæ*, juxta nominis ſui decentiam, poſſit honorificentiùs ſe habere, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, ac hac præſenti Carta noſtra confirmavimus præfato *Comiti Salopiæ*, pro Statu *Comitis Mareſcalli Angliæ* manutenendo, quendam annualem Redditum *Viginti Librarum*, habendum & annuatim percipiendum dictum annualem Redditum *Viginti Librarum* præfato *Comiti Salopiæ* pro Termino Vitæ ſuæ prædictæ, de Exitibus Proficuis & Reventionibus Hanaperii Cancellariæ noſtræ Hæredum & Succeſſorum noſtrorum provenientibus ſive creſcentibus, per Manus Cuſtodis ſive Clerici ejuſdem Hanaperii, aut aliorum Occupatorum Receptorum ſive Perceptorum Proficuum & Exitum ejuſdem Hanaperii pro tempore exiſtentium, ad Feſta Sancti Michaelis Archangeli & Paſchæ per æquales Portiones ſolvendum, abſque Compoto, ſeu aliquo alio Onere Nobis Hæredibus
* vel Succeſſoribus noſtris pro Præmiſſis vel aliquo Præmiſſo- * XV.
rum quoviſmodo reddendo ſolvendo vel faciendo; 718.

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* ſecundo Die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

De

Digitized by Google

*Thomæ Smythe*,
*Willielmo Morre*,
*Gregorio Lowell*,
Et *Roberto Gynes*,
Armigeris,
Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Fidelitatibus Induſtriis Providentiis &
Circumſpectionibus veſtris quamplurimùm confidentes, aſſigna-
vimus vos, viginti & quatuor, viginti & tres, viginti & duos, viginti
& unum, viginti, decem & novem, decem octo, decem & ſeptem,
ſexdecim, quindecim, quatuordecim, treſdecim, duodecim, unde-
cim, decem, novem, octo, ſeptem, ſex, quinque, quatuor, & tres
veſtrùm (quorum vos præfati Dominum *Burghley*, *Comitem Suſſex*,
*Comitem Leiceſtr. Franciſcum Knowles*, *Jacobum Crofte*, *Thomam
Smythe*, *Johannem Southcote*, *Rogerum Manwood*, *Thomam Seck-
ford*, *Nickolaum Barham*, *Willielmum Lovelace*, *Gilbertum Ger-
rard*, *Thomam Bromley*, *Ricardum Warde*, *Thomam Wilbraham*,
*Willielmum Fletewood*, & *Robertum Gynes* unum omninò eſſe
volumus) Juſticiaros noſtros ad Gaolam Mareſcalciæ Hoſpitii
noſtri, de Priſonibus in eadem quibuſcumque ex Cauſis exiſtenti-
tibus, deliberandum, ſive infra Hoſpitium noſtrum, ſive extra
infra Virgam Hoſpitii noſtri limitatis ac Hoſpitio noſtro con-
ſuetis, in quibuſcumque Comitatibus & Locis infra Virgam Hoſ-
pitii noſtri ubi nunc ſumus, vel ubicumque aliquo tempore vel
temporibus impoſterùm erimus, venerimus, tranſibimus, vel re-
manebimus infra Regnum noſtrum Angliæ vel Dominiones noſ-
tras perpetratis vel perpetrandis, ac etiam Poteſtatem & Aucto-
ritatem ad inquirendum de omnibus & ſingulis Præmiſſis, ac de
omnibus & omnimodis Proditionibus Feloniis Murdris Riotis Rou-
tis Tranſgreſſionibus, & aliis Malefactis & Offenſis quibuſcumque,
ſive infra Hoſpitium noſtrum, ſive extra infra Virgam Hoſpitii
noſtri ubi nunc ſumus aut impoſterùm erimus, venerimus tran-
• XV. ſibimus, vel remanebimus, • perpetratis ſive perpetrandis, per
719. Sacramentum proborum & legalium Hominum de quolibet Co-
mitatu & Loco infra Virgam Hoſpitii noſtri, per quos Rei Ve-
ritas meliùs ſciri poterit & inquiri, necnon Juſticiarios noſtros ad
audiendum & terminandum omnia & ſingula Præmiſſa, ac om-
nia & omnimoda Indictamenta Querelas Appellationes & Pla-
cita Coronæ noſtræ in Curia Mareſcalciæ noſtræ infra Virgam
Hoſpitii noſtri habita ſive affirmata, ſeu deinceps habenda ma-
nenda ſeu affirmanda, tam ſecundùm Legem Regni noſtri An-
gliæ, quàm juxta Jura Leges Statuta & Conſuetudines in dicta
Curia Mareſcalciæ noſtræ prædictæ hactenus uſitata & approbata:

Et ideò vobis mandamus quòd, ad certos Dies & Loca quos vos,
viginti & quatuor, viginti & tres, viginti & duo, viginti & unum,
viginti, decem & novem, decem & octo, decem & ſeptem, ſexde-
cim, quindecim, quatuordecim, treſdecim, duodecim, undecim,
decem, novem, octo, ſeptem, ſex, quinque, quatuor, vel tres ve-
ſtrum (quorum vos præfati *Dominum Burghley*, *Comitem Suſſexiæ*, *Co-
mitem Leiceſtriæ*, *Franciſcum Knolles*, *Jacobum Crofte*, *Thomam
Smith*, *Johannem Southcote*, *Rogerum Manwood*, *Thomam Seckford*,
*Nicholaum Barham*, *Willielmum Lovelace*, *Gilbertum Gerrard*,
*Thomam Bromley*, *Richardum Warde*, *Thomam Wilbraham*, *Wil-
lielmum Fletewood* & *Robertum Gynes* unum omninò eſſe volu-
mus) totiens quotiens quando & ubi ad hoc provideritis ſeu duxe-
ritis, de tempore in tempus diligenter faciatis Inquiſitiones, &
Præmiſſa omnia & ſingula audiatis & terminetis, ac ea faciatis
& expleatis in forma prædicta, facturos inde quod ad Juſtitiam
pertinet, tam ſecundùm Legem & Conſuetudinem Regni noſtri
Angliæ, quàm ſecundùm Conſuetudinem Mareſcalciæ noſtræ
prædictæ,

Mandantes autem, Tenore Præſentium, tam Mareſcallo noſtro
Mareſcalciæ noſtræ prædictæ, quàm omnibus Vicecomitibus Bal-
livis & aliis Miniſtris noſtris, tam infra Libertates quàm extra infra
Virgam, & eorum cuilibet, de quolibet Comitatu & Loco infra Vir-
gam Hoſpitii noſtri ubi nunc ſumus, aut ubicumque impoſterùm



*pertinentibus Subditis Regis Hiſpaniarum.*

REgina, Fidelibus & Dilectis Conſiliariis noſtris, Ann. D.
*Radulpho Sadler*, 1573.
Ac *Waltero Myldmay*, Pat. 15.
Militibus, Eliz. p.
Ducatûs noſtri Lancaſtriæ Scaccarii • noſtri reſpectivè Cancel- 3. m 26.
lariis, dor.
Necnon Dilectis Subditis noſtris, • XV,
*Williemo Cordell* Militi Magiſtro Rotulorum Curiæ noſtræ 720.
Cancellariæ,
*Thomæ Wilſon* Supplicum Libellorum noſtrorum Magiſtro,
*Gilberto Gerrarde* Attornato noſtro Generali,
*David Lewes* Curiæ noſtræ Admirallitatis Angliæ Judici,
*Thomæ Bromley* Sollicitatori noſtro Generali,
*Thomæ Offley* Militi Majori Stapulæ,
*Williemo Awbrey* Legum Doctori,
*Thomæ Hiton* Gubernatori Societatis Mercatorum Adventura-
riorum,
*Jacobo Hawes*,
Et *Willielmo Bonde*,
Civitatis London Aldermannis,
*Roberto Offley*,
*Willielmo Wrothe*,
. Mercatoribus Stapulæ,
*Thomæ Egerton*,
*Tomæ Alderſey*,
*Willielmo Towerſon*,
Mercatoribus Societatis Adventurariorum,
*Johanni Barnes*,
*Edwardo Osborne*,
Londinenſibus,
*Dominico Ceſtre* Briſtolienſi,
*Thomæ Dalton* de Villa Regis ſuper Hull,
*Johanni Barker* Ipſwicenſi,
*Simoni Knight* Exonienſi,
*Johanni Waldron* Barſtablenſi,
*Johanni Crooke* Southamptonenſi,
Mercatoribus in Hiſpania negotiantibus,
Salutem.

Quemadmodum, tam *Noſtrorum* quàm Chariſſimi Fratris noſ-
tri *Regis Catholici* Subditorum, quorum generalium Arreſtorum
utrinque factorum occaſione interſit, Comodis & Rationibus
conſulentes, neceſſariò Viris aliquot, tam noſtris quàm aliis va-
riarum Gentium exteris, quorum Fidem in Rebus gerendis ex-
ploratam habebamus, per Literas noſtras Delegatorias, Sigillo
Regni noſtri Magno munitas Poteſtatem fecimus, non ſolum
ut Naves Res & Merces quaſcumque ad dicti *Fratris noſtri* Sub-
ditos ſpectantes, & in ullis Ditionibus noſtris, a *Tertio Die Ja-
nuarii Anno Domini* 1568. arreſtatas, ad maximam Proprietario-
rum Utilitatem venderent, ac etiam ut Pecunias & Debita quæ-
cumque ad eoſdem *Fratris noſtri* Subditos ſpectantia, & ab eo
Die Juſſu noſtro arreſtata, exigerent & reciperent, verumetiam,
ut diligenter, quibuſcumque poſſent Rationibus, inquirerent &
examinarent quanti verè cujuſque Subditorum noſtrorum inter-
fuit, occaſione & intuitu Arreſtorum quæ in Regnis & Ditio-
nibus ejuſdem *Fratris noſtri* quibuſcumque in eorum Navibus
Bonis Mercibus Pecuniarum Summis Nominibus ſeu Debitis
fuerunt, a *viceſimo octavo Die Decembris Anno Domini* 1568.
facta, ita nunc quoque intelligentes ſupraſcriptis Mandatis noſtris
in omnibus eſſe ab hiis quos deligimus ſatisfactum, & quotidianis
Querelis & Interpellationibus eorum fatigatæ quorum in hac
parte intereſt, qui Arreſtorum occaſione Bonis ſuis caruerunt,
& in tanto temporis tranſcurſu quo Negotium hoc Reſtitutionis
protractum fuit, magnis Incommodis & Detrimentis affecti ſunt
quamprimùm rationem aliquam ineundam duximus, quâ iidem



Sub-

Digitized by Google

Mandantes, Tenore Præſentium, omnibus & ſingulis Vicecomitibus Viceadmirallis Majoribus Ballivis, & cæteris Officiariis noſtris, ac aliis quibuſcumque, tam infra Libertates quàm extra, quod vobis & quinque veſtrûm in Executione Præmiſſorum obedientes ſint intendentes, & Auxilium in omnibus prout decet præbentes.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo primo Die Aprilis.

*Per ipſam Reginam.*

---

*Commiſſio inter Angliæ Mercatores & Portugalliæ.*

Ann. D. 1573. Pat. 15. Eliz. p. 5. m. 30.

ELizabetha, Dei Gratiâ, &c. Prædilectis & perquam Fidelibus Conſanguineis & Conſiliariis noſtris,

*Edwardo Comiti Lincolniæ* Magno Admirallo noſtro Angliæ,

Et *Thomæ Comiti Suſſexiæ* Camerario Hoſpitii noſtri,

Prædilectis & Fidelibus Conſiliariis noſtris,

*Franciſco Knolleys*,

*Jacobo Crofter*,

Militibus, Theſaurario & Contrarotulatori dicti Hoſpitii noſtri,

*Thomæ Smythe*, Militi noſtro præcipuo Secretario & Ordinis noſtri Garterii Cancellario,

Et Dilectis & Fidelibus noſtris,

*Roulando Hayward* Militi Civitatis noſtræ London. Aldermano,

*Thomæ Wylſon* Legum Doctori Supplicum Libellorum Magiſtro,

*Henrico Cobham* Armigero,

*Davidi Lewes* Legum Doctori Curiæ noſtræ Admiralitatis Angliæ Judici,

*Willielmo Awbrey* Legum Doctori,

*Petro Osborn*,

Et *Henrico Knowles*,

Armigeris,

*Blaſio Sanders*,

Et *Willielmo Wydnell*,

Mercatoribus,

Salutem.

Cùm longo jam tempore, variis Subditorum noſtrorum Querelis, ad Nos & Conſiliarios noſtros ſit dilatum & quotidie deferatur, eorum Naves Res Merces Pecunias & Debita, in graviſſimum eorum Dampnum & Detrimentum, in Ditionibus Chariſſimi Fratris noſtri *Regis Portugalliæ*, non ſolùm per Subditos dicti Regis ejus Authoritate & Mandatis eſſe arreſtata & detenta, & verum etiam pleraque in Mari per ejus Claſſem Regio Nomine fuiſſe invaſa & occupata, longè aliter quàm tam arctæ & diuturnæ Amicitiæ & neceſſitudinis ratio poſtulat, quæ diu inter Angliæ & Portugalliæ Regna interceſſit,

Nos,

Magnopere cupientes, tam noſtrorum Subditorum Commodis & juſtis Querelis in hac parte adeſſe & conſulere, quam etiam ſollicitè proſpicere, ne dicti *Regis Portugalliæ* Subditi ullum Dampnum aut Incommodum infra Diſtrictus aut Ditiones noſtras in ſuis Rebus contra æquum & bonum patiantur & ferant,

Vobis, aut quatuor aut tribus veſtrûm, quibus ob Fidem Peritiam & in Rebus gerendis Dexteritatem plurimum confidimus (quorum vos *Comitem Lincolniæ*, *Comitem Suſſexiæ*, *Franciſcum Knolles*, *Jacobum Croftes*, *Thomam Smythe*, *Thomam Wylſon*, *Davidem Lewes*, *Willielmum Awbrey* aut *Petrum Osburne* unum

Mandantes omnibus & ſingulis, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo nono Die Aprilis.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Conceſſione ad Vitam pro Radulpho Bowes Armigero.*

ELizabeth, by the Grace of God, &c. to all whom, &c. Ann. D. 1573. Pat 15. Eliz. p. 11. m. 22.

We lett you witt that we of our eſpecyall Grace certeyn Knowledge of mere Motyon, have geven and graunted, and by theſe Preſents, do give and graunt unto our welbeloved Servant *Raſe Bowes* Eſquier, for and in conſideration of his faithful Service heretofore done unto us, the Room or Office of *Chief Maſter Overſeer and Ruler of all and ſinguler our Game Paſtimes and Sportes*; that is to ſay, of all and every our *Beares Bulles and Maſtyve Doggs* mete for that purpoſe, and the ſame *Raffe Bowes Chiefe Maſter Ruler and Overſeer of all and every our Games Sportes and Paſtimes aforeſaid*, we do make ordayn and conſtitute by theſe Preſents,

To have and to holde the ſame Room or Office to the ſaid *Raſe Bowes* by himſelf, or his ſufficient Deputie or Deputies, for and during his naturall Life, withall and all manner Rewardes Preminences Liberties Proffits Commodities and Advantages whatſoever to the ſame Office or Rome in any wiſe belonging or appeteyning, in as large and ample manner and forme as *Cuthbert Vaughan* or *Sir Richard Longe* Knighte deceaſed, or any other having and exercyſing the ſame Office, at any tyme in his or their Life or Lyves ever had uſed perceyved or enjoyed in for and by reaſon of the ſame Rome or Office,

And of our further eſpecyall Grace we do geve and graunte, by theſe Preſents, unto the ſaid *Raſe Bowes* and to his ſaid Deputie or Deputies during his ſaid Life, full Power Commiſſion and Auctorite, not only to take up and kepe for our Service Paſtime and Sporte, any Maſtive Dogg or Doggs and Maſtive Bitches, Bears Bulls and other lyke, mete and convenyent for our ſaid Service and Paſtime, or any of them, being within this our Realm or other our Domynions, at and for ſuch reaſonable Price and Prices as our ſaid Servaunt can agree with the owner or owners for the ſame Beares and Bulls, but alſo to ſtay or cauſe to be ſtayed at his Diſcretion all and every or any ſuch Maſtive Doggs or Bitches, as the ſaid *Raff Bowes* or his Aſſignes ſhall fortune at any time hereafter to take and fynd, going paſſing or conveing or to be conveyed in any * wiſe in any partes of * XV. 713.
beyond the ſeas, without our ſpecyall Lycence Warrant and Commiſſion for conveying of the ſame,

Willing and commanding by theſe Preſents that, aſwell all our Officers Miniſters and Subjects and every of them, from hence furth from tyme to tyme, to ayd aſſiſt ſtrengthen and help the ſaid *Raſe Bowes* in exercyſing of his ſaid Office and other the Premiſſes, but alſo all and other Officers and Myniſters, in any wiſe apperteining to our ſaid Games, ſhall diligently obey be attending and do every thing and things reaſonable that the ſaid *Raſe*, as Maſter and chiſe Ruler of our ſaid Games, ſhall command for our better Servyce therin,

And alſo of our further eſpeciall Grace, for the conſideration aforeſaid, we do give and graunt full Power and Auctority, by theſe Preſents, to the ſaid *Raſe Bowes* to Byte and cauſe to be Bayted our ſaid Games, in all and every convenyent Place and Places, and at any tymes meet at his Diſcretion, and that no other Officer or under Officer Belonging or in any manner of wiſe apperteyning to our ſaid Bears and Games for the tyme being,

Chamber of Us our Heyrs and Succeſſors for the tyme being, from the tyme of the Death of the ſaid *Simond Powlter* unto the Date of theſe Preſents, and ſo from hensfurth from tyme to tyme at fowr Termes of the Yeare, that is to ſay, at the Feaſts of th'Annuncyation of our bleſſed Lady the Virgin, the Nativity of Saint John Bapteſt, Saint Michaell, and the Byrth of our Lord, by even Porcyons duryng his ſaid naturall Lief, together with all other Commodities Profitres and Advantages to the ſaid Room by any manner wyſe apperteyning, in as lardge and ample manner and fourm as the ſaid *Simond Powlter* or any other heretofore hath had in and for th'exercyſing of the ſame;

That expreſſe mention, *&c.*

In wytnes whereof, *&c.*

Witnes our ſelf *at Gorbambury* the xxiii. day of June.

*Per ipſam Reginam.*

---

• XV. ** De Conceſſione ad Vitam pro Julio Borgarutio.*

724.

Ann. D. REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

1573. Sciatis quòd Nos,

Ibid p. De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu

5. m. noſtris, necnon in conſideratione acceptabilis Servitii & Obſequii

18. Nobis antehac facti & impenſi, per dilectum Subditum noſtrum, *Julium Burgarutium* Artis Medicinæ Doctorem,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus dicto *Julio Burgarutio*, Officium ſive Locum *Medici noſtri & Hoſpitii* noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum,

Habendum gaudendum occupandum & exercendum dictum Officium ſive Locum, dicto *Julio Borgarutio* durante vitâ ſuâ naturali,

Et inſuper damus & concedimus, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, dicto *Julio Borgarutio*, pro Exercitio dicti Officii, Vadium & Feodum *quinquaginta Librarum* legalis Monetæ Angliæ per Annum,

Habendum & percipiendum dicto *Julio* dictum Vadium & Feodum *quinquaginta Librarum*, a Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ ultimò præterito, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium ad quatuor Anni Terminos ibidem uſuales, unà cum omnibus aliis Proficuis Comoditatibus & Advantagiis dicto Officio debitis & conſuetis, ac in tam amplis modo & forma prout *Bently* Artis Medicinæ Doctor defunctus, olim dictum Officium habens & exercens tempore præchariſſimi Patris noſtri, feliciſſimæ Memoriæ, *Regis Henrici octavi*, habuit & gaviſus fuit vel habere & gaudere debuit.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhamburye*, viceſimo primo die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

gliæ,

Et ideò vobis mandamus quòd, ad certos Dies & Loca quos vos vel quatuor veſtrûm ad hoc provideritis, diligenter ſuper Præmiſſis faciatis Inquiſitiones, & Præmiſſa omnia & ſingula audiatis & terminetis, ac ea faciatis & expleatis cum effectu, facturi inde quod ad Juſticiam pertinet ſecundum Legem & Conſuetudinem ac Statuta Regni noſtri Angliæ,

Salvis nobis Amerciamentis & aliis ad Nos inde ſpectantibus;

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, ac Civitatis prædictæ, quòd, ad certos Dies & Loca quos vos vel quatuor veſtrûm ei ſcire feceritis, venire faciat, coram vobis vel quatuor veſtrûm, tot & tales probos & legales Homines de Balliva ſua, tam infra Libertates quàm extra, per quos rei veritas in Præmiſſis meliùs ſciri poterit & inquiri:

Mandantes inſuper & ſtrictè Præcipientes omnibus & ſingulis Officiariis Miniſtris & Subditis noſtris quibuſcumque, quòd ipſi, & eorum quilibet de tempore in tempus, vobis ut prædictum eſt in executione Præmiſſorum, intendentes ſint pariter & obedientes in omnibus prout decet, ſicut Nobis de contrario, non ſine ſummo ſuo Periculo reſponſuri,

Et quod in Præmiſſis feceritis, nobis, vel Concilio noſtro privato, ſemel infra ſpatium duorum Menſium, de tempore in tempus certificetis.

In cujus rei, &c. uſque Feſtum Sancti Michaelis Archangeli proximè futurum duraturas.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Octobris, Anno Regni ſui decimo quinto.

*Per ipſam Reginam.*

Conſimiles Commiſſiones diriguntur Perſonis ſubſcriptis in Comitatibus ſubſcriptis, ſub Data ſupradicta,

LONDON. & MIDD.

*Majori Civitatis London.*
*Epiſcopo London.*
*Capitali Juſticiario Angliæ.*
*Radulpho Sadler* Militi.
*Waltero Mildemaye* Militi.
*Willielmo Cordell* Militi Magiſtro Rotulorum.
*Jacobo Dyer* Militi.
*Alexandro Nowell* Decano, &c.
*Gabrieli Goodman* Decano Weſtm.
*Thomæ Seckforde* } Magiſtris Requiſ.
*Thomæ Wilſon* }
*Thomæ Offley* Militi.
*Rolando Heyward* Militi.
*Lionello Duckett* Militi.
*Gilberto Gerrard* Attornato noſtro Generali.
*Thomæ Bromley* Solicitatori Generali.
*David Lewes* Legum Doctori.
*Willielmo Fletewood* Recordato.

NORF.

*Epiſcopo Norwic.*
*Criſtofero Heydon* Militi.
*Willielmo Butts* Militi.
*Decano Norwic.*
*Georgio Gardner.*
*Roberto Bell* Armigero.
*Radulpho Shelton* Armigero.
*Drugoni Drewrie* Armigero.



Digitized by Google

*Thomæ Spencer.*
*Lewes.*

OXON.

*Henrico Domino Norrys.*
*Edmundo Aſhefeild* Militi.
*Thomæ Bromley* Solicitori.
*Doctori Pierce* Decan. &c.
*Doctori Humfrey.*
*Doctori White.*
*Georgio Danvers* Armigero.
*Roberto Doilie* Juniori Armigero.
*Ricardo Taverner* Armigero.
*Johanni Cupper* Armigero.

SUFF.

*Epiſcopo Norwicen.*
*Domino Wentworth.*
*Roberto Wingefeld* Militi.
*Ambroſio Germyne* Militi.
*Jacobo Rivett* Armigero.
*Willielmo Waldegrave* Armigero.
*Nicholao Bacon* Armigero.
*Rogero Kelte* Archidecano.
*Roberto Gurdo* Armigero.
*Johanni Higham* Armigero.
*Roberto Aſhefeld* Armigero.
*Thomæ Pooley* Armigero.

SALOP.

*Domino Præſidenti.*
*Epiſcopo Heref.*
*Epiſcopo Coven. & Lichfeld.*
*Andreæ Corbett* Militi
*Arthuro Mainwaring* Militi.
*Georgio Bromley* Attorn. Duc.
*Willielmo Gerrad* Armigero.
*Willielmo Leighton* Armigero,
*Roberto Nedeham* Armigero.

---

*De Licentia Eligendi.*

✠

Ann D. 1573. *Pat.* 16 *Eliz. p.* 7. *m.* 30.

REgina dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Aſſaphenſis, Salutem.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem naturalem ultimi Epiſcopi ejuſdem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quod talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Præſentes, pro Nobis [illegible] & concedimus, Dilecto Nobis in Chriſto, *Georgio Gardyner* in Theologia Doctori, Decanatum Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Norwicenſis & Dignitatem Decanalem ibidem, per Mortem *Johannis Salisburye* ultimi Incumbentis ibidem jam vacantem, & ad noſtram Donationem pleno Jure ſpectantem, ac ipſum *Georgium Gardyner* Decanum Eccleſiæ prædictæ facimus ordinamus & conſtituimus per Præſentes,

Habendum & tenendum Decanatum prædictum, præfato *Georgio Gardyner* durante vitâ ſuâ naturali, unà cum omnibus Juribus, Præheminentiis, Libertatibus, Privilegiis, Titulis, quotidianis Diſtributionibus, Dividentiis, Excreſcentiis, Refectionibus, Manſionibus, Domibus, Ædificiis, Hortis, Pomariis, Gardinis, ac omnibus & ſingulis aliis Juribus Proficuis Allocationibus Commoditatibus Advantagiis & Emolumentis quibuſcumque, eidem Decanatui ſpectantibus ſive aliquo modo pertinentibus, ſive impoſterùm ſpectantibus, adeò plenè liberè & integrè, ac in tam amplis modo & forma, prout ultimus Incumbens nuper Decanus Eccleſiæ noſtræ Cathedralis prædictæ, aut aliquis alius Prædeceſſorum ſuorum Decanatum prædictum habens ſeu occupans, habuit tenuit vel gaviſus fuit, aut habere gaudere aut tenere debuit vel debuerit:

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De non Reſidentia pro Capellano Reginæ.*

REgina, &c. omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1573. *Ibid. m.* 11.

Cùm dilectus Capellanus noſter, *Nicolaus Locke* Artium Magiſter, ac Rector Eccleſiarum Parochialium de Trimley Sanctæ Mariæ, Trimley Sancti Martini, & Harkeſted, in Comitatu noſtro Suffolciæ Norwicenſis, Diœceſis, Nobis humilimè ſupplicaverit, ut liberè, ac ad libitum ſuum, ab unaquaque dictarum Rectoriarum ſuarum abeſſe & ſeſe abſentare poſſit, modò ſemper apud unam earumdem reſideat, quod minimè illi liceret facere abſque Periculo quorumdam Statutorum Actuum & Ordinationum noſtrorum contra *Nonreſidentes* antehac editorum & proviſorum,

Sciatis quòd Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, & in conſideratione gravis Ætatis ſuæ ac Morum probitate, & quòd (ut Nobis relatum ſit) dictæ Rectoriæ non excedant annuum Valorem *quadraginta Duarum Librarum*, nec multùm una ab altera diſtent ſed fere contiguæ ſint, ita ut dictus *Nicholaus* commodè poſſit alterius vicibus in unaquaque inſervire, ac ea quæ ad debitam Functionem illarum pertinent providere,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus dicto *Nicholao Locke* Licentiam noſtram ſpecialem, ita ut, durante Vitâ ſuâ, benè liceat ei ab unaquaque dictarum Rectoriarum abeſſe & ſeſe abſentare, ac omnes & ſingulos Fructus earum, ut ſi apud unamquamque perſonaliter reſidens eſſet, percipere & habere, ac in ſuos & dictorum Beneficiorum uſus & utilitatem convertere liberè & licitè poſſit & valeat, & ad faciendam Reſidentiam apud præfatas Rectorias minimè teneatur, neque ad id invitus à quoquam compelli poſſit; aliquo Statuto Actu Ordinatione Reſtrictione vel Proviſione, antehac in Parliamentis noſtris vel Progenitorum noſtrorum vel alibi, editis factis ſeu proviſis vel impoſterùm edendis faciendis vel providendis, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus:

Et

Digitized by Google

*Ricardus Shipper* aliàs *Sheppard* Clericus in Artibus Magiſter & Verbi Dei Concionator approbatus, *ad ſecundum Canonicatum ſive Præbendam infra Eccleſiam Cathedralem Glouc.* Glouc. Diœc.

*Willielmus Horne* Clericus in Artibus Magiſter, ad *Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis de Luton in Com. Bed.* Lincoln. Diœc.

*Daniel Nellam* Clericus, ad *Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis de Saynte Auſtell cum Capella de Blaſie* eidem annexa in Com. Cornub. Exon. Diœc.

*Michael Maſbarte* Clericus, Legum Licenciatus, ad *Rectoriam & Eccleſiam Parochialem de Derynerber* in Com. Devon. Exon. Diœc.

*Thomas Staller* Artium Magiſter, ad *Rectoriam Beatæ Mariæ ad Montem* infra Civitatem London. London. Diœc.

*Thurſton Shawe* Clericus, ad *Eccleſiam Parochialem de Mounckton* aliàs *Weſtmounckton* Bathon. & Wellen. Diœc.

*Radulphus Calverley* Artium Baccalarius, ad *Rectoriam de Harlaxton* Lincoln. Diœc.

*Robertus Dorſett*, ad *Rectoriam de Ewelme* in Com. Oxon.
Et diriguntur Literæ illæ *Archiepiſcopo Cantuar.*

*Thomas Skotte* Junior in Artibus Magiſter, ad *Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis de Mildenhall* Norwicen. Diœc.

*Robertus Rolle* Sacræ Theologiæ Baccalarius, ad *Rectoriam & Eccleſiam Parochialem de Stoke Clymſland* Exon. Diœc.

---

### *De Regio Aſſenſu pro Epiſcopo Aſſaphen.*

Ann. D. REgina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Prædilecto & Fi-
1573. deli noſtro, *Matheo Cantuarienſi Archiepiſcopo*, ac aliis qui-
Ibid. p. buſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem.
7. m. Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Aſſaphenſi, per Mortem
30. naturalem ultimi Epiſcopi ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Aſſaphenſis, * per
* XV. Literas noſtra Patentes, Licentiam eis conceſſerimus alium ſibi e-
729. ligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidem *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Dilectum & Fidelem noſtrum, *Willielmum Hughes* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis indè directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus & adhibemus pariter & Favorem; & hoc vobis, Tenore Præſentium, ſignificamus;

Rogantes, & in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, præcipiendo mandantes, quatenus vos eundem *Willielmum Hughes* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Aſſaphenſis prædictæ, ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem *Willielmum* Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Aſſaphenſis prædictæ auctoriſare & inveſtire, cæteraque omnia & ſingula, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu & favore.

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis in Comitatibus ſubſcriptis; videlicet,

*Eſcaetori R. in Com. Salop. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*
*Eſcaetori R. in Com. Flint.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu prædicto quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus, quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.
Teſte ut ſupra.

---

### * *De Pardonatione pro Arte Diabolica.* * XV. 730.

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem. ✠
Cùm *Thomas Heather*, nuper de Hoddeſden in Comitatu Ann. D.
Hertf. Yoman, indictatus exiſtit de eo quòd ipſe, exiſtens com- 1574.
munis Conjurator & Invocator malorum Spirituum, Deum præ Ibid.
oculis ſuis non habens, ſed Inſtigatione Diabolicâ ſeductus, *primo* p. 4. m.
*die Januarii* Anno Regni noſtri quintodecimo, apud Hoddeſden 25.
prædictam, in quadam Silva ibidem, malitioſè diabolicè & felonicè uſus eſt quadam Conjuratione & Invocatione malorum Spirituum eâ intentione ad lucrandum diverſas magnas Pecuniarum Summas, contra formam Statuti in hujuſmodi caſu nuper editi & proviſi, & in malum Exemplum omnium aliorum in conſimili caſu Delinquentium, & contra Pacem noſtram, Coronam & Dignitatem noſtras, prout per Indictamentum prædictum de Recordo remanens, pleniùs liquet & apparet,

Sciatis quòd Nos, Pietate moti, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, *&c. ut in communibus de Pardonatione Literis.*

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio die Januarii.

---

### *Præſentatio ad Vicariam perpetuam.*

REgina, Reverendo in Chriſto Patri & Domino, Domino *Ed-* Ann. D.
*mundo*, Permiſſione Divinâ, *de Burgo Sancto Petri* aliàs *Pe-* 1574.
*triburgen. Epiſcopo*, ejuſve *Vicario* in Spiritualibus Generali, aut Ibid. p.
alii Judici hanc Præſentationem admittendi Poteſtatem habenti 9. m. 3.
cuicumque, Salutem.

Ad *Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis de Wellingborough* Petriburgen. Diœceſ. modò tam de Jure quàm de Facto legitimè vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum Nobis in Chriſto, *Edwardum Moſeley* Clericum in Artibus Magiſtrum, vobis Tenore Præſentium præſentamus,

Mandantes quatenus eundem *Edwardum Moſeley* ad dictam Vicariam perpetuam de Wellyngborough prædicta, ipſumque Vicarium in eadem cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis inſtituere & inveſtire, cæteraque agere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, octavo die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*



Digitized by Google

Pat. 16. Eliz. p. 11. m. 11. ii, aut alii in hac parte Poteſtatem habenti cuſcumque, Salutem.

Ad *Eccleſiam Parochialem de Bagewrthe* veſtræ Diœceſis jam de jure vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum & Fidelem Subditum noſtrum, *Thomam Wetherbed* Clericum in Artibus Magiſtrum Capellanum Domini Cuſtodis Magni Sigilli Angliæ, vobis præſentamus,

Mandando rogantes quatenus eundem *Thomam Wetherbed*, ad dictam Eccleſiam admittere, ipſumque Rectorem ejuſdem inſtituere & inveſtire canonicè, cum omnibus ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia alia & ſingula facere peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, octavo die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas habent ſubſcripti ſub diverſis Datis; videlicet,

*Robertus Rolle*, *ad Rectoriam de Stoke Clymſland* Exon. Diœc.

*Nicholaus Bende*, *ad Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de Burton ſuper Aquam* Glouc. Diœc.

---

## *De Commiſſione ad Manumittendum.*

Ann. D. 1574. Pat. de diverſis Annis Eliz. Reg. m. 32, 31. d. ELizabeth, by the Grace of God, &c. to our right truſtie and welbeloved Counſellor, *Sir William Cecill* of the Garter Knighte Lord Burghley and Highe Treaſorer of England, and to our truſtie and right welbeloved Counſellor, Sir *Walter Mildway* Knight Chauncellor and Under Treaſorer of our Exchequier, Greetinge.

Whereas divers and ſundrie of our poore faithfull and loyal Subjects, beinge borne *Bonde in Blode* and Regardaunt to divers and ſundre our Mannors and Poſſeſſions within our Realm of England, have made humble Suyte unto Us to be *Manumyſed Enfraunchiſed* and *made Free* with theire Children and Sequells, by reaſon whereof they theire Children and Sequells may become more apte and fitte Members for the Service of Us and of our Common Wealthe,

We therefore,

Having tender conſideration of their ſaid Sute, and well conſideringe the ſame to be acceptable unto Almightie God who in the beginninge made all Mankinde free, for the tender Love and Zeale whiche We beare to our ſaide Subjects, and for the ſpeciall truſt and confidence whiche We have in your approved Wiſedomes and Fidelities,

Do name and appoynte you two our Commiſſioners, and do by theſe Preſents, for Us our Heires and Succeſſors, give full Power and Auctoritie to you two our ſaid Commiſſioners, that you, either by your Warrant in Writing ſubſcribed with your own Hands and Seales, or otherwiſe by Commiſſion from Us and in our Name, under the Seale of our Courte of Exchequier, ſhall and may accordinge to your Diſcretions nomynate and appoynte any Perſon or Perſons, for Us and in our Name, to enquire of all or any our *Bondmen* and *Bondwomen* with their Children and Sequells, and of all theire Goodes Chattells Landes Tenementes and Hereditaments within the ſeverall Counties of Cornwall Devon Somerſett and Glouceſter and of what Valewe the ſame be of, and that ſuche Perſon and Perſons, ſo by you named and appoynted to enquyre as aforeſaide by force or vertue of any ſuche Warrante or Commiſſion as aforeſaid, ſhall within convenient tyme make or cauſe to be made Retum of every ſuche Warrant and Commiſſion, with true Certi- ſents conteyned … manner and forme as you our ſaid Commiſſioners ſhall thinke meete and convenient to be paſſed from Us; that is to ſay,

*Eliſabetha*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regina* Fidei Defenſor, &c. omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm ab initio omnes Homines naturâ Liberos creavit Deus, ut poſtea Jus Gentium quoſdam ſub jugo Servitutis conſtiterit, pium fore credimus & Deo acceptabile, Chriſtianæque Charitati conſentaneum, certos, in Villenagio Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris ſubjectos & Servitute devinctos, Liberos penitùs facere:

Sciatis igitur quòd Nos, Pietate moti gratioſè & in Libertate optimè affecti, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris *A. B. C, D. &c.* & omnes & ſingulas Sequelas tam procreatas & imposterùm procreandas & eorum quemlibet, *Manumiſimus & Liberos fecimus*, & *ab omni Jugo Servitutis & Servilis Conditionis* liberamus & exoneramus imperpetuùm per Præſentes, ita; videlicet, quòd nec Nos, nec Hæredes nec Succeſſores noſtri, nec aliquis alius pro Nobis ſeu Nomine noſtro, aliquod Juris ſeu Clamei in prædictis *A. B. C. D. &c.* nec in Progeniis aut Sequelis ſuis, nec in Progenia vel Sequela alicujus eorum jam procreata ſive imposterùm procreanda, nec in Catallis ſuis aut eorum alicujus, ad quaſcumque Mundi Partes diverterit exigere clamare ſeu vendicare poterimus nec debemus in futurum, ſed ab omni Actione Juris & Clamei inde ſimus excluſi imperpetuùm per Præſentes, ac ab omni Jugo Servitutis eos & eorum quemlibet exoneramus acquietamus & dimittimus pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris imperpetuùm,

Damus etiam, & uberiori Gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris prædictis per Præſentes, pro nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus præfatis *A. B. C. D. &c.* & eorum cuilibet, Meſſuagia Terras Tenementa & Hæreditamenta ſua quæcumque, necnon Bona Catalla & Debita ſua quæcumque, tam mobilia quam immobilia, ac tam reales quam perſonales, cum eorum Pertinentiis univerſis de quibus ſeiſiti ſeu poſſeſſionati jam exiſtunt, aut eorum aliquis jam exiſtit,

Habendum tenendum & gaudendum omnia & ſingula Meſſuagia Terras Tenementa Bona Catalla Debita & cætera Hæreditamenta ſua cum Pertinentiis univerſis, præfatis *A. B. C. D. &c.* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, ac Hæredibus & Executoribus cujuſlibet eorum imperpetuùm, ſecundùm ſeparalis Status ſeu Intereſſe in Præmiſſis, * abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo, ratione Servitutis ſeu Servilis Conditionis, ſive aliquâ Lege Statuto Actu Proclamatione Conſuetudine ſeu Præſcriptione, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, antehac editis ordinatis promulgatis factis ſeu proviſis, in contrarium inde non obſtantibus, * XV. 733.

Salvis tamen Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, tam liberis Tenuris & Hæreditamentis noſtris omnium Cuſtumariarum Terrarum & Tenementorum, de quibus illi aut eorum aliquis ſeiſiti exiſtunt & de nobis tenent, aut eorum aliquis tenet per Copias ſive per Copiam Curiæ, & Servitiis Conſuetudinibus Redditibus, & aliis Caſualibus pro eiſdem ſeu eorum aliqua reddendis ſolvendis vel faciendis, quàm Redditibus & Servitiis Nobis tanquam Capitali Dominæ Feodi reddendis pro aliquibus Terris ſeu Tenementis liberæ Tenuræ, de quibus ipſi aut eorum aliquis ſeiſiti exiſtunt vel exiſtit:

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

And

## *De Conceſſione ad Vitam.*

Ann. D. 1574. Pat. 16. Eliz. p. 11. m. 5.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, certa Scientia & mero Motu noſtris, pro certis bonis Conſiderationibus Nos moventibus, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus, Dilecto nobis *Thomaſo Saletti* Generoſo Florentino, quandam Annuitatem ſive annualem Redditum *quinquaginta Librarum*,

Habendam & percipiendam dictam Annuitatem ſive annualem Redditum *quinquaginta Librarum* legalis Monetæ Angliæ, præfato *Thomaſo* & Aſſignatis ſuis, a Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimo præterito, durante Vitâ ſuâ, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per Manus Theſaurarii & Camerariorum ejuſdem pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos; videlicet, ad Feſta Sancti Johannis Baptiſtæ, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis annuatim ſolvendam per æquales Portiones durante Vitâ ſuâ,

* XV. 734. * Mandantes & præcipientes dicto Theſaurario & Camerariis dictæ Curiæ Scaccarii pro tempore exiſtentibus, quòd dictam Annuitatem ſive annualem Redditum præfato *Thomaſo Saletti* in forma prædicta ſolvant ſeu ſolvi faciant, ut prædictum eſt;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, octavo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Præſentatione.*

Ann. D. 1574. Ibid. p. 7. m. 1.

REgina, &c. Reverendo in Chriſto Patri, *Bathon. & Wellen. Epiſcopo*, ejuſque *Vicario* in Spiritualibus Generali, aut alii in hac parte Poteſtatem habenti cuicumque, Salutem.

Ad *Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis de Tatton* dictæ Bathon. & Wellen. Dioec. jam de jure vacantem & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum & Fidelem Subditum noſtrum, *Juſtinianum Lancaſter* Clericum Archidiaconum Archidiaconatûs de Tanton. veſtræ Dioeceſis antedictæ, vobis præſentamus,

Mandando rogantes, quatenus eundem *Juſtinianum Lancaſter*, ad dictam Vicariam admittere, ipſumque Vicarium ejuſdem inſtituere & inveſtire canonicè, cum omnibus ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia alia & ſingula facere peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio, velitis cum favore,

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo die Junii.

*Per ipſam Reginam.*

---

## *Conceſſio pro Hugone Mac Manus Odonell.*

Ann. D. 1574. Ibid. p. 9. m. 33.

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de vera Obedientia *Hugonis Mac Manus Odonell* deque ejuſdem promptitudine ad deſerviendum nobis, atque ad Patriam illam & noſtrorum ſubditorum fidelium in eadem Patria degentium rectè ritè & fideliter gubernandum & tenendum, plurimùm confidentes eundem *Hugonem* Capitaneum Patriæ de Terconell cum pertinentiis nominamus ordinamus conſtituimus & confirmamus per Præſentes,

Literis Patentibus expreſſa, dederint & conceſſerint dilecto ſibi Reverendo in Chriſto Patri *Gilberto Bathon. & Wellen.* tunc Epiſcopo & Succeſſoribus ſuis Bathon. & Wellen. Epiſcopis imperpetuùm, Revertionem & Revertiones Domûs ſive Capitalis Manſionis Manerii de Banwell, ac etiam totum illud Dominium & Manerium de Banwell ac Parcum de Banwell, cum eorum Juribus Membris Libertatibus & Pertinentiis univerſis in Comitatu ſuo Somerſetiæ, nuper Parcella Terrarum & Poſſeſſionum Epiſcopatûs Bathon. & Wellen. cum hac Clauſula & Proviſione inter alia in eiſdem Literis Patentibus, expreſſa & contenta;

Scilicet,

*Proviſo ſemper quòd nec prædictus* Gilbertus Bathon. & Wellen. Epiſcopus, *nec aliquis alius qui* Bathon & Wellen. Epiſcopos *impoſterùm fore contigerit, faciet ſeu concedet alicui Perſonæ vel aliquibus Perſonis aliquam Dimiſſionem vel Conceſſionem de prædicto Manerio & Parco, ſeu de aliqua parte vel parcella inde, præterquam de Cuſtumariis Tenementis ſecundùm Conſuetudinem Manerii prædicti, pro majore Termino vel numero Annorum quàm durante vitâ hujuſmodi Epiſcopi, per quem tales Dimiſſiones aut Conceſſiones fieri contigerint, ſine Licentia ſpeciali dictæ Dominæ Reginæ Hæredum vel Succeſſorum præfatæ Reginæ, aliquo in prædictis Literis Patentibus in contrarium inde non obſtante,*

Sciatis quòd Nos, ad humilem Petitionem *Henrici Seymer* Armigeri, alias dicti Domini *Henrici Seymer*, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, conceſſimus & Licentiam dedimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus & Licentiam damus, dilecto Nobis Reverendo in Chriſto Patri, *Gilberto modò Bathon. & Wellen. Epiſcopo*, quòd ipſe idem *Gilbertus Bathon. & Wellen. nunc Epiſcopus* liberè impunè & licitè valeat & poſſit, omni tempore & de tempore in tempus durante vitâ naturali ipſius *Gilberti nunc Epiſcopi*, exiſtente *Epiſcopo Bathon. & Wellen.* prædicto, facere concedere, & ad firmam dimittere, prædicto *Henrico Seymer* Executoribus & Aſſignatis ſuis, tot & tantas Dimiſſionem & Dimiſſiones Conceſſionem & Conceſſiones pro Termino viginti & unius Annorum vel pauciorum ad libitum dicti modò Epiſcopi, de & in prædicta Domo ſive Capitali Manſione Manerii de Banwell, ac etiam de & in toto illo Dominio & Manerio de Banwell prædictis, ac Parco de Banwell prædicto cum eorum Membris Libertatibus & Pertinentiis univerſis in dicto Comitatu Somerſetiæ, necnon de & in omnibus aliis Meſuagiis Terris Tenementis Juriſdictionibus Poſſeſſionibus Proficuis & Hæreditamentis quibuſcumque in dicto Dominio & Manerio ac Parco ſeu eorum alteri ſpectantibus ſive pertinentibus, aut ut Membra Partes vel Parcellæ eorumdem Dominii & Manerii ac Parci ſeu eorum alterius, ante Datam dictarum Literarum Patentium, gerentium Datam viceſimo quarto Die Aprilis prædicto, habitis cognitis acceptis uſitatis occupatis ſive reputatis, exiſtentia, vel aliquâ inde parte ſive parcellâ, quot & quantas prædicto *Gilberto modò Epiſcopo* placuerit ſive videbitur opportunum, & ſi prædicta Clauſula aut Proviſio in Prædictis Literis Patentibus expreſſa aut contenta non fuiſſet, eadem Clauſula ſive Proviſione, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ in contrarium inde, in aliquo non obſtantibus;

Et cum in Parliamento in Anno viceſimo primo *Henrici Octavi* Patris noſtri apud Weſtm. tento, inter alia Inactitatum & Stabilitum exiſtit.

*Quòd nullus Spiritualis Perſona Secularis vel Regularis, cujuſcumque Status ipſe vel ipſi fuerit vel fuerint, capiet ad Firmam ſibi, vel alicui Perſonæ vel Perſonis ad ejus uſum, ex Dimiſſione & Conceſſione Domini Regis, nec alicujus alterius Perſonæ vel Perſonarum per Literas Patentes Indenturam Scriptum Verba, vel aliter quocumque modo, Maneria Terras Tenementa ſeu alia Hæreditamenta pro Termino Vitæ, pro Termino Annorum, vel ad Voluntatem, ſub Pœna Foriſfacturæ* Decem * Librarum *pro quolibet Menſe quod ille, ſeu aliquis alius ad ejus uſum, occupet aliquam talem Firmam ratione alicujus talis Dimiſſionis ſeu Conceſſionis tunc* * XV. 736.

im-

niæ ſumma ſeu ſummis proinde Nobis aut Succeſſoribus noſtris, aut aliquo alio proinde foriſfaciendo, dicto Statuto in contrarium inde non obſtante.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhamburye*, vi die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

### *Pro Subeleemoſinario Reginæ.*

Ann. D. 1574. Pat. 16. Eliz. p. 9. m. 18.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes damus & concedimus dilecto Nobis *Willielmo Abſolon* Artium Magiſtro & Subeleemoſinario noſtro, *Canonicatum ſive Præbendam* illam infra Eccleſiam Cathedralem noſtram Roffenſem, quam *Hugo Aprice* nuper ibidem habuit, jam vacantem per Mortem ejuſdem *Hugonis Aprice* & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem,

Habendum & tenendum prædictum Canonicatum ſive Præbendam præfato *Willielmo Abſolon* durante vitâ ſuâ, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, unà cum Hoſpitio ſive Domo manſionali quam prædictus *Hugo Aprice*, ratione prædictæ Præbendæ & Canonicatûs, ibidem nuper poſſidebat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Hampton Courte*, xxvii. die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

• XV. 737.

### * *De Conceſſione pro Benedicto Spinola.*

Ann. D. 1575. Pat. 17. Eliz. p. 6. m. 26.

REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Cùm *Robertus Evans* nuper Decanus de Bangor & Magiſter Magdalenæ Collegii in Cantabrigia, & *Socii* ejuſdem Collegii per Cartam ſuam Indentatam, gerentem Datam *duodecimo die Julii*, Anno Regni Domini *Henrici Octavi* Illuſtriſſimi Patris noſtri nuper Regis Angliæ triceſimo ſexto, dimiſerint conceſſerint & ad firmam tradiderint cuidam *Laurentio Awen* Clerico Operum Pontis Londinenſis, totam illam ſuam *Rectoriam de Sancte Katherine Chriſtchurche* in London, cum omnibus Decimis Oblationibus & Legatis eidem pertinentibus, unà cum toto illo ſuo Gardino ſcituato jacenti & exiſtenti infra Parochiam Sancti Botolphi extra Algate London, vocato *le Greate Garden of Chriſtchurche*, unà cum Domo Manſionali in eodem Gardino, in quo quidam *Thomas Caſe* adtunc Firmarius ejuſdem inhabitabat, à Feſto Sancti Marci Evangeliſtæ ad tunc ultimò præterito ante Datam ejuſdem & Cartæ indentatæ, uſque ad Finem & Terminum quinquaginta Annorum extunc proximò ſequentium & plenariè finiendorum & complendorum, reddendo inde annuatim *Viginti Libras* legalis Monetæ Angliæ.

Cùmque etiam *Richardus Carr* Magiſter in Artibus nuper Magiſter Magdalenæ Collegii ſupradicti, & *Socii* ejuſdem Collegii, per Cartam ſuam Indentatam gerentem Datam *decimo die Novembris* Anno Regni Domini *Edwardi Sexti* Præchariſſimi Fratris noſtri nuper Regis Angliæ primo, dimiſerint conceſſerint & ad firmam tradiderint, cuidam *Richardo Noke* de Cantabrigia Poyntmaker, totam prædictam Rectoriam, unà cum magno Gardino & omnibus aliis Præmiſſis cum Pertinentiis, à Feſto Sancti Marci Evangeliſtæ quod futurum erit in Anno Domini Milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, uſque ad finem & terminum Commoditatum Advantagiorum & Hæreditamentorum quorumcumque eidem Rectoriæ aliqualiter ſpectantium ſive Pertinentium jacentium & exiſtentium infra prædictam Parochiam de Sancta Katherina Chriſtchurche prædicta, nec non prædictam Cartam Indentatam inde Nobis per prædictos *Magiſtrum & Socios* confectam,

• XV. 738.

* Habendam & tenendam prædictam Rectoriam, ac etiam dictas Decimas Obventiones Oblationes Emolumenta Jura Proficua Commoditates Advantagia & Hæreditamenta quacumque eidem Rectoriæ aliqualiter ſpectantia ſive pertinentia jacentem & exiſtentem infra prædictam Parochiam de Sancta Katherina Chriſtechurche, unà cum Revertione & Revertionibus ejuſdem Rectoriæ, ac etiam omnium Decimarum Obventionum Oblationum Emolumentorum Jurium Proficuorum Commoditatum Advantagiorum & Hæreditamentorum quorumcumque eidem Rectoriæ aliqualiter ſpectantium ſive pertinentium jacentium & exiſtentium infra prædictam Parochiam de Sancta Katherina Chriſtchurche, ac etiam unà cum prædicta Carta Indentata indè nobis per prædictos *Magiſtrum & Socios* confecta, prædicto *Benedicto Spinola* & Hæredibus ſuis, de Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, per liberam Socagiam tantùm, ut de Manerio noſtro de Eſtgrenewiche in Comitatu noſtro Kantiæ, pro omnibus Exactionibus Servitiis & Demandis in Capite, nec per aliud aliquod Servitium:

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

### *De Licentia Eligendi.*

Ann. D. 1575. Pat. 17. Eliz. p. 3. m. 2.

REgina, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Landaphenſis, Salutem.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem, Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte inclinantes, Licentiam illam vobis duximus concedendam, prout Tenore Præſentium concedimus,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, decimo ſeptimo Die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

### *De Regio Aſſenſu.*

Ann. D. 1575. Ibid.

REgina Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac prædilecto & fideli noſtro, Domino *Matheo Archiepiſcopo Cantuarienſi* totius Angliæ Primati, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem.

Cùm vacante nuper Sede Epiſcopali Landaven. per Mortem ultimi Epiſcopi ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Landavenſis, per Literas noſtras Pa-

Digitized by Google

ſtræ, hac vice ſpectantem, dilectum Nobis in Chriſto, *Arthurum Saull* Clericum & in Artibus Magiſtrum, vobis Tenore Præſentium præſentamus,

Rogantes quatenus eundem *Arthurum* ad eandem Vicariam admittatis, ipſumque Vicarium ejuſdem inſtituatis, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, ac cætera quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, faciatis & perimpleatis cum favore.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, xv. die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Super Spontanea Reſignatione, Præſentatio.*

Ann. D. 1575. *Ibid. m.* 40. REgina, &c. Dilectis Subditis noſtris *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Norwicenſis Cuſtodibus Spiritualitatum, Sede Epiſcopali Norwicen. jam vacante, veſtrove in Spiritualibus *Vicario* Generali, aut alii cuicumque hanc noſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem habenti ſufficientem, Salutem.

Ad *Præbendam illam ſeu Canonicatum*, quem *Robertus Johnſon* nuper habuit & poſſidebat in Eccleſia noſtra Cathedrali Norwicen. jam per ſpontaneam Reſignationem ejuſdem *Roberti Johnſon* vacantem, & ad noſtram Præſentationem ſpectantem, Dilectum Nobis in Chriſto, *Griffith Toye* in Artibus Magiſtrum, vobis Tenore Præſentium præſentamus,

Mandantes & requirentes quatenus eundem *Griffith Toye* ad dictam Præbendam ſeu Canonicatum, cum omnibus Domibus Ædificiis Stabulis Granariis Pomariis Hortis Gardinis Pratis Paſcuis Paſturis Terris Tenementis, Decimis, quotidianis Diſtributionibus, Dividentiis Arreragiis Advantagiis Emolumentis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, eidem Præbendæ & Canonicatui quoquomodo ſpectantibus pertinentibus & emergentibus, admittere; ipſumque *Griffith Toye* Canonicum & Præbendarium in dicta Præbenda inſtituere & inſtallare, cæteraque omnia & ſingula facere & perimplere quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutione Temporalium pro Epiſcopo Landaven.*

Ann. D. 1575. *Ibid. p.* 3. *m.* 1. REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Glamorgan, Salutem.

Vacante nuper Sede Epiſcopatûs Landaphenſis; per Mortem ultimi Epiſcopi ejuſdem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Landaven. prædictæ, Licentiâ noſtra petitâ pariter & obtentâ, Dilectum nobis in Chriſto, *Willielmum Blethyn* in Legibus Baccalaureum, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis * cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudùm ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras vigore cujuſdam Actûs, Anno Regni noſtri primo, inde nuper editi & proviſi, electis & captis, ac in Scaccario * XV. 740.



Knight Lord Keaper of our Greate Seale of England, Greetinge. *m.* 9.

Where, the Reverend Father in God, *Edwyn Buſshopp of London*, *Edmunde Buſshoppe of Rocheſter*, and, our right truſtie and wellbeloved, Sir *William Cordell* Knight Maiſter of the Rolles, *Roger Manwood* and *Robert Mounſon* two of the Juſtices of our Common Pleas, with others our Commiſſioners ſufficientlye authorized by our Commiſſion under our Grete Seale of England, have travayled upon the Examynation Heringe and Determynation of *John Peeters* and *Henrie Turwert* beinge Flemyngs borne, and nowe lyvinge in this our Realme, concernyng thoire falſe Opynyons and Sects of Anabaptiſts, holden and averred by them, wherein they have, before the ſaid *Reverend Fathers* and others our ſaid Commiſſioners, mayntayned their ſald moſt perillous and dangerous Opynyons, for the which they are by definitive Sentence, declayred by the ſaid Reverend Father the *Buſshop of London*, with the Conſent of others our ſaid Commiſſioners, juſtlie adjudged and declayred to be Heretiques, and therefore as corrupt Members to be cut off from the reſt of the Flocke of Chriſt leſt they ſhould infect others profeſſinge the true Chriſtiane Faythe, and are by them leſte under the Sentence of the great Excommunication to be by our Secular Power and Aucthoritie as Heretiques puniſhed, as by the Significavit of the ſaid Reverend Father in God the *Buſshopp of London*, with the aſſent of others of our ſaid Commiſſioners, remayninge in our Courte of Chauncerye, more at lardge appeareth, and although the ſaid Anabaptiſts have ſynce the ſaid Sentence pronounced againſt them bynne often and very charitable traveled with, aſwell by the Miniſters of the Duche Churche in the Citye of London, as by other Godlie and Learned Men, to diſwade revoke and remove them from their Anabaptiſticall and Hereticall Opynyons, yet they arrogantlie and willfullie perſiſt and continewe in the ſame,

We therfore, accordinge to our regall Function and Office, myndynge the Execution of Juſtice in this behalfe, and to give Example to others leſt they ſhould attempte the like hereafter, have determined, by the aſſent of our Counſayll, to will and requyre you the * ſaid Lord Keaper, immediatlie upon the receipte hereof, to award and make out our Wrytt of Execution, accordinge to the tenor in theſe Preſents enſuynge, and theſe our Letters ſigned withe our hande ſhall be your ſufficient Warrant for the ſame. * XV 741.

*Per ipſam Reginam.*

Et Warrantum remittitur prædicto Domino Cuſtodi ut patet inferiùs.

*Breve de Executione Judicii verſus* Johannem Peeters *&* Henricum Turwert *Hæreticos combuſtos.*

ELizabetha, Dei Gratia, &c. Vicecomitibus London. Salutem.

Cùm, Reverendi in Chriſto Patres, *Edwinus*, Providentiâ Divinâ, *Londonienſis Epiſcopus*, *Edmundus*, eadem Gratiâ, *Roffenſis Epiſcopus*, ac, Prædilecti & Fideles noſtri, *Willielmus Cordell* Miles Rotulorum ſive Scriniorum noſtrorum Magiſter, *Rogerus Manwood*, *Robertus Mounſon* Juſticiarii noſtri in communi Banco, *Alexander Nowell* Sancti Pauli Lond. *Gabriell Goodman* Weſtm. Eccleſiarum reſpectivè Decani, & alii, tanquam Cognitores Inquiſitores Judices & Commiſſarii, inter alios, per Literas noſtras Patentes ſub Magno Sigillo noſtro Angliæ gerentes Datam *undecimo Die Menſis Maii* ultimò præterito, ſufficienter & legittime deputati, nobis ſignificaverint, quòd ipſi, contra & adverſus quoſdam *Johannem Peters* & *Henricum Turwert* Flandricos orium-

X

Digitized by Google

loco publico & aperto, ex Cauſa præmiſſa, coram Populo Igni committi, ac ipſos *Johannem Peters* & *Henricum Turwert* in eodem Igne realiter comburi faciatis, in hujuſmodi Criminis Deteſtationem, aliorumque Hominum Exemplum ne in ſimile Crimen labantur; & hoc ſub Periculo incumbenti nullatenus omittatis.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, decimo quinto die Julii.

*Per ipſam Reginam.*

Et Warrantum inde remittitur prædicto Domino Cuſtodi Magni Sigilli Angliæ per ejus Mandatum.

---

### * *De Præſentationibus.*

• XV. 742. Ann. D. 1575. *Pat. 17. Eliz. p. 4. m. 2.*

ELizabetha, Dei Gratiâ, &c. Reverendo in Chriſto Patri & Domino, Domino *Willielmo*, Vocatione Divinâ, *Exonienſi Epiſcopo*, aut alteri cuicumque Poteſtatem habenti.

Ad *Vicariam perpetuam de Brodehempſton Magna* veſtræ Exonien. Diœceſis, jam per Mortem naturalem ultimi Incumbentis ejuſdem vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, Dilectum Nobis in Chriſto, *Johannem Iriſhe* Clericum vobis præſentamus,

Requirentes, quatenus eundem *Johannem Iriſhe*, ad dictam Vicariam admittere, ipſumque Vicarium ejuſdem Eccleſiæ, ac in & de eadem cum omnibus ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis inſtituere & inveſtire, cæteraque peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, gratioſè velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, decimo nono die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas Patentes habent Perſonæ ſubſcriptæ; videlicet,

*Thomas Birkhead*, ad *Rectoriam de Gauſton* Eborum Diœc.

*Johannes Haywarde*, ad *Rectoriam de Gyſelham* Norwicen. Diœc.

*Edwardus Shalcroſſe*, ad *Vicariam de Weverſham* Ceſtr. Diœc.

*Walterus Chatfeld*, ad *Vicariam Pagham* peculiar. Juriſdiction. Cantuar.

*Radulphus Turner*, ad *Vicariam de Weſtbury* Lincoln. Diœc.

*Willielmus Smyth*, ad *Rectoriam de Elverſarum* Diœc.

*Humfridus Fowler*, ad *Rectoriam de Helmingham* Norwicen. Diœc.

*Jacobus Lockey*, ad *Vicariam de Rillington* Eborum Diœc.

*Johannes Saunders*, ad *Rectoriam de Manponder* Briſtoll. Diœc.

*Johannes Bowen*, ad *Vicariam de Norton* Heref. Diœc.

*Richardus Gouge*, ad *Rectoriam de Edmondham* Briſtoll. Diœc.

*Radulphus Eaton*, ad *Rectoriam de Wike Reſingdon* Glouc. Diœc.

*Willielmus James*, ad *Rectoriam de Kingham* Oxon. Diœc.

*Nicholaus Charde*, ad *Vicariam de Brenttillyth* Norwicen. Diœc.

*Alexander Thornton*, ad *Rectoriam de Saint Kayne* Exon. Diœc.

*Johannes Meredith* aliâs *Tayller*, ad *Vicariam de Southorpe* Glouc. Diœc.

*Radulphus Swetnam*, ad *Vicariam de Eburton* Glouc. Diœc.

*Antonius Carington*, ad *Vicariam de Dovebridge* Coven. & Lich. Diœc.

*Jacobus Deacon*, ad *Rectoriam de Burnett* Bath. & Wellen. Diœc.

* *Johannes Batty*, ad *Rectoriam de Barkeſton* Lincoln. Diœc. • XV. 743.

*Ricardus Spicer*, ad *Rectoriam de Corton*. Bathon. & Wellen. Diœc.

*Willielmus Pilleſworth*, ad *Vicariam de Combekaynes cum Capella de Wulbrige* annex. Sarum Diœc.

*Johannes Askewithe*, ad *Rectoriam de Oſwoldkirk* Eborum Diœc

*Thomas Yarrowe*, ad *Vicariam de Neweporte* Lincoln. Diœc.

*Robertus Goulde*, ad *Rectoriam de Felbridge* Norwicen. Diœc.

*Evanus Mathewe*, ad *Rectoriam Sancti Petri in Wallingfeld* Sarum Diœc.

*Rogerus Barke*, ad *Vicariam de Newbolde* ſuper Ripam de Aven, Coven. & Lich. Diœc.

*Richardus Brotherton*, ad *Vicariam de Chalke* Roffen. Diœc.

*Richardus Sadlington*, ad *Rectoriam de Hedgeſſet* Norwic. Diœc.

*Johannes Bartlemewe*, ad *Rectoriam de Garboldiſham* Norwicen. Diœc.

*Thomas Croſſe*, ad *Rectoriam de Toryton Parva* Exon. Diœc.

*Thobias Walkwood*, ad *Rectoriam de Bramſhott* Winton. Diœc.

*Henricus Temens*, ad *Rectoriam de Borough* Norwicen. Diœc.

*Robertus Bonde*, ad *Rectoriam de Newton Tracy* Exon. Diœc.

*Robertus Dyxon*, ad *Rectoriam de Cockfeld* Dunolm. Diœc.

*Johannes Childmell*, ad *Rectoriam de Waibridge* Winton. Diœc.

*Euſebius Pagyt*, ad *Rectoriam de Barnewell Sanctorum*, Petriburgenſ. Diœc.

*Thomas Wightman*, ad *Vicariam de Breton* Meneven. Diœc.

*Johannes Mappliſden*, ad *Rectoriam de Bermyng* Roffen. Diœc.

*Radulphus Maneryng*, ad *Rectoriam de Johneſton* Meneven. Diœc.

*Thomas Streatocke*, ad *Rectoriam de Byllesby* Lincoln. Diœc.

*Willielmus Lylington*, ad *Vicariam de Sturmyſter Newton* cum Capella de Bagdere annexa, Cantuarien. Diœc.

*Nicholaus Fraunces*, ad *Vicariam de Wrangle* Lincoln. Diœc.

*Willielmus Hayneſworth*, ad *Rectoriam de Churchelench* Wigorn. Diœc.

*Edwardus Coltherſt*, ad *Vicariam de Tydulſyde* Sarum Diœc.

*Franciſcus Fletcher*, ad *Rectoriam de Braddenham* Lincoln. Diœc.

*Johannes Dyſley*, ad *Rectoriam de High Clere* Winton. Diœc.

*Willielmus Wylſon*, ad *Rectoriam de Ovinge* Lincoln. Diœc.

*Richardus Tayller*, ad *Rectoriam de Boltham* Lincoln. Diœc.

*Edwardus Batter*, ad *Vicariam de Loſtwithiell* Exon. Diœc.

*Johannes Garſton*, ad *Rectoriam de Asgardby* Lincoln. Diœc.

*Willielmus Dennſon*, ad *Vicariam de Magna Usborn.* Ceſtr. Diœc.

*Richardus Myller*, ad *Vicariam de Husborne Prior* Winton. Diœc.

*Franciſcus Dowell*, ad *Vicariam de Bunſtede* Ciceſtr. Diœc.

*Gorr-*

Digitized by Google

*Nicholaus Crompe*, ad *Rectoriam de Thedelthorpe Sanctæ Helenæ* Lincoln. Diœc.

*Henricus Wilcocks*, ad *Rectoriam de Parva Wolſton* Lincoln. Diœc.

*Owinus Johns*, ad *Rectoriam de Addylthorpe* Lincoln. Diœc.

*Johannes Gravett*, ad *Rectoriam de Bradfelde* Sarum Diœc.

*Radulphus Turner*, ad *Vicariam de Sarett* London. Diœc.

*Robertus Kirkelonde*, *ad Rectoriam Eccleſiæ Beati Petri in Villa Notyngh.* Eborum Diœc.

*Henricus ap Roberts*, ad *Vicariam de Rupe* Meneven. Diœc.

*Petrus Pott*, ad *Rectoriam Sancti Clementis* in Suburbiis Civitatis Exon.

*Johannes White*, ad *Vicariam de Steplecleyden* Lincoln. Diœc.

*Johannes Kynge*, ad *Vicariam de Ravenſden* Lincoln. Diœc.

*Johannes Paycock*, ad *Rectoriam de Weſton* Eborum Diœc.

*Robertus Palmer*, ad *Vicariam de Eltiſley* Elien. Diœc.

*Johannes Baxter*, ad *Vicariam de Thirneby* Lincoln. Diœc.

*Rogerus Tillar*, ad *Vicariam de Bongey Sanctæ Trinitatis* Norwicenſis Diœc.

---

### *Licentia Eligendi Epiſcopum Norwicenſem.*

Ann. D. 1575. *Ibid. p.* 12. *m.* 17.

REgina, dilectis ſibi in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Norwicenſis, Salutem.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem ultimi Epiſcopi ibidem, jam vacet & Paſtoris ſolatio ſit deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, Licentiam illam vobis duximus concedendam, prout Tenore Præſentium vobis eandem concedimus,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro Utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, viceſimo primo die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. 1575. *Ibid.*

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Somerſetiæ, Salutem.

Cùm, vacante nuper Epiſcopatu Wintonienſi, per Deprivationem *Johannis* ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Winton. prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, Dilectum Nobis in Chriſto, *Robertum Horne* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem, Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu, recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis Burgo & Caſtro de Taunton eum pertinentiis, necnon Maneriis ſive Dominiis de Taunton Holowaye Hull Naylisbourne Staplegrave Pondesforde ſturas Comunias Boſcos Subboſcos Aquas Piſcarias Parcos Warrenas Chaceas Redditus Servitia, Feoda Militum, Warda Maritagia Eſcaetas Advocationes, Jura Patronatûs Eccleſiarum, Nundinas Tolnetas Mercata Theolonia Cuſtumas Francheſias Libertates Privilegia Proficua Commoditates Emolumenta & Hæreditamenta quæcumque, cum Pertinentiis, cujuſcumque ſint generis naturæ vel ſpeciei, dictis Burgo & Caſtro de Taunton, necnon Maneriis ſive Dominiis de Taunton Holwaye Hull Nailisborne Staplegrave Pondesforde Rimpton & Ottersforde quoquomodo ſpectantia ſive pertinentia, aut ut Partes Membra ſive Parcellæ dictorum Burgi & Caſtri, necnon Maneriorum ſive Dominiorum prædictorum ſive eorum alicujus habita cognita accepta uſitata ſeu reputata exiſtentia, necnon omnia Terras Tenementa & Hæreditamenta jacentia & exiſtentia in Villis Parochiis ſeu Hameletttis de Taunton Holwaye Hull Nailisborne Staplegrave Pondesforde Rimpton & Ottersforde & in eorum aliquo, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis,

Damus concedimus & reſtituimus per Præſentes;

Et ideo tibi præcipimus quòd præfato *Roberto Winton. Epiſcopo* prædictum Burgum & Caſtrum de Taunton, ac Maneria ſive Dominia de Taunton Holwaye Hull Nailisborne Staplegrave Pondesforde Rimpton & Ottersforde cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis, Liberes;

Habenda gaudenda & recipienda Exitus & Proficua eorumdem Burgi & Caſtri, ac Maneriorum ſive Dominiorum de Taunton Holwaye Hull Nailisborne Staplegrave Pondesforde Rimpton & Ottersforde, ac cæterorum Præmiſſorum cum Pertinentiis per Præſentes, præconceſſa & reſtituta, præfato *Roberto Winton. Epiſcopo*, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito huc-uſque provenientia ſive creſcentia, ex Dono noſtro ſpeciali, abſque Compoto, ſeu aliquo alio proinde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquomodo reddendo ſolvendo vel faciendo; Salvo jure cujuſlibet.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, quinto die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & aliis Tenentibus de *Epiſcopatu Winton.* necnon omnibus ad quos, &c. quod eidem *Epiſcopo* ut Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

### * *De Generali Deputato Hyberniæ conſtituto.*

* XV. 746.

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1575.

Sciatis quòd Nos,

Certis urgentibus Cauſis & Conſiderationibus Nos ſpecialiter moventibus, de provida Circumſpectione & Induſtria, prædilecti & fidelis Conſiliarii noſtri in Privato Concilio noſtro, *Henrici Sidney* præclari Ordinis Garterii noſtri Militis, Domini Præſiden- *Pat.* 17. *Eliz. p.* 13. *m.* 2.

ſuetudinibus prædictis Rebelles & Contrarii extiterint aut exiſtunt vel exiſtent,

Et àd concedendum faciendum & dandum, per hujuſmodi adviſamentum, plenam Pardonationem Remiſſionem Relaxationem Obolitionem & Abſolutionem, tam generalem quàm ſpecialem, ſibi, & eorum cuilibet hujuſmodi Pardonationem petenti aut habere volenti, ac ſectam Pacis noſtræ quæ ad Nos pertinet, tam pro Homicidiis Roberiis & Feloniis Murdris, Raptibus Mulierum, Latrocinius, falſis Allegationibus, Adhæſionibus Inimicitiis Utlagariis & Tranſgreſſionibus, quàm Contemptibus Foriſfacturis & aliis Offenſis quibuſcumque, in dicto Regno noſtro, per aliquas hujuſmodi Perſonas ante hæc tempora factis ſive imposterùm faciendis, & firmam Pacem noſtram eis & eorum cuilibet, per Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro quo utimur in Regno noſtro prædicto, in forma debita concedendum donandum & deliberandum, ac etiam eoſdem, alioſque quoſcumque, ac Fines & Redemptiones pro hujuſmodi Offenſis & eorum quibuſlibet, qui Fines & Redemptiones facere debuerunt ſeu voluerunt, recipiendum & accipiendum, & ſingulis Perſonis, juxta Leges & Conſuetudines prædictas, Juſtitiam faciendum, ac etiam ad univerſos & ſingulos, tam Anglicos Rebelles quàm Hibernicos dicti Regni noſtri, ac alios quoſcumque idem Regnum noſtrum imposterum invadentes, ac ipſum Regnum noſtrum noſtroſque Subditos ejuſdem deprædare guerrare ſeu alio modo diſtruere ſeu devaſtare intendentes, & Se, juxta Leges & Conſuetudines prædictas, juſtificari volentes, ſi neceſſe fuerit cum Poteſtate noſtra Regia, ac aliis viis & modis quibus meliùs fieri poterit, juxta eorum Demerita puniendum, & ſi opus fuerit ultimo Supplicio demandandum, * ac Subditos noſtros proinde commovendum convocandum & levandum, & cum eiſdem Subditis noſtris, ſic levatis contra dictos Rebelles congrediendum, eoſque invadendum vincendum & caſtigandum, & ſi opus fuerit Terras ipſorum aliis qui Nobis ſervire volunt & intendunt, de adviſamento prædicto, locandum & dimittendum, & etiam cum eis pacificandum & Pacem componendum, ac ipſos Paci noſtræ reformandum toties quoties in Præmiſſis vel circa ea opus fuerit,

* XV. 747.

Proviſo tamen ſemper quòd ſuper quamlibet talem Dimiſſionem & Locationem, per præfatum *Henricum Sidney* Militem ac prædictum adviſamentum Concilii noſtri prædicti, imposterùm, virtute harum Literarum noſtrarum Patentium, fiendas, annualis Redditus ſuperindè debitus ſit Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris omninò reſervatus,

Damus inſuper & concedimus eidem *Deputato noſtro Generali*, Tenore Præſentium, plenam Poteſtatem & Auctoritatem, omnes Proditiones, necnon Felonias Murdra, Raptus Mulierum ibidem, ac alias Cauſas & Offenſas quaſcumque, per Subditos noſtros ejuſdem Regni noſtri vel alios ibidem reſidentes, commiſſa ſive committenda (Proditionibus Perſonam noſtram Hæredes & Succeſſores noſtros tangentibus, & Fabricatione falſæ Monetæ tantummodò exceptis) pardonandi abolendi remittendi & relaxandi, Literaſque noſtras Patentes ſub dicto Sigillo noſtro ſuperinde cuicumque Perſonæ Regni noſtri prædicti Nomine noſtro concedendi componendi, & ad eaſdem Sigillandum Cancellario noſtro vel Cuſtodi Sigilli noſtri mandandi tradendi & deliberandi,

Damus prætereà & concedimus eidem *Deputato noſtro Generali* plenam Poteſtatem & Aucthoritatem faciendi deputandi & conſtituendi quoſcumque Officiarios noſtros infra Regnum noſtrum prædictum, habendum eis & eorum cuilibet ac quibuſlibet eorum durante Beneplacito noſtro, unà cum Vadiis Feodis & Regardis eiſdem Officiis vel antiquo debitis & conſuetis,

Officiis Cancellarii Theſaurarii Subtheſaurarii Juſticiario utriuſque Banci ac Capitalis Baronis Scaccarii noſtri, & Officio Magiſtri Rotulorum ejuſdem Regni noſtri tantummodò exceptis.

di, & Terras & Tenementa ſua de Hæreditate ſua Cancellario noſtro deliberari mandandi, Manuſque noſtras exinde removendi, ac Victualia ſufficientia & neceſſaria pro expenſis Hoſpitii ſui prædicti & alios Miniſtros * ſuos unà cum Cariagiis ſufficientibus pro eiſdem, tam infra Libertates quam extra, pro Denariis ſuis rationabiliter ſolvendis Providendi & Capiendi, juxta formam Statutorum in hujuſmodi Proviſionibus ante hæc tempora factorum,

* XV. 748.

Necnon ad ſummonendum & ſummoneri faciendum atque tenendum, ſecundùm Leges Statuta & Conſuetudines Regni noſtri prædicti, unum duntaxat Parliamentum quando ſibi meliùs expediri videbitur, conſenſu tamen noſtro in ea parte ſemper habito, & ad idem Parliamentum noſtrum prorogandum & adjornandum totiens quotiens opus fuerit, & infra duos Annos à tempore Inceptionis ejuſdem plene terminandum diſſolvendum & finiendum, & quoſcumque ſic Summonitos abſentes & non legitimè impeditos mulctandum & puniendum,

Conceſſimus etiam dicto *Deputato noſtro Generali* plenam & ſufficientem Poteſtatem & Aucthoritatem ad omnimodos Officiarios qui ſunt computabiles (Theſaurario & Subtheſaurario Regni noſtri prædicti dumtaxat exceptis) coram eiſdem Theſaurario Subtheſaurario & Baronibus de Scaccario noſtro Regni noſtri prædicti, computare faciendum, & ad hujuſmodi computata reddenda compellendum,

Ac etiam ad inquirendum ſeu inquiri faciendum, viis & modis quibus melius videbitur ſibi faciendis, de quibuſcumque Bonis & Catallis quæ fuerunt illorum Dominorum ſeu aliorum, qui erga Nos ſeu Progenitores noſtros foriſfecerint vel foriſfacient, & à Nobis concelata exiſtunt vel imposterùm exiſtent,

Et ad omnia alia & ſingula quæ ad Officium Deputati Generalis noſtri Jure Uſu ac Conſuetudine Terræ noſtræ prædictæ pertinent aut pertinere deberent, & pro bono Regimine & Salvatione, ac pro Cuſtode Pacis Terræ noſtræ prædictæ, & quiete Populi noſtri ibidem, & Recuperatione Jurium noſtrorum in Regno noſtro Hiberniæ, neceſſaria fuerint (ſalvis ſuper Reſervatis) facienda excercenda & ordinanda, ac etiam omnia alia Nomine noſtro & pro Nobis in eodem Regno noſtro faciendum excercendum & exequendum, ſicut Nos faceremus aut facere poterimus ſi ibidem in propria perſona noſtra eſſemus,

Damus etiam & concedimus Tenore Præſentium eidem *Deputato noſtro Generali* Poteſtatem & Aucthoritatem utendi & excercendi infra Regnum noſtrum prædictum Legem Mariſcalcialem ſive Martialem, necnon ſubſtituendi aſſignandi & appunctuandi ſub ſe infra dictum Regnum noſtrum, per Literas noſtras ſub Magno Sigillo noſtro Regni noſtri prædicti fiendas, tot & tantos Officiarios pro executione & excercitione ejuſdem Legis Mariſcalciæ ſive Martialis, prout præfato *Deputato noſtro Generali* de tempore in tempus expedire videbitur, ad excercendum utendum & exequendum prædictam Legem Mariſcalcialem ſive Martialem quotiens opus ſive neceſſe fuerit;

Damus ulterius univerſis & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Comitibus Baronibus Juſticiariis Militibus, Liberis Hominibus, & aliis Subditis noſtris de Regno noſtro prædicto, firmiter in Mandatis, quòd præfato *Henrico Sidney* Militi *Deputato noſtro Generali* in eodem Regno noſtro, intendentes ſint aſſiſtentes auxiliantes conſulentes, ac ipſius Mandatis in omnibus prout decet & decebit Obedientes; aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione Jure Uſu Conſuetudine ſive Reſtrictione inde in contrarium factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhamburye*, v. die Auguſti.

*Per ipſam Reginam.*

*Do*

Digitized by Google

eis conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidem *Decanus & Capitulum* vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Reverendum in Chriſto Patrem dilectum & fidelem noſtrum, *Edmundum Roffenſem Epiſcopum* ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis indè directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium juxta formam Statuti in ea parte editi & proviſi, Sede Archiepiſcopali Cantuarienſi, ut præfertur, jam vacante, ſignificamus:

Rogantes, & in Fide ac Dilectione quibus Nobis tenemini præcipiendo mandantes, quatenus vos eundem *Edmundum* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Norwicenſis prædictæ, ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem *Edmundum* Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Norwicen. prædictæ intronizare & inveſtire, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statuti prædicti in ea parte editi & proviſi, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Regius Aſſenſus pro Epiſcopo Inſulæ Man.*

Ann. D. 1575. *Ibid. m.* 18.

REgina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri & prædilecto & fideli noſtro, Domino *Edmundo*, Permiſſione Divinâ, *Eborum Archiepiſcopo*, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem.

Cùm, prædilectus & perquam fidelis Conſanguineus noſter, *Henricus Comes Darby*, ex Indultis & Largitionibus Progenitorum noſtrorum Regum & Principum hujus Regni noſtri Angliæ Progenitoribus ſuis Comitibus Darby ab antiquo factis & elargitis, eidemque *Comiti* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis ritè & legitimè confirmatis ac longo uſu ſtabilitis, Jus habeat Patronatûs Nominationis Præſentationis & Diſpoſitionis Epiſcopatûs in Inſula de Mann Eboracenſis Provinciæ in qualibet ejuſdem Vacatione, ita quòd, dicto Epiſcopatu quacumque ratione vacante, benè liceat eidem *Comiti* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, quamcumque Perſonam, Dignitati hujuſmodi idoneam & habilem, ad eundem Epiſcopatum nominare præſentare, ipſumque in Epiſcopatu hujuſmodi confirmare, Munuſque Conſecrationis eidem conferre, Inductionem quoque ſive Inſtallationem in realem & corporalem ejuſdem Epiſcopatus Poſſeſſionem, cum ſuis Dig-
* XV. 750. nitatibus Præeminentiis Privilegiis Juribus & Immunitatibus * quibuſcumque, petere & obtinere,

Cùm itaque prædictus Epiſcopatus fuerit & ſit in præſenti, per Mortem naturalem bonæ memoriæ Domini *Johannis Salesbury ultimi ejuſdem Epiſcopi*, Epiſcopi & Paſtoris ſolatio deſtituta, Nobiſque Supremam in Eccleſia Anglicana, Inſuliſque Ditionibus & Juriſdictionibus eidem qualitercumque pertinentibus & adjacentibus, tam in rebus Eccleſiaſticis quàm Secularibus Auctoritatem gerentibus, de Confirmatione Epiſcopi hujuſmodi bis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudum ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs, Anno Regni noſtri primo inde nuper editi & proviſi, electis & captis, ſi quæ hujuſmodi ſunt, ac in Scaccario noſtro de Recordo remanentibus) ei reſtituimus per Præſentes,

Et ideò tibi præcipimus quòd eidem *Electo*, Temporalia Epiſcopatûs prædicti cum Pertinenentiis (*exceptis præexceptis*) in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis indè à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, hucuſque provenientibus ſive creſcentibus ſine dilatione Liberes: Salvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* decimo ſecundo Die Novembris, Anno Regni Reginæ Elizabethæ decimo ſeptimo.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literæ Patentes directæ fuerunt Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Suff.*
*Dilecto & fideli ſuo* Majori Civitatis ſuæ Norwic. *ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt univerſis & ſingulis Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Norwic. prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum * prædictum pertinent, inten- * XV.
dentes ſint & reſpondentes, prout decet. 751.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xii. die Novembris.

---

*De Licentia Eligendi.*

✠ Ann. D. 1575. *Pat.* 18. *Eliz. p.* 10. *m.* 4.

REgina, dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Cantuar. Salutem.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem ultimi Archiepiſcopi ejuſdem jam vacet & Paſtoris ſolatio ſit deſtituta, alium vobis eligendi in Archiepiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Archiepiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo nono Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*



Digitized by Google

[...]bitandos ſeu commorandos, qui Nobis, noſtris Legibus ſive Con-ſuetudinibus prædictis Rebelles & Contrarii extiterint aut exiſtunt vel exiſtent,

Et ad concedendum faciendum & dandum, per hujuſmodi adviſamentum, plenam Pardonationem Remiſſionem Relaxationem Obolitionem & Abſolutionem, tam generalem quàm ſpecialem, ſibi, & eorum cuilibet hujuſmodi Pardonationem petenti aut habere volenti, ac ſectam Pacis noſtræ quæ ad Nos pertinet, tam pro Homicidiis Roberiis & Feloniis Murdris, Raptibus Mulierum, Latrociniis, falſis Allegationibus, Adhæſionibus Inimicitiis Utlagariis & Tranſgreſſionibus, quàm Contemptibus Foriſfacturis & aliis Offenſis quibuſcumque, in dicto Regno noſtro, per aliquas hujuſmodi Perſonas ante hæc tempora factis ſive impoſterùm faciendis, & firmam Pacem noſtram eis & eorum cuilibet, per Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro quo utimur in Regno noſtro prædicto, in forma debita concedendum donandum & deliberandum, ac etiam eoſdem, alioſque quoſcumque, ac Fines & Redemptiones pro hujuſmodi Offenſis & eorum quibuſlibet, qui Fines & Redemptiones facere debuerunt ſeu voluerunt, recipiendum & accipiendum, & ſingulis Perſonis, juxta Leges & Conſuetudines prædictas, Juſtitiam faciendum, ac etiam ad univerſos & ſingulos, tam Anglicos Rebelles quàm Hibernicos dicti Regni noſtri, ac alios quoſcumque idem Regnum noſtrum impoſterum invadentes, ac ipſum Regnum noſtrum noſtroſque Subditos ejuſdem deprædare guerrare ſeu alio modo diſtruere ſeu devaſtare intendentes, & Se, juxta Leges & Conſuetudines prædictas, juſtificari volentes, ſi neceſſe fuerit cum Poteſtate noſtra Regia, ac aliis viis & modis quibus meliùs fieri poterit, juxta eorum Demerita puniendum, & ſi opus fuerit ultimo
* XV. Supplicio demandandum, * ac Subditos noſtros proinde com-
747. movendum convocandum & levandum, & cum eiſdem Subditis noſtris, ſic levatis contra dictos Rebelles congrediendum, eoſque invadendum vincendum & caſtigandum, & ſi opus fuerit Terras ipſorum aliis qui Nobis ſervire volunt & intendunt, de aviſamento prædicto, locandum & dimittendum, & etiam cum eis pacificandum & Pacem componendum, ac ipſos Paci noſtræ reformandum toties quoties in Præmiſſis vel circa ea opus fuerit,

Proviſo tamen ſemper quòd ſuper quamlibet talem Dimiſſionem & Locationem, per præfatum *Henricum Sidney* Militem ac prædictum adviſamentum Concilii noſtri prædicti, impoſterùm, virtute harum Literarum noſtrarum Patentium, fiendas, annualis Redditus ſuperindè debitus ſit Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris omninò reſervatus,

Damus inſuper & concedimus eidem *Deputato noſtro Generali*, Tenore Præſentium, plenam Poteſtatem & Auctoritatem, omnes Proditiones, necnon Felonias Murdra, Raptus Mulierum ibidem, ac alias Cauſas & Offenſas quaſcumque, per Subditos noſtros ejuſdem Regni noſtri vel alios ibidem reſidentes, commiſſa ſive committenda (Proditionibus Perſonam noſtram Hæredes & Succeſſores noſtros tangentibus, & Fabricatione falſæ Monetæ tantummodò exceptis) pardonandi abolendi remittendi & relaxandi, Literaſque noſtras Patentes ſub dicto Sigillo noſtro ſuperindè cuicumque Perſonæ Regni noſtri prædicti Nomine noſtro concedendi componendi, & ad eaſdem Sigillandum Cancellario noſtro vel Cuſtodi Sigilli noſtri mandandi tradendi & deliberandi,

Damus præterea & concedimus eidem *Deputato noſtro Generali* plenam Poteſtatem & Aucthoritatem faciendi deputandi & conſtituendi quoſcumque Officiarios noſtros infra Regnum noſtrum prædictum, habendum eis & eorum cuilibet ac quibuſlibet eorum durante Beneplacito noſtro, unà cum Vadiis Feodis & Regardis eiſdem Officiis vel antiquo debitis & conſuetis,

Officiis Cancellarii Theſaurarii Subtheſaurarii Juſticiario utriuſque Banci ac Capitalis Baronis Scaccarii noſtri, & Officio Magiſtri Rotulorum ejuſdem Regni noſtri tantummodò exceptis,

[...]di, & Terras & Tenementa ſua de Hæreditate ſua Cancellario noſtro deliberari mandandi, Manuſque noſtras exinde removendi, ac Victualia ſufficientia & neceſſaria pro expenſis Hoſpitii ſui prædicti & alios Miniſtros * ſuos unà cum Cariagiis ſufficientibus * XV.
pro eiſdem, tam infra Libertates quam extra, pro Denariis ſuis 748.
rationabiliter ſolvendis Providendi & Capiendi, juxta formam Statutorum in hujuſmodi Proviſionibus ante hæc tempora factorum,

Necnon ad ſummonendum & ſummoneri faciendum atque tenendum, ſecundùm Leges Statuta & Conſuetudines Regni noſtri prædicti, unum duntaxat Parliamentum quando ſibi meliùs expediri videbitur, conſenſu tamen noſtro in ea parte ſemper habito, & ad idem Parliamentum noſtrum prorogandum & adjornandum totiens quotiens opus fuerit, & infra duos Annos à tempore Inceptionis ejuſdem plene terminandum diſſolvendum & finiendum, & quoſcumque ſic Summonitos abſentes & non legitimè impeditos mulctandum & puniendum,

Conceſſimus etiam dicto *Deputato noſtro Generali* plenam & ſufficientem Poteſtatem & Aucthoritatem ad omnimodos Officiarios qui ſunt computabiles (Theſaurario & Subtheſaurario Regni noſtri prædicti dumtaxat exceptis) coram eiſdem Theſaurario Subtheſaurario & Baronibus de Scaccario noſtro Regni noſtri prædicti, computare faciendum, & ad hujuſmodi computata reddenda compellendum,

Ac etiam ad inquirendum ſeu inquiri faciendum, viis & modis quibus melius videbitur ſibi faciendis, de quibuſcumque Bonis & Catallis quæ fuerunt illorum Dominorum ſeu aliorum, qui erga Nos ſeu Progenitores noſtros foriſfecerint vel foriſfacient, & à Nobis concelata exiſtunt vel impoſterùm exiſtent,

Et ad omnia alia & ſingula quæ ad Officium Deputati Generalis noſtri Jure Uſu ac Conſuetudine Terræ noſtræ prædictæ pertinent aut pertinere deberent, & pro bono Regimine & Salvatione, ac pro Cuſtode Pacis Terræ noſtræ prædictæ, & quiete Populi noſtri ibidem, & Recuperatione Jurium noſtrorum in Regno noſtro Hiberniæ, neceſſaria fuerint (ſalvis ſuper Reſervatis) facienda excercenda & ordinanda, ac etiam omnia alia Nomine noſtro & pro Nobis in eodem Regno noſtro faciendum excercendum & exequendum, ſicut Nos faceremus aut facere poterimus ſi ibidem in propria perſona noſtra eſſemus,

Damus etiam & concedimus Tenore Præſentium eidem *Deputato noſtro Generali* Poteſtatem & Aucthoritatem utendi & excercendi infra Regnum noſtrum prædictum Legem Mariſcalcialem ſive Martialem, necnon ſubſtituendi aſſignandi & appunctuandi ſub ſe infra dictum Regnum noſtrum, per Literas noſtras ſub Magno Sigillo noſtro Regni noſtri prædicti fiendas, tot & tantos Officiarios pro executione & excercitione ejuſdem Legis Mariſcalciæ ſive Martialis, prout præfato *Deputato noſtro Generali* de tempore in tempus expedire videbitur, ad excercendum utendum & exequendum prædictam Legem Mariſcalcialem ſive Martialem quotiens opus ſive neceſſe fuerit;

Damus ulterus univerſis & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis Ducibus Comitibus Baronibus Juſticiariis Militibus, Liberis Hominibus, & aliis Subditis noſtris de Regno noſtro prædicto, firmiter in Mandatis, quòd præfato *Henrico Sidney* Militi *Deputato noſtro Generali* in eodem Regno noſtro, intendentes ſint aſſiſtentes auxiliantes conſulentes, ac ipſius Mandatis in omnibus prout decet & decebit Obedientes; aliquo Statuto Actu Ordinatione Proviſione Jure Uſu Conſuetudine ſive Reſtrictione inde in contrarium factis editis ordinatis ſeu proviſis, aut aliquâ aliâ Re Cauſâ vel Materiâ quacumque, in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei Teſtimonium, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhamburye*, v. die Auguſti.

*Per ipſam Reginam.*

*De*

eis conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, iidem *Decanus & Capitulum* vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Reverendum in Chriſto Patrem dilectum & fidelem noſtrum, *Edmundum Roffenſem Epiſcopum* ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis inde directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium juxta formam Statuti in ea parte editi & proviſi, Sede Archiepiſcopali Cantuarienſi, ut præfertur, jam vacante, ſignificamus:

Rogantes, & in Fide ac Dilectione quibus Nobis tenemini præcipiendo mandantes, quatenus vos eundem *Edmundum* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Norwicenſis prædictæ, ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem *Edmundum* Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Norwicen. prædictæ intronizare & inveſtire, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statuti prædicti in ea parte editi & proviſi, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Regius Aſſenſus pro Epiſcopo Inſula Man.*

REgina, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri & prædilecto
Ann. D. & fideli noſtro, Domino *Edmundo*, Permiſſione Divinâ,
1575. *Eborum Archiepiſcopo*, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum
*Ibid.* in hac parte interest, Salutem.
*m.* 18. Cùm, prædilectus & perquam fidelis Conſanguineus noſter, *Henricus Comes Darby*, ex Indultis & Largitionibus Progenitorum noſtrorum Regum & Principum hujus Regni noſtri Angliæ Progenitoribus ſuis Comitibus Darby ab antiquo factis & elargitis, eidemque *Comiti* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis ritè & legitimè confirmatis ac longo uſu ſtabilitis, Jus habeat Patronatûs Nominationis Præſentationis & Diſpoſitionis Epiſcopatûs in Inſula de Mann Eboracenſis Provinciæ in qualibet ejuſdem Vacatione, ita quod, dicto Epiſcopatu quacumque ratione vacante, benè liceat eidem *Comiti* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, quamcumque Perſonam, Dignitati hujuſmodi idoneam & habilem, ad eundem Epiſcopatum nominare præſentare, ipſumque in Epiſcopatu hujuſmodi confirmare, Munuſque Conſecrationis eidem conferre, Inductionem quoque ſive Inſtallationem in realem & corporalem ejuſdem Epiſcopatus Poſſeſſionem, cum ſuis Dig-
* XV. nitatibus Præeminentiis Privilegiis Juribus & Immunitatibus *
750. quibuſcumque, petere & obtinere,

Cùm itaque prædictus Epiſcopatus fuerit & ſit in præſenti, per Mortem naturalem bonæ memoriæ Domini *Johannis Salesbury ultimi ejuſdem Epiſcopi*, Epiſcopi & Paſtoris ſolatio deſtituta, Nobiſque Supremam in Eccleſia Anglicana, Inſuliſque Ditionibus & Juriſdictionibus eidem qualitercumque pertinentibus & adjacentibus, tam in rebus Eccleſiaſticis quàm Secularibus Auctoritatem gerentibus, de Confirmatione Epiſcopi hujuſmodi

ſis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudum ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs, Anno Regni noſtri primo inde nuper editi & proviſi, electis & captis, ſi quæ hujuſmodi ſunt, ac in Scaccario noſtro de Recordo remanentibus) ei reſtituimus per Præſentes,

Et ideò tibi præcipimus quòd eidem *Electo*, Temporalia Epiſcopatûs prædicti cum Pertinenentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis indè a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, hucuſque provenientibus ſive creſcentibus ſine dilatione Liberes: Salvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* decimo ſecundo Die Novembris, Anno Regni Reginæ Elizabethæ decimo ſeptimo.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literæ Patentes directæ fuerunt Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Suff.*
*Dilecto & fideli ſuo* Majori Civitatis ſuæ Norwic. *ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt univerſis & ſingulis Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Norwic. prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo,
in omnibus quæ ad Epiſcopatum * prædictum pertinent, inten- * XV.
dentes ſint & reſpondentes, prout decet. 751.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* xii. die Novembris.

---

### *De Licentia Eligendi.*

✠
REgina, dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccle- Ann. D.
ſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Cantuar. Salutem. 1575.
Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm *Pat.* 18.
Eccleſia prædicta, per Mortem ultimi Archiepiſcopi ejuſdem *Eliz. p.*
jam vacet & Paſtoris ſolatio ſit deſtituta, alium vobis eligendi 10. *m.* 4.
in Archiepiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Archiepiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſecundo Die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*



De

Digitized by Google

*Edmundus Lilly* in Artibus Magiſter, *ad Rectoriam de Hewys* infra Decanatum de Plimpton Exon. Diœc.

*Walterus Hayte* Verbi Dei Prædicator, *ad Canonicatum ſive Præbendam* infra Eccleſiam Cathedralem Roffen.

*Richardus Harrys* Artium Magiſter, ad *Canonicatum ſive Præbendam* infra Eccleſiam Cathedralem Wigorn.

*Johannes Mappleſden* Artium Magiſter, *ad Canonicatum ſive Præbendam* infra Eccleſiam Cathedralem Roffen.

*Thomas Croſſe* Clericus Artium Magiſter, ad *Eccleſiam de Sutberton* Lincoln Diœc.

*Johannes Watkins* Artium Magiſter, *ad Decanatum ſive Dignitatem Decanalem* in Eccleſia Cathedrali Hereforden.

*Johannes Collyns* Artium Magiſter, *ad Rectoriam de Northhinſhe* in Decanatu Plimpton. Exonien. Diœc.

* XV. 752. * *Johannes Rugg* in Artibus Magiſter, ad *Præbendam ſive Canonicatum* infra Eccleſiam Collegiatam Sancti Petri Weſtm.

*Johannes Woolton* Clericus, ad *Rectoriam de Spaxton* Bathon. & Wellen Diœc.

*Simon Hart* Clericus, ad *Portionem de Clare* in Eccleſia de Tiverton Exon. Diœc.

*Willielmus Redman* Sacræ Theologiæ Baccalaurius, ad *Archidiaconatum* ſive *Archidiaconalem Dignitatem Cantuarienſem* in Eccleſia Cathedrali & Metropolitica Chriſti Cantuar.

---

### *Litera de Significavit.*

Ann. D. 1576. Pat. 18. Eliz. 18. p. 10. m. 4. REgina, Reverendis in Chriſto Patribus ac Prædilectis & Fidelibus ſuis, *Edwino London. Roberto Winton. Richardo Elien. Johanni Heref. Richardo Meneven.* & *Edmundo Sarum*, reſpectivè Epiſcopis, Salutem.

Cùm, vacante nuper Sede Archiepiſcopali Cantuarienſi, per Mortem naturalem bonæ Memoriæ Domini *Mathei Parker* ultimi & immediati Archiepiſcopi & Paſtoris ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Metropoliticæ Chriſti Cantuar. eiſdem, per Literas noſtras Patentes Licentiam conceſſerimus alium ſibi eligendi in Archiepiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ ac iidem *Decanus & Capitulum* vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Reverendiſſimum in Chriſto Patrem ac prædilectum & fidelem noſtrum, *Edmundum Eboracenſem Archiepiſcopum* Angliæ Primatem & Metropolitanum ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Archiepiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Patentes Sigillo eorum communi, ſigillatas, Nobis indè directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini firmiter præcipiendo mandamus, quatenus vos, aut ad minus quatuor veſtrûm, eundem *Edmundum Eboracenſem Archiepiſcopum*, in Archiepiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Chriſti Cantuar. prædictæ, ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, cæteraque omnia & ſingula peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

pitulum, vigore & obtentu Licentiæ prædictæ, dilectum nobis in Chriſto, Venerabilem Virum Magiſtrum *Johannem Peerſe* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Sigillo eorum Communi ſigillatas, nobis inde directas, pleniùs liquet & apparet:

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis, Tenore Præſentium, ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini firmiter præcipiendo Mandantes, quatenus vos eundem Magiſtrum *Johannem Peerſe* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis Roffenſis prædictæ ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem *Johannem Peerſe* Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ conſecrare, cæteraque omnia & ſingula peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in hac parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury* duodecimo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Regio Aſſenſu, Super Præſentatione ad Epiſcopatum Inſulæ de Man.*

REgina Reverendiſſimo in Chriſto Patri & prædilecto fideli noſtro, Domino *Edmundo*, Permiſſione divinâ, *Cantuarienſi Archiepiſcopo*, ad quem (*Sede Archiepiſcopali Eborum vacante*) in hac parte pertinet, ac aliis quibuſcumque Epiſcopis quorum in hac parte intererit, Salutem. Ann. D. 1576. Ibid. m. 14.

Cùm prædilectus & perquam fidelis Conſanguineus noſter, *Henricus Comes Derbiæ*, ex Indultis & Largitionibus Progenitorum noſtrorum Regum & Principum hujus Regni noſtri Angliæ, Progenitoribus ſuis Comitibus Derbiæ ab antiquo factis & elargitis eidemque *Comiti* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis ritè & legitimè confirmatis, & longo Uſu ſtabilitis, Jus habeat Patronatûs Nominationis Præſentationis & Diſpoſitionis Epiſcopatûs in Inſula de Man Eboracenſis Provinciæ in qualibet ejus Vacatione, ita quòd, dicto Epiſcopatu quacumque ratione vacante, bene liceat eidem *Comiti* Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, quamcumque Perſonam, Dignitati hujuſmodi idoneam & habilem, ad eundem Epiſcopatum nominare præſentare, ipſumque in Epiſcopatu hujuſmodi confirmare, Munuſque Conſecrationis eidem conferre, Inductionem quoque ſive Inſtallationem realem & corporalem ejuſdem Epiſcopatûs Poſſeſſionem, cum ſuis Dignitatibus Præeminentiis Privilegiis Juribus & Immunitatibus quibuſcumque, petere & obtinere,

Cùm itaque prædictus Epiſcopatus fuerit & ſit in præſenti, per Mortem naturalem bonæ memoriæ *Domini Johannis Saliſberye* ultimi ejuſdem Epiſcopi, Epiſcopi & Paſtoris ſolatio deſtituta, Nobiſque, Supremam in Eccleſia Anglicana Inſuliſque Ditionibus & Juriſdictionibus eidem qualitercumque pertinentibus & adjacentibus, tam in Rebus Eccleſiaſticis quàm Secularibus authoritatem gerentibus, de Confirmatione & Conſecratatione Epiſcopi hujuſmodi ſic præſentati & nominati, ſicut de * * XV. 754. cæteris Regni noſtri Epiſcopis impendendâ, Proviſio ſolùm & in ſolidum pertineat, dictus igitur Conſanguineus noſter, *Henricus Comes Derbiæ*, dilectum ſibi in Chriſto, *Johannem Mericke* in Artibus Magiſtrum, ad prædictum Epiſcopatum de Man modo præmiſſo vacantem, Nobis, per Literas ſuas ſub Sigillo ſuo factas & ſigillatas, præſentaverit, humiliter ſupplicans & rogans quatenus Præſentationem ſuam prædictam & Nominationem

gra-

Dioceſis, jam de jure vacantem, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectantem, dilectum Nobis in Chriſto, *Thomam Scott* Artium Magiſtrum & Verbi Dei Concionatorem, vobis præſentamus,

Rogantes quatenus eundem *Thomam Scott* ad Vicariam prædictam admittere, ipſumque Vicarium ejuſdem, ac in & de eadem inſtituere, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula facere peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury* decimo ſexto die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Epiſcopo Roffenſi Eleemoſinario Reginæ.*

Ann. D. 1576. *Ibid.* m. 12. REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis Nos, de Gratia noſtra ſpeciali & mero Motu noſtris, dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes dare & concedere, Reverendo in Chriſto Patri, *Johanni Pearce*, Permiſſione divinâ, *Roffenſi Epiſcopo* Magno Eleemoſinario noſtro, in Augmentationem Eleemoſinæ noſtræ, tam omnia & ſingula Bona Catalla & Debita quarumcumque Perſonarum Felonum de ſe, & cujuſlibet Perſonæ Felonis de ſe, quàm omnia & ſingula Deodanda infra Regnum noſtrum Angliæ ac Walliæ & Merchias ejuſdem, tam infra Libertates quàm extra inventa ſive invenienda, foriſfacta ſive foriſfacienda, quæ Nobis nunc pertinent, vel unquam poſt decimum quintum diem Aprilis ultimum ante datam Præſentium præteritum quoviſmodò pertinuerunt ac pertinere debuerunt, & deinceps quamdiu ipſum *Johannem* Eleemoſinarium noſtrum fore contigerit pertinuerint vel contigerint ullo modo,

* XV. 155. * Et volumus & concedimus eidem *Eleemoſinario noſtro* quòd benè liceat ei ac Deputatis & Servientibus ſuis, omnia hujuſmodi Bona Catalla & Debita Felonum de ſe, ac Deodanda, ubicumque inveniri poterint, tam infra Libertates quàm extra, ut præfertur, ſeiſire recuperare levare & colligere; aſſignantes *præfatum Eleemoſinarium noſtrum*, Deputatum ſuum ac Deputatos ſuos, ad inquirendum de tempore in tempus, viis & modis quibus meliùs ſcire poterit ſive poterint, de hujuſmodi Bonis Catallis & Debitis Felonum de ſe, & Deodandis, ac ad eadem ſeiſiendum capiendum recuperandum & levandum, per ſe ſive Deputatos ſuos ſufficientes, ubicumque infra Regnum noſtrum Angliæ prædictum, ac Walliam prædictam & Marchias ejuſdem, fuerint inventa, tam infra Libertates quàm extra, & ipſa ſic levata recuperata & collecta, per ſe ubi meliùs videbitur, pro Nobis Eleemoſinam diſtribuendum, abſque Compoto ſive Ratiocinio inde Nobis reddendo vel faciendo per Præſentes,

Mandantes & præcipientes univerſis & ſingulis Vicecomitibus Majoribus Coronatoribus Ballivis & Conſtabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris noſtris, tam infra Libertates quam extra, & eorum cuilibet Tenore Præſentium quòd præfato *Eleemoſinario noſtro* ac Deputatis & Servientibus ſuis, in executione Præmiſſorum ſupportantes ſint intendentes auxiliantes & defendentes ſub Periculo quod incumbit.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury* viceſimo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Surr. & Suſſex.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Oxon. & Berk.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Eborum.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Buck.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Eſſex & Hertf.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Norff. & Suff.*
*Cancellario ſuo in Comitatu Palatino Lancaſtriæ.*
*Dilecto & fideli ſuo* Ambroſio Nicholas *Militi Majori Civitatis ſuæ London. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Dilecto ſibi* Majori *Civitatis ſuæ Cant. ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Archiepiſcopatu prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam Archiepiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Archiepiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Pro Servitio in Arte Muſica.* * XV. 756.

Ann. D. 1576. *Pat.* 18. *Eliz.* p. 4. m. 21. REgina omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa Scientia & mero Motu noſtris, necnon in conſideratione boni & fidelis Servitii quod *Edwardus Baſſano* in Scientia ſive Arte Muſica nobis antehac impendit, & durante Vitâ ſuâ impendere intendit,

Dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus eidem *Edwardo*, Vadium ſive Feodum *Viginti Denariorum per Diem* legalis Monetæ Angliæ, prout *Antonius Baſſano*, Pater dicti *Edwardi* modò defunctus, nuper habuit,

Habendum & annuatim percipiendum dictum Vadium ſive Feodum *Viginti Denariorum per Diem* præfato *Edwardo Baſſano*, durante Vitâ ſuâ naturali, de Theſauro noſtro Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ad Receptam Scaccarii noſtri Weſtm. Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ibidem pro tempore exiſtentium, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito ante Datam Præſentium, ad quatuor Anni Terminos per æquales Portiones ſolvendam; videlicet, ad Feſta Natalis Domini, Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, & Sancti Michaelis Archangeli:

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury* viceſimo ſeptimo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Scedula Jocalium & Deſcriptiones.*

ELizabeth, by the Grace of God, &c. to all Men to whome, &c. Greetyng. Ann. D. 1576. *Ibid.* p. 1. m. 20.

Where, by an Acte of Parliament made in the Parlyament by Prorogation holden at Weſtminſter *the eight Day of February* laſt paſt, and there contynued untyll the *fifteenth Day of March* nowe alſo laſt paſt, it was amongeſt other thinges enacted,

That no Goldſmythe, from the *twentieth Day of April* then next

757.] vauntes, maye from tyme to tyme, at all tymes duringe and untill ſuche tyme as the ſayd *John Mabbe* his Executours and Admyniſtratours and every of them, ſhall or may convenyently put to Sale Utter Sell and Exchaunge, or cauſe to be put to Sale Uttered Sold and Exchaunged all and every the ſaid Jewelles and Goldſmythes Wares of Gold expreſſed in the Scedule aforeſayd *put to ſale utter ſell and exchaunge or cauſe to be put to ſale uttered ſold and exchaunged*, in all Places within our Realmes and Domynions, all and everye and any part of the ſame Jewelles and Goldſmythes Wares aforeſayd, without any manner of Daunger Payne Loſſe Forfeyture or Penaltie by the ſayd *John Mabbe* his Executors or Admyniſtratours, or by his or theyr Deputies or Servantes or any of them, in any wiſe to be incurred or ſuſteyned for the ſame; the ſaid Acte or any thing therein conteyned, or any other Act Statute Proclamation Decree Reſtraynt or Ordynaunce whatſoever, had made provided proclaymed decreed or ordeyned, or to be made decreed or ordeyned to the contrary in any wiſe notwithſtandyng.

In witnes wherof, *&c.*

Witnes our ſelves at *Gorhambury* the thirtieth Day of Aprill.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

IMPRIMIS, a Jewell repreſenting a *God* with all Tokens of Sovereygntie, havynge ſett in the ſayd Jewell eight and thirtie Diamonds, thirteen Rubies, three Emeralds, and a great Cluſter of Pearl.

ITEM, a great *George of Gold*, with threeſcore eight Dyamonds, nyneten Rubyes, one and thirtye Opales, and Emerawldes.

ITEM, a Jewell with the *Storye of Victorye*, having two great Dyamonds, one great rooke Ruby, and fower table Rubies, and a great Pearl Pendaunt.

ITEM, one *Chayne of Gold* enamelled beyng garniſhed with threeſcore two Dyamonds, two hundred fourtie two Rubyes, and fourſcore and eleven Pearles.

ITEM, one *Chayne* with fourtie Aggottes, nine hundred threeſcore Pearls and one hundred threeſcore Pipes of Gold.

ITEM, one payre of *Bracelettes*, with two hundred threeſcore Pearles, two table Dyamonds, and fowrteen Emerawldes.

ITEM, one Jewell with the *Storye of the Temptation* of Mans Fleſh, beyng garnyſhed with ſix and twentie Dyamonds, fyve Rubies, ſix Emerawldes, and a Pearl pendaunt.

ITEM, one Jewell with the *Story of Joſhua and Caleb*, garnyſhed with eight Dyamonds, twelve Rubies, ſix Emerauldes, one Saphier, and a Pearle pendaunt.

ITEM, a Jewell with the *Storye of Fama Perennis*, havyng in the ſaid Jewel thirtene Dyamonds, fyve Rubies, and three Pearles pendaunt.

ITEM, one *George of Golde* with five fayr Dyamonds.

ITEM, one *Eagle of Golde* the body of the Bird beyng a great Pearl, and fowr Dyamonds, and five Rubies, an Emerawlde, and a Pearle pendaunt.

ITEM, a Jewel with the *Story of Charitas*, havyng a great Emerauld, a blew Saphier, twelve table Dyamonds, twelve Rubies, and a Pearl pendaunt.

ITEM, a Jewell with a *Satier* having two pieces of Pearl in the ſaid Satier, and a Satier Woman by hym havyng ten Dyamonds, one and twentie Rubies, and a Saphier pendaunt.

ITEM, one Jewell with an Agott havyng *Hercules* cut on the ſaid Agott, and garniſhed about with four table Dyamonds and four Rubies, and a Pearl pendaunt.

ITEM, one Jewell *lyke a Bagge*, havyng a great Emerawld, a Granit, ſix table Dyamonds, and a Pearl pendaunt.

ITEM, a Jewell *like a Tortois*, havyng in the ſayd Jewell thirtie nine Topaſies and an Emerawld pendaunt.

daunt.

ITEM, one Jewell with the *Storye of Mars Venus and Cupido*, havyng in the ſayd Jewell eight table Dyamonds, three table Rubies, two Emerawldes, two Pearles, and a great cluſter of very fayr Pearl.

ITEM, one Jewell with the *Storye of Prudentia*, with two table Dyamonds, two table Rubies, twn Emerawldes, and a Pearle pendaunt.

ITEM, one Jewell with an *Eagle devowrynge of a Serpent*; beyng garnyſhed with twentye and ſeven Dyamonds, two Rubies, two Amatiſtes, two Emerawldes and a Pearl pendaunt.

ITEM, one Jewell with the *Storye of Phœbus and Daphne*, beyng garnyſhed with ſeven Dyamonds, fowr Emerawlds, one Rubie, and a Pearl pendaunt.

ITEM, one Jewell with an Agott havyng a *Woman* cutt on it *like a More*, beyng garniſhed with two Table Dyamonds, two table Emerawldes, and a Pearl pendaunt.

ITEM, one Jewell with a *Horſe* lying on a Hill havyng a Crowe feadyng on hym, being garnyſhed with nyne Dyamonds, fyve Rubies, ſix Emerawldes, and a Pearl pendaunt.

ITEM, one Jewell with a *Harte* lyeng ſtryken with an Arrow havyng a Leaf in his Mouth and *Cupido* hangynge over hym, being garniſhed with ſix Dyamonds, ſix emerawldes, three Rubies, and a Pearl at the end.

ITEM, one Jewell with the *Storye of Neptune*, being garnyſhed with one and twentie Rubies, ſix Emerawldes, four Dyamonds, and one blew Saphier, and a cluſter of Pearl.

ITEM, one Jewell like a *Harte* having a Man and a Woman ſtandyng on the ſaid Harte, garniſhed with a table Dyamond, and a Pearl pendaunt.

ITEM, one *Clocke of Golde*.

ITEM, one Jewell, with a great Granyt and a great Pearl pendaunt.

ITEM, one *Tablet of Golde* beyng graved with Baſtall having ſett in the ſayd Tablet nyne Table Dyamonds.

ITEM, one Jewell with a *Lapis laſulus*, two Dyamonds, two Rubies, and a great cluſter of Pearl.

ITEM, one *Harte of Golde*, with nine Satrines, three Vermelynes, and a Pearl.

ITEM, one Jewell with a *Purſlin*, and a great cluſter of Pearl.

ITEM, one Jewell with an Agott like a *Womans Head* havyng a Lawne cut over her Head.

ITEM, one Jewell with a Bay Leaf, havyng two Peſcoddes with Pearles, and a Jaſour in the ſayd Jewell and an Agott.

ITEM, a Jewel like a *Burrage Flower*, havyng two Rubies, eight Satyres, and an emerawlde.

ITEM, one Jewell with Criſtall, havyng dyvers Flowers of Gold ſett in the ſayd Criſtall, and a Pearl pendaunt.

ITEM, one Jewell of Criſtall having the *Storye of Lucretia* in Golde.

ITEM, fyve Jewells with Purſlyn, one of the *Storye of the Children of Iſraell through the Read Sea*, th'other of the *Worſhippynge of the Serpent*, the third *of the Dreame of Jacob*, the fourth the *Storye of Yonge Tobias*, the fifth of *Neptune*.

* ITEM, one Jewell with an Agott, ſix Vermelynes, a Granyt, * XV.
and a Cluſter of Pearle. 759.

ITEM, one Tablett of Golde with the *Storye of a Roman Burninge his Hand in Fyer.*

ITEM, one Jewell like *a Roſe*, beyng garniſhed with a blewe Saphier.

ITEM, two Jewells, havyng an Agot in eyther Jewell like *a Deather Head*, and four Rubies with a Pearl in eyther Jewell.

ITEM, *two Peaſcoddes* of Gold, with ſeventene Pearles.

ITEM, one Tablett like *a Caule or a Nett*, with a Cluſter of Pearl.

ITEM

Digitized by Google

ITEM, a very fayr Ryng with nyneten poynted Dyamondes.

ITEM, a fayr Ryng enameled black with four table Dyamondes.

ITEM, ſix Ryngs enameled black, fyve of them havyng a table Dyamond in every Ryng, and the ſixt with a poynted Dyamond.

ITEM, one Ryng chaſed with Frutages with a table Dyamond.

ITEM, one Ryng chaſed with Frutages with a great Rubye.

ITEM, ſix Ryngs of Gold all playn, with a table Dyamonde in every Ryng.

ITEM, ſix Ryngs of Golde with poynted Dyamonds enameled black and white.

ITEM, nyne Ryngs of Gold enameled white with a table Rubie in every Ryng.

ITEM, fyve Ryngs of Gold with an Emerawld in every Ryng.

ITEM, two Ryngs of Gold with a Saphier in eyther Ryng.

ITEM, three Ryngs of Gold enameled with dyvers Colours, havyng a Rubie in every Rynge.

ITEM, two playn Ryngs of Gold with two great table Dyamonds in the ſayd Ryngs.

ITEM, three Ryngs with Opales.

ITEM, eightene Ryngs enameled white and black with a Turcas in every Ryng.

ITEM, one hundred and four Ryngs of dyvers Faſhions and ſet with dyvers Stones, all wayeng 11 Oun. 9 *d.* weir.

ITEM, two great Onixes ſet in two Ryngs of playn Gold.

---

* XV. 760. Ann. D. 1576. *Pat.* 18. *Eliz. p.* 13 *m.* 25.

* *Conceſſio Officii Comitis Mareſcalli Hiberniæ ad Vitam.*

REgina, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Bona laudabilia & acceptabilia Servitia & Obſequia quæ, præchariſſimus conſanguineus noſter, *Walterus Comes Eſſex* nobis ante hæc tempora multipliciter & diverſimodè, infra Regnum noſtrum Hiberniæ, impendit indieſque impendere non deſiſtit, meritò contemplantes,

De Gratia noſtra ſpeciali certa Scientia & mero Motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, damus & concedimus *eidem Comiti* Officium *Comitis Mareſcalli Regni noſtri Hiberniæ*, ac Nomen Titulum ac Honorem *Comitis Mareſcalli* Regni noſtri Hiberniæ, ac ipſum *Comitem Eſſex Comitem Mareſcallum Regni noſtri Hiberniæ* creamus, ordinamus & conſtituimus per Præſentes, & ei Nomen Stilum, Titulum, Statum, Auctoritatem & Honorem *Comitis Mareſcalli Regni noſtri Hiberniæ*, unà cum omnibus & ſingulis Officiis, Commoditatibus, Proficuis, Emolumentis, Præeminentiis, Nominationibus Officiariorum, & aliis Pertinentiis quibuſcumque, tam in Curiis noſtris quàm alibi infra dictum Regnum noſtrum Hiberniæ, Officio *Comitis Mareſcalli Regni Hiberniæ* aut *Mareſcallo Regni Hiberniæ* qualitercumque ſpectantibus & pertinentibus, in tam amplis modo & forma prout Officio Comitis Mareſcalli Angliæ, aut Mareſcalli Angliæ infra Regnum Angliæ, aut Officio Mareſcalli Regni Hiberniæ, qualitercumque ſpectabant aut pertinebant aut ſpectare vel pertinere debuerunt, damus & concedimus, ac in eodem Officio, ac cæteris Præmiſſis eidem officio, ut præmittitur, pertinentibus ſeu annexis, ipſum *Comitem Eſſex* inveſtimus, conſtituimus & corroboramus, in tam amplis Modo, Poteſtate & Auctoritate prout aliquis Mareſcallus Angliæ, aut aliqui Mareſcalli Angliæ, aut aliquis Comes Mareſcallus Angliæ aut Comites Mareſcalli Angliæ, aut aliqui Mareſcalli Regni Hiberniæ, hujuſmodi Officium, Titulum aut Honorem habens ſeu exercens, habentes ſeu exercentes, infra Regnum noſtrum Angliæ aut Regnum noſtrum Hiberniæ, habuit ſeu exercuit habuerunt ſeu exercuerunt,

Volentes ulteriùs, & pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus & impunè, aliquibus Conſuetudinibus, aut Literis noſtris Patentibus, in contrarium factis, non obſtantibus,

Habendum, tenendum, exercendum & occupandum prædictum Officium *Comitis Mareſcalli Hiberniæ* ac omnia & ſingula Auctoritates, Officia, Juriſdictiones, Commoditates, & cætera Præmiſſa quæcumque eidem Officio qualitercumque pertinentia ſive de jure ſpectantia, ſeu per Præſentes annexa eidem, *Comiti Eſſex.* pro termino Vitæ ſuæ, per ſe vel per ſufficientem Deputatum ſuum aut per ſufficientes Deputatos ſuos, abſque Compoto, vel aliquo alio Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris, pro Officio prædicto & cæteris Præmiſſis ſeu eorum aliquo, quoviſmodo reddendo, ſolvendo vel faciendo,

Damus etiam ac per Præſentes, pro nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus præfato *Comiti Eſſex.* quòd ipſe & quilibet Deputatus ſuus, ratione dicti Officii, habeat, gerat & deferat infra dictum Regnum noſtrum Hiberniæ, tam in præſentia noſtra Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, quàm in abſentiâ noſtrâ Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, quendam Baculum, Aureum ad utrumque finem de nigro annulatum, & cum Signo Armorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum in ſuperiori fine dicti Baculi, & cum Signo Armorum dicti *Comitis Eſſex.* in inferiori fine ejuſdem Baculi, inſculpto & ornato, licitè & impunè abſque impetitione noſtra Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, vel Juſticiariorum aut Officiariorum ſeu aliorum Miniſtrorum noſtrorum Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum quorumcumque,

Ac volumus, & ex ſpeciali Gratia noſtra, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, concedimus præfato *Comiti Eſſex.* quòd, poſt Mortem dicti *Nicholai Bagnall*, ac cùm Officium prædictum per Ceſſationem, Reſignationem aut Surſumredditionem prædicti *Nicholai*, vel alio modo quocumque, vacare contigerit, dictus *Comes Eſſex.* deinceps durante Vitâ ſuâ, habeat, gaudeat & percipiat & habere gaudere & percipere valeat & poſſit omnimoda ſingula hujuſmodi & talia Feoda, Proficua, Salaria, Allocationes, Præeminentias, Commoditates & Allocationes, quot qualia & quæ prædictus *Nicholaus Bagnall*, Miles ratione Officii ſui Mareſcalli Armatæ noſtræ prædictæ, aut in conſideratione aut pro meliori excercitatione Officii ſui prædicti, virtute aliquarum Literarum, Patentium aut Conceſſionum noſtri, aut aliquorum aut alicujus Progenitorum noſtrorum, aut alio modo quocumque, habet, gaudet ſeu percipit, ſeu habere, gaudere ſeu percipere debet ſeu debuiſſet, valeat ſeu poſſit, abſque aliquo Compoto, aut Onere inde Nobis Hæredibus vel Succeſſoribus noſtris quoviſmodo reddendo, ſolvendo vel faciendo,

Volumus inſuper, & per Præſentes, pro Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris concedimus quòd prædictus *Comes*, durante vitâ ſuâ, Locum habeat & Vocem in Parliamentis dicti Regni noſtri Hiberniæ de tempore in tempus, ſicut unus ex Magnatibus & Proceribus ejuſdem Regni noſtri Hiberniæ ibidem, cum Prælatis, Magnatibus & Proceribus dicti Regni Colloquium habiturus & Tractatum, quòdque Locus prædicti *Comitis* ſit, & per Præſentes aſſignetur & allocetur in hujuſmodi Parliamento proximus & propinquior Loco Theſaurarii noſtri Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum dicti Regni noſtri Hiberniæ pro tempore exiſtentis, unius ex Magnatibus vel Proceribus dicti Regni noſtri Hiberniæ exiſtentis,

Et volumus quòd hæ Literæ noſtræ Patentes, aut Irrotulamentum earumdem, erunt de tempore in tempus ſufficiens Warrantum tam Locumtenenti Deputato Juſticiario vel Gubernatori noſtro Hæredum noſtrorum Regni noſtri Hiberniæ, quàm Theſaurario & Camerariis Scaccarii Hiberniæ, Theſaurario ad Guerram, Subtheſaurario, Receptori Generali, ac omnibus Juſticiariis, Auditoribus, Vicecomitibus, Officiariis & Miniſtris noſtris Hæredum & Succeſſorum noſtrorum pro tempore exiſtentibus in dicto



Digitized by Google

Et ideò tibi præcipimus quòd præfato *Electo* Temporalia prædicta cum Pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito provenientia ſive creſcentia, ſine dilatione Liberes:

Salvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Norff.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Suff.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Northt.*

Et Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Commiſſio ad viſitandum Collegium Sancti Johannis Evangeliſtæ in Academia Cantabrigiæ.*

Ann. D. 1576. Ibid. p. 1. m. 25. d. REgina, dilectis Nobis in Chriſto, *Willielmo Domino Burghley* Theſaurario noſtro Angliæ & Cancellario Academiæ noſtræ Cantabrigienſis, *Rickardo Epiſcopo Elienſi*, *Johanni Whitgifte*, *Andreæ Perne*, *Edwardo Hawford*, Doctoribus Theologiæ, *Henrico Harvye*, *Thomæ Ithell*, ac Binge, Doctoribus Juris Civilis, in dicta Academia Cantabrigienſi, Salutem.

Cùm ad Nos, per viros ſpectatæ Fidei & Probitatis delatum ſit Delegatos tempore Chariſſimi Fratris noſtri, *Edwardi Sexti nuper Regis Angliæ*, & Commiſſarios quoſdam, ad viſitandum prædictam Academiam noſtram Cantabrigienſem, Statutaque ejuſdem Academiæ & Collegiorum in eadem exiſtentium reformandum ac alia faciendum, quæ ex uſu illius Academiæ fore viderentur, Auctoritate dicti Chariſſimi noſtri conſtitutos, nonnulla Statuta Collegii, vulgò nuncupati *Collegium Sancti Johannis Evangeliſtæ* in Academia Cantabrigienſi prædicta, temporibus ita ferentibus, immutaſſe correxiſſe, ſic tamen ut, haud editis aut promulgatis in eam rem Statutis vel Ordinationibus ſpecialibus, ſed in dicti Collegii Libris Statutorum eorumque Membris ſive Capitibus quibuſ-
* XV. 763. dam * noviter inductis interlineatis vel diſpunctis, quibuſdam autem adjectis ad Margines Paginarum ejus Libri vel Librorum, in quo vel quibus dicta Statuta vetuſta continebantur, Notulis vel Obeliſcis ſignificarentur, duntaxat quid in poſterùm in prædictis Statutis innovandum, abrogandum & delendum ſtatuerent, quod quidem per dictos Delegatos vel Commiſſarios non fuit abſolutum,

Poſteaque intelligimus Audaces quoſdam dicti Collegii, ut eſt probabile, Socios vel Scholares, arreptâ inde occaſione, abſque Auctoritate quacumque aut Cauſa rationabili, ſed tantum Impunitatis fiduciâ fretos, proque eorum Libidine ac privato Commodo, quia Diſpunctiones & Deletiones quas ex ſuo uſu ipſi fingerent, ſimiliumque Notarum ad Margines Paginarum prædicti Libri aſcriptiones facile latere poſſe confiderent, Statutis Collegii prædicti, ſalubriter ab antiquo benè inſtitutis, impias ac ſacrilegias Manus admoviſſe, falſaque Mutatione vel Mutilatione Notarum, Diſpunctionum, Inductionum & Marginalium Annotationum prædictarum eò rem deduxiſſe ut quid in Statutis prædictis retinendum vel renovandum, quid pro antiquato aut expungendo

... *pum Elien.* vel *Thomam Ithell* unum eſſe volumus) Delegatos noſtros ſive Commiſſionarios, ad ea quæ infra ſcribuntur exequenda, ex certa Scientia & mero Motu noſtris, ac ſupremâ Auctoritate noſtrâ Regiâ, aſſignavimus, & per Præſentes, ad Beneplacitum noſtrum duraturos, aſſignamus, ad viſitandum igitur, quoties & quando videbitur neceſſarium, tam in Capite quam in Membris Collegium prædictum Sancti Johannis Evangeliſtæ vulgariter vocatum *Saynt Johns Colledge* in Cambridge, ſeu quocumque alio Nomine cenſeatur vel incorporetur, deque Vita, Moribus & Converſatione Magiſtri ſive Cuſtodis Sociorum Scholarium & Miniſtrorum ſeu Officiariorum quorumcumque Collegii prædicti, ſeu quorumcumque in eorum Collegio commorantium, Exceſſibuſque delictis & negligentiis eorumdem & eorum cujuſque, tam Violationem, Mutilationem ac Depravationem Statutorum dicti Collegii, quam etiam Perturbationem Diſciplinæ, Pacis, Tranquillitatis & boni Ordinis, vel Diſſipationem Bonorum dicti Collegii quovis modo concernentibus, omnibus modis quibus id melius & efficacius facere poteritis, inquirendum, ac in eiſdem vel eorum aliquo delinquentes, vel quacumque ratione culpabiles, Pœnis condignis pro ratione Exceſſuum, Delictorum & Negligentiarum ſuarum hujuſmodi, uſque ad Amotionem & Privationem cujuſque ſic Excedentis Delinquentis Negligentis vel Culpabilis, * ab omni Jure, Munere vel * XV. 764.
Officio quod in eodem Collegio habet vel habere ſe prætendit incluſivè, quam tamen Amotionem vel Deprivationem non aliter valere volumus quàm ſi de & cum expreſſo conſenſu & aſſenſu dicti *Domini de Burghley & Epiſcopi Elienſis* facta fuerit, debitè puniendum, Contumaces autem & Rebelles cujuſcumque Status vel Conditionis, ſi quos inveneritis, tàm per Cenſuras Eccleſiaſticas quam etiam per Incarcerationem & Recognitionem, Acceptationem & quæcumque alia Juris Remedia compeſcendum,

Statuta inſuper & Ordinationes Collegii prædicti exhiberi petendum & exigendum, eademque inſpiciendum, examinandum & diligenter conſiderandum, quæque falsò, & abſque Auctoritate legittima, diſpuncta, deleta, mutilata vel inducta, vel tanquam deleta, diſpuncta ſeu antiquata falsò notata fuiſſe & eſſe deprehenderitis, necnon omnia & ſingula quæ videbuntur retinenda, ac pro Statutis Collegii prædicti obſervanda, reſtituendum, retinendum, confirmandum & ſtabiliendum, ac pro falſo Deletis ſeu Antiquatis, proque reſtitutis, ſtabilitis & confirmatis ejuſdem Collegii Statutis haberi debere pronunciandum & declarandum;

Novaque Statuta & Ordinationes ubique neceſſe fuerit pro defectu priorum, juxta Leges noſtras Angliæ, tàm Eccleſiaſticas quàm Civiles, impoſterùm ac perpetuis futuris temporibus, a dictis Magiſtro ſive Cuſtode Sociis, Scholaribus, Miniſtris ſeu Officiariis, aliiſque in dicto Collegio commorantibus quibuſcumque obſervanda, condendum & conſtituendum, Pœnaſque graves impoſterùm Violatoribus eorumdem injungendum & ſanciendum, Magiſtrum ſive Cuſtodem, Socios & Scholares, Miniſtros ſeu Officiarios prædictos, ac cæteros commorantes in Collegio prædicto, ut Statuta prædicta ſic, ut præmittitur, reſtituta, vel pro reſtitutis declarata, vel de novo ordinata & conſtituta, agnoſcant & acceptent, ac de eiſdem obſervandis Juramentum præſtent corporale, eademque obſervent cum effectu cogendum & compellendum,

Ac omnia & ſingula alia quæ circa hujuſmodi Viſitationis, Inquiſitionis ſeu Reformationis Collegii prædicti ac Statutorum ejuſdem Ordinationem & Conſtitutionem, ſive hic expreſſa fuerint ſive non fuerint expreſſa, requiſita vel neceſſaria fuerint vel quomodolibet oportuna, faciendum & exequendum vobis (de quorum ſincera Religione & Doctrina, necnon Morum & Conſilii gravitate, ac in rebus fide dexteritate & Induſtria plurimùm confidimus) octo, ſeptem, ſex, quinque vel quatuor (quorum vos præfatum *Dominum Burghlye* Theſaurarium noſtrum Angliæ, *Ricardum Epiſcopum Elien.* vel *Thomam Ithell* unum eſſe volumus) ex certa Scientia & mero Motu noſtris, ac ſupremâ Auctoritate no-

noſtris, conceſſimus & Licentiam dedimus, ac pro Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, per Præſentes concedimus & Licentiam damus præfato nunc *Epiſcopo Roffen.* quòd ipſe Dignitatem Decanatûs in Eccleſia Cathedrali Sarum quam modò habet & poſſidet, unà cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus, Proficuis, Commoditatibus & Pertinentiis univerſis, a tempore Acceptationis prædicti Epiſcopatûs Roffenſis *in Commendam*, unà cum dicto Epiſcopatu, vel aliquo alio Epiſcopatu, ad quem ipſum impoſterùm transferri contigerit, ad Terminum Vitæ naturalis ipſius *Johannis nunc Epiſcopi Roffen.* retinere poſſit & valeat, illiuſque Decanatûs Fructus & Proventus omnimodos in Uſum & Utilitatem ſuos proprios recipere, percipere ac convertere & applicare durante totâ Vitâ ſuâ prædictâ, abſque impedimento noſtro Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum aut aliorum quorumcumque,

Habendum, gaudendum, recipiendum & percipiendum Decanatum cum ejuſdem Fructubus, Redditibus, Proventubus, Emolumentis & Pertinentiis quibuſcumque, præfato *Johanni nunc Epiſcopo Roffen.* tam abſenti quàm præſenti, per totam Vitam ſuam prædictam, abſque aliquo gravamine, interruptione, reſtrictione, calumnia ſeu denegatione aliquarum Perſonarum quarumcumque, ſeu alicujus Perſonæ cujuſcumque, volentes & firmiter injungentes omnibus & ſingulis Perſonis prædictis, quòd illi ac eorum quilibet reſpectivè permittant & permittat præfatum *Johannem nunc Epiſcopum Roffenſem*, ſive fuerit abſens ſive præſens, ad percipiendum, recipiendum, gaudendum, tenendum & habendum, durante Vitâ ſuâ omnes & ſingulos ac omnimodos Fructus, Redditus, Commoditates & Proventus Decanatus Sarum prædicti, inſimul cum *Epiſcopatu Roffenſi* prædicto, vel aliquo alio Epiſcopatu, ad quem poſthac ipſum transferri contigerit, a tempore Acceptationis prædicti Epiſcopatûs Roffen. numerando, in *Commendam*, ac eoſdem Fructus Commoditates & Proventus ſibi retinere liberè & licitè, aliquo Jure, Conſtitutione, Statuto, Lege ſeu Ordinatione in contrarium editis in aliquo non obſtantibus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo tertio die Julii.

*De Præſentatione.*

Ann. D. 1576. Ibid. p. 2. m. 29.

REgina, dilectis Nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis & Metropoliticæ Eboracenſis, aut *Vicario* ſuo in Spiritualibus Generali & Officiali Principali, aut alii cuicumque in hac parte Poteſtatem habenti, Salutem.

Ad *Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de Walkington* Eboracen. Diœceſ per Mortem *Johannis Newcome* ultimi Incumbentis ibidem, jam vacantem & ad noſtram Donationem & Præſentationem pleno Jure ſpectantem, Dilectum nobis in Chriſto, *Robertum Grene* unum Capellanorum noſtrorum Capellæ noſtræ Regiæ vobis Tenore Præſentium præſentamus,

Mandantes & Requirentes quatenus eundem *Robertum Grene* ad Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de Walkington prædictam admittere, ipſumque Rectorem ejuſdem ac in & de eadem cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis inſtituere & inveſtire, cæteraque omnia & ſingula peragere facere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, triceſimo primo die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*De Præſentationibus.*

REgina, Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1576. Ibid. p. 1. m. 3.

*Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Eborum, ad quos omnis & omnimoda Juriſdictio Eccleſiaſtica quæ ad Epiſcopum Dunelmenſem Sede plenâ pertinebat, ipſa Sede Dunelm. jam vacante notoriè dinoſcitur pertinere, eorumve *Vicario* in Spiritualibus Generali, aut alii cuicumque Judici hanc noſtram Præſentationem admittendi Auctoritatem habenti, Salutem.

Ad *Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis de Hartburne* in Comitatu noſtro Northumbriæ Diœceſis Dunelmenſis, modò, per liberam & ſpontaneam Reſignationem *Ricardi Stancliff* ultimi Incumbentis ibidem vacantem, & ad noſtram Donationem, ratione Temporalium Epiſcopatûs Dunelm. jam vacantis in Manibus noſtris exiſtentium, jure ſpectantem, literatum & probum Virum, *Ricardum Hancock*, Clericum intuitu Charitatis vobis præſentamus,

Mandantes uti dictum *Ricardum* ad præfatam Vicariam admittatis, eumque Vicarium ejuſdem inſtituatis, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio expediatis & peragatis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, quinto die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas Reginæ Patentes de Præſentatione habent ſubſcripti; videlicet,

*Johannes Maſon*, Clericus, ad Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de *Weſt-Illeſley* Sarum Diœc.

*Robertus Caufeld* Artium Magiſter, ad Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de *Burford*, in Comitatu Eborum.

*Cuthbertus Bradford*, ad Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem *de Howghton*, Winton. Diœc.

• *Stephanus Townſend*, Clericus in Theologia Bacchalaurius • XV. 767.
Capellanus Reginæ, ad Eccleſiam Parochialem de *Teſtocke* aliàs *Tayſtocke* aliàs *Taveſtocke* Exon. Diœc.

*Willielmus Chaderton*, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ad *Canonicatum ſive Prebendam* infra Eccleſiam Collegiatam Sancti Petri Weſtm.

*Johannes Calverſley*, in Legibus Baccalarius, ad *Canonicatum ſive Prebendam* in Eccleſia Cathedrali Roffen.

*Jacobus Fernyſide*, Verbi Dei Concionator ad Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem *de Wirkham*, Dunelm. Diœc.

*Thomas Cooke* Clericus ad Rectoriam & Eccleſiam Parochialem de *Swanwiche* aliàs *Sawwiche*, unà cum *Capella Northe Sawwiche* eidem Eccleſiæ annexa, infra Inſulam de Purbeck Briſtoll. Diœc.

*Robertus Awfild* in Artibus Bacalarius, ad Eccleſiam *de Borton* ſuper Aquam cum *Capella de Slaughter* inferiori Glouc. Diœc.

*Nicholaus Crampe*, in Artibus Magiſter, ad Portionem *de Tydceme*, in Eccleſia Parochiali de Tyverton Exôn. Diœc.

*Thurſton Showe*, ad Vicariam ſive Eccleſiam Parochialem de *Stonehouſe*, Glouc. Diœc.

*De Licentia Eligendi.* 99

Ann. D. 1577. Pat. 19. Eliz. p. 11. m. 7.

REgina, Dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Eborum, Salutem.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccle-



Digitized by Google

ſorum noſtrorum, per Manus Theſaurarii & Camerariorum noſtrorum Hæredum & Succeſſorum noſtrorum pro tempore exiſtentium, ad quatuor Anni Terminos uſuales; videlicet, ad Feſta Sancti Johannis Baptiſtæ, Michaelis Archangeli, Natalis Domini, & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones ſolvendam;

Eo quòd expreſſa mentio, &c.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* XV. 768.

### * *De Præſentatione.*

Ann. D. 1577. Ibid. p. 12. m. 34. REgina, &c. Dilectis Subditis *Decano & Capitulo* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis & Metropoliticæ Eboracen. ad quos omnis & omnimoda Juriſdictio Spiritualis & Eccleſiaſtica quæ ad Archiepiſcopum Eboracenſem ac etiam ad Epiſcopum Dunolmenſem Sedibus Archiepiſcopali Eboracen. & Epiſcopali Dunelmen. pleniùs pertinuit, ipſis Sedibus reſpectivè jam vacantibus, notoriè dinoſcitur pertinere, veſtrove *Vicario* in Spiritualibus Generali, aut alii cuicumque Poteſtatem & Auctoritatem ſufficientes in hac parte habenti, Salutem.

Ad *Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis de Eglingham*, dictæ Dunelmenſis Diœceſis, Eboracenſis Provinciæ, per liberam & ſpontaneam Reſignationem *Thomæ Bennet* Clerici ultimi Vicarii & Incumbentis in eadem, jam vacantem, & ad noſtram Præſentationem jure prærogativæ Coronæ noſtræ, ratione Vacationis Sedis Epiſcopalis Dunelmenſis prædictæ, hac vice ſpectantem, dilectum Subditum noſtrum *Robertum Garret* Sacræ Theologiæ Bachalaurium vobis præſentamus,

Rogantes & requirentes quatenus eundem *Robertum Garret* ad dictam Vicariam perpetuam admittere, ipſumque Vicarium perpetuum ejuſdem, ac in & de eadem inſtituere canonicè & inveſtire, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque omnia & ſingula alia peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

---

### *Pro Eborum Archiepiſcopo de Significavit.*

Ann. D. 1577. p. 11. m. 7. REgina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac Prædilecto & Fideli noſtro, *Edmundo*, eadem Gratiâ, *Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano, ac, Reverendis in Chriſto Patribus, *Thomæ Lincoln. Edmundo Norwicen.* & *Johanni Roffen.* reſpectivè Epiſcopis, & *Richardo Epiſcopo Suffraganeo Sedis Dovorriæ*, Salutem.

Cùm, vacante nuper Sede Archiepiſcopali Eborum, per Tranſlationem ultimi Archiepiſcopi ejuſdem ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Eccleſiæ noſtræ Cathedralis & Metropoliticæ beati Petri Eborum, eiſdem, per Literas noſtras Patentes, Licentiam conceſſerimus alium ſibi eligendi in Archiepiſcopum & Paſtorem Sedis prædictæ, ac iidem *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, prædilectum & Fidelem noſtrum, *Edwinum London. Epiſcopum*, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Archiepiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Patentes Sigillo eorum communi ſigillatas Nobis indè directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Volentes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini firmiter præcipiendo mandamus, quatenus tres veſtrum ad minus

### *Pro Rege Portugaliæ, contra Piratas.*

ELizabetha, Dei Gratiâ, *&c.* Dilectis & Fidelibus Subditis noſtris, *Davidi Lewes* Legum Doctori Curiæ noſtræ Admiralitatis Judici & Locumtenenti, *Valentino Dale* Legum Doctori Libellorum noſtrorum Supplicum Magiſtro, *Willielmo Aubrey* & *Johanni Hamond*, Legum Doctoribus, Salutem. Ann. D. 1577. Ibid. p. 3. m. 37. d.

Cùm in hoc Tractatu nuperrimè, inter *Nos* & Chariſſimum Fratrem noſtrum, *Portugaliæ & Algarbiæ Regem*, per Commiſſarios ad hoc utrinque deputatos inito, conventum, concordatum & concluſum ſit, quòd intra ſex Menſes, poſt decimum quintum diem Novembris dictum Tractatum proximò ſequentem, mutua fuerit Liberatio & Reſtitutio omnium Bonorum Mercium, Pecuniarum, Debitorum & Navium Subditorum utriuſque Partis, quæ, ab *Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo*, in utriuſque Regnis ſeu Dominiis detenta vel ſub Arreſto & Sequeſtro cuſtodita ſint & erunt, uſque ad dictum *decimum quintum diem Novembris*, dictorum Principum Auctoritate, quæ quidem Speciem ſuam conſervant, & in alterius Principis Poteſtate reſtant, quorum uterque quatuor utrinque reſpectivè bonos & idoneos qualitatis alicujus publicæ Viros conſtitueret & deputaret, cum ampliſſima Auctoritate & Poteſtate infra tres Menſes poſt dictum decimum quintum diem dicti Menſis Novembris conveniendi, communicandi, tractandi & definiendi, & cum effectu determinandi de prædicta mutua Liberatione, Reſtitutione ſeu æqua Compenſatione,

Et quòd illorum Bonorum & Mercium, quæ *vendita* vel *alienata* ſunt, juſta æſtimatio Dominis ſuis redderetur, vel æquâ Compenſatione ex Bonis utrinque arreſtatis ſatisfaceret, quodque ſi Lis ulla de Rerum vel Mercium venditarum juſto Precio oriretur, aut de Nummorum & Monetæ æſtimatione, aut æris alieni debiti recuperatione, Res ad dictorum utrinque Commiſſariorum Judicium & Arbitrium referri deberet, qui, ſi ita illis neceſſarium aut commodum videretur, mutuo ſuo conſenſu, peritorum Mercatorum conſilio & auxilio uti poſſent ut Res & Rationes cum omni jure & æquitate inſpiceretur,

Pro iis verò Bonis, Pecuniis & Debitis quæ fortè ſuppreſſa vel quovis modo alienata per alterutrius Regni Subditos ſine Auctoritate & Mandato alterutrius Principis fuerint, conſtituerentur ab utraque parte Recuperatores & Judices qui Jus cum omni celeritate dicerent & legitimo omni Remedio uterentur verſus eos qui contra Jus delinquerent,

Idcircò Nos, Tractatum prædictum ex parte noſtra quantum in nobis eſt obſervare cupientes, vos præfatos *Davidem Lewes*, *Valentinum Dale*, *Willielmum Aubrey* & *Johannem Hamond*, quorum nobis perſpecta & probata eſt Fides Integritas atque Prudentia, ex certa Scientia & mero Motu noſtris, Commiſſarios, Recuperatores & Judices ex * parte noſtra Delegatos facimus atque * XV. 770.
conſtituimus per Præſentes,

Dantes & concedentes vobis Poteſtatem & Auctoritatem ſummariè & de plano & ſine ſtrepitu & figurâ Judicii, ac ſolâ Facti veritate inſpectâ, conveniendi, communicandi, tractandi, definiendi & cum effectu determinandi de prædicta mutua Liberatione, Reſtitutione ſeu æqua Compenſatione,

Et illorum Bonorum & Mercium, quæ vendita & alienata ſunt, juſtam æſtimationem reddendi vel æquâ Compenſatione ex Bonis utrinque arreſtatis ſatisfaciendi,

De Rerum vel Mercium venditarum juſto Precio aut de Nummorum & Monetæ æſtimatione, aut æris alieni debiti recuperatione, judicandi atque arbitrandi, & ſi ita neceſſarium aut commodum videbitur, mutuo conſenſu, peritos Mercatores adhibendi & conſulendi qui Res & Rationes cum omni jure & æquitate inſpiciant,

De iis verò Bonis, Pecuniis & Debitis quæ fortè ſuppreſſa, vel quovis modo alienata fuerint per alterutrius Regni Subditos ſine Aucto-

Digitized by Google

facimus atque conſtituimus per Præſentes,

Dantes & concedentes vobis aut duobus veſtrûm (quorum vos præfatos *Davidem Lewes* aut *Valentinum Dale* unum eſſe volumus) Poteſtatem & Auctoritatem de Direptionibus & Deprædationibus per quoſcumque Subditos noſtros in aliquos ex Subditis dicti Præchariſſimi Fratris commiſſis ac perpetratis, committendiſve aut perpetrandis, cum eorum incidentibus, emergentibus, annexis quibuſcumque, ſummariè & de plano & ſine ſtrepitu & figurâ Judicii, ac ſolâ Facti veritate inſpectâ, levato velo, omnique Appellatione remotâ, cognoſcendi, judicandi & Fine debito determinandi, quæque in Præmiſſis decreveritis Executioni mandandi, cum Poteſtate ac Auctoritate Contemptores & Inobedientes quoſcumque incarcerandi, & quavis Mulcta pro modo Delicti coercendi, ac cum cujuſlibet ulterioris Coertionis Poteſtate pro Præmiſſorum commodâ & opportunâ expeditione; Legibus, Ordinationibus, Statutis ac Privilegiis quibuſcumque in contrarium non obſtantibus:

Inhibentes expreſſè ne quiſquam alius, Nominationem aut Juriſdictionem habens, de Cauſis prædictis aut earum aliquâ, ſub quovis colore, durante hac noſtrâ Commiſſione, cognoſcat aut judicet;

•XV. 771. • Mandantes Tenore Præſentium omnibus & ſingulis Vicecomitibus, Viceadmirallis, Majoribus, Ballivis & cæteris Officiariis noſtris & aliis quibuſcumque, tam infra Libertates quàm extra, ut vobis in executione Præmiſſorum obedientes ſint intendentes & auxiliantes in omnibus prout decet; hanc autem Commiſſionem & Delegationem ad Beneplacitum noſtrum durare tantummodò volumus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, undecimo die Martii.

*Per ipſam Reginam.*

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. 1577. Pat. 19. Eliz. p. 11. m. 7.

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Eborum, Salutem.

Vacante nuper Archiepiſcopatu Eborum, per Tranſlationem ultimi Archiepiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Eborum prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, *Edwinum Sandes* nuper *Epiſcopum London.* in eorum Archiepiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Archiepiſcopatu Eborum debitam recepimus, ac Temporalia ejuſdem Archiepiſcopatûs ei reſtituimus per Præſentes,

Et ideò tibi præcipimus quòd præfato *Electo* Temporalia prædicta cum Pertinentiis, in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde, a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito provenientia ſive creſcentia, ſine dilatione Liberes: Salvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury*, decimo ſexto die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub data prædicta; videlicet,

Majori Civitatis ſuæ Eborum *ac Eſcaetori ſuo in eadem Villa.*

Majori *Villæ de Kyngſton ſuper Hull ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*

ſtrum, *Johannem Aylmer* Sacræ Theologiæ Doctorem, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas Patentes, Sigillo eorum communi ſigillatas, nobis indè directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Volentes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini firmiter præcipiendo mandantes, quatenus vos eundem *Johannem Aylmer* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ noſtræ Cathedralis divi Pauli prædictæ, ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, & eundem Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ prædictæ conſecrare, cæteraque omnia & ſingula peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Legum & Statutorum Regni noſtri Angliæ in hac parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Gorhambury*, decimo octavo die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia eligendi pro Epiſcopo Wigorn.*

REgina, &c. Dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Wigorniæ, Salutem. Ann. D. 1577. Pat. 19 Eliz. p. 10. m. 10.

Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis in Epiſcopum & Paſtorem, Licentiam noſtram vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem qui Deo devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhamburye*, viceſimo quarto die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia eligendi pro Epiſcopo Dunelm.*

REgina, Dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Dunelmenſis, Salutem. Ann. D. 1577. Ibid. p. 11. m. 7.

Ex parte veſtra nobis eſt humillimè ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Mortem ultimi Incumbentis ejuſdem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem, Licentiam noſtram vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo,*



Digitized by Google

*De ſpeciali Commiſſione pro Academia Oxon.*

Ann. D. 1577. Pat. 19. Eliz. p. 12 m. 12. dor.

REgina, &c.
Dilectis Nobis Reverendis in Chriſto Patribus,
*Johanni London.* & *Johanni Roffen.*
Reſpectivè Epiſcopis,
Necnon Honorandis Dominis,
Dominis *Criſtofero Wray* Militi Capitali Juſtitiario Angliæ,
Et *Roberto Bell* Militi Baroni Capitali Scaccarii noſtri,
Egregiis Viris,
Domino *Willielmo Cordell* Militi Rotulorum Magiſtro,
Et *Thomæ Wilſon* Legum Doctori,
Majori *Johanni Gibbons* Legum Doctori Curiæ Cancellariæ noſtræ Magiſtro,
Et *Johanni Gryffyth* Legum Doctori,
Salutem.

Ex parte, Prænobilis Viri & Dilecti Conſanguinei & Conſiliarii noſtri, Domini *Roberti Comitis Leiceſtriæ* Univerſitatis ſive Academiæ noſtræ Oxon. ſummi Cancellarii, & Doctorum Magiſtrorum Scholariumque ejuſdem Academiæ, nobis humiliter querelatum & ſupplicatum eſt, quòd, cùm Academia noſtra Oxon. prædicta, multis ab hinc Annis retroactis, ampliſſimis Privilegiis Exemptionibus Conceſſionibus Indultis & Immunitatibus, Regiâ Auctoritate, & Statutis Parliamenti Regni noſtri Angliæ confirmatis & corroboratis, ornata & dotata fuerit, ita quòd Inquiſitio Cognitio Auditio, Deciſio finalis, & Determinatio omnium & ſingulorum Contractuum, Placitorum, Perſonalium Querelarum, Cauſarum, Controverſiarum quocumque nomine cenſeantur ſive cenſeri poterint (Mahemiâ & Feloniâ, & Aſſiſis & Placitis de libero Tenemento duntaxat exceptis) qualitercumque emergentium infra Præcinctus Univerſitatis prædictæ, ubi una Pars eſt Magiſter, Scholares, aut Servientes Scholares, aut alias privilegiatas Perſonas, ad Cancellarium præfatæ Univerſitatis pro tempore exiſtens pertineat ac pertinere debeat, quòdque Doctores Magiſtri & Scholares omnes & ſinguli dictæ Academiæ, ab omni Juriſdictione Dominio vel Poteſtate quorumcumque Archiepiſcoporum, etiam Legatorum natorum, necnon Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum Judicum quorumcumque, quoad omnes Contractus, vel quaſi, initos infra prædictam Univerſitatem, & quoad omnia Crimina, vel quaſi, & Punitionem eorundem (exceptis præexceptis) & quoad omnes Actus Scholaſticos, quamdiu degerint in eadem Univerſitate, ſint exempti ac totaliter liberati, & prædicto Cancellario ſubjecti, & quòd Cancellarius prædictæ Univerſitatis omnem & omnimodam Juriſdictionem etiam Eccleſiaſticam & Spiritualem in prædictos Scholares & alias Perſonas exercere liberè & licitè poſſit & valeat, & quòd nulli Homini liceat hujuſmodi Paginas & Privilegia Exemtionis Liberationis & Subjectionis ullatenus infringere vel contravenire,

* XV. 774. * Cùmque Cancellarius pro tempore exiſtens & Scholares dictæ Univerſitatis, per tempus cujus initii vel contrarii memoria Hominum non exiſtit, fuerint & ſint (ſalvis infrà dicendis) & ſic eſſe debent, in pacifica & quieta Poſſeſſione, ſeu quaſi, hujuſmodi Privilegiorum Exemptionis Immunitatis Liberationis & Subjectionis, ut præfertur;

Cùm etiam omnes & ſinguli Graduati qui ſunt de gremio Univerſitatis prædictæ, tempore eorum & cujuſlibet eorum Admiſſionis ad Gradum quemcumque, tactis Sacroſanctis Evangeliis ſolenne & corporale præſtant Juramentum, & dant Fidem ad obſervandum Statuta Privilegia Conſuetudines & Libertates prædictæ Univerſitatis, & quòd Adverſantem quemcumque Statutis Conſuetudinibus aut aliis prædictæ Univerſitatis Juribus Libertatibus & Privilegiis non fovebunt conſilio auxilio nec favore,

fallinge, *Laurentio Humphrye*, & *Thomæ Bickley* Sacræ Theologiæ Profeſſoribus, Magiſtris *Waltero Baylye*, & *Olivero Whitington* in Medicina Doctoribus, necnon *Willielmo Smyth* Legum Doctori prædicti Reverendi Patris Patroni & Viſitatoris, Commiſſionatis ritè & legitimè infra dictam Univerſitatem Deputatis ad viſitandum Collegium prædictum, Aucthoritate dicti Officialis Cantuarienſis inhiberi mandavit infra dictam Univerſitatem, ſub Pœnâ Contemptûs, nè quicquam in prædicti *Willielmi Wilſon* aut ſuæ Querelæ prædictæ attemptent ſeu eorum aliquis attemptaret.

Necnon poſtea, Reverendiſſimus Pater, Dominus *Edmundus*, Permiſſione Divinâ, *Cantuarienſis Archiepiſcopus*, ad inſtantem Petitionem & Procurationem ejuſdem *Willielmi Wilſon*, Cauſam hanc ſive Querelam ad ſe advocavit, atque Cognitionem Diſcuſſionem & finalem Determinationem ejuſdem *Davidi Lewes*, *Henrico Jones*, *Laurentio* & *Nicholao Steward*, Legum Doctoribus, & Curiæ Cantuarienſis Advocatis, conjunctim ſeu eorum duobus quibuſcumque, de facto commiſit & delegavit, iidemque Commiſſarii ſive Delegati, vigore Commiſſionis ſive Delegationis hujuſmodi in dicto Negotio aliquamdiu proceſſerunt, coram quibus Lis adhuc pendet indeciſa,

Et licet pars dicti *Reverendi Patris* coram dictis Commiſſariis nonnullis pro Defenſione ſua, tam contra prætenſam Electionem & Perſonam dicti *Willielmi Wilſon* & ejus Inhabilitatem, quàm contra indebitatos formam & Modum Præſentationis dicti *Wilſon*, ſibi ſub Sigillo Collegii ad Cauſas factam allegavit, Allegataque hujuſmodi admitti, ac Jus & Juſtitiam ſibi & Parti ſuæ miniſtrari, Terminumque probatorium * ad probandum hujuſmodi Allegationes ſibi aſſignari petierit, dicti tamen Commiſſarii Terminum Probatorium hujuſmodi aſſignarè expreſsè ſeu faltem tacitè recuſârunt, ſeu plus juſto diſtulerunt, Partique dicti *Reverendi Patris* ad probandum hujuſmodi Allegationes per reſponſum Partis principalis, & exhibitionem Inſtrumentorum tantùm aſſignarunt, * XV. 775.

Et licet quidam *Thomas Underhill* Artium Magiſter Procurator dictæ Univerſitatis Oxon. & Nomine Procuratorio ejuſdem Univerſitatis, ſub Proteſtationibus de non conſentiendo in dictos Commiſſarios tanquam in Judices competentes, neque de prorogando quovismodo eorum Juriſdictionem comparuerit, ac animo declinandi Forum dictorum Commiſſariorum, Privilegia Exemptiones Libertates & Immunitates dictæ Univerſitatis, omnia & ſingula prædicta in debita Juris forma propoſuerit & allegaverit, & ideo ſuperſedendos fore in Cauſa prædicta, ad Cognitionem & Determinationem ejuſdem Cauſæ ad Examen dicti Cancellarii Oxon. remitti petierit, dicti tamen Commiſſarii non ſolùm ſuperſedendos fore decernere, ac Cauſam remittere expreſsè ſeu ſaltem tacitè renuerunt & recusârunt, ſeu ſaltem plus juſto diſtulerunt, ſed ad nonnullos alios Actus Judiciales & Privilegiis prædictis præjudiciales, proceſſerunt, in præjudicium non modicum & violationem Privilegiorum & Exemptionis dictæ Univerſitatis, & Cancellarii & Scolarium ejuſdem, & in contemptum & præjudicium Aucthoritatis noſtræ Regiæ in dicta Academia, & Perſonarum ejuſdem Exemptarum quæ eidem immediatè ſubjiciuntur,

Unde Pars dicti Prænobilis *Comitis Cancellarii* Doctorum Magiſtrorum & Scolarium Univerſitatis prædictæ, nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus tam Negotium Querelæ prædictæ quàm quarumcumque aliarum Cauſarum Privilegia & Exemptiones prædicta qualitercumque concernentia ſeu tangentia, probis & prudentibus Viris examinandi & fine debito terminandi committere dignaremur;

Nos verò,

Eorum in hac parte humilibus Supplicationibus favorabiliter inclinatæ, ac Jus & Juſtitiam ejuſque Miniſtrationem ac Complementum nemini denegare volentes immò debitè miniſtrari maximo-

Digitized by Google

Ibid.p.11. Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Dunelmenſi, per Mor-
m. 7. tem naturalem Domini *Jacobi* ultimi Epiſcopi ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capituli* Eccleſiæ Cathedralis Dunelm. prædictæ, per Literas noſtras Patentes Licentiam noſtram
• XV. conceſſerimus alium ſibi eligendi in Epiſcopum & Paſtorem
776. Sedis prædictæ, iidem *Decanus & Capitulum*, vigore & obtentu Licentiæ noſtræ prædictæ, Reverendum in Chriſto Patrem Dominum *Richardum Carliolenſem Epiſcopum*, ſibi & Eccleſiæ prædictæ elegerunt in Epiſcopum & Paſtorem, prout per Literas ſuas ſigillatas eorum communi Sigillo, Nobis indè directas, pleniùs liquet & apparet,

Nos, Electionem illam acceptantes, eidem Electioni Regium noſtrum Aſſenſum adhibuimus pariter & Favorem; & hoc vobis Tenore Præſentium ſignificamus:

Rogantes, ac in Fide & Dilectione quibus Nobis tenemini, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus vos, eundem Dominum *Richardum Carliolenſem Epiſcopum*, in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Dunelmenſis prædictæ ſic ut præfertur electum, Electionemque prædictam confirmare, cæteraque omnia & ſingula peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo nono die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Licentia Eligendi pro Epiſcopo Sarum.*

Ann. D. REgina dilectis Nobis, *Præſidi & Capitulo* Eccleſiæ Cathedra-
1577. lis Sarum, Salutem.
Pat. 19. Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccle-
Eliz. p. ſia prædicta, per Mortem ultimi Epiſcopi ejuſdem jam vacet &
10. m. 1. Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem Licentiam noſtram vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, Nobiſque & Regno noſtro utilis & Fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Middleſexiæ, Salutem.
1577. Vacante nuper Sede Epiſcopali Londoniæ, per Tranſlatio-
Ibid. nem ultimi Epiſcopi ibidem, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Ca-
m. 19. thedralis Divi Pauli London. prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, Dilectum nobis in Chriſto, *Johannem Aylmer* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatus (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui du-

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Angleſey, Salutem. Ann. D.
Vacante nuper Sede Epiſcopali Wigornienſi, per Mortem 1577.
naturalem ultimi Epiſcopi ejuſdem, *Decanus & Capitulum* Ec- Pat. 19.
cleſiæ Cathedralis Wigorn. prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pa- Eliz. p.
riter & obtentâ, Dilectum Nobis in Chriſto, *Johannem Whit-* 10. m. 10.
*gifte* Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem Nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudùm ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs, Anno Regni noſtri primo inde editi & proviſi, electis & captis, ſi quæ hujuſmodi ſunt, ac in Scaccario noſtro de Recordo remanentibus) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus quòd præfato *Electo*, Temporalia prædicta cum Pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis inde à Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito hucuſque provenientia ſive creſcentia, ſine dilatione Liberes: Salvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Salop.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*
*Eſcartori ſuo in Com. Wigorn.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Heref.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Buck.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Suſſex.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Oxon.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Warr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Glouc.*
*Dilecto & Fideli ſuo* Johanni Langley *Militi Majori ac Eſcaetori Civitatis ſuæ London.*

Et Mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus Epiſcopatûs prædicti, quòd eidem *Johanni*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Pro Willielmo Hearle profecturo in Scotiam circa Negotium non revelandum.*

ELizabetha, Dei Gratia, &c. omnibus Juſticiariis noſtris ad Pla- Ann. D.
cita coram Nobis tenenda aſſignatis, ac Juſticiariis noſtris de 1577.
Communi Banco, necnon quibuſcumque aliis Juſticiariis Majori- Ibid. p. 2.
bus m. 42.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo tertio die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### De Licentia Eligendi.

Ann. D. 1577. Pat. 19. Eliz. p. 10. m. 30.

REgina, dilectis nobis in Chriſto, *Decano & Capitulo* Eccleſiæ Cathedralis Carliolenſis, Salutem.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter ſupplicatum ut, cùm Eccleſia prædicta, per Tranſlationem, Reverendi in Chriſto Patris, *Richardi* ultimi Epiſcopi ejuſdem ad Epiſcopatum Dunelmenſem, jam vacet & Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum & Paſtorem, Licentiam noſtram fundatoriam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinantes, Licentiam illam vobis duximus concedendam,

Rogantes quòd talem vobis eligatis in Epiſcopum & Paſtorem, qui Deo Devotus, nobiſque & Regno noſtro utilis & fidelis exiſtat.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### De Reſtitutione Temporalium.

Ann. D. 1577. Ibid. p. 11. m. 7.

REgina, Eſcaetori ſuo in Comitatu Eborum.

Vacante nuper Sede Epiſcopali Dunelmenſi, per Mortem naturalem Domini *Jacobi ultimi Epiſcopi ibidem*, *Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Dunelm. prædictæ Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum *Richardum Carliolenſem Epiſcopum*, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ Regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu Dunelmenſi recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs, unà cum omnibus & omnimodis Rivis Rivulis Aquis & Aquarum Curſubus, ac ſeperalibus & liberis Piſcariis & Piſcationibus quibuſcumque in Dominium & Ma-
• XV. 779. nerium de Norham & Norhamſhire • in Comitatu Palantino Dunelmenſi, ac Parte & Parcellâ ejuſdem Manerii de Norham exiſtentibus (excepto toto Reſiduo ejuſdem Dominii ſive Manerii de Norham & Norhamſhire, ac excepto Caſtro de Norham cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis) eidem Epiſcopo Dunelmenſi reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus, quòd eidem *Electo*, Temporalia prædicta Epiſcopatûs Dunelmenſis, cum Pertinentiis (exceptis præexceptis) in Balliva tua, unà cum Piſcariis prædictis, à Feſto Sancti Martini Epiſcopi ultimò præterito ante datam Præſentium provenientibus ſive creſcentibus, ſine dilatione Liberes; ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Gorhamburye*, viceſimo nono die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literæ Patentes directæ fuerunt Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub Data prædicta; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Northumbr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

Hinc igitur eſt, quòd, conſiderantes Cauſas Spoliationum & Deprædationum omni Jure & Æquitate magnam celeritatem & expeditionem deſiderare, vos, de quorum Juris & Æqui peritia, Fidelitate Induſtria & provida Circumſpectione in Cauſis examinandis & decidendis plurimùm confidimus, Commiſſarios Judices Delegatos Subſtitutos & Deputatos noſtros Præſentium Tenore facimus & conſtituimus, Viceſque noſtras ad Infraſcripta committimus,

Dantes & concedentes vobis ſeptem, ſex, quinque, quatuor, aut tribus veſtrûm (quorum vos præfatos *Willielmum Cordell*, *Davidem Lewes*, *Valentinum Dale*, *Willielmum Awbrey*, vel *Johannem Hamond* unum eſſe volumus) Poteſtatem & Auctoritatem Cauſas & Querelas, quorumcumque dicti Regni ſeu Coronæ Scotiæ Subditorum, pro Piratia Spoliationibus Deprædationibus perpetratis & perpetrandis, agentium & conquerentium, unà cum ſuis incidentibus emergentibus annexis & connexis quibuſcumque, ſummariè de plano ſine ſtrepitu & figura Judicii, ſola Facti veritate inſpectâ, levato velo, omnique Appellatione remotâ, audiendi cognoſcendi examinandi diſcutiendi & fine debito terminandi, cum Poteſtate Contemptores & Inobedientes quoſcumque incarcerandi, & quavis Pecuniarum • Mulctâ pro modo Delicti coer- • XV. 780.
cendi, ac cum cujuſlibet alterius Coertionis Poteſtate pro Præmiſſorum commoda & oportuna expeditione, inhibentes expreſsè ne quiſquam alius, Notionem aut Juriſdictionem habens in Cauſis prædictis aut earum aliqua, ſub quovis colore, durante hac noſtrâ Commiſſione, cognoſcat aut ſe intromittat;

Mandantes Tenore Præſentium omnibus & ſingulis Vicecomitibus Viceadmirallis Majoribus Ballivis & cæteris Officiariis noſtris ac aliis quibuſcumque, tam infra Libertates & Loca exempta quàm extra, quòd vobis in executione Præmiſſorum obedientes ſint intendentes & auxiliantes in omnibus prout decet; hanc autem Commiſſionem & Delegationem noſtram ad Beneplacitum noſtrum tantummodò durare volumus.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ *apud Weſtmonaſterium*, viceſimo die Junii.

*Per ipſam Reginam.*

---

### De Præſentationibus.

REgina, Reverendo in Chriſto Patri & Domino, *Thomæ*, Permiſſione Divinâ, *Lincolnienſi Epiſcopo*, ejuſve in abſentia *Vicario* ſuo in Spiritualibus Generali, aut alii cuicumque hanc noſtram Præſentationem admittendi Poteſtatem habenti vel habituro, Salutem. Ann. D. 1577. Pat. 19. Eliz. p. 9. m. 7.

Ad *Hoſpitium vel Hoſpitale Sancti Johannis apud Litterworthe* veſtrarum Diœceſeos & Juriſdictionis de jure legitimè vacans, & ad noſtram Præſentationem pleno jure ſpectans, Dilectum Nobis in Chriſto, *Willielmum Ruſtat* Clericum, vobis præſentamus,

Requirentes & Rogantes, quatenus eundem *Willielmum Ruſtat*, ad dictum Hoſpitium ſive Hoſpitale admittere, ipſumque Magiſtrum Cuſtodem ſive Præfectum ejuſdem, ac in & de eodem cum omnibus & ſingulis ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis canonicè inſtituere & inveſtire, cæteraque peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhamburye*, viceſimo nono die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Con-

Digitized by Google

ſimiliter præcipiendo mandantes, quatenus vos eundem *Johannem May* in Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Carliolen. ſic ut præfertur electum, & Electionem prædictam confirmare, cæteraque omnia & ſingula peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, juxta formam Statutorum in ea parte editorum & proviſorum, velitis cum effectu.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, nono die Auguſti.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

## *Commiſſio ſpecialis pro Epiſcopo Norwicenſi.*

Ann. D. REgina, &c. dilectis & fidelibus noſtris,
1577. Reverendo in Chriſto Patri,
*Pat* 19. Domino *Johanni*, Permiſſione divinâ, *Londonienſi Epiſcopo*;
*Eliz. p.* *Willielmo Cordyll* Militi Rotulorum noſtrorum Magiſtro,
22.*m.*27. *Thomæ Sackford* & *Valentino Dale* Armigeris, Nobis à Libellis
*dor.* ſupplicibus Magiſtris,

*Davidi Lewes* Curiæ noſtræ Principalis Admirallitatis Angliæ Præſidenti,

*Thomæ Yale* Curiæ Audien. Cantuar. Cauſarum Auditori,

*Bartholomeo Clarke* Curiæ Cantuar. de Archubus Officiali,

Et,

*Laurentio Huſſey* Legum Doctori,

Salutem.

Pro parte dilecti & fidelis Subditi noſtri, Reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Edmundi*, Permiſſione divinâ, *Norwicenſis Epiſcopi*, nobis jam pridem expoſitum fuit & eſt, quòd *Johannes Parkhurſt* nuper Epiſcopus Norwicen. ejus in Epiſcopatu Norwicen. immediatus Præceſſor, dùm vixit atque Epiſcopatui Norwicen. præfuit nonnullas Devaſtationes Dilapidationes Decaſus Defectus & Ruinas, tam in Eccleſia Cathedrali Norwic. quàm etiam in Palatio Epiſcopali ibidem, atque aliis Domibus ac Manſionibus Principalibus, & aliis Ædificiis & rebus ad Manſiones & Ædificia prædicta, atque ad Utilitatem Decus ſeu Ornamentum eorumdem ſpectantibus & pertinentibus, fecit commiſit ac fieri paſſus eſt, atque hujuſmodi Devaſtationes Ruinas Dilapidationes & Defectus dum vixit, prout tenebatur, non ſartivit reparavit vel ſarciri aut reparari curavit, ſed partim Dirutas partim Devaſtatas Ruinoſas Dilapidatas ſeu Irreparatas tempore Mortis ſuæ reliquit, in grave Dampnum & maximum Detrimentum, tam Eccleſiæ Cathedralis prædictæ quàm Epiſcopatûs Norwicen. & Succeſſoribus ſuis in eodem,

Quare, pro parte ejuſdem Reverendi Patris *Norwicenſis Epiſcopi* moderni, Nobis fuit & eſt humiliter ſupplicatum, quatenus tibi & Eccleſiæ ſuæ Cathedrali Norwicen. pio devotionis affectu proſpicere, deque celeri expeditione reparatione & refectione Dilapidationum hujuſmodi, Cauſamque & Negotium hujuſmodi aliquibus probis & doctis Viris audiendam ac debito fine terminandam committere, aliaſque ſibi de congruo Remedio in Præmiſſis providere dignaremur,

Nos verò Supplicationi dicti Reverendi Patris in hac parte favorabiliter inclinatæ, vobis, de quorum Doctrina, ſana Conſcientia, & in Rebus gerendis dexteritate, plurimùm in hac parte confidimus, ex certa Scientia & mero Motu noſtris, per hæc Scripta noſtra committimus & mandamus, quatenus vos omnes, ſeptem ſex quinque quatuor tres aut duo veſtrûm (quorum vos præfati *Johannem Epiſcopum London. Guilielmum Cardell* Militem,

bis pro dicto Epiſcopatu debitam recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs, ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò tibi præcipimus, quòd præfato *Electo*, Temporalia prædicta cum Pertinentiis in Balliva tua, unà cum Exitibus & Proficuis indè, à decimo ſeptimo Die Menſis Maii ultimò præterito hucuſque provenientibus ſive creſcentibus, ſine dilatione Liberes: ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Reginâ apud *Wyndſor*, octavo die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis in Comitatibus ſubſcriptis; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Com. Cumbr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Surr.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Weſtmerl.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Darb.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Midd.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu prædicto, quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte ut ſupra.

## *Ad perpetuam Vicariam Præſentatio.*

REgina, &c. Reverendo in Chriſto Patri, *Roberto*, Permiſ- Ann. D.
ſione divinâ, *Wintonienſi Epiſcopo*, ejuſve *Vicario* in Spiritua- 1577.
libus Generali, aut alii cuicumque Juriſdictionem in hac parte *Ibid. p.*
habenti, Salutem. 12.*m.* 2.

Ad *Vicariam perpetuam de Alton* veſtræ Diœceſis, jam per Lapſum vacantem & ad noſtram Præſentationem pleno Jure ſpectantem; Dilectum Nobis in Chriſto, *Johannem Kington* Clericum vobis præſentamus,

Rogantes quatenus eundem *Johannem* ad eandem Vicariam admittere, ipſumque Vicarium in eadem inſtituere, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, cæteraque peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali, velitis cum favore.

In cujus rei, &c:

Teſte Reginâ apud *Caſtrum de Wyndſor*, undecimo die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

## * *De Regio Aſſenſu pro Epiſcopo Sarum.* * XV. 782.

REgina, Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac Prædilecto & Fi- 55
deli noſtro, *Edmundo*, eadem Gratiâ, *Cantuarienſi Archie-* Ann. D.
*piſcopo* totius Angliæ Primati & Metropolitano, Salutem. 1577.
Cùm, vacante nuper Sede Epiſcopali Sarum, per Mortem ul- *Pat.* 20.
timi Epiſcopi ejuſdem, ad humilem Petitionem *Decani & Capi-* *Eliz. p.*
*tuli* 3.*m.*20.



Digitized by Google

[...]iæ Cathedralis Sarum prædictæ, Licentiâ noſtrâ petitâ pariter & obtentâ, Reverendum in Chriſto Patrem, *Johannem Roffenſem Epiſcopum*, in eorum Epiſcopum & Paſtorem elegerunt,

Cui quidem Electioni & Perſonæ ſic electæ, regium Aſſenſum noſtrum adhibuimus & Favorem, ipſiuſque Fidelitatem nobis debitam pro dicto Epiſcopatu recepimus, ac Temporalia ejuſdem Epiſcopatûs (exceptis omnibus Maneriis Terris Tenementis & Hæreditamentis cum Pertinentiis prædicto Epiſcopatui dudùm ſpectantibus & pertinentibus, modò in Manus noſtras, vigore cujuſdam Actûs, Anno Regni noſtri primo inde editi & proviſi, electis & captis, ſi quæ talia Terræ Tenementa Hæreditamenta ſint electa & capta, ac in Scaccario noſtro de Recordo remanentibus) ei reſtituimus per Præſentes;

Et ideò vobis mandamus quòd eidem *Electo*, tanquam Epiſcopo & Domino veſtro, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſitis & reſpondentes prout decet.

In cujus rei, &c.

Teſte Regina apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis; videlicet,

*Eſcaetori ſuo in Comitatu Suſſexiæ.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Somerſet. & Dorſ.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Southampt. & Wilteſ.*
XV. 784. * *Eſcaetori ſuo in Comitatu Glouceſtriæ & Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.*
*Eſcaetori ſuo in Comitatu Oxon. & Berk.*
*Eſcaetori ſuo in Com. Lincoln.*
*Dilecto & Fideli ſuo* Thomæ Ramſey *Militi Majori & Eſcaetori Civitatis ſuæ London.*

---

✠ *Pax Offenſiva & Defenſiva Concluſa cum Ordinibus Belgii.*

Ann. D. 1578. An. 20. Eliz. R. Ex Autogr.

CUM, inter Regnum Angliæ, Ordineſque & Status Belgii ſive Inferioris Germaniæ Domumque Burgundicam, non modò diverſi Tractatus ab antiquo initi ſint, quos omninò expedit firmiter ab utraque parte præſtari & obſervari, ſed etiam hoc Rerum Statu pluſquam neceſſarium ſit Regnum & Ordines prædictos jam arctioribus Fœderibus Vinculiſque conſtringi quàm antea, ut ſeſe mutuò tueantur & defendant contra eorum Vim & Injurias qui eis aut eorum cuilibet malè volunt.

Hinc eſt quòd Nos, *Elizabetha Angliæ Franciæ & Hiberniæ Regina*, Fidei Defenſor, &c. ex unâ parte, & Nos *Prælati Nobiles & Deputati Civitatum Membrorum & Statuum harum inferiorum Regionum*; ſcilicet, *Brabantiæ*, *Geldriæ*, *Flandriæ*, *Arthesiæ*, *Hannoniæ*, *Valencenarum Inſularum Duaci & Orchiaci*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, *Namurci*, *Tornaci*, *Ultrajecti*, *Mechliniæ*, *Friſiæ*, *Tranſiſilaniæ*, & *Territorii Groningenſis*, Repræſentantes Ordines & Status totius Belgii ſive Inferioris Germaniæ, ex alterâ, Tenore Præſentium Literarum notum facimus omnibus & ſingulis Nos quoſdam Articulos, pro Fœderibus obſervandis & mutuâ Amicitiâ ultrò citroque præſtandâ, ac Pace conſervandâ, concepiſſe tractâſſe ac concluſiſſe, *quorum Tenor ſequitur & eſt talis*,

Tractatus inter *Reginam Angliæ & Domum Burgundicam* permanebunt ſuo Robore & Efficaciâ ab ullâ Mutatione aut Modificatione, niſi id ex utriuſque Partis conſenſu fiat.

[...] cum Conſenſu *Reginæ* & * illam comprehendent & ſua Dominia in eodem Fœdere & Tractatu Pacis, ſi ita viſum fuerit *Reginæ* ſe in hujuſmodi Fœdere & Tractatu comprehendi. * XV. 785.

Qui nunc Gubernacula ſuſtinent Reipublicæ, aut qui poſtea ad hujuſmodi Adminiſtrationem admittentur in Germaniâ inferiori, ratificabunt & confirmabunt Nomine & Authoritate Regis Articulos ſuperiùs ſpecificatos.

Quandocunque Tranſactio fiet de Pace per *Status Generales* cum *Rege ſuo Catholico*, & Compoſitio futura ſit, procurabunt ipſi *Status* ut unà cum ipſâ Pacificatione inter ipſos *Rex Hiſpaniæ* ſtabiliat, & confirmet omnes iſtos Articulos, aut tot & tales, quot & quales per Reginam & Miniſtros ſuos mandatum ſpeciale habentes videbitur convenientia eſſe & expedire, ut perpetuò durent.

*Subſignatum,*

FRANCIS WALSINGHAM;
Et,
THO. WYLSON.

Quos quidem omnes & ſingulos Articulos Tenore Præſentium declaramus Nos ratos grato ſque habere, approbare & acceptare, promittimuſque bonâ fide ultrò citroque implere obſervare & præſtare.

In quorum omnium & ſingulorum Fidem & Teſtimonium præſentes noſtras Litteras Sigillis noſtris, ſcilicet, *Reginæ Elizabethæ*, ac *Ducatûs Brabantiæ*, quo communi omnium Statuum Nomine Nos *Status* in ſimilibus uti conſuevimus, corroborari & muniri juſſimus.

Datum *Bruxellæ* ſeptimo Die Menſis Januarii, Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo.

*Ad mandatum proprium Ordinum Belgii.*

CORNELIUS WELLEMAUS.

*Sub Sigillo prædictorum Ordinum Belgii de cera rubea in Stanea Pyxide incluſo pendente a filis aureis intertextis.*

---

*Commiſſio pro Cauſis Eccleſiaſticis in Epiſcopatu Dunolm.*

ELizabetha, Dei Gratiâ, &c. Ann. D. 1578.
Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino; Pat. 20.
Domino *Edwino*, divinâ Providentiâ, *Eborum Archiepiſcopo* Angliæ Primati & Metropolitano, Eliz. p.
Necnon Prænobili Viro, 11. m 47.
Domino *Henrico Comiti de Huntington* Conſanguineo noſtro Chariſſimo, ac in Partibus noſtris Borialibus Præſidenti noſtro, dor.
Reverendiſque in Chriſto Patribus,
Dominis *Richardo Dunelmenſi* ac *Johanni Carliolenſi*,
Eâdem Providentiâ reſpectivè *Epiſcopis*,
Necnon dilectis noſtris,
*Domino Thomæ Evers*,
*Mattheo Hutton* Decano Eccleſiæ Cathedralis Eborum;
Domino *Willielmo Mallory* & *Roberto Stapleton*,
Militibus,
*Roberto Longher* Legum Doctori, ac præfati Reverendiſſimi

Patris

Digitized by Google

tiam uſque ad Dignitatum Officiorum & Miniſteriorum ſuorum reſpectivè Privationem & Amotionem incluſivè, aut Stipendiorum & Emolumentorum ſuorum quorumcumque indè provenientium Sequeſtrationem, vel quamvis aliam congruam & competentem Coertionem, puniendum & corrigendum, atque ad ſinceriorem Religionis Profeſſionem, probatiores vivendi Mores, modis omnibus quibus poteritis reducendum,

Contumaces autem & Rebelles, ſi quos inveneritis, cujuſcumque Statûs vel Conditionis fuerint, tam per Cenſuras Eccleſiaſticas quàm Incarcerationem Recognitionem Acceptationem, & quæcumque alia Juris Remedia compeſcendum,

Necnon Decani Præbendariorum Canonicorum & Beneficiatorum quorumcumque, tam pro Ordinibus quàm Beneficiis per eos adeptis, Literas & Munimenta quæcumque exigendum & recipiendum, eaſque & ea diligenter examinandum & diſcutiendum, & ſi quos non ſufficienter munitos in ea parte compereritis ab Officiis & Beneficiis dimittendum, & ſic pro non munitis pronunciandum & declarandum, eoſdemque Decanum Canonicos Præbendarios Miniſtros & Officiarios, ac Perſonas alias in prædicta Eccleſia degentes, Dignitatibus Adminiſtrationibus vel Officiis ſuis indignos ſeu indignum, aut veram Religionem non amplectentes vel amplectentem, deprehenderitis Legibus vel Statutis hujus Regni noſtri, vel Statutis & Ordinationibus Eccleſiæ prædictæ, vel Commodo Reipublicæ aut Eccleſiæ prædictæ, vel Religionis Negotio, aut aliquâ aliâ Ordinatione legittimâ id exigente, ab Eccleſia prædicta expellendum, & ab Dignitatibus Officiis & Adminiſtratione Officiorum ſuorum reſpectivè privandum & amovendum,

Ceſſiones præterea ſive Reſignationes Dignitatum Adminiſtrationum vel Officiorum ſuorum prædictorum, ſi quæ per Decanum Canonicos Præbendarios Officiarios aut alios Miniſtros ſeu eorum aliquem, coram vobis factæ ſeu exhibitæ fuerint, Auctorite noſtrâ admittendum, eaque ſic reſignata ſeu admiſſa vacari ac pro vacantibus decernendum & declarandum,

Ab Eccleſia quoque amotos in priſtinum Locum & Statum, ſi Cauſæ æquitas id poſtulaverit, revocandum & reſtituendum,

Inſuper Charitates Regias, Indulta Privilegia Immunitates Libros Statuta Regiſtra Computa, & alia Scripta ſeu Munimenta quæcumque, dictæ Eccleſiæ Fundationem Incorporationem Dotationem Negotia vel Statum quoquomodo tangentia ſive concernentia, petendum exigendum, vobiſque præferri & exhiberi mandandum & faciendum, eaque recipiendum & diligenter examinandum,

Necnon Injunctiones & Statuta, quæ vobis pro commodiori Ordine & Gubernatione dictæ Eccleſiæ Cathedralis videbuntur idonea, prædictis Decano Canonicis Præbendariis Miniſtris & Officiariis, ac aliis Perſonis quibuſcumque in eadem Eccleſia commorantibus, & eorum Succeſſoribus, Nomine noſtro tradendum, ac vice & auctoritate noſtris eis indicendum & injungendum, Pœnaſque convenientes in eorum Violatores infligendum & irrogandum, Statutaque & Ordinationes ac Conſuetudines, ſi quas compereritis eiſdem contrarias ſive repugnantes, tollendum & penitùs adnihilandum,

Juramentum etiam Obedientiæ & Fidelitatis Nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris debita, & præſertim de agnoſcendo Regiâ & ſupremâ Auctoritate noſtrâ Hæredum & Succeſſorum noſtrorum in cunctis Cauſis, tam Eccleſiaſticis quàm Temporalibus, deque renunciando & penitùs abnegando omni Auctoritate & Juriſdictione forinſecâ, juxta exigentiam cujuſdam Statuti, Anno Regni noſtri primo, in ea parte editi, & quæcumque alia Jura-
• XV. menta ex Statutis vel Legibus Regni noſtri præſtari • requiſita,
787. tam a Decano Canonicis Præbendariis & Officiariis, ac aliis om-



In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Præſentatione.*

ELizabetha, Dei Gratiâ, &c. Reverendo in Chriſto Patri, Ann. D.
*Ricardo* Permiſſione divinâ *Glouceſtrienſi Epiſcopo*, ejuſve *Vi-* 1578.
*cario* in Spiritualibus Generali, aut alii cuicumque Poteſtatem in Pat. 20.
hac parte habenti ſufficientem, Salutem. Eliz. p.
Ad *Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de Reſingdon magna* 11. m.
veſtræ Diœceſis in Comitatu noſtro Glouceſtriæ, per Lapſum tem- 34.
poris jam vacantem, & eâ ratione jure Prærogativæ noſtræ ad noſtram Donationem vel Collationem aut Diſpoſitionem ſpectantem, Dilectum Capellanum ordinarium Hoſpitii noſtri, *Antonium Haywood* Artium Baccalarium vobis, Tenore Præſentium præſentamus,

Rogantes & requirentes, quatenus eundem *Antonium Haywood*, ad dictam Rectoriam ſive Eccleſiam Parochialem de Reſingdon magna admittere, ipſumque Rectorem ibidem, cum ſuis Juribus Membris & Pertinentiis univerſis inſtituere & inveſtire, cæteraque facere peragere & perimplere, quæ veſtro in hac parte incumbunt Officio Paſtorali velitis cum favore.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Gorhambury* viceſimo tertio Die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

* *De Præſentationibus.* • XV. 788.

REgina, &c. omnibus & ſingulis ad quos, &c. Salutem. ¶¶
Sciatis quòd Nos, ex Gratia noſtra ſpeciali, mero Motu & Ann. D.
intuitu Charitatis, dediſſe & conceſſiſſe, ac per Præſentes dare 1579.
& concedere, Dilecto Nobis in Chriſto, *Dregorio Nicholls* Sacræ Pat. 21.
Theologiæ Bacchalaurio, *Canonicatum* in Eccleſia noſtra Cathe- Eliz. p.
drali Exon. ſeu *Præbendam Reſidentiariam* quam nuper in eadem 7. m. 27.
Eccleſia habuit tenuit & poſſedit, dilectus Nobis in Chriſto *Johannes Wolton*, modò per Promotionem ejuſdem *Johannis* ultimi Incumbentis ibidem ad Epiſcopatum Exon. vacantem & ad noſtram Donationem, ratione & jure Prærogativæ noſtræ Regiæ ſpectantem, habendum & tenendum Canonicatum ſeu Præbendam prædictam Reſidentiariam, præfato *Dregorio Nicolls* ad terminum Vitæ ejuſdem *Dregorii*, unà cum Reſidentia, & Reſidentiæ Fructubus & Emolumentis, ac omnibus & omnimodis aliis Juribus Præeminentiis & Pertinentiis univerſis, in tam amplis modo forma jure & effectu quàm eandem nuper habuit tenuit & poſſedit præfatus dilectus noſter *Johannes Wolton* ante Promotionem, aut adhuc haberet ſi a Nobis non fuiſſet promotus ad Epiſcopatum Exon.

In cujus rei, &c.

Teſte Reginâ apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo die Julii.

*Petrus Duncan* Clericus, ad *Rectoriam de Lidford* Exon. Diœc.

*Thomas Settle* Clericus, ad *Rectoriam de Weſtefeld* Norwic. Diœc.

*Jacobus Evans* Clericus, ad *Vicariam Llangatock Vibon Avell*, cum *Capella de Llanvache*, Llandaven Diœc.

*Willielmus Redman* Clericus, ad *Rectoriam de Hardes magna*, cum *Capella de Slelling* Cant. Diœc.

*Richardus Peers* Clericus, ad *Vicariam de Salford* Lincoln. Diœc.

*Henricus Vaux* in Artibus Magiſter, ad *Rectoriam de Hickham* Linc. Diœc.

*Hugo William* Clericus, ad *Vicariam de Lenge* Bathon. & Welken. Diœc.

*Johannes Cheſſell* Clericus, ad *Vicariam de Barſton cum Plongar* Linc. Diœc.

*Johannes Lovelake* Clericus, ad *Rectoriam de Strodeland* Briſtol. Diœc.

*Robertus Wall* Clericus, ad *Vicariam de Llawredeon* Meneven. Diœc.

*Willielmus Horne* Clericus, ad *Rectoriam de Nuſſbling* Winton. Diœc.

*Thomas Fulkes* Clericus, ad *Rectoriam de Tolſon Knights* London. Diœc.

*Richardus Archer* Clericus, ad *Rectoriam Sanctæ Mariæ* in Portu Civitatis Briſtoll. Diœc. Briſtoll.

*Ricardus Pearce* Clericus, ad *Vicariam de Sulford* Lincoln. Diœc.

*Willielmus Gregſon* in Artibus Magiſter, ad *Rectoriam de Saxlangham Nethergate* Norwicen. Diœc.

*Robertus Humpſton* Clericus, ad *Vicariam de Abkettlebie* Linc. Diœc.

*Thomas Collyns* Clericus, ad *Rectoriam de Thighe* Petriburgh. Diœc.

---

• XV. 789. • *De Pardonatione pro Jacobo Humphrey eo quod manutenebat Actus uſurpatæ Poteſtatis Sedis Romanæ.*

Ann. D. 1581. REgina, omnibus ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

